




D. G. DVRANDI EPISC. MIMATENSIS

SPECVLVM IVRIS,

Cum Ioan. Andreæ, Baldi, reliquorumq́ue clarissimorum I. V. doctorum visionibus hactenus addi solitis:

Nunc primùm variis, & perquàm necessariis ad vnumquemque titulum adiunctis additionibus & quæstionibus, quas hac nota §✠ designauimus, illustratum, quæ passim è multis veterum Iurisconsult. commentationibus iam olim decerptæ, quicquid omnino post Durandi ætatem inde in illa tempora in foro controuersum erat redditum, continent:

AVCTORE ALEXANDRO DE NEVO I. V. D. CELEBERRIMO.

Addidimus eiusdem Gul. Durandi *AVREVM REPERTORIVM* omnes omnium & textuum & glossarum, tum Decreti, tum Decretalium materias miro artificio complectens, in gratiam canonistarum.

Cum INDICE gemino, vno rerum & verborum, altero titulorum, locupletissimo.

Pars Secunda.





LVGDVNI,
SVMPTIBVS PHILIPPI TINGHI, FLORENTINI.
Cum Priuilegio Regis.

SPECVLI PARS SECVNDA, AVCTORE GVL. DVRANDO, cum Ioan. Andreæ, Baldi, aliorumque aliquot doctorum virorum Additionibus.

SVMMARIVM.

1 *Substantialia iudicij quæ sint.*
2 *Litis contestatio est iudicij fundamentum, & initium.*
3 *Substantialia missæ sunt tantùm illa verba, quibus elementa in corpus & sanguinem Christi transsubstantiantur.*
Fundamento deficiente, nullum potest ædificium superesse.

a ANCTI[a] Spiritus gratia suffragante, de personis in iudicio interuenientibus in libro præcedēti prælibauimus. Et quoniam omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est: vt j.q.2.quoniam pio.idcirco nunc eiusdem suffulti præsidio, nos ad secreta iudiciorum transferentes, hanc secundam Partem in tres particulas subdiuidere properemus. In quarum prima de his, quæ præcedunt litis contestationem, sedulò differemus. In secunda de litis contestatione, & his quæ ipsam vsque ad finem sequuntur, calculum annectem⁹. Tertio verò de sententia, & de his, quæ post eā accidunt, subiungemus. Ante omnia ergo illud præmittendum est, ꝙ iudiciarij ordinis ciuilis, vel criminalis ordinarij, vel extraordinarij membra sunt hæc.

PRIMAE particulæ capitula sunt hæc: Iudicij præparatio, Actionis seu petitionis propositio, Actionis cessio, Cōpetētis iudicis aditio, Rescripti Apostolici impetratio, & ei⁹ exhibitio, & impugnatio, Citatio, Contumaciẹ punitio, Primi & secundi decreti interpositio, Comparitio, Libelli oblatio, Dilatio, Feriarum, petitio, Recusatio, exceptio, Satisdatio, Interrogatio, Reconuentio Incidens quæstio, & cognitionum ordo, Possessorij & petitorij spoliationisque cognitio.

SECVNDAE particulæ capitula sunt hæc: Litis contestatio Iuramenti præstatio, Positio, Confessio, Probatio, Articulorum exhibitio, Testium productio, Instrumentorum editio, Prẹsumptio, Iuramenti delatio, Disputatio, Conclusio, & renuntiatio, Cōsilij requisitio, Sententiæ petitio, Relatio. Remissio.

TERTIAE particulæ capitula sunt hæc: Sententiæ prolatio, Sententiæ executio, Appellatio, In integum restitutio, Supplicatio, Expensarum petitio, Fructuum & interesse restitutio, Temerè litigantium punitio, Et si qua alia in lite occurrant, sed hæc communiter, & vt plurimùm contingere solent: vt probatur extra.de proba.quoniam. De his ergo seriatim aliqua in hac secun-
1 da Parte, Deo duce, præuidimus pertractanda. † Et no.quòd non omnia præcedentia sunt iudicij substantialia, sed quædam ex his, videlicet citatio: vt extr.de causa pos. & proprie.capitulo primo. ff.quæ sentent.sine app.rescind.l.prima.§.ex eo. C. quomodo & quando iu.ea, quæ.extr.de constit.ecclesia.in fin.extra. de maio. & obe.inter quatuor.2.q.j. nos in quenquam. Item libelli oblatio: quòd dic, vt j̃.de libel.concep.§.vtrum libellus. Item lit.conte. vt extr.de ele.dudum.2.& de lit.conte. capitulo.j.extr.de iud.
2 exhibita. † Nam cùm ipsa sit iudicij fundamentum & initium: vt extra.de off.dele.super quæstionum.§.i.ver.quod si.extra.de ver. sig.ex parte.2.vbi ipsa non est fundamentum, nullum boni operis superest ædificium.j.q.j.cùm Paulus.24.quæstione.j.vbi sana. Item iuramentum de calumnia vel de veritate.C.de iur.cal.l.ij.§.
b sed quia veremur[b]. Et sententia.extra.de simo.licet Heli.& probatur in præ.decr.quoniam. De hoc s̃.de off.om.iu.§. postremo. ver.2.Quòd si aliquid ex his omittatur, vel præposteretur, non tenet sententia, ipso iure.C.de sent.& interlo.om.iud.prolatam.& 2.quæst.vj.§.diffinitiua.in prin.de hoc dic, vt j̃.de sententia.§. iuxta.& in Summa domini mei de sent.& re iud.§. qualiter. sub §. is
3 est ordo. Cætera autem præmissa, non sunt ita substantialia. † Sicut aliàs est simile in missæ celebratione: in qua solùm illa verba quib. elemēta in corpus & sanguinem trāssubstantiatur, scilicet, Hoc est, corpus meum, &c. sunt substantialia: cætera verò sunt d̃ solennitate.de conse.distinct.2.panis est in altari.in prin.& capit. vtrum. in fine. Sed & præmissa omnia secundum suprà positum ordinem sunt seruanda: quia sic solitum est seruari.extr.de rescri. causam, quæ. Si verò alius ordo à principe iniungitur, is etiam est seruandus: alioquin non valet quod agitur.extra.de rescrip.cùm dilecta.ex.de iud.exhibita. Ordo autem iudicialis propriè dicitur consistere in his, quæ aguntur intra litis contestationem & sententiā: cùm litis contest.sit litis exordium, vt præmisi. Ad principale ergo propositum celeriter properemus.

ADDITIONES.

a Sancti spiritus. ¶ Est Iac.j.c.circa medium.
b Veremur. ¶ De hoc dic, vt de iura.cal.c.j.§.j.lib.vj.

Particula I.

a ¶ De Præparatoriis iudiciorum[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Præparatoria iudiciorum quæ dicantur, & in quibus consideranda sint.*
2 *Induciæ præparatoriæ quare non dentur actori.*
3 *Litis euentus semper est dubius.*
Iniquitas omnia præcipitat.
1 *Circa partes in iudicio conuentas quomodo sit distinguendum.*
5 *Agere volens ciuiliter pro fundo, vel pecunia, vel seruitute, debet id ter exigere, antequam iudicium inuocet.*
6 *Vbi criminaliter agitur, debet iudex personam accusatoris examinare, & in quibus.*
7 *Accusatio præsumitur fieri malo zelo: quia est genus illaudabilis intentionis.*
Crimina vndecunque claruerint, sunt punienda.
8 *Iudex videns esse ius clarum, & quòd debet pro altera parte pronunciare, an illum inducere possit ad componendum.*
9 *Euangelium non recipit litigium & nemini expedit promptum ess ad litigandum.*
Litigiosos prohibet Apostolus ordinari: quia seruos Dei non oportet litigare.
10 *Iurans quòd ad pacem cum proximo non veniet, non tenetur tali sacramento.*

ENE est, vt priusquam ad actus iudiciales accedamus aliqua de iudiciorum præparatoriis præmittamus. nā & ad huiusmodi præparatoria à iure induciæ conceduntur, quæ præparatoriæ nuncupantur: vt tertia. q. 3.de induciis.v.quæst.2.si primates.& j̃.de dil.§.1.versicu.præpa-
1 ratoriæ. † Circa quod notandum est, quòd hæc præparatoria cōsiderantur tam circa partes, quā circa iudicē. Circa partes vt videlicet is, qui agere vel accusare intendit, cōsulat amicos, & deliberet, & tractet, an expediat sibi agere, vel accusare, vel litē mouere 3.q.3.de induciis.l.dist.ponderet.resp.j. Et peritos.C.de ingen.& ma.si auiam.& de acq.pos.l.2.j̃.de accu.§.j.ver.qualiter autem.& videat suas probationes, an scilicet possit probare quod intendit. 2.quæst.8.sciant.ff.de prob.ei qui dicit.vj.qu.vlti.actor. Prẹparet etiam

ADDITIO.

a Iudiciorum. ¶ Hāc rubricā habuit auctor à Io.de Deo. de lib.Iudicum primo, in prin. Ab aliis ex practicis, quos in prooemio nominauit. rubricā de hoc non inueni, de his tamen in nigro multi loquuntur. vnde Azo, & demùm omnes Summistæ rubricam de iudiciis ɔtinuāt ad expedita circa prẹparatoria iudiciorum. Et tamen in prin.secundẹ partis sui libel.dicit se in ea parte tractaturū de præparatoriis iudiciorum, quæ præcedunt cōtestationē. Rof. etiam in sua rub.xj.quæ est, qualiter incipiatur iudiciū: dicit se in x.rubricis præcedentibus de præparatoriis iudiciorū tractasse. Dicebat ergo Gu. Ang. in prin.sui Operis, quicquid præcedit lit.cōtestationem, dicitur prẹparatorium iudicij. pro quo facit ver.fi.s̃. proxi. Sed patet ex nigro, quòd isto modo hanc rubricā non intellexit auctor. Item quicquid suprà Parte prima actū est circa ꝑsonas iudicum ꝙ arbitrorum, & aliorum, suo vel alieno nomine in iudicio interuenientium, vel defendentium, & quicquid sequitur hoc in parte j. totū ꝑtinet ad talia præparatoria: nec ēt intellexit de ꝑparatoriis, de quibus tractat j̃. ver. præparatoriæ. hæc in prin.allega.sed ipse.in nigro hoc prosequitur de quadam inuestigatione, & præmeditatione matura, per quā se mente & corpore præparent partes & iudices ad iudicium subintrādum, vel nō.

Rubricæ huius voluminis.

etiam testes, & aduocatos:vt in prædicto c.de induciis.& caueat,
ne decipiatur testium vel aduocatorum promissione:vt 2.qu.3.
Paulum.extr.de elect.statuimus.in fi.libr.vi.ideoque cum periti-
oribus debet suum tractatum habere:vt in præd.l. si auiam.alio-
quin si cum minus peritis, peribit vt Iudas.de poen.distinctio. vj.
2 c.j.versi.Iudas enim. & ver.iuisset.¶Et hæc est causa,† quare ac-
a tori non dantur induciæ præparatoriæ [a].nam se ad hoc prius de-
buit præparare. 3.quæst.3.induciæ.§.spacium.ver.ei autem.C.de
tem.in integ.rest.petendę.licet alij prædictum ver.intelligant de
deliberatoriis. De meo ergo consilio diligenter quis præuideat
an agere, vel accusare sibi expediat: & ad præmissa se præparet:
3 † quia litis euentus dubius est.ff.de pecu.l.quod debetur. Velox
enim iniquitas,ad nocendum occasionem uggerit: lenta autem
virtus & cunctatrix, antè iudicat, quàm incipiat quid decorum,
quid honestum sit:iniquitas quoque omnia præcipiat,de poe.di-
stinct.4.inter hæc hircum.j.extr.de voto.magnæ.& melius est an
te tempus occurrere, quam post causam vulnerato remedium
quærere.C.in qui.cau.in integ.restit.non est ne. l.fina.nam & ex
quo aduersarium conuenerit, oportet eum litem prosequi. C.
4 quomodo & quando iu.authen.qui semel.†Item circa partes di
b stingue:quia aut vult quis accusare, aut denunciare, aut agere [b]:
si vult accusare aliquem de aliquo crimine:si eum admoneat pri
us charitatiuè & familiariter, vt se emendet crimine quod com-
misit:bene est, secundum Hugo.2.q.7.accusatio.extr.de accus.c.
2.vbi de hoc. 12.q.2.indignè. non tamē ad hoc de necessitate te
netur.extr.de accus.c 2.aliàs.extr.de simo.licet Heli. vbi de hoc.
& c.per tuas.nisi dicas spāle esse in ecclesia, contrà quam quere-
la intētatur:vt no.in præ.c.accusatio.imò fatuè ageret, si præmo-
neret:quia tunc non agitur ad correctionē, sed ad poenam:vt ex-
tra eodem.super his.& c.qualiter.2.& in præ.ca.licet.De hac mo
nitione not.j̃.de in integ.restit.§.ij.versi.iudicialis. Si autem vult
denunciare, vt fratrem suum corrigat à peccato, tunc pręcedere
debet charitatiua monitio:vt in præ.ca.super his.& c.qualiter.&
eodem titulo,c.2.& de simo.licet. Quòd si se monitus non cor-
rigit, tunc demùm iudici denūciet eum:vt ibi,& xj.q.3.præcipuè.
5 in fin.† Porrò si velit agere ciuiliter pro fundo, vel pecunia, vel
seruitute:tunc prius quam illum in causam vocet, ab eo id ter ex
igat:quòd si non satisfacit tunc p iudicem compellatur.2.qu.7.si
quis erga, & c.si quis ab episcopo.C.de pigno.debitores.xvj.q.7.
omnes decimæ.Sed & si quis peccat in me, vel in meos, speciali-
ter debeo illum præmonere, & corripere secundum formam E-
uangelicæ regulæ.2.q.j.si peccauerit.extr.de iud.nouit.in prin.ex
tra.de test.in omni.& in præ.ca.præcipuè.Is quoque, qui peccat
in me, debet ad me festinare per se, vel amicum communem, &
mihi satisfactionem congruam offerre.3.q.7.in grauibus.& c.iu
dicet.48.distinct. §.j.& j.q.j.Christi sacerdotes.extra. de re iud. ad
Apostolicæ.circa prin.lib.vj.Quod si eum audiuero, bonum est:
alioquin sibi non imputatur.xc.dist.si quis contristatus.& c.dissi-
dētes.14.q.vj.si res.2.q.3.si peccauerit.Et si prius à me fuerit mo
nitus:obediat, ne in quæstionem incidat.vt in præd.c.nouit.& 2.
q.7.si quis erga.& hoc est consilium salutare.quia dubius est litis
euentus, vt dixi.Tene ergo certum, & dimitte incertum, de poe.
6 dist.7.c.2.ext.de sponsa.iuuenis.†¶Circa iudicem ētdistingue [c].
c nam aut agitur criminaliter, aut ciuiliter.Si criminaliter, tunc iu-
dex debet examinare personam accusatoris, scilicet cuius ęstima
tionis, vel opinionis sit.& qua intentione, qua fide, qua temerita
te, qua vita, qua ɔscientia, quoúe merito:si pro Deo, aut pro va-
na gloria, aut pro inimicitia, vel odio, aut p cupiditate accusat. 2.
q.7.si qui sunt.debet etiam examinare cuius conuersationis & si
dei sit:quia hi, qui non rectæ fidei ac conuersationis sunt, & quo-
rum vita accusabilis est; quorum fides, & vita, & libertas nescitur:
& viles personæ non admittūtur accusantes.ca.quæstione, quę-
7 rendum. & sic de his & similibus debet examinare. † Nam accu-
satio præsumitur fieri malo zelo, quia est genus illaudabilis intē-
tionis.2.q.7.si quis episcopus. Quòd si agatur actiōe iniuriarum,
semper debet iudex laborare.vt partes componant, si potest, etiā
d si criminaliter agatur. v.q.2.si primates [d]. veruntamen si talis la-
borat infamia:iudex ex officio suo procedat.ext.de colla.c.j.& 2.
quæstio.3.si quem.Cęterùm si agatur ciuiliter, iudex eodem mo
e do studeat componere.ext.de transact.c.fina.[e] cum suis concor.
83.distinc.§.j.xj.q.3.iniustum.ff.de offi.præsi.congruit.ff.de vsuf,
æquissimum.C.de iudic.authē.si verò.argumen.ext.de collu.cri-
mina.2.quæstio.7.quapropter.Solu.decr.crimina. locum habet
cùm iam de crimine constat: quia crimina vndecunque clarue-
rint, punienda sunt.23.quæst.3.ecce.Item capitulo, quapropter.
loquitur in causa denunciationis, vbi penitùs renuit poenitere
patet ergo ex præmissis, quòd ab initio cùm sibi ignota sunt iu-
8 ra partium, laborare debet pro compositione.† ¶ Sed quid si iā
est in causa conclusum, & iudex videt esse ius clarum, & quòd p
nunciare debet pro altera parte; nunquid illum inducet ad cōpo-
f nendum?Hoc curiosis relinquimus disputandum [f].Vbi autem a-
gitur de crimine alicuius clerici: episcopus iungat sibi alios epi-
scopos:quòd dic, vt j̃.in tit.de accusa.§.qualiter. versi. hoc etiam
9 no.†¶ In summa no, quòd nemini expedit, quòd sit nimis prō-
g ptus ad litigandum. Scriptum est enim [g], si quis voluerit tunicā
tuam tollere, & in iudicio tecum contendere, dimitte ei & palliū
h vt 14.q.j.c.i.& Apostolus inquit [h]:Iudicia secularia, si habueritis,
omnino peccatum est in vobis, & vos cōtemptibiles facietis: vt
ibi.& xj.q.j.c.clericum. §.ex his.& viles: vt 78 distinct. perlatum.
maximè autem hoc non expedit clericis. 13.q.j. ca. j. quia nemo
i Deo militans, implicat se negociis secularibus [i].vt 21.q.3.c.j.ext.
ne cleri.vel mo.c.j.in fin.cùm hæc vix sine nota peccati valeāt ex
plicati, vt s̃.de poe.distinct.v.qualitas.Hinc est, quòd litigiosos p-
k hibet Apostolus ordinari, vt [k] xlvj.distinct.per totum. & multo
minus religiosos:vt 16.q.j.monachi.quia seruum Dei non opor
tet litigare:vt 2.q.7.sicut.extra.de syndico.c.vnico.& præterea li
tium euentus dubius est:vt suprà. Cuilibet ergo consulimus bo-
na fide, quòd pronior sit ad componendum, quàm ad contendē
dum:vt xc.distinct.per totum.ext.de transac.c.fin.v.q.2.si prima-
10 tes.Nam† & litigant, qui iurat ad pacem cum proximo non ve-
nire, non tenetur tali sacramento: vt 22.quæstione. 4. qui sacra-
mento.

ADDITIONES.

a Pæparatoriæ.¶Recipiendo eas, vt dicit in versi.præparatoriæ. in
prin.aliàs bene dantur actori, vt ibi.

b Agere.¶Ingredit mētem verborum Io.de Deo, qui secundo li-
bro Iudicum prima rubrica tractat de admonitione præmittēda
reo per actorem.& in tertio libro etiam prima rubrica tractat de
admonitione pręmittenda actori per reum.& hoc innuit in ver.
is quoque qui.

c Distingue.¶Secundum Io.de Deo, cuius fuit iste ver.vbi s̃.in ru
bric.non tamen ponit textum illius c.si qui sed dixi 13.articulos
inuestigandos, qui ibi habentur.

d Primates.¶Ibi de hoc, & xc.di.c.j.& c.studendū.per quæ videbis
quòd potissimè in actione iniuriarum procedit compositio.

e c.fi.¶Omnino vidè quòd ibi dixi super verbō, casibus.

f Disputandum.¶ Facilis est solutio: quia oportet iudicari id lici-
tum, vel nō, ex circūstātiis:quibus cessantibus abstineat: & maxi-
mè qñ abstineret contraria parte vincēte. Est etiam aduertendū,
quòd cæteris paribus, magis procedit ɔpositio actore vincente,
quâm reo.Prima enim sententia requirit executionem, secunda
non, nisi forsan in expensis, & qñq; nec in illis propter iustā cau-
sam litigādi.Quia ergo executio posset īpediri de facto, vel mul
tum tardari per binas appellationes:posset vincēti expedire ɔpo
sitio.Cæteris paribus, dixi:qa si actor succūbēs, litigiosus & pecu
niosus est, & p appellationes fatigaturus est reū absolutū, & ma-
ximè cùm p ipso facit aliqua æqtas:puta fama, vel semiplena p-
batio, vel plena in qua succūbit ex defectu solennitatis:vt qa ap-
paret instrumentū, sed nō positum in suo æstimo, vel in registro
cōmunis, quæ omissa instrumētū annullāt: iustè moueret iudex
ad componendum. Adde, qñ iudex debeat inducere partes ad ɔ-
ponendū, Bar.in l.ɔgruit.in vltimis verbis.ff.de off.præ. Bald. in
l.transigere.C.de transact.& in l.cùm affirmas.C.de libe.cā. & in
l.ex stipula.C.de sen.& interlocu.omni.iud.& in l.ex cōsensu.C.
de episcopali audi.Abba.in c.fi.de transa.& in ca.at si clerici. s̃.de
adulter.extr.de iudi.Ang.in auth.vt litigant.iurent.§.fi.Bald.in l.
quidam existimauerunt.si cert.peta.Abb.con.cvij.2.lib.

g Enim.¶Matthæi.ver.fin.

h Inquit.¶ j.ad Corinth.ver.j.a.


i Secularibus.¶Secunda ad Thi.2.

k Vt.¶ j.ad Timo.3, Bal.De substantia iudicij est citatio, libelli ob-
latio, litis contestatio, iuramentū calumniæ, & sequentia c.de or
dine est ordinabilium sit⁹, q̃ hoc prius, illud posterius. Vn⁹ ordo
est inter actus.G.Aliud est substātia, & aliud solennitas. Vnde in
missa verbū, Hoc est corpus meū, est de substātia. Alia sunt de so
lēnitate.G. Ordo iudicialis pprìè consistit inter litis ɔtestationē
& sententiam, non ante nec post.ver.ordo autem. G. vnde dicit
Bar. quòd præposteratio circa præparatoria iudiciorum ante li-
tis contestationem non vitiat.ff.de testib.l.si quæratur. per Bart.

¶Bal.De præparatoriis iudi.

INDVCIAE deliberatoriæ & pręparatorię non dantur acto
ri.versi.præparet.G.de denunciatione an debeat præcedere peti-
tionem.versi.item circa. & vers.sequent. G. & qualiter practice-
tur materia denunciationis Euangelicæ. Et vide Bar.in constitu-
tione Henrici in glo.Bart.vbi plenè de materia ista per Bart.& vi
de quod not.ext.de purg.ca.nos inter.B, Vide in no.de resti.spo-
lia.cùm ad sedem.

a ¶ De Actione seu petitione[a]. Rubrica.



Voniam de iudiciorum pręparatoriis dixi, decens est, vt de actionibus & petitionibus, quæ in eis intentantur, aliqua disputemus. Primò igitur dicem⁹, an actio sit specialiter proponenda. Secundò, dicemus legaliter de actionibus seu petionibus, qualiter & qua cautela proponi seu fieri debeant in diuersis casibus. Tertiò, qualiter reus in his habere se debeat, supponemus. Quartò verò de actionibus seu petitionibus canonicè annectemus. Quintò, de nominibus actionum, & vbi ĵ. tertiò tractatu libel. super his libelli concepti inueniantur, breuiter perstringemus.

ADDITIO.

a Sciendũ quòd nullus ex practicis, auctoribus, vel aliis posuit hãc rubricã generalẽ: sed rubricæ materiã dixerunt sub tractatu libellorum, sub quo dicebãt inter alia petitionẽ & eius cãm debere exprimi libello. Tractatores autem huius materię ponam super rubr. de libel. concep. & ibi vide. De hac aũt noua rubrica, & eius situatione tripliciter auctorem excuso. Primò, quia sine hac rubrica cõgruè prosequi non poterat inferiora, & ex eadem congruitate posuit ĵ. rubr. 8. paruum morsellum de oblatione libel. secũdò theoricam petitionem vel libellorum à practica voluit segregare: nimiam enim prolixitatem induxissent vnitæ. Tertiò, quia rubrica de libel. quæ totam quartam partem respicit, subtrahi nõ debuit illi parti.

SVMMARIVM.

1 *Actio an sit speciali nomine intentanda.*
Vbi ex vno facto vna tantùm resultat actio, tunc sufficit causam, siue factum simpliciter proponi: secus, vbi plures rationes ex eodem facto resultant.
2 *Duabus actionibus, effectus contrarios habentibus, ex vno facto surgentibus eligi debet altera.*
3 *Edere actionem non tenetur quis in causa spirituali.*
Exprimi an debeat nomen actionis in iudicio.
Leues actiones tenetur quis edere: subtiles verò & obscuras non.
Actio an debeat exprimi in libello.
4 *Veritas in iudicijs est curanda: & ideo sufficit factum simpliciter proponere.*
5 *Verbum, in canonibus inuentum, quomodo debeat exponi.*
6 *Statutum alicuius ciuitatis, de non proponendis actionibus an sit in accusationibus criminalibus obseruandũ: aut tunc, an debeat accusator exprimere genus criminis.*

¶ An actio sit specialiter proponenda.

1. §. Vtrum actio sit speciali nomine intentanda, vetus ẽ querela, quam nunc planius explicemus. Dicendum est igitur, quòd aut loqueris secundum leges, aut secundum canones. Si secundum leges, super hoc est diuersitas inter
a peritos.[a] Domini Pla. & H. dicunt. quòd non est proponenda: nã sufficit causam proponi, ex qua actio resultat: vt peto rem, quam emi: vel decem, quæ mutuaui: vt Inst. de actio. §. j. in fi. & ext. de iudi. dilecti. & secundum hoc nunquam actio incompetens poterit proponi: imò quilibet rusticus libellum componere rectè sci
b ret.[b] Io. And. & Azo contrà, quòd sc. speciale nomen actionis in libello proponi debet, ar. ff. de eden. l. j. in princ. C. e. edita. quia nemo sine actione experitur. ff. de nego. gest. si pupil. §. fi. aliàs enim quare diceret lex, quòd ineptam actionem proponẽs, debet succumbere: vt ff. si mens. fal. mo. dix. l. j. respon. 1. C. de formu. & impe. action. l. j. & 2. extr. de iud. examinata. Item quare diceret lex, quòd debet quis ab initio eligere actionem. & ff. de tribut. quod in hæredem. §. eligere. & ff. de legat. 1. cùm. filius. §. variis. Si enim sufficit causam proponi, sufficeret dicere: Peto fundum mihi in tali testamento legatum, vel peto decem: quia cum seruo tuo ꝯtraxi, quod dicere est absurdum, secundum eos. Tu dic, vt ĵ. in tit.
1 de libel. concep. §. iuxta. ver. item non valet, si non continet. †Ia
c co. Bu. & Lau. & Gof.[c] dicunt quòd si ex vno facto vna tantùm resultet actio, vt in venditione, in commodato, in deposito, & similibus: tunc sufficit causam siue factum simpliciter proponi: vt in primis concor. Si verò plures oriantur ex eodem facto actiones: vt si quis in fundo meo arbores incidat, ex quo facto oritur interdictum, quod vi aut clàm, & etiam actio legis Aqui. & etiam arborum furtim cæsarum: vt ff. ar. fur. cæ. si colonus. & in l. pe. ff. quod vi aut clàm. si immaturam: vel si in societate furtum committatur: quia ex hoc, & pro socio & furti actiones oriuntur: vt ff. pro socio. l. rei commissoriæ. His quidem casibus & similib. exprimere debet, qua malit experiri: vt reus certificetur. vt in secun
2 dis concor. de hoc ĵ. §. proxi. ver. notandum etiam. †Rogerius dixit, quòd si ex facto duæ actiones surgunt contrarios habentes effectus, eligi debet altera: vt si emi fundum de tua pecunia, mandante seruo tuo: tibi enim duæ actiones competunt: vna criminis, s. furti: alia bonæ fidei, s. mandati. C. de fur. l. j. C. si seruus extese emi man. l. j. ff. fa. er. & puto. §. fi. Alias autem eligere non tenetur. ff. de eden. l. j. in prin. sed hoc non valet: quia siue sint contrariæ, siue diuersæ & non contrariæ, debet actio exprimi. ff. de trib. quod in hæredem. §. eligere. de hoc s̃. de actore. ver. item propo
d nens. & sequ. Odof. Azo, & Roff.[d] dicunt, quòd quando factum clarum est, & bene proponitur: vt si dicit, peto decem quia vendidi equum: tunc exprimere non tenetur: aliàs sic. Inst. de actio. cir-
3 ca prin. †Porrò, si loquaris secundum canones, adhuc est diuersitas. Io. Valent. dixit: quòd in causis specialibus non tenetur quis edere actionem: quod quidem verum est. nec est contra, extr. de iud. examinata. In aliis autem dixit, quòd tenetur: quo quidem nihil falsius est: vt extr. eo. dilecti. Gandul. & Io. Theutonicus dicũt ꝙ leues actiones, vt est rei vendicatio, locati, depositi, & similes, tenetur quis edere: subtiles verò & obscuras non. Dixit etiam ipse Io. quòd in ecclesiasticis non tenetur: in ciuilibus, sic, etiam in
e foro ecclesiastico: vt viij. dist. quo iure[e]. ext. de iur. calum. literas. de dolo & contu. c. j. & sic non intendit ad opinionem Io. Valen. quod non puto, vt dixi. Tertij dicunt, quòd in libello non debet exprimi actio, sed in processu sic. ar. extr. de app. constitutus. & de
f re iudi. abbate sanè. lib. vj. Tan. verò dicit,[f] quòd nemo cogitur in foro ecclesiastico, nec in libello. nec in ꝓcessu exprimere actionem: vt in præ. c. dilecti. Sed si spontè velit, admittetur: vt in præ. c. examinata. & tunc si ineptam proponit succumbet, & poterit aptam proponere: vt ibi, & de restit. spo. cùm ad sedem. in fi. & v-
4 sus hanc opinionem approbat. † Sufficit enim factum simpliciter proponere: quoniam de sola veritate curandum est, non de apicibus iuris ciuilis disputandum: vt in præ. ca. dilecti: & de dolo & contu. c. j. ff. manda. si fideiussor. §. quædam. Nam & ex pluribus causis aliquid peti potest, vt patet extr. de consue. cùm dilectus. đ fide instrum. inter dilectos. circa princ. de con. præben. post electionem. de præscrip. cùm olim. de inst. cùm venissent. de testam. Raynutius. §. j. de causa poss. & propriet. cùm super. de capel. mo. c. 2. de verb. signif. abbate. & in eodem libello agitur de vi turbatiua, seu inquietatiua, quamuis sint diuersæ. extr. de proba. licet. §. fi. sed ibi eadem actio competit: licet ex diuersis causis ff. vti. pos.
5 si duo. §. 2. †Et secundum Tan. vbi inuenies in canonibus actio,
g expone, id est, petitio. Ius autem opinionem Gan. confirmat g. Itẽ secundum canones intentatur, seu proponitur condictio ex canone, vel officium iudicis. vt in 3. q. 1. redintegranda. & 2. q. 2. c. j.
6 †Quid si sit statutum in aliqua ciuitate, ne actiones proponant: nunquid qui accusat criminaliter, tenetur exprimere criminis genus? Resp. sic nam ex eodem facto plurima crimina oriuntur: vt C. de accu. qui de crimine. ff. de priua. delic. nonnunquam. Quid autem iuris sit, cùm inepta proponitur actio, vide s̃. de of. iu. §. de serui. ver. in sententiæ.

ADDITIONES.

a Peritos. ¶ Totum ponit Rof. vsque ad ver. porrò. in rubr. 18. Adde, secundum Ab. in d. c. dilecti. quòd communis opinio est Legistarum & Canonistarũ, ꝙ actio in libello nõ est exprimẽda: quia ex propositione facti potest elici, q̃ actio sit intentata. & hoc dicit tenere gl. 8. dist. quo iure. & Acc. in auth. de exhiben. & introdu. reis. in prin. in verbo, libellũ. vbi dicit de consuetudine seruari vt non exprimatur actio: & quod lege etiam potest probari. nam cùm reus possit esse certus per rem & causam, satis est: vt l. 1. ij. respon. ff. de eden. & fecit, cùm opi. sint de iure ciuili, & decisum sit de iure canonico, stari debet decisioni iuris canonici: vt not. in c. per venerabilem. extr. qui fil. sint legi.
b Sciret. ¶ Sup. & sic opi. hæc aduocatis non placet. Simile qđ dixi s̃. de accusatore. prope fi. ver. item quòd non rectè. addebat Rof. quòd secundum id superfluo faciebat libellans.
c Gof. ¶ In Sum. de li. obl. in apparatu, in decr. dilecti. de iudiciis.
d Rof. ¶ In l. j. ff. de eden. vbi s̃.
e Iure. ¶ Vbi de hoc, & 2. q. vj. decreto.
f Dicit. ¶ In suo libel. de actione reali.
g Confir. ¶ Tene & adde tu, an actio exprimẽda sit de iure canonico. do. Ab. Sicul. in c. tua. el ij. in 2. colũ. extr. de deci. Breuiter dixi post Host. in decr. præ. dilecti. super fi. secundæ gl.

SVMMARIVM.

1 *Agens seu petens, an debeat in libello res petitas, vel propter quas agit, exprimere.*
Vniuersaliter agens, satisfecit in genere petendo: nec habet res hæreditarias specificare.
2 *Agens generaliter satisfacit in libello actionem complectendo, & in genere rem ab initio exprimendo.*
3 *Distinguendum est in actione singulari seu speciali de re petita exprimenda.*
4 *Agens condictione sine causa, an debeat causam, quare agat, exprimere in libello.*
5 *Actiones reales & personales quæ dicantur.*

Actio realis potest etiam dici personalis.

6 *Proponens actionem nimis generalem, seu ambiguam aut confusam, causæ certitudinem non continentem, aut incompetentem, in iudicio non est admittendus.*

7 *Actionum plurium occurrentium ex vno negocio melior est eligenda.*

8 *Aduocatus nolens, vbi ex vno negocio plures occurrunt actiones, vnam eligere, compellendus est per iudicem.*

9 *Sententia etiam contra ius litigatoris lata tenet.*

10 *Duabus actionibus ex vno negocio propositis, si actor non eligat: & contra eũ vel reum feratur sententia, an si appellent possint eligere.*

Causa appellationis, an sit eadem cum principali.

11 *Eligere an quis dicatur in iudicio per litis contestationem, vbi plures actiones ex vno negocio concurrunt.*

12 *Duabus actionibus ex vno casu nascentibus, an vnius electione tollatur, vel extinguatur altera.*

13 *Origo obligationis, non titulus actionis, in casu mandati sucepti est attẽdẽdus.*

14 *Dominus faciens pactum de non agendo contra mandatum suscipientem actione furti, an poterit agere mandati.*

Actio furti per pactum ipso iure tollitur.

15 *Is, cui de iure communi in eodem casu competunt duæ actiones: an vna intentata possit postmodum aliam intentare.*

16 *Duabus actionibus ex diuersis casibus occurrentibus, potest quælibet intẽtari.*

17 *Agẽti stipulatione, quo casu tutius sit ad pœnã, quã ad rẽ, aut ecõuersò agere.*

18 *Pœna quælibet est odiosa, & omne debitum fauorabile, ideo potius est agendũ ad debitum, quàm ad pœnam.*

19 *Pœnalis stipulatio quando committatur.*

20 *Petita pœna & sorte in iudicio, an sufficiat super pœna tantùm pronunciari.*

21 *Actor quo casu duas actiones intentare possit.*

22 *Agens super vna causa quæ diuersa sit actione, debet alteram eligere.*

23 *Agens rei vendicatione si succumbat, an redire poterit ad Publicianam.*

24 *Dominium multis modis occupatur.*

Ex Contractu emptionis vt quis possit se dominum dicere, quatuor necesse est interuenire.

25 *In omni contractu oportet duo interuenire.*

26 *Possidens tantùm ciuiliter, an rei vendicatione possit conueniri occasione talis possessionis.*

27 *Conuentus rei vendicatione, vel actione in rem, vel noxali, &c. si conuincatur seu variet, quid iuris.*

28 *Intentari non potest in eodem libello actio ad exhibendum, & rei vendicatio.*

29 *Forma libelli, in quo duæ intentantur actiones.*

30 *Petitio sub hac forma, Peto à te rem talem, quam dico meam fuisse: an valeat.*

31 *Argumentum de præterito ad præsens, non semper tenet: vt, possedit, non sequitur, ergo possidet, maximè in re mobili.*

32 *Si quis agat contra aliquem rei vendicatione ad rem, quam dicit apud aliquẽ deposuisse: ille verò negans dicat eam commodatò cepisse, quid iuris.*

33 *Rei vendicatio tantùm domino competit: fallit tamen quandoque.*

34 *Petere volenti legatum sibi relictum, tres actiones propositæ sunt.*

35 *Stipulari rem suam dari, & restitui, non est idem.*

36 *Legatum relictum potest peti condictione ex canone.*

37 *Legato vsufructu alicuius rei, an proprietas eiusdem sit obligata.*

38 *Hæres quondam existens creditor defuncti, si rogatus restituit hæreditatem, quam actionem habeat.*

39 *Fideicommissario quando competat actio, vbi hæres quondam debitor defuncti rogatus est restituere hæreditatem.*

40 *Intentare volens Publicianam, pẽsare debet, si cãm habeat ex qua ei cõpetat.*

41 *Publiciana ad hoc vt competat, quinque sunt necessaria.*

42 *Verba transposita idem significant.*

Personalis actio, ex quibus nasci possit.

43 *Actionem certam habens de delicto, illam debet proponere: incertam autem habens, agere debet de dolo.*

44 *Vniuersales actiones sunt quatuor.*

45 *Iudiciorum aliud est vniuersale, aliud generale: & in quibus differant.*

46 *Vniuersales & generales actiones quæ sint, & in quibus differant.*

47 *Interest multum inter dictum speciale & generale.*

48 *Agere volens interdicto, attendere debet, an directo vel vtili.*

49 *Actio in factum triplex est, & in quibus quælibet locum habeat.*

50 *Obligatione inducta à lege ciuili, vel imperiali, & imposita necessitate alicui priuato, si non dicatur quo iure debeat explicari: tunc condictione ex lege potest agi.*

51 *Vsura per condictionẽ simpliciter potest repeti, cùm iure canonico sit indebita.*

52 *Negocium quod proponitur, si tale est, quòd ex eo non detur actio, sed quasi, quomodo sit agendum.*

53 *Petitio vtilis loco directæ proposita, vel econtra, an sit valida.*

54 *Proponens in iudicio, an teneatur exprimere, si directam vel vtilem proponat actionem.*

55 *Actio vtilis proprio nomine, directa autem nomine cedentis proponitur.*

Vtilis actio intentatur sine cessione: directa verò non.

56 *Petitio, quæ proponitur apta causa, sed inepta actio, an sit valida.*

¶Qualiter & qua cautela actiones proponi debent.

2. §. Sequitur videre legaliter de actionibus seu petitionibus, qualiter, & qua cautela proponi,
seu fieri in diuersis casibus debet. Ante omnia igitur sciendum
1 est†, quòd agens seu petens debet in libello exprimere res peti-
a tas: vt extr. de libel. ob. c. ij.[a] ff. de rei vend. si rem. §. fi. vel quantita-
tem declarare, quam petit: vt ff. depositi. l. j. §. si quis argentum. Di
b stingue tamen[b]: quia aut actio est vniuersalis, vt petitio hæredi-
tatis: vt ff. de rei vendic. l. j. & ff. de petion. hære. sed & si. fina. & tũc
sufficit in genere petere, vt dicat, peto hæreditatem: vt patet ĩ. de
iud. §. j. nec habet res hæreditarias specificare. Debet tamen dice-
re, an totã, vel quotam partem hæreditatis petat: vt ff. de pet. hæ.
l. 4. & l. si quo tpe. & C. e. l. j. & hoc, cùm ꝯctus est de certa parte.
dic vt ff. de rei ven. pater. & ff. si pars hær. pet. antiqui. & l. j. vel cũ
petit ecclesiã cũ suis pertinentiis, ext. de exce. cũ venerabilis. ext.
de restit. spoliat. cùm ad sedem. de probationibus. licet. extr. de fi
de instrumen. inter dilectos. vel præbenda cum plenitudine iuris
canonici. extr. de conces. præbend. proposuit. vel aliquis locus
cum finibus suis, extr. de re iud. abbate sanè. in prin. lib. vj. In his
enim non est necesse aliquid in libello, vel in sententia specifica-
2 ri. De hoc ĩ. de relig. do. & ĩ. ver. sed & si vis ac. & seq. † Aut est ge
neralis, vt pro socio, tutelæ, negociorum gestorum: quo casu suf
ficit in libello actionem complecti, & in genere rem ab initio ex-
primi: vt, conuenio te actione neg. gest. vel tutelæ, vel pro socio
tunc enim veniunt omnia, quæ possunt intelligi sub natura pro-
positæ actionis: vt ff. de tu. & rati. dis. l. j. ext. de causa pos. & ꝓprie.
cùm ecclesia. vbi de hoc ff. de iudiciis. solemus. ff. pro socio. l. arbi
tri. Ex postfacto autem in iudicio possunt singula capitula expri
3 mi. C. de iudi. l. 2. de hoc. ĩ. ver. & nota quòd. † Aut singularis seu
specialis: & tunc si est realis, necesse est rem exprimi. quod dic
vt ĩ. de libel. concep. §. iuxta. ver. item non valet in actione reali.
& seq. Causam tamen tunc non tenetur exprimere. quod dic vt
in eo. §. sed nunquid debet. Si verò est personalis, necesse est cau-
sam adiici, siue petatur species, siue qualitas, siue factum. ff. de rei
vendic. si in rem. C. de episcop. & cleric. authen. generaliter. ff. de
fur. in actione. in princip. C. de edic. diui Adria. tol. l. fi. vt peto rẽ,
quia emi: vel, qa mihi dedisti, vel promisisti, actione ex stipulatu.
ĩ. §. proximo. aliàs sufficeret certi condictio, si proponeretur dũ
tamen certum quid proponeretur. ff. si cert. pet. certi condictio.
extr. de libel. obla. c. fi. & Inst. quib. mod. re contra. ob. Si enim cau
sa non exprimeretur, & reus absolueret, nihilominus adhuc po-
c terit conueniri. ff. de exceptio. rei iud. l. & an eadem. §. actiones[c].
Quid si quis generaliter egit causa, vel actione non expressa? De
hoc in præ. §. iuxta. ver. item nota. hanc distinctionem actionum
plenius prosequere ĩ. in tractu libel. in ti. de iud §. j. 2. 3. & 4. Item
de realibus & personalibus, vide ĩ. de causa possess. & proprie. §.
4 notandum igitur. † Quid de eo qui agit condictione sine causa:
nunquid debet causam, quare agit exprimere in libello? Et vide-
tur quòd non, cùm sine causa agat. contrà: quia sic posset dicere
totum patrimonium suum sine causa penes eum esse. Vnde dicit
Vbert. quòd debet exprimere causam, cùm sit hæc actio persona
lis, in

ADDITIONES.

a c. 2. ¶Et ibi de materia huius principij, in prima par. j. gl.

b Tamen. ¶Secundum Rof. rub. xx. & tribus seq. Adde, quòd ꝯmuniter ita tenent doct. ꝙ ñ sit necesse res specificare. in l. j. ff. de edẽ. & ibi dicunt, ꝙ in tali iudicio intelliguntur ꝯprehendi, ẽt q̃ post libellum productũ cœpta sunt possideri per eũ. & ꝺ hac materia vide etiam in l. j. ff. sol. mat. & in l. fi. C. de sentẽtiis, quæ sine certa quantita. vbi ponitur, an procedat libellus, Peto restitui dotem absque alia specificatione.

c Actiones. ¶Vbi de hoc. & not. quia in reali hoc non procederet. de quo in versiculo. sed nunquid. allegato suprà proxim. in fine. Adde, an causa sit exprimenda in libello vltra ea, quæ ponuntur in l. j. ff. de eden. & in l. edita. C. eod. Alexan. con. cxxi. j. lib. & Ang. cõsil. cclxix. & quomodo procedat libellus generalissimus, vide per. eundem consi. xxv. & per Inno. in c. certificari. de sepul. & in c. dilectus. de ordi. cog. & in c. conquerente. de offi. ord. & in c. cũ ad sedem. de resti. spol. Adde tu in libello, & præsertim in actione personali, an & quando sit exprimenda causa, & an causa proxima, an remota: vide Lanfran. in repeti. c. quoniam contra. in §. petitiones. in j. colum. extra. de probatio. Item do. Abb. Sicu. in c. j. extr. de libel. oblatio. Item adde quid si quis porrexit libellum in actione personali non in serta causa remota, dicendo hoc modo Domine iudex, talis debet mihi dotem: quare peto ipsum condẽnari: an iste libellus procedat? Dicas quòd sic, nisi opponatur. Lãfrã. in repet. ca. qm̃ contra. in §. petitiones. extr. de ꝓba. & ibi vide remissiones. Additio. Et an & quando sit exprimenda causa in libello, vide Card Zaba, c. ij. de libel. ob. Bal. cõ. cxxij. incip. præmittendum. iii. vol. And. consi. viij. col. ii. ver. & maximè. in ii. vol. & adde, quòd agens de nuditate, debet causam in libello exprimere. vt per dom. de Rota decisio. xv. in antiquis. Henr. Ferran.

lis,in qua causa est exprimenda,vt dixi.ar.ff.de condi.sine causa.l. qui sine causa.& ar.C.e.l.ij.& iunge quod no.in præ.§. iuxta. ver.
5 item non valet,si non continet.& sequent.† ¶Sed quam vocas actionem personalem,& quam realem? Respondeo, realis dicta est à re,quæ petitur:puta quando quis nullo iure mihi obligatus est,sed volo illi quæstionem super aliqua re mouere. Personalis dicitur, quando persona obligata est : puta, cùm ago ꝯ eum, qui mihi in aliquo ꝯtu vel maleficio,vel quasi,obligatus est.Inst de act.circa prin.ti.§.namque.& §.appellamus.vt ĩ.versi.verum.Sed certè secundum hoc videtur quælibet actio realis & personalis: nam si peto rem,per consequens dico te obligatum ad rem ipsã tradendam seu restituendam,& sic habet locum realis & personalis.Item si peto à te decem, ex causa mutui, dirigo actionem meam in ipsa decem : & sic habet locum personalis & realis. Ad hoc respon. considerandum esse, ex quo fonte prima procedit actio:& secundum initium & originem facti censenda est perso-
a nalis,vel realis[a].Nam in ꝯtu vel quasi,maleficio vel quasi persona principaliter obligatur: & ideo tantùm actio personalis locum habet.Cùm vero agit ad rem, res principaliter tantum petitur:& ideo realis tantùm locum habet secundum Roffre.in quo autem differat,dic secundum eum in suo libello,in ti. de actione
b speciali [b]. Et scias quòd in nulla reali actione debet quis dicere, peto mihi rem restitui:sed tantùm,peto rem ipsam, vel hæredita
c tem[c].Item vbicunq; iudicis officium imploratur loco principalis actionis,non debet quis dicere,ago contra te : sed debet iudicis officium intentare. Quæ dic vt ĩ.in ti.de lib.concep.§.fi. versi.
6 hoc autem.& quicquid ibi dicitur,hic intellige repetitum.† ¶Il
d lud quoque[d] non est omittendum, quòd proponens actionem nimium generalem seu ambiguam,& confusam, & causæ certitudinem non continentem,vel incompetentem,repellendus ẽ, vt si proponat actionem finium regun.pro centum, vel certi cõdictionem quantitate nõ expressa in libello,vel si per actionem furti velit rem vendicare,& huiusmodi:vt ff.de eden.l.j.ff.de iur. fisc.ita fidei.C.de anna.except.l.fi.ff.de iud.si quis intentione.ff.si mens.fal.mo.di.l.j.respon.j.in fi.ff.de euic.mino.§.si seruus.in auth.de litig.§.ad excludendas.ff.depositi.l.j. §. si quis argentum.ff.
7 de fur.in auth.extr.de sponsali.de muliere.†Notandum etiam ẽ quòd si sit tale negocium,ex quo plures oriantur actiones,& certum sit de qualibet,vt s.§.j.Tu aduocate actoris, elige meliorem & pleniorem,ne habeas necesse sæpius litigare: vt ff.loca.si mer
e ces.§.culpæ.ff.vi bon.rapt.l.j.ff.ar.fur.cæ. l.j.[e] Hinc est,quòd si de mandato serui tui quis sciens te id nolle , de pecunia tua prædiũ emerit,eligere debes,an velis agere contra illum actione furti ad pœnam,an condictione furtiua ad pecuniam,an actione mandati ad prædium emptum:vt C. de furt.l.j.& l.finali.§.tales.vtraque enim actio ex hoc casu nascitur:sed altera alterius electione tollitur.Si autem non eligeret,fieret condemnatio secundum illam, quæ minorem pœnam infligit:vt ĩ.de libel.concep.§.iam nunc.
8 ver.sed cùm ex his.† ¶Quid si nolit eligere,sed dicit,Procedatis domine iudex? Dic eum cogendum iudicis officio eligere.ff.si qs ius dicen.non obtemp.l.vnica.Vel dic quòd non cogitur, sed dicat ei:Amice,elige quam vis.& si non eligit,dicat ei:recede ergo. ar.C.de coll.filiæ.Sed quando debet eligere? Dicunt quidam, ꝙ
9 vsque ad diffinitiuam,& non post.†Sententia enim contra ius litigatoris lata tenet,& ius dicit,cum iniquè decernit:vt ff.de iusti. & iure.ius.extr.de re iud.cùm inter.ad fi.Sed videtur , quòd ante litis contestationem debet eligere,cum talis exceptio sit dilatoria:ergo ante litis contestationem proponenda. C. de probationib.exceptionem.3.q.6.c.si quis.§.exceptio.extr.de re iudica.inter monasterium. Dic quòd cùm quis plures actiões ad eandem rem intentat,aut eas proponit copulatiuè,dicens: propono hãc actionem & illam,aut alternatiuè,dicens:propono hanc aut illã. Si copulatiuè,cogendus est eligere.ff.de leg.ij.cum filius.§.variis & de legat.j.huiusmodi.§.final.& l.seruus.§.cum hac.Et est ratio, quia qui coniunctim proponit, vnam asserit.Is autem,qui alternatiuè proponit , aut est certus de facto : & tunc certus est, quæ actio sibi competat: & ideo eligere debet , maximè ante iuramentum calumniæ, præsertim vbi requisitus est, quòd eligat. Si verò incertus est de facto,non cogitur eligere : vt ff. quorum legatorum. l.j. §.quod autem.ff.de tribut. quod in hæredem. §.eligere.& infrà dicam. Quidam autem dicunt,quòd si quis non eligat vsque ad tempus , quo mutari vel emendari potest, vt C. de
10 edendo.edita.cadit à iure suo : quod non placet. † ¶ Quid si quis vtraque proposita,non eligit? Fertur sententia contra eum, vel etiam contra reum.Sed si in causa appellationis sit eadem cũ
f principali,vel non[f]? Itẽ videtur,quòd potest eligere.ar.ff.de bo. lib.qui cùm maior.§.accusasse.in fi.ff.ad Turpil.l.j.ar.contra quia videtur primò propositam elegisse.ff.de condi.indeb.l.indebitũ. ff.de fideiusso.si seruus alienus.C.ad Macedo.si filius. Contra q̃d videtur secundam elegisse: quia proponendo hanc vel illam videtur à prima recedere.Sed dic,quòd videtur vtramque proponere,nec se ab aliqua illarum excludit.argu.ff.de liber.& posthu. Gallus.in fi.ff.de opti.legata.vnde bene faceret iudex, si in tali varietate reum absolueret:& vide s.de actore.ver.q̃d ergo si deiectus.Sed nũquid videtur eligere per litis contestationem, vel per solam libelli oblationem? Et videtur quòd per litis contestationem : vt ff.rem ra.hab.amplius.& ff.de tribut. quod in hærede. §. eligere.Quod dic vt C.de eden.edita.Vna autem electa,non põt
g amplius variare,vt ff.de lega.2.statuliberis.§.fina.[g]Sed in contractibus quantum ad stipulationem,distingue,vt ff de verbo.obli-
12 gationib.si quis stipulatus.& l.eum qui certarum.in fi.† ¶Quid si in casu prædictæ legis, C.de fur.dominus intentauit actionem mandati contra mandatum suspicientem : demùm succumbit, nunc vult intentare contra illum actionem furti: ille verò excipit de re iudicata? Et videtur,quòd non possit repelli.arg.ff.de except.rei iudic.cùm quæritur.& l.sequen.& l.an eadem.§. acquiritur.ff.de regu.iur.non ex pluribus.non enim videtur sibi contra
h rius:quia conuentio in alia re,vel cum alia persona,&c[h].ff.de pa. si vnus.§.ante omnia. Argu.contrà,quòd sibi obstet exceptio rei iudicatæ : quia inter easdẽ personas,licet alio genere iudicij agatur:& eiusdem originis est hæc actio.ff.de exce.rei iudi.l.si à te.§. Iulianus.& l.si quis cùm totum.§.& generaliter.ff.de noxa.in delictis.§.si detracta.& agendo furti petit eãdem pecuniam, quam seruus mandauit tradi in emptionem prædij,licet ad pœnam aga
13 tur.†Origo enim obligationis, non titulus actionis inspicitur. C.ad Macedonianum. l.3.ff.de donatio.qui id quod. Propter q̃d dicunt quidam,repellendum per exceptionem rei iudicatæ,quia
i est contrarius sibiipsi.[i] Quid si ille satisfecit domino in partem, nec dixit ex qua actione soluebat:dominus verò nunc conuenit eum actione furti ad residuum,vel condictione furtiua:ille verò dicit,quòd soluit ex causa mandati? Et videtur excipiens audiendus.arg.ff.de solu.si quid ex famosa. Vbi videtur ex causa famosa solutum,si ex duabus causis dematur,& altera non sit famosa,altera sic.Item hic neutrum elegit dominus,sed solutionem acce-
k pit.& præd.l.facit etiam in contrarium[k]:sed ibi quando ex diuer
l sis causis,secus si ex vna[l]. † ¶Quid si dominus pactus est contra
14 eum non agere furti:nunquid poterit adhuc agere mandati? Videtur quòd sic.ar.extr.de præsumpt.nónne.xxv.distin.qualis. Iniquum enim est id pacto perimi,de quo ff.de transactio. cum Aquilia

ADDITIONES.

a Realis. ¶Vnde dicit G. Angl.vbi s. quòd differũt sicut três differt à persona.vna enim est rei,alia personæ.allegat quod no.ff. p socio.l.3.Et si vis de materia satiari,vide Cy.in l.j.C.de alie.iud.mu. cau.fac.in v.q.

b Speciali. ¶Quæ est 23.vbi plenè de hoc in vlt.col.

c Hæreditatem. ¶Dicunt em̃ simplices,ꝙ p verbũ restitui,intẽtarẽ possessoriũ ad quod pertinet verbum restituendi.ff.de vi,& vi ar. l.j.princ.quod Rof.improbat ti.de rei vẽ.ꝓpe fi.per l.qui restituere.ff.de rei ven.& per l.videamus.§.ij.ff.de vsur.per quas leges patet verbum restitutionis,etiam ad petitoriũ ptinere. Aliud est ergo restitutio rei,quã restitutio possessionis. ff. vti possi.si duo.§. fi. Alia ratio,per quam improbatur hæc petitio,no.in ver.hoc autem.statim allegato:cui licet iuridico,resistit vsus,vt ibi.

d Quoq;. ¶Iste ver.ad literam fuit Vber.de Bona.excepta vlt.concor.in ver.generalia alleg.super rub.

e l.j. ¶Hucusque ver.iste Vber.fuit:cui continuatur ver. quod autem dixi.qui sequitur,& est sub §.cum breuiter.mihi char.v.vers. si negocium est tale.

f Non. ¶De quo s.de salar.§.sequitur.ver.sed nunquid.

g §.fi. ¶De electi.vt quis duas.de postul.c.vno. lib.6.

h Et cætera. ¶In alia re,vel alteri personæ non nocet.

i Sibiipsi. ¶Rationem Ia.de Ra.qui tenebat contrariũ,vide per Cy. in præ.l.j.in viij.q.vbi etiam tractatur:an illæ ꝯriæ actiones simul nascantur,& resideant in eadem persona:& an per electionem vnius tollatur altera ipso iure,& an ope exceptiõis, & an vna electa possit ad aliam rediri,illa pẽdẽte vel finita. Adde vt per no. in l. edita.C.de eden.& per Bar.& Dy.in l.j.§.non quæritur.ff.de pub. & adde secundum Bal.in l.si prædium.C.de ædi.act.quod si eligitur vna actio,cui sit præscriptum, quòd non impeditur redire ad aliam,cui non sit præscriptum.

k Contrarium. ¶Vt s.potius in causam famosam furti soluisse videatur.

l Vna. ¶Ex qua insurgunt diuersæ & contrariæ actiones:vt in hoc casu.vltra id intentio legis fuit id in eam causam solutum , quæ plus expedit soluenti.eo.ti.l.j.

quiliana.& l.qui cum tutoribus.arg.contrà, quia[a] si potest adhuc
intentare actionẽ mandati,secundum hoc nil operabitur pactũ,
quod esse non debet.ff.de leg.j.si quando.ff.ad municipa.l.j. Ac-
tio enim furti per pactum ipso iure tollitur.ff.de pac.si tibi.§.j.Vt
ergo pactum aliquid operetur,videtur vtramque remisisse;&pa
ctum habet in se quandam liberationem.ff.de transact.l.j.sed si a
gat mandati,non poterit reus opponere exceptionem pacti:sed
in actione furti sic.&hoc quidam tenent:quod non multum pla
a cet[a].†¶Nec est omittendum,quòd si alicui competunt iure cõ
15 muni duæ actiones,vna intentata, potest postmodum aliam in-
tentare.ff.pro socio.l.rei.Secus tamen est,si vna competit de iure
communi,& altera de beneficio prætoris. De hoc, & quid iuris
sit,siue sint pœnales,siue rei persecutoriæ,no. secundum papam
b extr.de collusione detegenda,c.fi. in fi.[b]†¶Quod autem dixi al-
16 teram eligendam:verum est,si omnes ex vno negocio oriantur
Si autem ex diuersis,quælibet intentari potest,ff.de priuatis deli-
ctis.nonnunquam.Si verò dubium est,an duæ oriantur,vel non:
& æquè dubium,sicut sæpe in stipulationibus dubitatur,an sit a-
gendum ex stipulatione,vel certi condictione:vt probatur&no.
ff.si cer.peta.certi.& ff.de verbo.obliga.vbi tũc vtere verbis quæ
se habeant ad vtramq; actionem,dicens:peto ex stipulatu,vel ex
pmissione,quam ex tali cã fecisti,sicut patet ex stipulationis dif-
c finitione. Arg.tamen[c],quòd tunc possit vtraque proponi.extrà.
de in integ.resti.constitutus.vbi petitur sententia nulla pronun-
ciari:vel si esset aliqua,petitur in integrum restitutio.Quæ dic vt
no.j.de sententia.§.iuxta.ver.si,item possum petere iure domini,
vel quasi;vt j.de causa pos.& propri.§. notandum igitur.ver.aliæ
sunt.Præmissa tamen,vt quidam dicunt,protestatione, quòd al-
teram velim prosequi:vt ff.quor.le.l.j.§.quia autem.ibi.quemad
modum,&c.Si autem non est æquè dubium de vtraque,sed de v
na certum,& de altera dubium:propono illam,de qua conueni-
unt sapientes,vt in exemplo pacti incontinenti appositi in con-
tractu stricti iuris,omnes conueniunt,quod tunc detur actio præ
scriptis verbis.de veteri verò informata variant:ergo intentatur
d præscr.verbis:vt C.de pact.in bonæ fidei[d].ff.si cer.pe.lecta est.xx.
17 dist.de quibus extr.de offi.iudi.deleg, prudentiam.prope prin.†
¶Quid si pœnalis stipulatio subsecuta est:dubium potest esse,an
prima obligatio traslata sit in stipulationem pœnalem: ergo tu-
tius videtur agendum ad primam stipulationem,quàm ad pœna
lem:vt ff.de act.& ob.l.j,in fi.de verb.obl.ita stipulatus.ff.pro so-
cio.duo.Alia tamen ratione tutius est primò ad pœnam agi,quã
ad simplũ,s.quia plus est in pœna,quàm in re:sed & si plus esset in
re,habita pœna,securius petes postea illud plus.ff.si quis cau.l.2.
in princi.ff.de arbit.Celsus.in prin.& ff.de eo quod cer.lo.l.fin.ff.
pro socio,si quis à socio.& l.seq.ff.de act.emp.& ven.prædia.ff.d
except.do.apud.§.Labeo.nisi esset actum,quòd vtrunque debe-
retur,& posset exigi cum effectu:tũc enim videtur cessare timor
ille:vt ff.de transac.qui fidem.C.eo.cùm proponas. Caue tamen
ibi qualiter actum est:nam sit actum sit,ꝙ vtrumque cum effectu
vel simul petatur,non recedatur à forma.extr.de rescriptis. cum
dilecta.Si autem non sit actum,ꝙ vtrunq; cum effectu,vel simul
18 peti possit,†cum pœna sit odiosa,& debitum fauorabile, prius
agetur ad debitum,seu ad primam obligationem quàm ad pœ-
nam:nam pœna de facili repellitur à iudice,maximè à iure cano
num.extr.de pœnis.suam.xij.q.2.fraternitas.Sed si fuit iureiuran
do pactum vallatum,videtur vtrumque posse peti,& si actum n
sit.C.de transact.si quis maior.xxij.q.j.omne quod.ext.de iureiu-
e ran.debitores.quod alibi fortè non admittitur,secũdum Vber.[e]
Item etiam potest & in alio exemplo dici,scil.quando quis obli-
gat nomen sui debitoris creditori suo,tunc ei datur vtilis actio.
Nescimus tamen bene,vtrum vtilis hypothecaria,vel vtilis,quę
competebat obliganti directam:vt C.de hære.vel actio.vẽ.post-
quam.C.quæ res pig.ob.pos.nomen.ff de pig.si is. Proponat er-
go factum se ad vtramque habens,& si cogatur eligere, videtur
esse melius eligere vtilem personalem,quæ competebat obligã
ti:hoc saluo,quia si obligans nomen sui debitoris habebat hypo
thecariam in bonis illius,videtur obligasse illam:vnde competet
19 hypothecaria vtilis,secundum Vbert.† ¶ Quando autem pœ-
nalis stipulatio cõmittatur , vt si promitto me aliquid facturum
vel daturum:& si nõ do vel facio,promitto pœnam, quid sit tũc
in obligatione:& si pro parte do, vel facio, an pœna in solidum
committatur.Item si promitto aliquid,& sub pœna,an possit pe
ti vtrumque:& quando possit præcisè peti factum,vel interesse,
vel vtrumque.Item quid si plura sint capitula, & in vno contra-
ueniatur?dic vt in libello Rof.in ti.de act.ex stipulatu, quæ com-
20 petit ad incertum promissum.vt s.de arbit.§.fi.ver.quid si plura.
†¶Sed si quis petit pœnam & sortem,iudex verò pronunciat su
per pœna tantum:nunquid valet sententia?Videtur quòd sic, ff.
de excep.rei iud.l.3.ff.de arbi.quid tamen.ff.de minor. etiam. C.
si cert.pet.eo quòd.ff.de verb.oblig.scire.ar.ꝯ.ff.de arbi.qualem.
C.de app.eos.C.ad Sylla.l.fi.prius dictum verius est: vt patet ext.
f de testa.Raynutius.& C.si aduersus rem iud.l.j.vbi de hoc[f] Duæ
enim sunt petitiores:vna sortis, & altera pœnæ.ff.de appel. cùm
in vna. secundum Vbert.& iunge hic quod habes circa ꝓrias ac-
21 tiones eligendas.s.de actore.ver.item proponens.†¶Item no.
quòd si actor habet rem ab aliquo ex iusta causa dominium trãs
ferendi:nescit tamen ille fuerit dominus,necne,tũc illius rei pos
sessione amissa,secũdum quosdam,in dubio duas intentat actio
nes,s.si ille dominus fuit,intentet rei vendicationem.ff.de rei vẽ
di.in rem.ff.de acqui.re.do.traditio.Si verò non fuit dominus,in
22 tentet Publicianam.ff.de Publi.l.j.†Sed cùm istæ actiones diuer
sæ sint,& contrariæ,videtur quòd sit altera eligenda:quia si pro-
poneres contrarias,repelleris,vt s.dixi.& in prædict. versic.pro-
ponens.Respondeo,hìc videtur,quòd possit vtramque propo-
nere propter iustam ignorantiam,cùm factum alienum ignoret
ff.pro suo.l.fi.ff.de acquir.hęre.l.cùm falsum.ff.quorum leg.l.j.§.
j.sed vbi reus non certificabat actorem,de quo debebat,quare ac
tor vtitur eodem iure.Dico ergo,ꝙnon est iusta sui actoris igno
rantia,quia eadem persona cum illo censetur,vnde debet suam
conditionem scire.ff.de le.ij.cùm filius.§.variis.ff.de reg.iur. qui.
cum alio.licet sit arg.contra.ff.de exercito.act.l.j. in prin. & ideo
g eligere debet,nisi fori[g] consuetudo obstet.Sed quam eliget?Res
pondeo,rei vendicationem directam primò:& si succumbat, po
stea Publicianam.ff.de euic.minor.§.j.vel agat primò Publiciana
in qua requiruntur leuiores probationes, secundum Vbert. Alij
verò aliter dicunt : quæ dic vt j.in tractatu libellorum, de causa
pos.& proprie.§.nunc dicendum.& iunge hic quod est j. vesic.
h quod si velis.Ioan. de Deo dixit[h],propter ambiguitatem tutius
esse agi condictione ex lege,vel canone,3. q.j. in redintegranda.
23 extr.de restitutione spol.sæpe.de hoc Insti.de act.†¶Quid si pri
primò egit rei vendicatione,& succubuit:nunquid poterit redi-
i re ad Publicianam? Respondeo sic,vt in præd.l.min. §.si seruus[i].
ext.de iud.examinata.Alij contrà,ar.ff.de excep. rei iud.si mater.
§.eadem.in fi.& l.& an eadem.§.actiones.Nec obst. ff. de euic.si
cùm venditor.in prin.quia ibi subauditur maximè.†Si autem ve
lis actionem in rem intentare,si intentaueris rei vendicationem
directam:caue tibi,quòd possis probare te dominum iure ciuili,
vel gentium, quia licet multis modis dominium acquiratur, vt
Inst.de rerum diui.§.singulorum.& ff.de acqui.re.do.adeo.&per
totum:puta à lege vel à principe.C.de quadrien.præs.bene.& 8.
dis.quo iure.vel cùm insula occupatur.Instit.de rerum diui.§. in
sulam.Vel cùm quid capitur in iusto bello ab hostibus.23.q.v.di
cat aliquis.& j.dist.ius militare.& ff.eo.ti.ab hostibus.& in simili-
bus:tamen eius probatio multùm est difficilis.C.de probatio.cũ
k res[k].& ideo vtere ꝯsilio legis,ff.de rei.vẽ.is q.Si eñ[l] ex ꝯctu em-
l ptiõis,velis te dicere dñm.quatuor oportet ĩ illo ĩteruenire.¶Pri
mum,cõtractus,qui debet pręcedere:alioquin traditio nuda do-
minium non transfert.ff.de acquir.re.do.nunquam nuda.& arg.
ff.de

ADDITIONES.

a Placet.¶Puto,quòd Gul.ponderat,quòd cum ex vno facto com
petat vtraq; remissio actionis tollat ipsius originem, qua sublata
nec restabit super quo fundetur àctio mandati,vt pactum id ope
retur,quòd res iudicata super altero,vt modo dictum fuit inver.
quid si in casu.Adde quòd Bar.in d.§.j.tenet, ꝙ actio famosa des-
cendens ex delicto,tollatur ipso iure.Secus,si descendat ex con-
tractu,vel quasi:quia tunc solum pactum non est sufficiens ad to
lendam actionem, nisi interueniente Aquiliana stipulatione &
acceptilatione, quia non reperitur iure cautum quòd ipso iure
tollantur similes actiones.
b Fi.¶Sed illud scripsi de relig.do.cùm dilectus.super fi.vlti. glos.
nunc continuat verba Vber.de Bobi.vt s.dixi.
c Tamen.¶Interpositio ad verba.Vberti,vsque ibi,si autem.
d Bonæ fidei.¶Et ibi vide plenè per Cy.quomodo veterem infor
mare,est nouam formam,vel nouam qualitatem inducere.Et an
informet actionem tantùm, an etiam obligationem. Et an sem-
per informet actionem,& an sicut informat veterem obligato-
riam,sic informet liberatoriam.
e Vber.¶Vbi s.& adhuc durant eius verba.
f Hoc.¶Et vide quod plenè dixi de re iud.cùm inter.ad fi.
g Fori.¶Vel loci.Vber.
h Dixit.¶Cauilla.libr. 3,pen.col.
i Seruus.¶Ibi satis plenè de hoc.
k Res.¶Hucusque Vbert.
l Enim.¶Ingreditur verba Rof.de rei vendi.post prin.

ff.de dona.nuda.¶Secundum,quod præcium numeretur,vel fi-
des habeatur,vel aliàs satisfiat venditori,aliàs dominium non trās
fertur.ff.de tribu.procuratoris.§.sed & si dedi.& ff.de contrahen.
emptio.quod vendidi.¶Tertium,quòd res tradatur:alàs enim ñ
transit:vt ext.de fide instr.cùm Ioannes.prope fin.C.de pactis.tra
ditionibus.C.de hæred.vel act.vē.quæ tibi hæreditatem.ff.de rei
vendicatione.si ager.nisi.in quibusdam casibus specialibus, in q-
a bus dominium sine possessione,vel tradition quæritur [a].¶Quar
tum,quòd venditor fuerit dominus alioquin dominium, quod
non habet,transferre non potest.ff.de acqui.re do.non est nouū
ff.de off.procunf.obseruare.§.fin.j.q.7.Daybertum.ext.de dona.
inter vir.& vxor.nuper.Hæc quatuor probantur C.de probatio-
ni.cùm res.ff.de pign.si superatus.& quæ nondum.§.quod dici-
tur.& infrà,de loca.§.nunc aliqua. versi. Ivj. Alios autem omnes
contractus,ex quibus dominium transfertur,vt dotis,permutati-
onis,& donationis,traditione interueniente,longum esset pro-
sequi:vnde aduocatus sit cautus,vt inspiciat contractum,ex quo
25 vult dicere clientulum dominū esse,& illū prosequatur, † ¶Et
omni contractu oportet hæc duo saltem interuenire,videlicet ꝙ
contractus præcedat,& traditio subsequatur. Item etiam proseq
omnes causas,ex quibus iure gentium sine contractu domini ac
quiruntur,longum esset,licet & illæ ad rei vendicationem perti-
neant:vnde & tunc aduocatus sit cautus, vt cōsideret causam,ex
b qua vult dicere clientulum dominum&an iure specificationis [b],
vel intentionis,vel alio,& causam illam specaliter prosequatur.
Causas illas inuenies ff.de acqui.re.do.& Instit. de rerum diui. vt
præ dixi. Item etiam considera,an res sit corporalis cùm possīde-
non possit:ergo nec vendicari : & an res illa sit singularis vel vni-
uersalis.quod dic vt j̄.de causa poss.& proprie.§.notandum.inpo
c sitionibus [c].Item vide,vtrum reus possideat id quod petitur, vel
dolo desierit possidere.Super quo vide ff.de rei vend.is qui peti-
torio.in fin.ff.de inter. Act.qui seruum.§.in iure.C.de ali.iud.mu.
causa.fac.l.vnica.ff.de rei ven.officium.& l.si autem.ff.de nox.ele
ctio.& versi.quòd si velis. Qualiter autem agatur,procedatur, &
pronuncietur contra illum,qui cadit à possessione.vide infrà , de
26 interroga.§.fin.versic.verum.& seq.† ¶Sed nunquid [d] is,qui tā
d tùm ciuiliter possidet,puta solo animo,potest conueniri rei ven
dicatione occasiōe talis possessionis?Et videtur quòd sic.ff.de rei
vendi.officium.in fin.vbi indistinctè dicitur, quòd contra quem-
libet habentem potestatem restituendæ rei potest intendi:& in
e definita locutio æquipollet vniuersali [e]. 19.distinctio. si Roma-
norum.ff.de seruit.vrba.prædi.si seruitus. Talis enim bene habet
facultatem restituendæ rei,puta propter amissionē.arg.ff.de acq.
poss.possideri.§.in amittenda.nec est hoc præiudiciale ei qui na-
turaliter possidet, si non patiatur simpliciter illam causam agere:
sed saluo iure suo.arg.ff.de re iudi.sæpe ext.e.quamuis.ff.qui.mo.
27 pig.vel hyp.solu.si debitor.† ¶Quid aūt iuris sit, si cōuentus rei
vendicatione seu actione in rem, vel noxali, vel possessor pigno
ris,vel accusatus,negans se possidere,conuincatur,seu variet,vel
debitum soluere sit paratus:vel ante litis contestationem exhibe
ret petitæ possessorem,vel ostendit seruum noxosum,vel crimi-
nosum.vide s̄.de actore.ver.item eluditur.& seq. Item si quis se
vltrò rei petitæ defensioni offerat:vide j̄.de interrogat.§.fin.ver.
28 hi quoque.& seq.† ¶Item quid iuris,cum species,vel quātitas,
f vel æstimatio petitur:not.j̄.de solu.§.pen.versi.ad huius. & seq.[f]
Et nota,ꝙ videtur dicere lex,ꝙ non potest in eodem libello intē
tari actio ad exhibendum,& rei vendicatio:vt C.de noxa.act.l.j.in
princ.Nam actio ad exhibēdum ordinaria est,& ideo in ea debet
dari libellus. 3.q.3.ca.induciæ.§.offeratur.& causa,ex qua agatur
exprimi:vt C.ad exhiben.l.j.& lis contestari iurari, & snīa ferri,&
in litem iurari:vt ff.eod.Iulianus.§.qui iurauit.& in lit.iur.in actio
nibus.in princip. Qualiter autem in ea libellus concipitur, vide j̄.
in tractatu Libellorum,in tit.de iudic. §.vltimo. Verùm consue-
tudo iudiciorum admittit, vt vtrunque in eodem libello inten-
tetur:vt si dicatur:
29 ¶FORMA.† Peto rem exhiberi:& debet dicerere signa eius,
alioquin ei iuranti succurritur:vt ff.e.l.3.&eam exhibitā vendico
rei vendicatione.Vel.sic.
¶FORMA.Coram vobis,&c.conqueror de Pet.q iniustè deti
net talem equum ad me iure dominij,vel quasi pertinentem:qui
equus est pili nigri,croceus,vel signatus tali signo,in tali pte:qua
re peto dictum equum mihi restitui:& cùm mea interfit,dictum
equum mihi exhiberi , peto ipsum per dictum Pet.in iudicio ex-
hiberi.Nec obstat præ.l.C.de noxa. quia debet ibi exponi,vel pro
g &.g Et forma positiones super hoc libello:vt infrà,de causa poss.
& propr.§.notandum igitur.versi.aliæ.& de hoc vide in prædi.§.
vlt.de iud.Sed nunquid debet fieri exhibitio ante litis contestati
onem,vel post,coram testibus ipsius actoris?Dic vt not.ff.e. l. 2.
secundum Vbert. Sed nunquid possunt simul in eodem libello

peti restitutio rescissoria,vel res metu perdita, & quadruplū. De
hoc j̄.intractatu libellorum,de in integ.restit.ver.sed nūquid. &
30 de his,quæ vi.me.ve.causa fiunt.prope prin.† ¶Quid si ago cō-
tra te rei vendicatione,& formo sic libellum:
FORMA.Peto à te talem rem,quam dico meam fuisse:nunqd
valet talis petitio,& an hoc probato,præsumetur mea esse nunc,
nisi contrarium probetur à te, qui eam tenes, & in me transferē
possessio? Et videtur quòd debeam probare meam esse nunc : vt
C.de probationibus.ex persona.& not.ff.de libe.agno.l.ante pe-
nult.& de probatio.l.4.& ext.de causa posses.& proprie.cùm ec-
clesia.§.partib⁹.ibi:vltimò. & immediatè,&c.Sed contra per l.C.
h de probatio.siue possideris [h].facit e.tit.non epistolis.& l.non nu
dis.& C.de testi.auth.si dicatur. & ff.finium regun. in fine. Secus
in minore,qui non præsumit modò minor,licet olim fuerit mi-
nor.Item secus in possessione,cùm & multæ aliæ sint differentię
vt ff.de acquiren.posses.si quis.§.differentia.secundum Alber.Pa
31 pien.Vber.verò de Bobio † dixit,quòd si res est mobilis,non p̄-
sumitur modo possidere , licet quandoque possederit:quia vilis
est,&neglecta possessio.ff.de acquir.posses.si rem.secus in immo
bili.Sed hæc sententia non est vsq;quaque vera.nam & si habeo
fundum,& steti per 20. annos,quòd non iui ad ipsum,nec habui
iustam causam non eundi:videor possessionem ob meam negli-
gentiam perdidisse:vt ff.de vsu.furto.§.vno.&ff.de acq.pos.licet.
tū si tunc fructuspercepi,non ideo possessionem videor perdidis
se.Et hęc omnia vera sunt,cū tractatur de mea vtilitate:si verò de
i incōmodo,tūc p̄sumo mō possidere [i],secundum quod traditur.
C.ad exhibend.l. 3. nisi probetur me possidere desiisse sine dolo
malo:qđ fit eo ipso,ꝙ contrarium non probetur, secūdum quos
dam.ff.de exce.rei iud.si rem.ff.rē ra.hab.procurator.in princ. A-
lij dicunt,quòd si possessio mea peruenit ad aliquem ex contrac-
tu,vel ex delicto: præsumit hodie possidere,nisi probet se desiis-
se possidere sine dolo malo:vt C.de pigno.acti.l. 4. Si verò aliter
peruenit,tunc præsumitur possidere,sed absoluetur , si voluerit
iurare se sine dolo malo desiisse possidere.argum.ff.de nox. quoties. §.
k ait prætor [k].† ¶Hoc quoque non est prætereundū, quia si ago
32 contra te rei vēdicatione ad rem,quā dico me apud te deposuis-
se:tu

ADDITIONES.

a Quæritur.¶De quibus not.de cōsue.c.2.& C.de acq.poss.l.j. Ad-
de quòd sit probandum in rei vendicatione,Lu.Roma cōs. 423.
Adde ad id quod remittit hęc additio in principio,& in quib.casi
bus transeat dominium siue possessio.Adde dico Bal.in l. in suis.
ff.de.lib.& posth.item Ab.Sicu.& Feli.in c.cum aliquibus.ext.de
re iudic.
b Specificationis.¶Quæ est , cùm sit species de materia aliena. De
hoc Instit.de rerū diui.§.cùm ex aliena.ff.đ acqr.re.do.adeò.§.cū
quis.cuius casum vide in rub.de ui.& hon.cle.De inuētiōe habe
tur Inst.de rerum diui.§.thesauros.& §.item lapilli.sed ille §.non
congruit,vt ibi not.sed facit ff.de acqui.re.do nunquā.§.thesaur⁹
c Positionibus.¶Super ver.cæterù.vbi prosequitur verba Ros.
d Nunquid.¶Ros.est ver.quæri solet.vltra medium tituli.
e Vniuersali.¶ Improuisè fit hæc allegatio.cùm suprà posuerit ꝯ
quemlibet:& lex in fi.dicat ab omnibus,qui tenēt,&c.nec hāc al
legationem fecit Ros. qui dicit Azo. in Summa idem teuere. &
sic est,vt ibi patet post princ.& idem tenet Accur.ff.e.super rub.
& ponit exemplum in illo,qui dedit in feudum.Sed Ros.ad con-
trariū allegat,ꝙ habere facultatem restituendæ rei videtur respi-
cere traditionem, quā iste facere non potest. Respondet ꝙ faci-
et quā potest illam dimittendo,& animo perdendo,vt sequitur.
Adde qđ Bar.in l.Pōponius.§.si is,qui præcario.tenet indistincte
quòd siue habeat facultatē rei restituendæ,siue non , possit cōue
niri rei vendicatiōe.& hoc sequūtur ibi cōmuniter docto.& Vin
cent.imò quando apparet cōuentum rei vendicatiōe nō habere
facultatem rei restituendæ,valet iudicium intentatū ꝯtra eū,& fi
nis huius iudicij est,ꝙ si actor probet se dominum , & declaretur
dominus,nocet victo,si vnquam possessio ad eum peruenerit.Et
hoc probat tex. secundum Bar.quem dicit scribendum literis au
reis in l.si à te.§.ff.de excep.rei iud.
f Et seq.¶ j̄.repetitur ibi:vtrum.
g Et.¶Ibi dicit vendicare, vel ad exhibendum agere nō prohibēs.
h Possidetis.¶Ibi.in fi.Cyn.recitat quæstionem de deponentibus
in curia contra electum, quòd electores semel fuerant excōmu-
nicati,an procederet positio.
i Possidere.¶Io.de Bla.contra,scilicet econuersò,scilicet ꝙ in sui
pręiudicium,qui possedit,non intelligatur possidere:in sui fauo-
rem sic.quod no.in tractatu de rei ven.in fine.
k Prætor.¶Ad materiā vide qđ no.j̄.de pet.pos.§.j.ver.qđ si petq.

se:tu verò negas, dicens me eam tibi commodasse, teneris ad re-
stitutionem propter bonam fidem,& deb eo vincere, nec refert
qua actione agatur:vt ff. de priuil.cre.l.3. nec mihi hoc casu incū
bit probandi necessitas de deposito. ff. de fideiuss. tutor.secundū
a Azo.Iac. Bal.[a] † ¶ Item scias,quòd rei vendicatio tantum domi-
33 no competit:vt ff.de rei vendi.l.in rem actio.in princip.& C.eo.
doce.Fallit tamen quandoque:vt C de iure do.in rebus.&.ff. eo-
dem,si sponsalibus.§.j.vbi mulier agit reivendicatione pro rebus
dotalibus:cùm tamen eas viro tradendo,in eum transtulit domi
nium:vt C de pact.traditionibus. De hoc tamen not. secundum
b quosdam in præd.l.in rebus[b].¶ Item not.quòd si misi pastorem
meum ad montana,cum ouibus meis,& aliquis ei vnam vel plu-
res,vel etiam omnes auferat:possum ego eas vendicare.ar. C.de
sacrosanct.eccle.sancim⁹.j.prope princip.ibi : sacrorum vasorum
custodes,&c.C.si per vim vel alio modo.l.j.&ff.de dam infect.cū
emptor.in fin.j.respons.& 16. quæst.j.in canonibus.prope fin.ibi:
custodes chartarum.Item not. quòd pastor tenetur de custodia:
vt ext.de reg.iur.quamuis.ff.loca.qui mercedem. & vide infrà,de
loc.§.postquam.versi.quid si locaui. ¶ Vtrum si.nul peti possint
res vel æstimatio,& qualiter æstimatio peti potest.not. infrà, de
solut,§.sequitur.versi.ad huius.&sequent.¶ Vtrum autem petēs
ecclesiam,vel præposituram,vel archidiaconatum,vel episcopa
tum,vel aliam dignitatem,etiam secularē,vel ius patronatus, vel
ciuitatem,vel castrum,aget reivendicatiōe.vide infrà,de religio.
34 do.† ¶ Illud verò no.dignum est,quòd si vis petere legatum ti-
bi relictū,tres habes,actiones, scilicet,personalem actionem ex
testamento,de qua infrà,de testam.§.j.versi.& not.& rei vendica
tionem,& hypotecariam:de qua infrà,de pign.§.j. ver. cæterùm.
& C.communia de leg. l.j.versi rectius.& infrà,de primo & secū-
do decret.§.videndum. versic.sed nunquid.Sed quando hæc tibi
competunt?Respon.rei vendicatio datur demùm ab adita hære-
c ditate,si species[c] fuit legata purè: vt ff. de pec, sed si damnum.§.
sed & creditor.& ff.de leg.2.legatum.& ff.de fur.à Titio.Item p-
sonalis demùm ab adita hęreditate,quia hęres non est prius obli
gatus.Inst. de oblig.quæ ex quasi cōtra.nas.§.hæres.& ff.ex quib.
cau.in pos.ea.apud Iulianum.§.fi.& l.seq.Item etiam hypotheca
riam habes ab adita hæreditate,cùm sit accessoria: vt ff.de pigno.
contra.& l.res.Nec potest vti simul personali & reali:vt ff de leg.
2.cùm filius.§.variis. sed personali & hypothecaria sic:vt argu.in
authentic.de fideiuss.§.sed neque.in fine.sin autem legatum fuit
in genere:tunc non habes rei vendicationem, nisi demùm facta
optione:vt ff.ad exhiben.l.3.§.sciendum.Et hoc verum est,quòd
habes personalem actionem, cùm legatū est in genere.† ¶ Quid
35 si in specie?Non videtur,quòd tunc habeas personalem. argum.
ff.vsufruct. quemad.c.l.fina.Sed potest dici contra.Nā sicut odio
furum datur personalis actio contra eos, vt Instit. de actio. §. sic
itaque. sic etiam in fauorem legatariorū pro recuperatione eo-
rum,

ADDITIONES.

a
Iac.Bal.¶ vide j.de sent.prola.§.qualiter.versi. quid si lis. & vide
in quo differt hæc quæstio ab illa:qa hic vendicabat rem,q̄ se de-
posuisse dicebat penes reū:ibi sīpliciter agebat depositi,sed pba
uit ꝯmodatū.Itē hîc reus ꝯfitetur ꝯmodatū:ibi actor id probat.&
vide per hoc,ꝙ isti duo versi. sed iste. plus facit pro Inn.in eo qđ
no.de iud.examinata. vt ibi scripsi in gl.dixit Inno. Petebat enim
ille rem,quam dicebat ad se spectare iure dominij,& dominium
probauit,licet actionem locati expressisset.contra eū facit j.ver.
pen.& s.de teste.§.j.char.pen.ver.sed pone exit.& vide quod ibi
dixi. Verè in suis terminis summam æquitatem habet hæc solu-
tio,scilicet cū reus à princi.cōfitetur se debere quod petitur, sed
ex alia causa:nec aliud proponit,quod obstet actori.Hocdico,qa
si dicat,non deposuisti,sed commodasti : ante vsum completum
repetere nō potes.ext.de commod.c.vno.ff.e.in commodato.§.
sicut.tunc cessaret æquitas prædicta.& procedit dictū rei,ꝙ non
procederet in deposito.ext.depositi.bona fides.§.i.ff.eod.l.j.§.est
autem,& responsio illa recta esset, negans narrata & dicens petita
fieri non debere. Adde, quòd prædicta Io.And. sequitur Pau. de
Castro,in l.is ad quem ff.de acquir.hæred & Alexā.consi. 120.j.
lib.& Paul.de Castr.cons. 207. Et quia titulo huic conuenit hæc
materia,cuiussatis trita est q̄stio:rerētis terminis agēs depositi ad
quantitatem vel speciē lite cōtestata per negationem ,pducit te-
stes.qui probant commodatum. quod sequi debeat condēnatio
videtur primò ex æquitate.quæ vult rem meā,quæ ad te puenit,
mihi restitui ff.si certum petat.si & me.si suffragandum est cuiq;,
vt consequatur qđ suum est ff.quod cum eo. l. j. & nota. ff.de eo
quod cer lo.l.j.in vlt,gl.Item sicut error causæ nō impedit transla
tionem dominij, ff.de acquiren.rerum dominio. cùm in corpus.
Sic error actionis non impedit sententiā,quin condēnetur re⁹ ꝯ
uictus per probationes:cùm& iudex per sentētiā dominiū trans
fert:vt notat.Institutio.quibus alienare non licet. §. primo. nā &
iudex ꝯ naturam actionis fert sententiā.ff.de ędi.edi. bouem.ali-
qñ.Hoc tamen solue,vt scripsi de simon.licet Heli.sup finem gl.
sic suprà. Item constat iustum esse debitorem ex numeratione,
&traditione probantis.& sic contracta fuit obligatio, ex qua mi-
hi competit certi cōdictio, ex qua licet actio proposita fuerit,in-
utilis, iniquum esset condemnationem non sequi : cùm sæpe id,
quod non valet vt agitur,valeat vt valere potest.ext.de despon-
satione impuberum.c.vno.libro sexto.ff.de pactis.si vnus.§.pen.
nec refert quo genere actionis agatur.ff.de euictionibus si man-
cipium.§.j.¶ Ad ꝯtrariū inducitur,quod suprà dixi,& ff.si pars hæ
rede.pe.l.non possumus.& ff.iudic.sol.cùm quærebatur.vbi cau-
tio in vna actione præstita non committitur, si alia actione aga-
tur.Ad idem iura allegata in prędic.ver.quid si lis.ff.de iureiuran.
si duo patroni.§.Iulianus.& prædic.decret.licet Heli.&de re iud.
abbate.lib.vj.per quæ iura multi tenent contra,quia deficit obli-
gationis initiū,quo ad causam propositam. Allegant ff. de ac.&
oblig. quæcunque.ff.de negot.gest.Pomponius.2.& l.fideiuss.ff.
de instito.l.habebat.& si mens.fals.mo.di.l.j.§.j. & volentes salua
re dictum Innocen. dicunt illud procedere,quando ab initio nō
fuit opposita ineptitudo libelli. quod intellige cum patebat ex
eius forma.Cessat enim id,quando ineptitudo apparet ex proba
tionibus tāntùm.Mihi placet dictum Innoc.qui loquitur de pe-
tente rem iure dominij, & ,pbat se dominū: q licet submiserit a-
ctionem locati, obtinere debet ex causa sufficienti intentata &
probata,pone.in fin.melius. Quando verò simpliciter petit rem
per actionem depositi,& demùm probat commodatum, vel lo-
catum;hic procedit opinio contraria, & iura ad illam partem in-
ducta:nunc in defensione primi dicti oportet instari.Assumo igi
tur contrarium,quod est vtilius in materia,& plenius specificat,
scilicet decret.abbate. p quam patet à versic. cæterùm, vsque ad
finem,quòd vendicans rem,vel illam petens iure dominij.nō ha
bet necesse exprimere causam.&cōcordan.ibi vide in gl.talis Po
test tamen exprimere,si vult.tunc habet necesse probare illā cau
sam esse & fuisse veram tempore litis contestationis: & vt ibi scrip
si super gl.pe.diuerso respectu,quādoq; vtilius est exprimere cau
sam:quandoq; vtilius est nō exprimere:ex primo aūt patet, ꝙ li-
bellus Innoc. de quo s. perfectus erat sine adiunctione actionis:
nam illa adiunctio, nec fuit,nec potuit esse causa dominii,vel illi
us petitionis,nec in acquirendo,nec in vtendo. primū patet, qa
nō est de titulis enumeratis post titulū de acqren. rerum domin.
ff.Secundum etiam patet,quia locatio fit à non domino: vnde ꝯ
ductor locat.ff.loca.l.nemo.Cōcluditur ergo,ꝙ adiectio fuit im-
pertinens & inutilis.Sed nos habemus regulam in vi.quam inter
regulas Legistę non habent,Vtile per inutile vitiari.Item sumus
in materia separabili,cùm præcedens oratio libelli in se perfecta
foret,vt dixi.Concluditur ergo dictum Innocen.in suis terminis
procedere.Fortificatur hoc per no,de consec.dist.4.si non sancti
ficatur.in princip.& recitatur de baptismo.ca.j. vbi etiam in bap-
tismo,si forma verborum congrua iam prolata,addantur aliqua
verba,nihilominus verum est baptisma:si hoc in baptismo,forti⁹
in libello. Facit ad prædicta cle.de præb.c.j.resp.j.in fi.

ADDE,quòd Abbas in c.examinata.dicit quòd de rigore iuris,
contrarium eius,quod voluit Innocent.est verum. l.i. C. si men.
fal.mo.di.& ita dicit tenere Hostiens.sed đ æquitate teneret opi.
Innocent.quam etiam tenet Bar.Bal. Rapha. & Paulus de Castr.
in l.j.ff.de eden.& Innocentius.in l.ita stipulatus.§.Chrysogonus
de verborum obligationibus.Roman.tamen.consi 446 incipiē.
primus præpositæ quæstionis articulus. dicitur sentire opinionē
contrariam breuibus verbis & pro communi opin. facit glo.in l.
vinum.ff.si certum pet.& quod voluit idē Rom.consi. ccccxcvj.
scilicet quòd vbi aliàs citatio non est necessaria, si illa fiat non ri-
tè,non vitiatur actus.Faciunt quę volunt doct.in l.si stipuler.§ fi.
de verb.obligationibus.Adde tu,quòd licet in petitiōe seu libel-
lo viderentur aliqua superflua,propter quod non vitiatur.respō
det Baldus in l.Gallus.§.quidam rectè. in j. colum.ff. de liberis &
posthum.Adde etiam quòd cùm exprimetur in libello,dummo
do inferat ad conclusionem Bal.in l.Gallus §.quidam rectè.in 4.
colum.ff.de liberis& posthum.Item facit ad suprà dicta per Ioā.
And.quòd si libellus ex vna parte est ineptus,ex altera verò apt⁹,
proceditur super parte apta,reiecta atque remota inepta. Hosti-
en.in c.ad dissoluendum.de despon.impu.extra,Lap.allegata. Iv.
in 4.col. Abb Sicu.in d.c.ad dissoluendum.vnde si ineptitudo nō
attenditur,multominus superfluitas,&c.
b Rebus.¶ Vide ibi tres lecturas in gl.contra.
c Species.¶ Sup.quæ erat legantis.

rum, quæ legata sunt in specie. Vel dic aliud esse stipulari rem suam dari sibi, & aliud restitui: & sic aliud est petere rem suam, & aliud petere sibi restitui: vt argumen. ff. de verborum obligationibus. nemo. Vel dic, quòd habes personalem actionē ratione possessionis: vt ff. de condi. indeb. l. indebiti, §. j. vnde vtraque locum habet, scilicet personalis, & hypotecaria: sed non vbicunque locum habet rei vendicatio, & hypothecaria locum habet.† ¶ Sed
36 quamuis præmissis tribus modis peti possit legatum: potest etiā peti secundum canones, cōdictione ex canone, & officio episcopi. 16. quæst. j. commonere. 13. quæstio. 2. vltimo. ext. de testam. nos quidem. & c. si hæredes. & cap. tua. ¶ Sed quid si quis legauit plures species alicui, & postea rem alij in genere, nunquid videntur res illæ obligatæ? Fortè non, quia per generale legatum non
37 detrahitur speciali. ff. de leg. 3. vxorem. §. felicissimo.† ¶ Sed qd si legauit mihi vsumfructum cuiusdam rei, nunquid proprietas eiusdem rei erit obligata? Respond. absurditas est, si sit mihi obligata: cùm non sit permista causa vsusfructus & proprietatis, vt ff. de acquir. pos. l. penult. secundum Vbert. Qualiter autem concipietur libellus super cautionibus hæreditariis à legatario præstādis, vel econtrà? Dic, vt ī. in tract. libel. in tit. de pig. §. sequitur. Itē quo iure, & qualiter, & quando, & à quibus executores testamētorum exigent legata, dicam ī. de instr. editi. §. nunc verò aliqua.
a versiculo, sed quo iure. & seq. & præce. Quæ [a] autem actio detur fideicommissario ad petendum hæreditatem sibi restitui, notat
38 Azo in Summa, in tit. ad Trebel.† ¶ Quid si hæres erat creditor defuncti, & rogatus restituere hæreditatem, eam restituit: quæritur. quam actionem habet? Et dicunt quidam, quòd habet vtiles, quas primò habebat directas, vt ff. ad Trebel. debitori. C. de iure delib. scimus. §. in computatione. Sed H. dicit, additione hæreditatis eas extinctas. C. de pactis. debitor. ff. de sol. Stichū. §. additio. & ideo dicit eas non restituendas, vt ff. de sol. qui res. §. areā. sed dat hæredi conditionem indebiti, quasi plus soluerit, ff. de hæred. vel act. vend. l. 2. §. pen. & ff. de condict. indeb. si is qui. & ff. eodem. cū hæres. & C. ad leg. Fal. in imponenda. Si verò hæres institutus, erat debitor defuncti, & rogatus restituere hæreditatem, eam, restituit, fideicommissarius aget contra eum actione ex testamento,
b quasi non plenè restituerit: de hoc ff. ad Trebel. [b] ita. & l. ita tamē.
c §. extra. [c] & facit ff. eodem. debitor.† ¶ Sed quando competunt actiones fideicommissario? Resp. facta restitutione, non ante: vt ff. ad Trebel. facta. & in præd. §. ex Trebel. & l. si hæres. §. j. nisi casibus, vt not. ff. eodem. Marcellus. §. res. C. communia de leg. l. fin. §. fina. ¶ Quid si hæres rogatus est restituere hæreditatem primo & primus secundo: hæres restituit primo, & primus secūdo: nunquid vtiles actiones remanent penes fideicommissarium, sicut directæ remanent penes hæredem, adeò vt si quis soluat primo fi-
d deicom. sit liberatus. De hoc C. ad Trebel. l. penul. & [d] ff. eo. ex asse. in fi. Vtrùm autem restitutione facta in vna re, intelligatur in
e omnibus facta? Respons. sic: vt not. ff. eodem. restituta [e]. Item an procuratori fideicommissarij possit fieri restitutio, no. ff. eodem.
40 qui ita §. j.† ¶ Quid si velis intentare Publicianam [f]: vide, si habes
f causam, ex qua cōpetat. Super quo vide ff. de Pub. l. j. & l. quæcūque. & per totum. & ī. in tractatu libellorum, in tit. de causa poss. & proprie. §. nunc dicendum. & suprà versicu. item not. quòd si. & seq. Considera etiā, an is qui conuenitur, possideat, sicut dixi suprà versi. si autem velis. & ī. §. proxi. ff. eod. eum qui. §. Publiciana. Quòd si possideat, vide, si sit directè dominus, vel emphyteuta, vel vasallus, vel superficiarius: vide etiam ius tuum & aduersarij. super quo vide ff. eodem, suum. §. 2. & l. 2. & l. in rem. & ff. si ager. vect. vel emphy. pe. & ff. de superfi. per totum. & ff. de dam. infecto. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de rei vendic. in speciali, & l.
41 sequent.† ¶ Et not. [g] quinque esse necessaria, ad hoc vt compe-
g tat Publiciana. ¶ Primum, quòd habeat iustum titulum. Secundum, quòd fiat ex eo traditio: vt ff. de Publi. l. j. ¶ Tertium & quar-
h tum, quòd tempore venditionis & traditionis [h] habeat bonam fidem: quod præsumo, nisi probetur mala. ff. de probatio. verius. ¶ Quintū, quòd à non domino tradatur: quod semper præsumo vt not. ff. de Pub. l. j. ¶ Cæterùm si tu aduocate actoris vis hypotecariam intentare, considera ius tuum, & ius possidentis rem. vide ff. de pign. si separatus. & l. si fundus. §. in venditione. & per totū. Et caue, ne possidens potiora iura hēat. sup quo vide ff. & C. qui po. in pi. ha. & cū ages hypotecaria, debes petere in libello, vt debitor vel soluat debitum, vel pignus cedat & dimittat, vel restituat: vt C. si vnus ex pluribus hæred. cred. vel debit. l. 2. in fine. & in præd. §. in vendicatione. Sed melius est, quòd primò restituat id,
42 quod est in obligatione.† Quia verba transposita idē significāt, ff. de peculio. quidam. & argumen. ext. de rescriptis, causam quæ. extrà, de verb. significationibus. nil. Secūdo verò debitum soluat vt ff. de pig. si inter. §. fin. & quasi per totum. & in præd. l. ius. aliud est, quia ibi ille erat saltem de parte obligatus, secundum Vbert.

Vel concipitur libellus: vt infrà de pig. §. primo, versiculo. cæterùm. Quanto autem tempore hypotecaria tollitur: not. infrà, in tract. li. in titulo, de pręscrip. ver. sed de hypotecaria. & seq. De hypotecaria vide pleniùs infrà de solutio. §. primo. Qualiter autem concipitur libellus super constit. ob æs alienum, not. infrà de pig. §. primo. versiculo, item cùm ob æs. ¶ Verùm si velis agere personali, vide vnde sit reus obligatus: quia personalis actio non nascitur, nisi ex delicto vel quasi. vel ex contractu, vel quasi: quidam etiam ex variis figuris causarum, ff. de act. & obl. l. j. & l. ex malefici
43 is. & §. actionum. Instit. de obl. & s̄. versi. sed quam eliget.† ¶ Su
i per his autem generalem do [i] tibi doctrinam: nam si habes certā actionem ex delicto, illam propone. Si verò non habes certam, nec habere potes, & constat de delicto commisso: de rigore iuris agendum est actione de dolo, vt ff. de dolo. l. j. & per totum, ff. de cri. stel. l. 2. extr. de præsumpt. c. j. Si autem constat de rigore iuris non esse commissum, æquitas tamen scripta suadet dandam actionem, agatur actione in factum: vt ff. de præscriptis verbis. quia. & l. quoties. C. de sacr. sanct. ecclesi. l. sancimus. & hoc, si vis agere de dolo extra contractum, vel quasi, commisso. Si autem de commisso in cōtractu, distingue: quia aut fuit promissum de dolo non adhibendo, & tunc ex promissione agitur. Si verò non fuit promissum, distingue, in quo negotio fuerit commissus dolus, & qualiter: vt ff. de dolo. eleganter. §. non solùm. ff. de except. ita demùm. ff. de ver. obligationibus. si seruum. responso primo. & l. prima. & l. videamus. aliàs incipit, Iulianus. §. vno. ff. de solutio. & etiam l. qui sibi. §. primo. & ff. de leg. primo. huius. §. tertio. Si verò velis ex contractu agere, & habes certam actionem, eam propone. Si autem non habes certam, nec ab aliquo perito potest haberi, facta inuestigatione subtili, si constet dandam de rigore iuris, agas directa præscriptis verbis, vt ff. de exer. act

ADDITIONES

a Quæ. ¶ Hinc incipiunt verba Alber. Gal. titulo, de quarta Trebelli. vsque ad versicul. quòd siue lis. Adde, quomodo formetur libellus, cum fideicommissarius vult auocare alienata, Pau. de Castro. consil. x.
b Trebel. ¶ Et vide ī. de iudi. §. j.
c Extra. ¶ Vt dixit Alb. Gal. ibi, istæ duæ quæstiones not.
d Et. ¶ Supple pleniùs, vt dixit etiam Alber. Gal.
e Restituta. ¶ In 3. gl.
f Publicianam. ¶ Hic redit ad verba Vber. de Bob. ad quæ interposuit vltra duas columnas.
g Et no. ¶ Hæc quinque not. Accur. Institut. de act. §. aliæ. in glo. & sic videtur. Scias, quòd Rofr. vbi de Publiciana tractat. aliter prosequitur quinque, quæ dicit necessaria, & illa plenè. Ponit enim pro primo, & vnico tertium & quartum, quæ hìc sunt cōiuncta. allegat ff. eodem tit. eum qui. §. prætor. & §. Publicianam. & l. sequenti. Secundum, quòd res sit talis, quæ possit vsucapi, vel præscribi, dans regulam, quòd res non vsucapibilis, nec præscriptibilis, non cadit in Publicianam: & econuerso, omne vsucapibile & præscriptibile traditum titulo, à non domino, petitur per Publicianam. alleg. ff. eodem. eum qui. §. final. & l. siue. §. hæc actio. ponit quatuor casus exceptos, in quibus in casu non vsucapibili procedit Publiciana. Tertium, quòd intercedat causa iusta transferendi dominium, si fieret à domino, ff. eodem, quæcunque. in princip. Quartum quòd res sit talis, quæ alienari possit, eodem titulo, cū sponsus. §. si res. Fallit in re furtiua, quæ alienari potest, & tamen non datur Publiciana. eodem titulo, siue. §. hæc actio. Quintum, quòd fiat traditio. ff. eodem titulo, l. prima. in fine. In casibus, eodem. l. secunda. & 3. An verò requiratur vacua possessio: dicam de causa poss. §. nunc videndum. versiculo. si verò dubitet. vbi etiam plenè prosequar, hæc quinque non esse necessaria in omni specie Publicianæ. Adde, quæ necessaria sint ad hoc, vt competat Publiciana, Romanum consilio 424. Et an Publiciana detur contra titulo possidentem, vide Alexand. consilio xc. secundo lib. Et an agens Publicianā debeat habere titulum, & vacuam possessionem, per Alexan. consil. xlv. 3. lib. Et quid debeat deduci in publiciana, per eundem cons. xc. 2. lib.
ADDITIO. Et cui competat Publiciana, & quę requirantur ad eam intentandam, tradit latè Philip. Corne. consili. cx. in iudicio. in 2. volum. Baldus. cons. 486. incipien. quidam dominus. in j. volum. Et an Publiciana competat ecclesię in bonis possessis ab eo, qui se & sua offert ecclesiæ, vide Socin. consilio cj. incipien. visis duobus. col. 2. versi. item probatur. in 3. vol. Hen. Ferran.
h Et traditionis. ¶ Tempore quo experitur, non: aliàs. nulli cōpeteret Publiciana. Rof. vbi s̄. proximè.
i Do. ¶ Verbum Vber. vi supra.

exer.act.l.j.ff.de præscrip.verbis.l.j.& 2.& ad hæc.ff. de acq. rer. domi.locus.ff.de rebus dubiis.si fuerit.in fin.si de æquitate est dãda,age vtili,ff.de dolo,si oleum. Porrò si vis ex edictis prætorum agere,si certa datur actio,illam intẽta:alioquin in factum.ff. nautæ cau.stabu.l.3.Item si mens & verba prætoris dantur tibi,proponas directam si deficiunt verba,& mens scripta succedit, locũ habet vtilis.ff.de iurisdic.omnium iudic.si quis.Si autem deficiãt verba & mens,sed mens mentis inuenitur secundum subtilitatẽ iuris est vtili agendum.secundum Vbert. ff. de neg.gest. ait prætor.§.penultimo. Sed si deficient verba, mens, & mens mentis: caue ne inuenias actionem de bursa tua.ff.sol.matr.si verò.quasi
a in fine [a].Sed & si vis actionem vniuersalem,putà petitionem hæreditatis,intentare: vide,vnde tibi de lata est hæreditas, ex testamento,vel ab intestato.Itẽ vide,vtrùm directè,vel per fideicommissum,& an iure ciuili vel prætorio:& sic scies,an debeas intentare directam,vel vtilem ex parte tua,& vide ff.de peti.hæred.l.j.& 2.ff.de possessoria hæred. pe. & ff.de fideicom. per totum. Sed non sufficit hîc tibi scire factum tuum:imò oportet,quòd etiam scias,an is,quem vis cõuenire,possideat,& qualiter:vt si possideat sine titulo,conuenias eum directa:si cum titulo,in casibus cõuenias eum vtili: ideoq; interroga, vtrùm possideat,& qualiter, priusquam libellum offeras,vel saltem ante litis cõtestationem. quæ dic,vt infrà de interroga.& C.de peti.hæred.cogi.& ff.de petitio.hæred.regulariter.& l.3.& seq.titulo.In hoc autem caue, si vis intentare vtilem,vt non intentes simpliciter petitionem hæreditatis:quia simpliciter intentando videris intentare directam. & idem fortè est in aliis actionibus.ff.de petitio.hæredit. nec vllam.§.si quis sciens. Qualiter autem in vniuersalibus,vel generalibus,vel specialibus,vel communibus iudiciis libellus cõcipiat,
44 vide infrà in tract.libel.in titu.de iudiciis.§.1.2.& 3.† ¶Et nota, quòd quatuor sunt vniuersales actiones, scilicet petitio hæred. famil.erciscund. actio ex testamento, quæ datur vniuersitati per Trebel.restituta. actio ex empto, quæ datur, quoties tota hære-
b ditas emitur [b].Si verò vis vniuersale iudicium diuisorium intentare,putà fami.erciscun.considera in ea, quæ iam dixi in petitiõe hæreditatis consideranda,scilicet vt scias, an habeas directum iudicium,vel vtile.nam generaliter quod facit petitio hæreditatis in petentibus,id facit iudicium Familiæ erciscundę,in diuidendo secundum magis & minus,& aliter. ff.de petitio.hæredi. sed & si lege.§.pen.ff.si pars hæred.peta.non possumus.ff.famil.erciscun. l.j.& 2.& l.propter speciem.in fin.& l.si ex asse.& l.fundus. Resp. j.In hoc quoque cautus sis,vt hoc iudicium non intentes,si non possides,quia negaret te cohæredem,& sic deficeres. sed si possides,hanc exceptionem metuere noli. ff.eodem. l. prima. Si autẽ velis intentare Communi diuidundo,vide si habes directum dominium:& si habes,illud intenta. Si verò habes vtile,vel aliquod ius,intenta vtile.& intentatur vtile pro rebus,quæ fuerunt communes,sed non sunt nunc,ff.communi diuid.l.j.& 2.per l.hoc.&
c l.quis putans.& l.communi.& l.in summa [c].† ¶ Et nota [d],quòd
45 iudicium aliud vniuersale:vt peti.hæredi.vt suprà, versiculo,sed
d & si ius acc. sed contrà not.ext.de causa poss.cùm ecclesia.in glo. hoc sumptum. vbi petitio hæreditatis vocatur generale iudici-
e um [e]. Aliud generale:vt negotiorum gestor.tutelæ,pro socio,& huiusmodi. Aliud speciale,scilicet rei vẽdicatio:quia ibi agitur ad certam rem,vel speciem:& in ea veniunt fructus,& huiusmodi, ff.de re iud.Paulus.de hoc j.de iud.in prin.& s.in prin.& in pluribus ver.Differunt auem vniuersale & generale:nam in vniuersali,licet sit actum ad certam speciem,nihilominus venit omne id, quod tempore sententiæ inuenitur possidere, ff.de petitio.hæredit.l.4.& l.si quo tempore.& l.item ve.§.si qui.In generali verò, si actum sit ad vnam speciem tantùm,nõ venit, quod alia specie continetur:vt si actum sit super administratione, non venit, nisi quod in ea continetur,C.de iudic.licet.ff.communi diuid.iudici-
46 um.†Item vtilis actio est,quæ competit pro hæreditate,quę est vniuersum ius,quod defunctus habuit,ff.de verb.signifi.hæreditas.Omnes enim actiones vniuersales gratia hæreditatis compe-
f tunt [f]:generalis verò est,quæ plura sub se continet capitula,putà administrationem panis,salis,vini olei,& huiusmodi:non tamen continet vniuersum ius,quod defunctus habuit.sæpe enim euenit,vt non omnia paterna ad filios deueniant.Item in generalib⁹ actionibus,&c. exprimuntur, & res etiam generaliter petuntur: sed in processu causæ specificantur,argumentum.C.de iudi.licet. quod non est in vniuersalibus,vt suprà.in princi.huius §.Et scias, quòd tutor,qui gessit,tenetur directa:qui verò non gessit, vtili, qui solum fecit inuentarium.dic,vt j.in titulo,de instr. edit.§.edi-
g cto.versic.sed cùm tutor.¶Sed quę est differentia [g] inter vniuersales actiones & generales & speciales? Respon.in vniuersalibus vniuersaliter concipitur libellus,& vniuersaliter fertur sentẽtia, nec cogitur quis res exprimere,ff. de peti.hæred. non possumus. In generalibus generaliter libellus concipitur, sed lite cõtestata res exprimuntur:vt in præd.l.licet extra.de re iudi.abbate.In specialib.res exprimuntur in libello. ff.de rei vendication.si in rem.
47 †¶Quid si peto quicquid habes,& possides in tali villa? Dic, quod
h valet talis petitio:quia interest [h] inter speciale dictum & generale. vt ff.de ædil.edic.itaque.& l.seq.ff.de euic.serui venditor.ff.de ope.no.nunc.de pupillo.§.qui nunciat.extra.de fide instr.inter di
i lectos.in prin.& vide,quod no.de relig.do.§.ad hoc [i].si vis intentare actionem in rem scriptam,vt, Quod metus causa, & similes, vide,vnde,tibi competat,&quo motu vis agere,an commisso ex edicto.an per interpretationem,an per cõstitutionem, an per iudicis officium.super quo vide C.de trãsanct.interpositas.ff.quod met.cau.l.fin.ff.de var.& extraordi.cog.medicus. &hoc plenè prosequere,vt j.in tract. de lib.in titul. quod me causa. Quid si velis intentare negatoriam vel confessoriam:vide j.de iudic.§.in con
48 fessoria.† Rursus,si vis agere aliquo interdicto,attende, an agas
k directo,vel vtili,vt iam dixi,& vide [k] totum tit.vnde oritur: nec sufficit primam legem legere.vt ff.de legibus.inciuile. 39. distin. capit.j.quia sub vno tit.sæpe plura interdicta continentur, & diuerso modo posita:vt patet ff.de iti.actuq; priua.& de aqua quo.& æst.per totum.Item considera,quare certum est, quòd effect⁹ interdictorum remansit. licet de nominibus sublatis dubium sit. Quòd autem actio in factum loco cuiuslibet interdicti sit subrogata,certum est:vt Instit.de interdict.§.final. Igitur eam intenta, faciens mentionem interdicti,loco cuius poponitur. quod vide in formis libellorum super interdictis j.in tract. libellorum, in ti. de causa pos.& propri.& de restit.spo.Item considera,an interdictum proditum sit in possessione vel quasi. Instit.de interdict. in princip.ff.de excep.rei iudica.& ab eadem.in fin.ff. de rei vendic. is qui. Quędam etiam prodita sunt specialiter super proprietate: & in his oportet te circa probationem vigilare.ff.de interdict.l.j.& l.2.& no.ff.de iti.actuque priua.vnde.§.reficiendi.Hanc mate-
49 riam prosequere,vt infrà de pet.& possess.† ¶Sed & vbi iura dari suadent actiones,non tamen dant specialem, locum habet actio in factum. vt infrà de causa poss.& proprie.§. notandum igit. versic.item iure & concipias tunc libellum,prout ibi dicitur.Bre
l uiter ergo scias [l],quòd actio in factum,alia generalis,alia specialis alia generalissima.Generalis locum habet in tribus contractibus innominatis.scilicet,Do.vt des:do,vt facias:& facio,vt facias:nã in quarto,scilicet Facio,vt des,locũ habet actio de dolo : vt ff.de præsc.verb.naturalib.habet etiam locum in pactis in traditionib⁹ appositis.vt ff.de pac.in traditionibus. & ff.de pac. inter empt. & ven. l.2. Item & quandocunque dubitatur de actione circa contractum.vt ff.de præscrip.verb.l.2.Est & specialis actio in factum vt actio in factum subsidiaria legis Aquiliæ,cùm datur damnum de non corpore in non corpus.vt Institut.ad leg. Aquil.in fin. de qua habetur j.de iniur.j.sequitur.versi.& quandoque à corpore. & seq

ADDITIONES.

a In fine.¶Ad literam,sic dicit Vber.

b Emitur. ¶ Versiculo.iste non fuit Vbert. sed Rof. hoc posuerat plenius Innocen.de officio.ordi.conquerente.quod vide de lib. obli.capitulo,secundo. super j.glossa.vbi post eum scripsi, quòd petitio iurium episcopalium generalis est,non vniuersalis.

c In summa.¶Secundum Vbert. quem intercidit vsque ad versic. ad hoc.

d Et nota.¶ Quod in princip.huius §.vocauit actionem, vel petitionem,hîc vocat iudicium.& ibi dixi,vbi tracta.hic Rof.

e Iudicium.¶Respon.per suppletionem,vt ibi dixi,vt vbi dicit,de generalibus,suppleas,& vniuersalibus.

f Competunt.¶Vt patet s.proximo 3.vers.

g Differentia.¶Continuare debuit finem quæstionis cum versic. prox.de hoc tractasset Rof.etiam rubr.xxij.& Guiliel.An. vbi suprà,in prin.solum quærebant de vniuersali & generali,cùm videretur simonia.

h Interest.¶Quo ad declarationem fiendam:vt s.Adde Barto.in l. Titia.ff.de leg.2.& Abbas in c.2.de verb.ob.& Alexan. consilio. 184.2.lib.

i Ad hoc.¶Reassumit verba Vber.

k Et vide. ¶ Tu aduocate, quem in toto opere alloquebatur Vbert.

l Scias.¶Et not.in præd.§.fi. Inst.de interdic. in glo. pen. & plenè per Rof. de act.in fa.præscrip.verb.& rubricis seq.

& seq. Generalissima est, quæ datur loco cuiuslibet interdicti:vt
s.ver.proxim.Item ex quolibet edicto,ex quo certa actio nō est
prodita,vel edita,vt ff.de eo,per quem factum est.l.fin.Item vbi-
cunque æquitas est actionem dari:vt C.de sacr.eccles.l.sancimus.
De hac enim prætoria ibi loquitur,secundum Odof. licet alij di-
cant,ibi loqui de actione in factum ciuili,per l.ff.de præscrip.ver,
l.j.¶Si autem velis recurrere ad condictionem ex lege, de qua
habes j.de sol.§.fi.in fi.inuenies causam multiplicē,s.ex lege im-
periali & ciuili & municipali,& ex moribus non scriptis, & ex iu
50 re canonico & diuino.†¶Sed quomodo cognosces, quando
a condictione ex lege sit agendum prædictis modis?Respond.[a]cō
sidera,si lege ciuili,vel imperiali īducitur obligatio imposita ne-
cessitate alicui priuato:nec est dictum,quo iure debeat explicari
tunc enim agendum est condictione ex illa lege,maximè si in ea
dem lege dicitur,lege nostra,vel nostræ legis auctoritate hoc fi-
at:vel æquipollens.vt ff.de cond.ex lege.l.vnica, ff.ad leg.Iul.de
adul.quod ex his.C.de peti.hæred.l.fi.C.fi.regun.si constiterit.C.
de suffra.l.vnica.C.de iur.delib.l.fi.C.vnde vi.in constit.ibi, poni
tur.C.de do.si quis.ar.3.q.1.redintegrāda.& in pluribus aliis.Sed
si dirigantur verba adinuicem,vt ipse teneatur facere, considera,
diligenter,an sit agendum iudicis officio:vt no.C.de edic.diui A
dri.tol.l.fi.Quod autem dixi de lege imperiali,vel ciuili,idem in-
tellige de municipali.De condictione verò ex moribus non scri
ptis,dixi, putà circa feudum,& alias causas, quibus iure scripto
non vtimur,sed ex moribus agitur.ff.de leg.& senatusc.de quib.
& j.di.consuetudo.& §.seq. & c.cuius generale.& c.mos autem.
Item de cōdictione ex iure canonico & iure diuino,dixi propter
munera & vsuras,& similia, di.c.j.2.q.3.Euthemium.§.hinc col
ligitur.extr.de vsur.per totum.& spoliatus repetit sua per condi
51 ctionem ex canone,redintegranda.vt s.§.prox.in fi.†¶Sed vide
tur,quòd vsuræ possint peti per condictionem simpliciter. nam
omnis vsura indebita est iure canonico & diuino & ciuili.vt xlvj.
dist.sicut non suo.extr.de vsur. quoniam.& c.consuluit.in auth.
de eccle.ti.Ergo patet,quod per condictionē indebiti repeti pos
sit,sicut & iure ciuili repetebatur,quod erat vltra licitū modum.
ff.de condi.indeb.si non sortem.in princ. Nam hodie nulla est, q̄
non sit vltra licitum modum:vt in præ.concor.Non tamen con-
sulo,quòd te arctes ad condictionem indebiti:sed pete, vt patet
52 j.in tractat.lib.in titul.de vsuris.†Si verò negotium, quod pro-
ponitur,tale est,quòd ex eo non detur actio,sed quasi actio,id est
iudicis officium,age ipso officio,& illo vtere agendo, excipiēdo
b & replicando: quæ dic,vt s.de offi.iud.[b]¶In summa no.tu aduo-
cate actoris:nam debes attendere diligenter,an is,qui alieno no
mine est in iudicio,sit tutor,vel curator,vel actor,vel administra
tor personæ,vel vniuersitatis:& sis instructus in proponenda ac-
tione vtili,non directa:s.ver.sed & si vis.& ver.& no.quòd.Ecō-
uersò aduocatus rei consideret,si est directa proposita,& non vti
lis:vterque circa hoc videat,ff.quod cu.vni.no.l.fi.de const. pec.
l.eum qui.§.pen.ff.de admi.tut.quot.in prin.ff.quando ex fac.tu.
l.ij.& C.eo.per totum.& C.arb.tu.l.ij.ff.de euic.illud.§.vna.vt cū
debuerit proponere directam actionē,illam proponat: cùm ve-
rò vtilem,illam etiam proponat:alioquin reus absoluetur ab ine
pta petitione.vt ff.si mens.fal.mo.dix.l.j.§.j.extr.de iud. examina
ta.Et iudex causam absolutionis in sententia inserat,vt j.de sent.
§.qualiter.ver.verùm si rationes.sed licet sit absolutus,nihilomi
nus poterit post acta proponi.vt in ead.dec.& ff.de pig.grege. §.
53 si sub conditione.& de redhib.l.omnem.§.pen.†¶Quid si propo-
c suit vtilem,cùm debuit directam proponere:vel econtrà[c]: nun-
quid valet talis petitio?Videtur,quòd sic,per ar. ff. de neg.gest.l.
antepen.Sed dic contrà:nam refert,vtrùm proponat vtilem, vel
directam.ff.de euic.minor.§.j.Quid ergo,si proposuit directā pe-
titionem hæreditatis,cùm deberet proponere vtilem? Respon.
non bene proposuit.ff.de petit.hæred.nec vllam.§ si quis sciens.
54 †¶Sed[d] nunquid tenetur quis dicere, vtrum proponit vtilem,
d vel directam?Videtur,quòd sic:ne actionum turbētur officia, C.
de testa.consulta.quia diuersi sunt effectus.per talem enim quæ-
ritur vtilis,per quem directa quæri non posset.ff.solu. matrim.l.
Caius.ff.ad exhibend.si res ff.de pact.si pater.ff.de procur.in cau-
sæ.§.finali.& tali datur vtilis, cui non daretur directa C.de hære.
vel ac.ven.emptor.& l.postquam.C.de action.& obligat. l.2. &
in talem datur vtilis,in quem directa non daretur,ff.commo.sed
mihi.1.respon.ff.de actio.emp.l.Iulianus.§.si procurator. Et pro
tali re daretur vna,pro qua altera non daretur.C.de don.inter vi.
& vxo.marito.ff.de don.causa mor. qui mortis.ff.de superfi.l.j.§.
quod ait.Item vna datur ex mente,alia,ex verbis,ff.de seruo cor.
vt tātùm.j.ff.ad leg.Aquil.qui occidit.§.si quis.ff si quad.pau.fec.
dic.l.pe.ff.de peti.hæred.nec vllam.§.quòd si quis.Item sæpe vna
præfertur alteri.ff.de procur.procuratorem.ff.de pact.si cùm em
55 ptorem.†¶Item vtilis proprio,directa verò nomine credentis
proponitur.ff.de don.inter vir.& vxor. cùm vir vxori.C.si cert.
pet.si absentis.Item vtilis intentatur sine cessione, directa non:
quia ossibus inhæret.ff.de transact.l.fi.ff.de pecu.quis ergo. Item
vtilis competit ei,qui habet vtile dñium:directa,nō habenti dire
ctum. ff.quod met.caus.metum.§.volenti.Item non solùm sub-
stantia,verumetiam tempus & qualitas actionis est in libello po
nenda.ff.de tribu.quod in hærede.§.eligere.Arg.contrà,C.de na
tu.lib.l.legem.ff.quib.mod.pig.vel hypo.sol.si eum.§.si debitor.
ff.de ap.l.2.Inst.de fideicom.lib.§.sed quæritur.videtur enim suf-
ficere causam proponi,C.de edi.diui Adrian.tollen.l.fina. SOL.
Si causa, quæ proponitur, sit adeò certa, quòd perpendi, pos-
sit, vtrùm vtilis, vel directa competat, satis est actionem propo-
ni,licet non dicatur vtilis,vel directa:cùm etiam sufficiat sola cau
sa,quia certus est reus,vnde non refert,quomodo:arg.si cer.pet.
ff.de neg. gest. actio. Hìc ergo propter multas diuersitates vtilis
& directa nequit sub certa regula comprehendi: bonus tamen
iudex,si expedire viderit,faciet hoc in libello specificari, arg.ff.d
vsur.mora.ff.de interrog.act.si defensor.§.illud.In quibus autem
casibus datur ab initio vtilis,no.C.de act.& ob.l.j.& vide s.de pro
56 cur.§.sequitur.ver.sed nunquid agens.† ¶Quid si proposuit ap
tam causam,sed ineptam actionem: vel econtrà: nunquid valet
talis petitio?Dic,quòd non:arg.C.de formulis, & ea.impe.l.j.&
ij.& iunge hìc,quod habes j.de lib.concep.§.ad huius ti.& §.iux-
ta.Hoc quoque non est omittendum,quòd talis libellus admit-
tendus est,Ago contra talem qui molendinum,vel domum, in
tali loco in præiudicium meum facere nititur:vt probatur extrà,
e de offi.deleg.cùm olim Abbas[e].Sed contrà:quia hìc non agitur
de obligatione adhuc contingente,sed de futura:& sic contrà:ff.
de iud.non quemadmodum.ff.de vsucap. l.j.§.j.extr.de re iud.ab
bate.de eccles.ædific.ad audientiam.2.Dicunt quidam, quòd ex
quo fit apparatus ad ædificandum,agi potest.ff.de pollic.l.j Me-
liùs dic,quòd præd.dec. cùm olim. non dicit agendum super fu-
tura obligatione, sed de gratia ibi dantur iudices ad cognoscen-
dum de futura obligatione.Item etiam prius quàm ædificaretur
potest agi negatoria,dicendo:nego tibi ius esse in tali loco ædifi
f care[f],

ADDITIONES.

a Respondeo.¶Secundum Vbert.cuius sunt verba: vide, quid di-
cam j.de obli.& sol.in fi.
b De offi.iud.¶Hac occasione sumpta continuauit hìc Vbert.tra-
ctatum de officio iud.
c Econtrà.¶De illo,qui intentat directam,& probat inutilem, vi-
de per Cy.C.de act.& ob.l.j.in vlt.q.ver.pe.
d Sed.¶Iste ver.fuit additio:de quo aliquid dixerat Alber. Gal. tit.
de proc.in rem suam:sed hic aliter & pleniùs. Adde,an ille qui a-
git ex iure cesso,debeat hoc exprimere in libello:Alexan. consi.
cxxxvj.2.lib.
e Abbas.¶Vbi hoc scripsi super ver.nitebatur.
f Aedificare.¶De hoc satis j.de causa pos.pe.& vlt.col.Adde,quę
scribuntur in l.si priùs.ff.de ope.no.nun.Adde tu,an procedat pe
titio,si quis dicat,Ago ad præstandos sumptus futuræ litis? dicat
tex.in l.nouissimè.dicit ibi Bal.notabiliter.ff.quod fal.tu,autore.

SVMMARIVM.

1 *Conueniri se percipiens petitione hæreditatis,vel quorum bonorum,quo reme dio vtatur.*
2 *Actiones,quæ omnibus modis contra inuitum dantur,quæ sint.*
Inanis est actio,quam inopia debitoris excludere videtur.
3 *Periurium non debet pro temporali cōmodo incurri: & potiùs debet quis ma la temporalia pati,quam malo animæ consentire.*
4 *Dilationem petere debet ante litis contestationem,qui conuenitur de re empta vel quasi,vt idem denuncietur actori.*
5 *Volens venire ad litis contestationem,videre debet,an in libello sit aliquid am biguum,vt illud faciat remoueri.*

¶Qualiter reus in actionibus se habere debeat.

3.§.In anterioribus actorem in proponendo actionem, seu
petitionem,instruximus.Cùm igitur reus nudus non
debeat contendere:nec inermem se inimico opponere,vt 3.q.ij.
oportet.& ext.de rest.spo.frequens.lib.6.idcirco reo clypeū de-
fensionis paremus,vt aliqua ad eius instructionē breuiter suppo
a nentes.Tu igitur aduocate rei [a] si videris libellum sic conceptū.
vt eo

ADDITIO.

a Rei.¶Hìc incipiunt verba Vber.ad literam mihi char.pe.ver.iam
videris.quæ posuit Io.de Deo.cauil.lib.3.rub.quid agendum re-
cepto libello.

vt eo probato actor debeat obtinere, diligenter considera, an agat contra te actione reali, vel mista, scilicet in rem & in personã vel personali. In primo casu, & in secundo, vide, vtrùm intentet tantùm ratione possessionis: & tunc si non possides, res est in expedito: quia dices, te non possidere, vt ff. de rei vend. in rem. extr. de appel. ex parte. 3. quod quidem potest intelligi de mista, siue in rem scripta, quando intentatur ratione solius possessionis, nõ ratione doli, vel delicti: sed si tenes alterius nomine, paratum est tibi nouum auxiliũ, si non habes ius in re: tunc enim nominabis dominum in iudicio. C. vbi in rem ac. l. 2. extr. vt lit. non contest. quoniam frequenter. §. quòd si super. & eodem modo, si defendis alium, qui possidet, vtetur beneficio nouæ constitutionis, prout vno modo legitur C. vbi de cri. agi opor. auth. qua in prouin-
a cia. ver. eo autem absente. vbi de hoc[a]. quod dic, vt in auth. de tri en. & se. §. illud quoq;. col. 3. quòd si tuo nomine possides, age, si vis, vel submitte defensorem non alienando, ne cadas in edictũ de alie. iud. mu. sed patiendo eum: & vide super his ff. de ali. iu. mu cau. fa. per totum, & præcipuè l. item & l. non solùm. vt j. ti. prox. & ille veniat coram iudice, dicens se possidere, & paratum rem
b defendere[b]: & sic poteris iudicium euitare. ff. de inter. act. qui ser uum. §. in iur. qđ non est omnino sine periculo, vt ibi not. secun-
c dum Vber. vide[c] ergo, quòd ille sit tibi fidelis: alioquin non com mittas te sibi, quia fortè vteretur perpetua retentione, ext. de exces. prælat. illud & iunge hîc, quod no. s. de actore, ver. item eluditur agens, & seq. & j. de interrog. §. nunc de interrogationum. Ibi etiam plenè no. qualiter proceditur contra illum, qui cadit à
1 possessione. ¶ †Si autem videas te cõueniri petitione hæreditatis, vel quorum bonorum, quæ sunt mistæ, siue inscriptæ actiones, doctrinam, quam s. §. prox. dedi aduocato actoris, satis potes in te seruare. Potes etiã addere, quia si possides res hęreditarias si ne titulo, habeas aliquem tuum fidelem amicum ad hoc compe tentem aliqua ratione, seu occasione: & fac, quòd sit in possessio
d ne: & pòst eme ab eo iusto pretio, vel parum minori[d], ita q̃ teneat venditio. extr. de emp. & ven. cum dilecti. & c. causam. ff. de pe. hæ. sed si possessor, & quasi per totum: & hoc fieri potest ante
e litem contestatam, & post, secundum Vber.[e] † ¶ Quid si fortè cõ
2 ueneris personali actione ex delicto, vel quasi, vel locato vel deposito, vel mutuo, vel promisso, vel quocunque alio contractu, vel quasi, illa magis timenda est, quia datur contra inuitum omnibus modis, vt ff. de pec. in summa. in fi. extr. vt lit. non contest. quoniam, x. q. ij. hoc ius. Si tamen talis est actio, quam multùm timeas, posses alienare immobilia tua, & pretium occultare, & bonis cedere, extr. de sol. c. fi. quia inanis est actio, quam inopia debitoris excludere videtur. ext. de restit. spo. olim. 2. ff. de dolo. nam
3 is. Caue tamen de periurio, †quod pro nullo temporali commodo debes incurrere, xxij. q. j. c. fin. j. q. vij. sancimus. imò potius debes omnia mala tẽporalia pati, quàm malo animæ consentire. xxxij. q. v. ita ne. ext. quod me. cau. sacris. ext. de hom. suscepimus. Nam oportebit te iurare indicare res tuas, & quòd in fraudem ñ desiisti possidere. C. & ff. de his, qui bo. ce. pos. per totum. ff. quæ ĩ frau. cre. per totum. Si autem non times præmissa, venias ad iudi
4 cium, si vis. † ¶ Sed & si conueneris de re empta, vel quasi pete dilationem ante litem contestatã, vt idem denũcies actori tuo[f],
f vt ff. de leg. 3. qui concubinam. §. hęres. extr. de emp. & ven. c. fin. Ille enim te docebit in exceptionib. dilatoriis & aliis, & te defendet: & sic non est contra ff. de euic. si rem. §. quolibet tempore. & fortè non nocebit actori suo, si omittas aliquas dilatorias. ff. mã. si fideiussor. §. in omnibus. & §. quædam. Si verò non habes hanc defensionem, esto coram iudice. dicens, te paratum actori dare, si quid debes: & nisi probauerit, absolueris. ff. de procur. si reus. Inst. de perp. & temp. ac. in fi. extr. de probat. ex literis. de iureiur. c. fin.
5 † ¶ Item si volueris venire ad litis contestationem, vide, si aliqđ est ambiguum in libello, & illud facias remoueri. vt j. de lib. con. cep. §. iuxta. ver. item non valet, si sit obscurus. quem §. hîc intelligere repetitum. Item si sunt plures actiones, vel causæ, fac eum eligere, vt s. eo. §. j. & si mutauerit causam, vel actionem, redeas ad
g dilatorias oppositas[g]. quod dic, vt in prædic. §. iuxta. & sic longa via restat. Item cautus sis in multis, quæ no. s. de aduo. §. sequitur videre. ¶ Porrò si conueneris aliqua actione in rem scripta, vt supra §. prox. versi. ad hæc. si vis exigere, quod in reali exigendum simpliciter dixi in eod. §. versic. si autem vel actionem in rem. & sequen. vt ff. quod me. caus. si cùm. §. primo. ff. de rei vend. qui petitorio. item sis cautus in eo, quod nota. suprà. §. prox. prope fin. versi. in summa. Qualiter autem admittetur tertia persona volẽs ante sententiam, vel post causam, quæ vertitur inter alios defen dere, vel agere, no. plenè, secundum Papam, extr. de re iudic. cùm
h super, de sponsa. veniens. in fi.[h]

ADDITIONES.

a Hoc. ¶ Super illo verbo, & puto, quòd intendit, vt sibi detur tempus ad denunciandum à domino: sicut decr. dilectus. de procura.
b Defendere. ¶ Ver. fi. j. e. §. remitti. de hoc.
c Vide. ¶ Interpositio partim Io. de Deo, vsque ad versi. si autem. hoc tamen medio posuit Vber. quandam magnam gl. quam dicebat positam in illo §. aliqualiter obscuram: ad cuius materiam auctor putauit sufficere remissionem, quam dat.
d Minori. ¶ Dixit Vbe. ne ille amicus conueniatur petitione hæreditatis de pretio. ff. de peti. hæred.
e Vbert. ¶ Qui dixit, & fortè pòst.
f Actori tuo. ¶ Verba Vber. vt dixi, & Io. de Deo. sed an petita necessariò debeat, plenè scripsi j. de dila. §. j. super ver. denunciatoria.
g Oppositas. ¶ Cùm aliud sit iudicium Vber.
h In fi. ¶ Ibi parum, quod scripsi in fi. vlti. gl. sed in decr. cùm super. scripsi ad saturitatem in gl. & semper. & gl. quæritur, quomodo. & super 2. glo. in cuius fine scripsi quæstionem Gofr. de duobus episcopis, qui diuisim vendicant abbatem, & eisdem die & hora fertur sententia pro vtroque. Adde post Bart. in l. sæpe. de re iudic. Petrum de Anc. cons. cccxxxiiij.

SVMMARIVM.

1 *Scienti suam causam agi si non venit ius suum defendere, præiudicatur.*
2 *Petens se recipi in canonicum, quomodo formare possit libellum contra capitulum.*
3 *Mandatum cum causæ cognitione factum, habet vim sententiæ. & n. 11.*
4 *Recipi se petentes in canonicum, an possint inter se agere.*
5 *Dicentes se per electionem, seu collationem, aut inuestituram, ius habere in aliquo beneficio, qualiter possint inter se agere, & qualiter contra capitulum.*
6 *Agens ratione impedimenti, propter quod dicit aliquem non posse ad beneficium eligi, qualis ei incumbat probatio.*
7 *Reus, contra quem agitur super electionis confirmatione, vel impedimento, potest excipere contra electionem, vel collationem actoris.*
8 *Iudicis potestas non extenditur vltra libellum.*
9 *Capitulum, vel alius, si beneficium de quo agitur, possidet, agendum est contra possessorem.*
Sententia facit ius.
10 *Verbum Adiudicationis, diuersimodè accipitur.*
12 *Collatione beneficij ad papam spectante, non est vis, vtrùm per iudicem papa, vel per alium conferatur ei, cui debet de iure conferri.*
13 *Beneficio, de quo agitur, non possesso ab aliquo illorum, qui dicunt sibi debitũ, non tamen collatum, nulla tunc alteri contra alterum competit actio.*
14 *Pluribus dicentibus aliquam præbendam sibi debitam, cuilibet incumbit sui iuris probatio: superior autem assignare habebit illi, cui deberi videbitur.*
15 *Plures de beneficio agentes, an ad eundem iudicem mitti debeant.*
16 *Fatua est beneficij impetratio sine beneficio acceptandi.*
17 *Rescriptum Apostolicum recipiens ad alicui prouidendum de beneficio, qua forma procedere debeat ad petitionem.*
18 *Apostolica prouisione alicuius de beneficio proximè vacaturo promulgata, potest executor inuestire, & irritum decernere, si quid aliud à mandato Apostolico fiat.*
19 *Decretum Apostolicum sub conditione factum, non tenet ante conditionis euentum.*
20 *Forma rescripti, quod executor Apostolicæ prouisionis de beneficio, debet ipsi prouisioni contradicentibus committere.*
21 *Executor ad prouidendum alicui à papa datus, potest etiam illo, ad quem spectat collatio, non monito prouidere.*
22 *Executor ad prouidendum alicui de beneficio, an debeat admittere exceptiones contra rescriptum, vel personam, ante prouisionem factas.*
Merus executor rescripti Apostolici non habet necesse causas exceptionum oppositarum cognoscere.
23 *Vices suas non potest alteri committere is, cui commissa est prouisio alicui de beneficio à sede Apostolica facienda.*
24 *Episcopus, cui à papa scribitur, vt prouideat alicui de beneficio, si quod ad suã collationem pertinet, an poterit de alterius beneficio non vacante, ad collationem tamen ipsius pertinente, prouidere.*
25 *Prouidere de pensione non potest quis cogi per literas super prouisione impetratas.*
26 *Scholaris primam nondum habens tonsuram, an possit super beneficio literas impetrare.*
27 *Concessio beneficij à papa, vsque ad sui beneplacitum tenendum, expirat ipso papa expirante.*
28 *Optans, reseruans, vel suspendens beneficium, semper hoc facere debet de certa præbenda.*
29 *Literæ Apostolicæ generales de prouidendo alicui de beneficio, non possunt intelligi de beneficio ad præsentationem patroni laici pertinente.*
Ecclesia parochialis cui possit commendari, & quanto tempore.
30 *Executor mandati Apostolici de prouidendo alicui de beneficio ad collationẽ alicuius abbatis, vel conuentus spectante, an possit prouidere de beneficio ad collationem*

collationem abbatis tantùm ſpectante.

31 *Executores per generales literas deputati, an poſſint inhibitiones generales facere ordinariis, quibus ſpectat beneficiorum collatio, ne illa vacantia conferant.*

¶De actionibus ſeu petitionibus canonicè tractat.

4. §. Super petitionibus & actionibus aliqua ſub breuilogo ciuiliter præſtrinximus: nūc autem aliqua de his canonicè tranſcurramus, & cum hęc materia multos habeat angulos, pleneque ſit à magiſtris tradita, idcirco eam proſequi ad pręſens omittimus, ſed te ad noſtrum aureum Repertorium remittimus, vbi ſub tit. de iudic. & de lib. oblat, multa tacta poteris reperire. Verùm quoniam materiam de petitionibus beneficiorum quotidiana eſt, & multis ignota, idcirco de hoc ali-
a qua diſputemus [a]. Nota igitur, quòd ſi alicui capitulo ſcriptum eſt, vt aliquos debeant recipere in canonicos, & in fratres: hi, pro quibus ſcriptum eſt, poſſunt agere contra capitulum, vt eos recipiant in canonicos & in fratres: & licet ex tali reſcripto eis nō detur actio, per quod non datur ius in re, ſed ad rem, prout not. extr. de renun. veniens. & ſecundum alios, de reſcrip. conſtitutus
b & j̃. de præb. §. j. [b] per ipſum tamen iudicis officium imploratur, vt euidenter probatur ff. de religio. & ſumpt. fune. ſi quis ſepulchrum, in princip. & ſi talis eſt caſus, quòd capitulum ſolùm alterum de duobus, vel tribus contra eum agentibus, recipere teneatur, tunc debet eum recipere, qui primus ad ſententiam peruenit: ita tamen, quòd qui primò obtinet, capitulo caueat, quòd capitulum ſeruetur indemne, ne ſuper receptione duorum cōtra papæ intentionem grauetur, ff. de rei vend. is, à quo. extra. de reſcrip. mandatum. ſecundum ea, quæ not. eod. tit. capitulum. & de re iudic. cùm ſuper. Poteſt etiam & aliter capitulo conſuli. nam
1 † cùm citatur à duobus executoribus ſuper receptionem, duorum, ſignificet hoc eis, qui ſe petunt recipi, vt veniant, & ius ſuum defendant: & ſi non veniat vnus, & alter obtineat contra capitulum, præiudicabitur ei, qui cauſam ſuam agi ſciuit, & non venit ius ſuum defendere, extr. de re iud. quamuis. Poteſt etiam capitulum, vbi à duobus executoribus citatur, & arctatur ſuper eodem beneficio, procedere ſecundum tenorem decret. extra. de reſcript. cùm contingat. Poteſt etiam obtinere à papa, vt ſibi in hac perplexitate prouideatur: ſicut factum fuit in præ. ca. capitu-
2 lum. ¶† Sed qualiter formabit libellum contra capitulum is, qui petit ſe recipi in canonicum? Reſpondeo: conſideranda eſt forma reſcript. nam ſi capitulo mandatur, quòd illum recipiat & præbendam, cùm ſe facultas obtulerit, ei conferat: & tunc facta narratione mandati eiuſdem, & qualiter capitulum monitum noluit eum recipere, petat capitulum ſententialiter condemnari ad receptionem eius, & ad conferendum ſibi pręebendam, cùm ſe facultas obtulerit, extr. de conceſ. præbē. cùm ſuper. Quod exemplifica, vt j̃. in tractatu libel. in tit. de præbenda, §. j. Sed & ſi petit, vt executor eius pronunciet, & declaret ſententialiter ſe per capitulum eſſe recipiendum in canonicum, & præbendam ſibi, cùm ſe facultas obtulerit, conferēdam, idem erit effectus: & proderunt ſibi in tantum huiuſmodi ſententiæ, ꝙ ſi non appelletur ab eis, poſtea non audietur capitulum excipiens contra eum, vel contra literam ſuam: vt not. quidam ext. de reſcript. ſuper literis. Alij dicunt, quòd iudex hoc caſu non debet pronūciare: ſed cùm viderit nil ſufficiens contra impetrantem eſſe probatum, & illius intentionem eſſe fundatam, mandabit ſibi, non obſtantibus contra eum propoſitis, prouideri: & hoc mandatum cum cauſæ cognitione factum, habet vim ſententiæ, vt j̃. verſicul. cæterùm.
3 † ¶ Si verò capitulum non recipit mandatum ſuper receptione illius, ſed executori mādatur, quòd compellat, vel prouideat ei, ille præſentata litera executori, inſtet ſolùm apud illum, vt exequatur mandatum: vel conferendo, ſi hoc habet in mandatis, vel mandando capitulo, vt illum recipiat: & ſi capitulum proponat aliquam cauſam rationabilem, quare illum recipere nō tenetur, audietur: vt extrà de appel. dilecto. & de elect. cùm inter canonicos. & de præſumpt. cap. fin. Sed ſi non proponat cauſam rationabilem, vel proponat, non tamen probet, tunc executor compellet: nec eſt hoc caſu neceſſaria litis conteſtatio, vel alius ordo iuris: licet fortè aliud ſit in præmiſſis caſibus, vbi executor partes iudicis aſſumit, vbi eſt ſententia diffinitiua ferenda, quæ ſine litis cōteſtatione ferri non debet, ext. vt lite non conteſt. per tot. Poteſt etiam peti ab executore, quòd ipſe pronūciet ſe debere procedere ad compulſionem capituli, ſeu executionem mandati, non obſtantibus propoſitis: quod & ipſe facere poteſt, vt ext. de
c offic. deleg. ſignificantibus [c]. ¶† Sed nunquid hi, qui petunt ſe re-
4 cipi, poſſunt inter ſe agere? Reſpon. non. nam perſonali actione non poſſunt, cùm alter non ſit alteri obligatus ex contractu, vel quaſi, vel maleficio, vel quaſi: nec reali, cùm neuter poſſideat aliquid de iure alteriùs: imò capitulum poteſt dici veriùs huius iuris detentor. Ratione tamen impedimenti vnius poſſet alter agere contra alterum: ſicut poſſet contra quemlibet extraneum: ar. extrà de excep. dilecti. ff. ſi ſerui. vendic. ſi quis diuturno. Reſpondeo ſecundò: & tunc agens, pone A. narrabit in libello ius ſuum, ſcilicet qualiter papa ſcripſit capitulo pro ipſo, & qualiter capitulum fuit per executorem ſuum admonitum, vt eum reciperet & B. præſtat impedimentum, ne recipiatur: vnde petet eidem B. ſententialiter inhiberi, ne impediat, quòd minus recipiatur, & ipſi B. ſuper ſua contradictione ſilentium imponi, vt ext. de excep. dilecti. B. autem ſe defendat per omnem modum, videlicet excipiendo contra literas, & contra perſonam agentis, & de ſuo iure docendo: quo caſu ſi feratur ſententia contra B. reum, qui ius, quod in eodem canonicatu habebat, in iudicium in modum defenſionis induxit, in tantum ſibi præiudicatur, quòd nunquam de cætero de iure ſuo contra eundem A. poteſt agere, vel excipere, ſi de eodem iure inter eos agatur: & hoc propter exceptionem rei iudicatæ, ff. de excep. rei iudica. l. de eadem. ff. de negot. geſt. ſi autem. §. final. An autem ſententia lata, vel contra A. qui egit, prodeſt, vel nocet capitulo? in hoc caſu collige in his, quæ
5 not. extra. de re iudic. quamuis. ¶† Sed quæritur de his, qui per electionem, ſeu collationem, vel inueſtituram ius ſe habere dicunt in aliquo beneficio, vel præbenda. qualiter poſſunt inter ſe
d agere, & qualiter contra capitulum [d]? Reſpondeo, ſi nullus iſtorum beneficium, de quo agitur, poſſidet, poteſt vnus narratione facta de ſua iuſta electione, & de iniuſta aduerſarij petitiōe petere ꝯ alium iudicis officium implorando, ſuam electionē, vel collationem confirmari: & electionem, vel collationem aduerſarij caſſari, extr. de elect. congregato. & c. dudum. j. de officio deleg. ſuper eo. Ideo autem dixi in libello ponendum, de aduerſarij electione, ſeu collatione. nam niſi ponatur, nil poteſt agens petere contra ſuum aduerſarium, niſi eum turbatorem, vel poſſeſſorem dicat, vt iam dicam, & j̃. de electio. §. j. verſic. ſi verò duæ. De imploratione verò officij iudicis ideo dixi, quoniam in pręmiſſo caſu, vbi actor ſuam & aduerſarij electionem, vel collationem narrat, & rationem impedimenti, vel poſſeſſionis non agit, neuter contra alium habet aliquam actionem. Realem non, quia non dicit aduerſarium poſſeſſorem. Perſonalem non, quia non dicit aduerſarium ex contractu, vel quaſi, vel maleficio, vel quaſi, ſibi obligatum. Sed contrà extr. de except. dilecti. vbi electus non contra electum, nec ratione impedimenti, vel poſſeſſionis, ſed propter ſolam contradictionem agit. Sed reſpondeo, quòd ibi electus erat confirmatus, & agebat contra contradictores, vt ſibi obedirent: quod poteſt: vt extrà de electio. dudum. j. vel opponebat ſe de facto ipſi electo confirmato, ne pacificam poſſeſſionem haberet. Si autem vnus ex his, qui non poſſidet beneficium, de quo agitur, alterum de facto impediat, quo minus poſſeſſionem beneficij ſibi collati poſſit nanciſci, vel pacificè habere, poteſt taliter impeditus facta narratione ſui iuris & impedimenti aduentitij, contra impedientem agere, vt à ſuo impedimento ceſſet ſeu prohibeatur, vt in præd. l. ſi qui diuturno. extra. de præſcrip. veniens. extr. de decim. dudum. extr. de cauſa poſſeſ. & propri. cùm ec-
6 cleſia. † ¶ Sed quid oportet actorem probare hoc caſu, vbi ratione impedimenti agitur? Reſpondeo, ex quo nō poſſidet, neceſſe habet probare ſe ius in beneficio habere, ſuper quo ſe impediri proponit: hoc eſt, ſuam collationem, ſeu inueſtituram canonicam fore. Agit enim ad inſtar confeſſoriæ, in qua oportet agentem ſe dominum, vel quaſi, probare, ff. ſi ſeruit. vendicetur. l. 2. ff. ſi vſusfructus pet. vtifrui. Sed nunquid habeo etiam neceſſe impedimētum probare? Reſpondeo, obtinuit, quòd ſi actor de ſuo iure

ADDITIONES.

a Diſputemus. ¶ Communiter, quæ j̃. ſequuntur, ſumpta ſunt ex dictis Innoc. & Compoſt. in dec. mandatum. de reſcr. vt ipſe G. fatetur. j̃. ver. & hæc ſufficiant. item in fi. tit. de præben. ipſe auctor ad hunc §. nos remittit.

b §. j. ¶ Et patet de præben. ſi tibi abſenti. & de con. præben. capit. final. lib. vj.

c Significantibus. ¶ Si enim pronunciare poteſt ſe procedere non debere, vt ibi: fortiùs ergo ſe procedere debere: cum per primum neget ſe iudicem, per ſecundum aſſerat contrarium: per eundem modum induci poteſt de præben. dilectus. 3.

d Capitulum. ¶ Ad materiam vide, quod ſcripſi poſt In. & Hoſt. de conceſ. præben. quia diuerſitatem, in gl. quare ſecundū. & gl. ſeq.

iure probet, licet non probet impedimentum, tamen fertur sententia contra reum, ne actorem impediat vel molestet. Controuersia enim, quam reus facit litem contestando, & se in iudicio opponendo, satis sufficit, vt videatur impedimentum præstare, ar
a gumen. de rei vendic. is qui. ff. si vsusfructus peta. l. fina. [a] † Reus
7 quoque, contra quem agitur super electionis confirmatione, vel impedimento, audietur excipiens cōtra electionem vel collarionem actoris, vel contra eius literas, vel personam: prout plenè de his modis not. per Ber. Compostel. extrà de electio. quod
b sicut [b]. Et si actor ius suum non probat, vel probat, sed per exceptionem repellitur, absoluitur reus, etiam si nil de iure suo probet, C. de prob. actor. ext. de iureiur. c. si. de causa possess. & propr. cùm ecclesia, prope finem, etiam si reus sit excōmunicatus: nam ei omnis legitima defensio reseruatur, extrà, de exceptio. cùm inter. & cap. dilecti. de iudic. intelleximus. Et propter hoc dicimus, quòd si reus, qui non ex suo iure se defendit, nec dedit libellum super confirmatione, vel declaratione iuris sui contra actorem, sed ex defectu iuris actoris se tamen tuetur, non habet necesse respondere positionibus actoris, quę fiunt super defectu ipsius rei, putà super defectu ordinis, vel sententiæ, vel ætatis, & similibus:
8 vt in præd. l. actor. ¶ † Sed quid si reus, qui suo iuri non innititur, nec libellum dedit, sponte suum defectum confitetur in iure? Respondeo, si actor non probat de iure suo, vel probat, sed per exceptionem repellitur, imponetur actori silentium. In reo verò confesso, si causa non coram papa, sed coram iudice inferiori tractatur, non videtur, quòd contra eum, cōtra quem nil fuit petitum, debeat aliquid diffiniri, cùm vltra libellum iudicis non extendatur potestas, ff. commu. diuidun. l. vt fundus. extrà, de simo. licet. extrà de ordine cognitio. cap. ij. in fine. si tamen postea contra reum in modum actionis, vel inquisitiōis agatur, poterit propter confessionem huiusmodi, licet in alio iudicio factam, moueri, vt extrà de electione, per inquisitionem, vt infrà, de confessione, §. nunc videndum. versiculo, quid de confessione. Sed si causa sit coram papa, qui supra ius est, vt extrà, de concessione præbendæ, proposuit. & nec actor, nec reus habet ius, potest ipse papa, & consueuit, reo priuato, & actori silentio imposito, personæ idoneæ beneficium ipsum conferre. Quandoque verò supplet defectum actoris, quandoque rei: & prout personarum merita & tempus & locus requirunt, facit ipsum eorum alteri assignari, sicut aliàs contigit: quia si capitulum condemnatum ad receptionem T. non appellauit, nec prætextu alicuius exceptionis potest contra pronunciationem venire. superior tamen si viderit literā surreptitiam, potest ex officio suo, quicquid factum est, reuocare: & sic factum fuit, extrà, de rescrip. ad audientiam. & de re iudica. cùm olim. extrà, de electio. cùm dilectus. & probatur & nota. secundum Papam, & Ber. Compostel. extrà, de officio vi
c carij, c. j. [c] & de rescript. super literis. & sic econuersò, si iudex videt aliquid, propter quod debeo obtinere, quod tamē omisi pro
d ponere, obtinebo, vt extrà, de concessio. præbend. ex parte [d].
¶ Sed nunquid petens ecclesiam, vel præbendam, vel aliquam dignitatem ecclesiasticam, vel secularem, vel eius patronatus, intē
9 tabit rei vendicationem? de hoc j. de religio. domi. † ¶ Cæterùm si capitulum, vel alius possidet prębendam, vel aliud beneficium, de quo agitur, tunc contra possessorem agendum est: & si actor collationi, vel inuestituræ, seu confirmationi innititur, narrabit in libello ius suum, & petet præbendam sibi adiudicari, vel declarari per sententiam ad se pertinere: licet in huiusmodi iuribus magis propriè petat actor declarari præbendam ad se pertinere, quàm adiudicari sibi: quia ius per sententiam non constituitur, sed declaratur, ff. si seruitus vendicetur, sicut i. §. sed si quæratur. Quandoque tamen per adiudicationem ius constitui consueuit, vt patet in iudicio Familiæ erciscundę, & Communi diuidundo, vbi fiunt adiudicationes. nam & sententia facit ius, vt extrà, de re
10 iudic. cùm inter vos. in fine. † Tamen cùm verbum Adiudicationis, largiùs quandoque accipiatur, non quòd per illud iudex ius constituat, sed declaret, vt extrà, de religiosis domi. constitutus. & capitulo, cùm venerabilis. admittimus petitionem, quamuis petat beneficium sibi collatum, vel de quo inuestitus, vel confirmatus est, sibi adiudicari. Et si iudex adiudicet, intelligo eum declarasse ius, quod actor in libello narrauit, in beneficio, de quo agitur, habere: & idem est in quacunque alia re actori adiudicata. Potest etiam confirmatus & inuestitus, & is, cui facta est collatio, petere contra possessorem, vt sua confirmatio, inuestitura, seu collatio debitum sortiatur effectum: vt extrà de appellationibus, capitulo, constitutus. extrà, de concessione præbendæ, post electionem. & probato de iure actoris, si reus legitimam defensionem non probat, præcipiat iudex possessori, vt discedat à beneficio. & ipsum actori dimittat: iudex etiam eum ad id per iuris re-
11 media coget. ¶ † Et præceptum huiusmodi, quod cum causæ cognitione fit, habebit vim sententiæ. C. de appellationib. hi qui ad ciuilia. ff. de iudiciis, l. si debitori. extrà. de re iudicata, quod ad consultationem. ff. de confessis, certum. ff. ad legem Aquiliam, proinde, vndecima quæstione tertia, qui iubente. ff. de iudiciis, quod iussit. ff. quod metus caus. metum. §. sed & quod prætor. aliàs in le. Pomponius scribit. ¶ Sed si ad ipsam præbendam non sim electus, nec de ea fortè propter appellationem aduersarij: vel propter aliud impedimentum inuestitus, nec est mihi collata, tamen est debita mihi, vel propter præsentationem literarū cum forma illa. Conferas, vel exequaris: vel quia post receptionem auctoritate papæ factam vacauit: quæritur, qualiter potero tunc agere? Respondeo, si possidetur ab alio, contra possessorem agam, & facta mei iuris narratione petam eam mihi adiudicari, vel mihi debitam, seu ad me pertinere debere pronunciari, extrà de re iudicata, cùm Bertholdus. in fine. Institut. de officio iudicis. Et si quæras, quare non similiter agam pro Titio, quem mihi promisisti per stipulationem? Respondeo, illa est personalis actio: hîc autem realiter ago ad instar confessoriæ, & rem sequar, ad quemcunque peruenia: & tunc iudex, si voluerit in sententia stare in verbo generali, dicet: Adiudico, vt in capittulo, cum Bertholdus. sed meliùs faciet, si modum adiudicationis specificet, hoc modo: Pronuncio præbendam, de qua agitur, actori debitam, & sibi de iure conferendam: & tunc actor ibit ad executorem suum, vel ad papam, & faciet eam sibi conferri, & per implorationem officij eius faciet possessorem amoueri, & sibi restitui. In prædicto etiam casu, vbi præbenda est debita, si iudex est competens, vt iudex papæ, consueuit: actor petere non solùm adiudicari, sed etiam sibi conferri beneficium, & possessore amoto sibi restitui: vt patet infrà in tractatu lib. de appellationibus, §. fina. versiculo, j. Et communiter admittimus in curia has petitiones: & bene, propter an fractus, & circuitus redeundi ad executorem
c vitandos [e]. Tamen quidam dicunt, quòd de iure dicta petitio, qua petit sibi conferri, non debet admitti, cùm ad iudicem non pertineat conferre, sed sententiare, extrà, de officio de-
12 legati. super eo. ¶ † Sed dic, quòd iste iudex papæ, coram quo fit dicta petitio, fungitur vice iudicis in sententiando, & succedit in locum executoris in conferendo, & meritò. cùm enim collatio huius beneficij ad papam spectaret, non est vis, vtrùm per hunc iudicem papæ, vel per alium executorem conferatur ei, cui debet de iure conferri, cùm per hoc nulli
f fiat præiudicium [f]. Sed in casu prædicti capituli, super. eodem, cùm ibi papa non intenderet illud conferre, iudex papæ ibi sententiare poterat, non cōferre: ne præiudicium fieret ei, ad quem de iure spectabat collatio: vt ibi dicitur. Alia etiam ratione hoc apparet: nam si appelletur ab executore dato mihi, ne prouideat, vel ex alia causa, hæc appellatio defert negotium principale, scilicet prouisionis, ad sedem Apostolicam, quia est quædam citatio: vt extrà, de electio. statuimus. lib. 6. Cùm ergo executor non potuerit propter appellationem huiusmodi procedere, quia fortè assumpserat causæ cognitionem, & sic ab eo potuit appellari: apparet, quòd coram auditore in curia petam id, quod coram executore petiturus eram, facta in libello narratione decenti, tam de gratia mihi facta, quàm de processu executoris, & de
13 appellatione aduersarij. † ¶ Si verò beneficium, de quo agitur, non possideatur ab aliquo illorum, qui dicunt tantùm illud sibi debitum, non collatum: tunc videtur, quòd nulla alteri contra alterum actio competat ex narratis: nisi forsan ratione impedimenti: si alter alterum de facto impediat, quò minus confirma

ADDITIONES.

a L. fin. ¶ Facit, quod scripsi post Innoc. & alios, de re iud. suborta. in princ.
b Sicut. ¶ Vt ibi scripsi post suppletiones glossarum.
c C. j. ¶ Vbi scripsi in vlt. gl. addendo etiam Host.
d Ex parte. ¶ Vbi de hoc in glossa. argumen. quod &. vide, quod dixi de accusati. ad petitionem. in gloss. hîc continetur. cum suis remissionibus.
e Vitandos. ¶ Et hoc est hodie approbatum per cle. de rescriptis, auditor. & vt ibi not. in prima gloss. petitio collationis non facta in principali libello fieri poterit, postquam pronunciatum fuerit debitum.
f Præiudicium. ¶ Vnde not. in decret. auditor. in vltim. gloss. illam loqui, etiam si per literas legati esset debitum: cùm id causetur à papa, nec aliter potest esse debitum, vel affectum. Electio enim, vel præsentatio non afficiunt. In illis enim superest factum confirmantis, vel instituentis.

confirmationem, seu collationem, seu inuestituram consequatur: vt dixi de simili impedimento, suprà versicu. sed quæritur de his, qui per electionem. ¶Alij dicunt, quòd licet nullus illorum, qui beneficium. de quo agitur, sibi debitum dicunt, possideat ipsum beneficium: tamen potest vnus facta narratione sui iuris, & aduersarij, petere contra reliquos, vt declaretur beneficium illud sibi deberi: & vt aduersariis super eo silentium imponatur: non tamen iure actionis hoc petetur, sed per officium iudicis, vt de duobus electis dixi in prædict. versiculo. sed quæritur de his,
14 qui per electionem. † ¶Item videtur, quòd tu, qui dicis præbendam tibi debitam non collatam, potes facere quòd denuncietur illis, qui simile ius in eadem præbenda dicuntur habere, vt veniant coram executore, vel capitulo ad defendendum ius, si quod habent in ipsa præbenda: & siue veniant, siue non, potes petere eam tibi assignari: & alij petant similiter: & superior assignabit eã illi cui videbitur eam deberi: & hæc assignatio, cùm fiat cum causæ cognitione, præiudicabit eis, qui præsentes fuerint, & quibus denunciatum est, ff. de re iudica. sæpe. C. de appellat. qui ad ciuilia Sed prædicta denunciatio meliùs fiet per iudicem, cùm forte quis non teneatur aduersario suo credere: vt infrà de citatio. §. se
15 quitur, in princip. † ¶Quid si plures de eodem beneficio agunt, nunquid omnes mittentur ad eundem iudicem? Respon. non videtur, quòd hoc possit peti de iure. ex quo singuli petunt idem beneficium in solidum, ff. de liberali causa. cognitio. §. si plures. decens tamen est sic fieri: & papa consueuit hoc facere, cùm ab eo petitur. & sic fecit in causa V. Mediolanensium coram diuersis de eadem prębenda litigantium; voluit enim per nos singulorum causas audiri, argument. ad hoc. ff. de liberali causa. si pariter. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem eat. l. prima. secundum Ber.
a Compost. [a] & C. arbit. tut. omnes. & argument. C. de iudic. nulli, extrà, de sequestra. possess. capitul. primo. & vide infrà, de compet. iudic. adit. §. primo. versiculo, quadragesimosexto, & sequent. Et hæc sufficiant circa hanc materiam breuitatis cã. Hoc autem plenius prosequere, secundum Ber. Compost. siue agatur in modũ actionis, siue per modum exceptionis, vt nota. extrà, de rescript. mandatum. & de electio. quod sicut. qualiter autem agatur & petatur & procedatur in causis electionum & prouisionum, cùm in eis appelletur, nota. plenè, secundum Papam & alios, extrà de
16 electio. statuimus. libr. sexto. † ¶In summa nota, quòd si scribatur alicui, vt prouideat mihi in aliqua diœcesi de beneficio, si qđ
b vacat, alioquin de primo vacaturo [m]: tunc executor seu prouisor, statim rescripto apostolico recepto ad petitionem impetrantis procedat, & sibi conferat beneficium, si quod vacat: alioquin reseruet suæ collationi primò vacaturum: vt extrà, de iure patro. cum dilectus, & inhibeat expressè ordinario, ne illud conferat: vt extra, de concessione præbendæ. quia cunctis. de quibus fiant publica instrumenta: quòd si absens sit, id idem per suas literas faciat, quarum tenor iuxta tenorem Apostolicę literę ordinetur: & ne res exemplo careat, formam, qua in talibus vti consueuimus, supponemus: quæ talis est.
17 ¶FORMA. † Reuerendo in Christo patri tali episcopo, talis reuerentia cum honore. Sanctissimi patris domini Clementis papæ IIII. literas nos recepisse noueritis sub hac forma: Clemens episcopus, &c. posito toto tenore, iungatur sic: Nos itaque volẽtes (vt tenemur) mandatum eius exequi reuerenter auctoritate nobis in hac parte per dictum dominum attributa, tali præfato
c ꝓuidimus de beneficio ecclesiastico competenti [c] cum cura, vel sine cura, si quod ad vestram collationem spectans, vacat ad præsens in ciuitate, vel diœcesi vestra: illudque eidem P. contulimus, ac illum de eo, per biretum nostrum præsentialiter inuestiuimus alioquin beneficium proximò inibi vacaturum collationi nostræ, imò verius Apostolicæ, reseruauimus eidem P. per nos, vel per collegam nostrum, seu illum vel illos, cui vel quibus in hac parte vices nostras committendas duximus, conferendum. Cui⁹ rei causa vos monemus, vobisque auctoritate præsentium iubemus, ne ad collationem, seu ordinationem huius beneficij ꝑ vos aut per alium vel alios aliquatenus procedatis, aut procedi consentiatis: nec quicquam in nostrarum prouisionis inuestituræ ac reseruationis præiudicium, per vos aut alium attentetis, vel attẽtari consentiatis: alioquin tam in conferentem & quemlibet alium, seu alios prouisionem, collationem, inuestituram, & inhibitionem præfatas quomodolibet perturbantes, seu perturbari procurantes, ex nunc his scriptis excommunicationis sententiam ꝓmulgamus: decernentes nihilominus irritum & inane, & decretum fore à sede Apostolica nunciantes: si secus de beneficio huiusmodi Apostolica, vel alia quauis autoritate per quemcunque quomodolibet contigerit attentari. Datum, &c. Impetrator autem hanc literam legat in præsentia ordinarij, & sibi quæ continentur in ea, denunciet: de quo fiat etiam publicum instrumentum, vel executor scribat alicui, qui præmissa omnia eidem denunciet: post hoc faciet suum processum per diœceses: & lo-
18 ca, quæ voluerit, publicari. † ¶ Si verò tunc non vacabat beneficium, sed post aliquod tempus vacat tunc executor requisitus facta narratione processus prædicti conferat, inuestiat, & decernat irritum, si quid de ipsis canonicatu & præbenda vel beneficio ordinatum, vel factum est: & quicquid per quemcunque & quacunque auctoritate contra suas collationem & inuestituram, reseruationem & inhibitionem fuerit attentatum: & proferat sententias excommunicationis, suspensionis & interdicti
19 in contradictores & rebelles. † ¶ Quid si papa sub aliqua conditione sibi scripserat: putà, quòd si inueniret illum bonæ famæ & laudabilis conuersationis & scientiæ competentis, proui-
d deret ei, &c. [d] tunc facta narratione decenti, qualiter diligenti inquisitione præmissa inuenit illum talem, conferat iuxta pręmissa. extr. de præsumpt. c. fin. Quod si fortè non obstante tali processu ordinarius conferat, vel alij se opponant: tunc executor contra eos potest procedere in hunc modum. Nam potest ipse procedere, prout in sequenti forma continetur: vel si absens sit, potest hoc aliis committere sub hac forma:
20 ¶FORMA. † Talis tali salutem in domino. Præsidente rationis, &c. quod dic vt infrà, de sent. §. qualiter. versic. si autem arduum. postea iungat sic: Sanè nuper ad nostrum peruenit auditum, quòd non sine graui turbatione cogimur recensere, quòd videlicet venerabilis pater episcopus talis & talis ac talis talem in possessione talis ecclesiæ, cuius idem P. verus rector existit, ex collatione eidem actoritate Apostolica per nos facta, contemptis excommunicationum & suspensionum sententiis, quas nos hactenus in contradictores tulimus, & rebelles, quasque fecimus per tales diœceses vel prouincias publicari, impedire de facto nituntur in illius præiudicium, & animarum suarum dispendium, & Apostolicæ sedis contemptũ: quo circa discretioni vestræ sub virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, quam vos ipso facto incurrere volumus, si nostris non obtemperaueritis in hac parte præceptis, districtè præcipiendo mandamus, quatenus eos in tali ecclesia singulis diebus Dominicis & festiuis in missarum solenniis post lectum Euangelium, & in publicis synodis, pulsatis campanis, & extinctis candelis, excõicatos publicè nuncietis, omnes vestram executionem quomodolibet impedientes nihilominus per censuram ecclesiasticam compescendo. Vt autem cuncta circumspectione debita peragantur, volumus & mandamus, vt præfatum dominum episcopum, cui ob reuerẽtiam pontificalis officij deferre volumus in hac parte. pri⁹ ex parte nostra seorsum solicitè monere ac inducere curetis, quòd super præmissis satisfactionem exhibeat competentem: alioquin
e eum excommunicatum publicè nuncietis [e], mandatum nostrũ. imò verius Apostolicum, taliter impleturi, quod non possitis de neglect

ADDITIONES.

a Compost. ¶Qui hoc not. in decret. mandatum. statim allegat. vt ibi scripsi ad fi. & de constit. cùm M. in gloss. diuersa præsentatio. post prin.

b Vacaturo. ¶Intẽdit de spectante ad collationem episcopi, vt patet ex forma sequenti: licet posset litera afficere omnes collatores diœcesis, & quod plus est, etiã prouinciæ, vt patet de concess. pręb. executor. lib. vj, sed fatuæ essent tales impetrationes sine beneficio acceptandi, per quas peruenire posset ad beneficium xx. sol. de quo de cle. non resi. conquerente. & vide quod statim sub dam de forma pauperum.

c Competẽti. ¶ In forma pauperũ, vsitatur hoc verbũ, de bñficio ecclesiastico iuxta suę proprietatis merita competenti: & taxatur summa, & permittitur acceptari minus: & vide, quòd scripsi de præben. si pauper. lib. vj. in gl. pen.

d Et cætera. ¶ Ante cuius conditionis euentum non ligat decretum: quod dic vt in clemen. de con. præ. capit. vno. & vide quod ibi not. super ver. est & prima. Adde secus esse, si in rescripto ꝯtinetur, si clericus esset vitæ laudabilis. vt per Oldr. consi. lxi. incip. Breuiter. qui declarat differentiam harum clausularum. Adde etiam, quòd si ignoranter ordinarius beneficium conferat per gratiam alicui concesso, non potest habens gratiam auctoritate propria occupare ecclesię possessionem, nec expellere possessorem, etiam si ille nullam faceret resistentiam: aliter perderet ius suum vt idem Old. tenet consi. 3 19. incip. Super executio.

e Nuncietis. ¶Hodie circa episcopos seruatur decret. secunda. de offi. deleg. lib. vj.

de neglectu seu inobediendia meritò reprehendi. ¶Licet autem has formas tibi gratia exempli posuerim, eas tamen & suum processum debet prouisor secundum tenorem & formam literæ
21 Apostolicæ moderari. † ¶Hoc quoque sciendum est, quòd executor ad prouidendum alicui dat⁹, potest prouidere illi, ad quē spectat collatio non monito, vel citato, vel licet nil illi denunciet, nec literam Apostolicam ostendat, cùm sit merus executor. Inde est quòd recusari non potest: vt extrà, de appellatio. nouit.
22 † ¶Sed quid si antequam prouideat proponantur exceptiones
a contra rescriptum, vel contra personam: nunquid hic executor[a] ad prouidendum datus debeat eas admittere? Et videtur quòd non: cùm enim sit merus executor, non habet causæ cognitionem. extrà, de re iudic. de cætero. tamen vtilius est, quòd si velit, possit exceptiones admittere, partes cognitoris assumendo: quia hoc videtur ei mandatum. Quod si audiat aliqua, quæ ipsum moueant, cognoscat de his si velit, vel negotium ad superiorem remittat. extrà, de rescriptis. si quando. de officio deleg. ex parte. de re iudi. de cætero. de fal. super. eo. vel si velit, poterit omissa causæ cognitione, & repulsis contradicentibus, implere mandatum, cùm sit merus executor nisi quando vult partes cognitoris assumere, vt prædixi. veruntamen si propositis legitimis exceptionibus & repulsis appelletur, & nihilominus prouideat executor: probata veritate exceptionum, cassabitur collatio, aliàs non cassabitur: licet appellans se obtulerit probaturum exceptiones: quia hæc appellatio extra iudicium interponitur: quo casu non sufficit, quòd appellans legitimam exceptionem proponat, & eam se offerat probaturum: nisi veritas exceptionum probetur: vt extr. de electio. cùm inter canonicos. quod dic vt j. de appel. §. nouissima. versicu. sed cum s. Sed contra extr. de appellatio. dilecto. in fi. vbi cassatur processus huiusmodi executorum: quia exceptiões legitimas coram se propositas non admiserunt, nec ibi de veritate exceptionis mandatur, inquiri. Sed dic quod ideo de veritate exceptionis non mandatur inquiri: quoniam iam de hoc ibi constabat per cōfessionem partis, vt ibi dicitur. Vel dic, quod ibi erat datus executor ad cognoscendum, qui sine causæ cognitiōe per excommunicationem, vel alio modo nō debet cōpellere: vt ext. de excessib. præla. capit. j. hic autem loquimur de prouisore, qui
b merum habet ministerium, vt dixi[b]. † ¶Vltimò tamen nota, quòd
23 is, cui committitur prouisio facienda, non potest alteri committere vices suas: nisi id in commissione contineatur. quod si fecerit, prouisio per illum commissarium facta non tenet, si de hoc ex
c cipiatur[c]: vt in consti. Alex. IIII. de officio deleg. quæsiuit. & pro-
d batur extr. eodem cap. fina.[d] ¶Item cùm mandatur prouideri alicui in aliqua ecclesiarum ciuitatis vel diœcesis de beneficio præbendali, vel alio non potest in ecclesia cathedrali prouideri, nisi de illa sit expressum. vt in constitutione Innocentij IIII. extraua-
e ganti, de rescriptis. breui[e]. tamen quidam contrà. † ¶Item si scri
24 bitur episcopo, vt mihi prouideat de beneficio, si quod ad suam collationem pertineat: alioquin de alio ad cuiuscunque collationem spectante: si aliqđ beneficium pertinet ad collationē ipsius, licet illud nō vaccet non p̄t de alterius beneficio prouideri: vt in
f const. Alex. IIII. de præben. sua nobis[f]. † ¶Item per literas super
25 prouisione impetratas, non potest quis cogi de pensione proui
g dere: vt in consti. Inn. IIII. extrauaganti, de rescript. licet[g]. ¶Item scias, quòd si scribitur aliquibus, vt non obstante numero, priuilegio, vel statuto me recipiant in canonicum, si de capituli, vel prælati voluntate procedat: ego intelligor receptus proprio motu capituli, si ad illos, quibus sic scribitur, spectat aliàs canonicorum
h receptio[h]. Si vero non spectat, intelligor authoritate Apostoli-
26 ca receptus: vt in consti. Alexan. iiij. de rescrip. contingit. † ¶Sed nunquid scholaris primam nondum habens tonsuram, potest super beneficio literas impetrare? arg. quòd sic extr. de præsum. ca. fi. Sed dominus Clemens papa IIII. dixit, quòd non: quia non est
i capax: arg pro eo. extra. de rescript. cùm adeò[i]. de transac. ex lite-
k ris[k]. dixit tamen, quòd si impetrauerit, & post modum tonsuretur, literæ sumunt vigorem: & is, cui scribitur, ei prouidere tenetur: licet prius non teneretur. Sic aliàs dicimus, quòd si receptus in vna ecclesia impetret in alia, nulla facta de receptione huiusmodi mentione valebunt secundæ literæ, si resignet huic recep-
l tioni: prout no. secundum Ber. Compost. extr. de rescrip. ad audientiam[l]. & sic etiam obtinuit. Sed idem Ber. no. s. eodem titu. cum adeò. secus tamen secundum eum, si dixit papa in litera. Facies talem recipi, qui adscribi desiderat militiæ clericali. prout ibi
m no. Quid de tonsurato, sed non per episcopum vel abbatem,[m] qui impetrat beneficium asserens se clericum? Dicit idem Ber. quòd
n non valet: alij contrà[n]. † Item si papa mihi concedit aliquod
27 beneficium tenendum, vsque ad suæ beneplacitum voluntatis:
o talis concessio expirat ipso papa expirante[o]. Quod dic vt j. de lo
p ca. §. nunc aliqua. versic. cl. & seq.[p] Item nota, quòd si mandatur mihi

ADDITIONES.

a Hic executor. ¶Adde quòd executor legati non debet cognoscere de titulo bñficij collati per legatum: sicut nec vicarius episcopi de iuribus collati beneficij, quòd episcopus contulit: vt in cap. ij. de officio vicarij. & licet quilibet executor de aliquibus cognoscat: non tamen de his quæ rei proprietatem respiciunt, in qua executio est facienda. vt l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. sed pulchrum est scire, quid si ab executore appelletur, casu quo concedatur, quòd possit appellari, & in scriptis non reperiatur, quòd appellationi detulerit, nec apostolos denegauerit: vel terminum ad eos suscipiendos assignauerit: vel prorsus tacuerit: sed notarius attestatur quòd appellatio fuit interposita, & petiti fuerunt apostoli prope portam: ex aduerso executor dicit respondisse, quòd admitteret sibi copiam appellationis, vt deliberatè responderet, & pro responso rediret in termino iuris: an sit præsumendum pro iudice: ita vt dicatur appellatio deserta: an verò cōtra iudicem, quod negauerit, Apostolos. Pet. de Anch. cons. 225. incip. Iste executor, tenet præsumendum pro iudice. & quòd appellatio fieret deserta: maximè quia appellans non facit fidem de denegatione apostolorum, eosque petiit in loco non congruo, scilicet ad portam execu. Adde, an & quando executor possit admittere, quæ opponuntur: & quæ contra eum opponi possint generaliter, vide Ab. & Fel. nouissimè in c. de cætero. ext. de re iu. gl. fi. in c. quo ad consultationem. e. tit. Ab. Sic. in c. olim. ext. de excep.

b Vt dixi. ¶Vide quòd plenè in cle. de offi. dele. c. vno. in gl. sed nūqd.

c Excipiatur. ¶Nego exceptionem necessariam: vt scripsi in decr. is cui. quam statim allegabo super verbo, non potest.

d Extr. eo. c. fi. ¶Tu distinguas, vt in decr. is cui. de off. dele. lib. vj. & in cle. e. ti. iudices. Adde quòd p̄ illā distinctionē est gl. in c. pe. de ele. in vj. vbi canonicus substitutus ad dandū vocē potest aliū substituere. Sed responde, vt per Abb. in d. ca. fin. & pro hoc dicto Spe. facit quod voluit Bar. in l. fi. ff. de diuer. & tempo. præscr. scilicet, quòd si procurator est constitutus ad certum negotium, non expressa certa forma, non potest alium substituere & hoc dictū dicit Ab. vbi s. singulare, & contra dictam gl.

ADDITIO. Adde tu, an procurator cōstitutus ad impetrandum possit substituere. Pet. de Anch. & Card. Zaba. post glo. in c. parte. de rescrip. Henri. Ferran.

e Breui. ¶Cuius mens hodie habetur de præb. quamuis. j. lib. vj. §. j. Adde tu, quòd si quis expectaret ad collationē decani & capituli ecclesiæ cathedralis. Dic quòd tunc nō procedit ista conclusio: quia pōt tunc prouideri sibi etiam in ecclesia cathedrali. Rota. in anti. dec. cxij. hoc idem dicit, si quis expectaret ad collationē epi: nam tūc poterit sibi prouideri de beneficio vacanti in ecclesia cathedrali. Rota in antiqua decisio. 213.

f Nobis. ¶Vide de præben. mandato. lib. vj. & quod ibi s. j. gl.

g Licet. ¶Etiam si prouideri mandetur vsque ad certam summam vt de præb. quamuis. j. responso. lib. vj.

h Receptio. ¶Nisi aliud in rescripto cōtineatur. quod dic vt de rescr. cum aliquib. lib. vj. Adde quod latissimè scripsit Per. de Anch. consi. ccvj. inci. scripsit papa.

i Adeò. ¶Vide quod ibi no. in gl. pen. & quod super ea dixi, vbi cōtra id, quod sequitur, induxi literā nondū tonsuratus, quasi innuat eum postea tonsuratum: per quod non placet quod sequitur.

k Literis. ¶Vide quod ibi dixi in gl. pen. super vlt. gl.

l Audientiam. ¶Ex vicinitate fuit erratū. est enim gl. Compost. & etiam Inn. in decret. in nostra. ibi proximè sequenti. tñ in articulo illo, dic vt dixi in q̄stione, quam posui super regula, ignorantia. de regul. iur. lib. vj. Et ad id, quod hic dicitur de scholare, adde quod nota. j. de rescri. præsen. §. ratione impetrantis. versi. sed ibi scribitur. & quod ibi dicam.

m Abbatem. ¶Quod dic, vt de priuileg. abbates. lib. vj.

n Cōtra. ¶Istud cōtrariū approbat ibi ipse Ber. Cōpost. vt ibi scripsi super gl. pe. quod dictum fortè fuit additio, quam non vidit G. & vide quod dixi de insti. c. ij. super vltima gl.

o Expirante. ¶Secus si dicat, vsq; ad bñeplacitū Apostolicæ sedis, de rescriptis. si gratiosè. lib. vj. & ibi plenè scripsi in principio. qđ de clausula, quousq; aliud duxerimus ordinandū. Itē de clausula. donec Romano pontifici placuerit. ibi dixi super j. glos. Adde qđ voluit Old. consi. 243. inci. factum tale. quòd si rectores ciuitatis donēt aliquid alicui. donec domino placuerit: isq; dñs ratum habeat sub obligatione suorum bonorū, quòd non poterit reuocare cōcessum, eo quia censeatur ratificasse, similiter donec sibi placuerit: quia esset ridiculum, quòd quis vellet se obligare perpetuò: deinde dicere donec placuerit: sicut velle aliquem esse hæredem, & illum exhæredare: vt l. iam dubitari. de hære. instit.

p Et seq. ¶ Totum quod sequitur vsq; ad fin. fuit additio: ante quā vera erat allegatio, quæ fiebat. j. de rescr. præ. §. ratione autem impetrantis. vers. sed ibi scribitur.

mihi prouideri de beneficio, quòd duxero acceptãdum: possum acceptare ante vacationem alicuius præbendæ, præbendam pri-
a mam in loco, vbi pro me scribitur, vacaturam a: possum etiam ex causa optare secundam, vel tertiam, puta si nolo primam, quia alteri debetur, vel de hoc dubium est: arg. extra. de conces. præben. quia cunctis. prope finem. lib. vj. Videtur etiam aliquibus, quòd licet in rescripto nil contineatur de acceptatione, sed solum dicit, prouideas tali, in tali ecclesia vel diœcesi vel prouincia eodẽ modo potero acceptare. De hoc tamen dubium non est quin executor possit mihi reseruare primam, vel vlteriorem ex causa. arg. ibi, & in his, quæ notantur secundum papam. extra. de iure patro.
b cum dilectus. Alij tamen aliter dicunt b. †¶Item qui obtat, vel re
28 seruat, vel suspendit semper hoc de certa præbenda facere debet: puta, primam, quæ vacauerit in tali ecclesia, vel diœcesi. & de hoc nota. in prædicto c. cùm dilectus. Item si in litera Apostolica cõtineatur clausula, decernẽtes, &c. acceptatio per me facta sine præsentia executoris impediet collationem ordinarij: vt proba-
c tur & nota. in prædicto c. quia in cunctis. §. fi. c Si autem non contineatur acceptatio, fieri debet in præsentia. & per eum approbari debet. Quòd si plures habent similem gratiam: qui primò acce-
d ptauerit, obtinebit d. Nam & si plures habent generales literas in prouincia, vel diœcesi, & omnes petunt idẽ beneficium, ille obtinebit, qui primò fuerit inuestitus. Super quo vide in præd. c. cùm dilectus. fiet autem sic acceptatio:

¶FORMA. Domine executor ego peto, vel accepto primam dignitatẽ, vel ecclesiam in tali ecclesia, vel diœcesi vacaturam: & peto mihi prouideri de illa. vel accepto talẽ ecclesiam: & debet nominare plures, non vnam tantùm: ne videatur mortem illius desiderare rectoris: vt extr. de conces. præben. ca. ij. & idem iuris
29 est in reseruatione & inuestitura. †¶Illud etiam prætermittendum non est, quia per literas Apostolicas gñales, qđ prouideatur alicui de beneficio cum cura, vel sine cura, non põt illi prouideri de beneficio ad præsentationem patroni laici spectante: vt ext. de pb. dilectus. iij. de iure patronatus, cùm dilectus. & vide s. de lega-
e to. §. nunc tractemus. ver. sed nunquid e. Item ecclesia parochialis non potest commendari, nisi constituto in ætate legitima, & sa-
f cerdoti, & ex causa: nec cõmenda durat vltra tres menses f. vt in constit. Greg. X. de elect. nemo. lib. vj. vbi dicam de hoc. Episcopus quoq; post sex menses non potest commendare, ex quo prouisio ad superiorem est deuoluta. Vel dic, vt dicam extr. de electio.
g in constitu. Greg. X. nemo g. Qualiter legatus se habere debet in prouisionib. faciendis, no. in præ. §. nũc tractemus. Quid iuris sit, si prouisio vel electio, vel aliquid aliud mandetur fieri de consi-
h lio alicuius, not. plenè Vinc. extr. de constitu. ex parte. h & de electio. cùm in veteri. vbi etiam de hoc secundum papam. & ext. de
30 arbitr. cùm olim. †¶Is quoq;, cui mandatur, ꝙ mihi prouideat de beneficio spectãte ad collationem, vel præsentationem alicuius abbatis & conuentus, non potest prouidere de beneficio ad presentationem, seu collationem abbatis tantùm, & non cõuentus. spectante: nisi dictum fuerit in commissione, spectante communiter, vel diuisim: vt in constit. Clem. IIII. de preben. c. contin-
i git i. ¶Per literas quoq;, quibus mandatur mihi prouideri de beneficio ad collationem alicuius pertinente, nõ poterit mihi ꝓui-
k deri de beneficio ad illius præsentationem, & non collationem
31 spectante: vt in consti. Vrbani IIII. e. ti. significauerunt. k †¶Item executores

ADDITIONES.

a Vacaturã. ¶Hæc verba non patiuntur, cũ scribitur de bñficio qđ intra mensem à vacationis notitia duxero acceptandũ: vt not. in cle. de conces. præb. c. vno. super verb. notitiam.
b Dicunt. ¶De his dic vt de conc. præb. ne captandæ. & c. seq. li. vj.
c §. fi. ¶Lib. vj. & circa hoc vide. quod ibi no. in fi. in gl. not. & quod super ea dixi.
d Obtinebit. ¶Non procedit hoc hodie, cũ datus est mẽsis ad expectandum: vt clem. de conces. præb. c. vno. ver. secus. & quando incipit currere mensis secundus vel vlterior, dicam j. de concessi. præb. super rubrica. Adde Old. consilio 136. cum seq.
e Nũquid. ¶Et vide de litera papali ad p̃latos Angliæ: dixi post Hostiensem de off. leg. dilectus. super iij. glo. item si scribitur ꝓuideri de dignitate, personatu, vel off. an ꝓuideri possit de of. cuius laicus capax esset: scripsi de præb. quia sæpe. super verbo, vel officio Adde ꝙ si papa motu ꝓprio & cũ clausula, ñ obstãte: facit gratiã impetranti minoris ætatis, qđ possit obtinere beneficiũ, curatũ & dignitatẽ, ꝙ nõ poterit obtinere præbendam sacerdotalem vacantem ex fundatione testatoris, vt consuluit Pet. de Anch. cons. 18. & 265. incip. Viso puncto.
f Menses. ¶Hanc literam habuit Gul. sed vera litera habet de sex mensibus. de hoc ibi no. in gl. pen.
g Nemo. ¶Lib. vj. & vide de hoc in vlt. gl. & omnino vide quod super ea dixi.

h Ex parte. ¶Vide quod ibi dixi super ver. cum ꝯsilio. & ne sede va. c. vno. lib. vj. sup verbo statuto, ꝑ quæ patet diuersum fore, qñ cõsilium requirit ex forma mãdati ab eo, quod requirit de consuetudine vel statuto. vide quod scripsi in regula, nullus ex consilio. de regu. iur. lib. vj. in q.
i Contingit. ¶Istud, & id quod sequitur, expeditum est, de præb. cùm in illis. §. pe. & vlt. & eo. tit. c. vlt. libr. vj.
k Significauerũt. ¶Auctor nobis ꝓpinauit, qđ suo tẽpore potuit, saluo qđ dicã in fi. §. sed hodie de verbis, ꝓuisionẽ, dispositionẽ, institutionẽ, fit mẽtio in præ. decre. cũ in illis. §. j. & ij. & illud verbũ institutionẽ, mihi facit dubiũ satis forte, vt ibi scripsi super eodẽ verbo. Itẽ ponit in illis verbũ electionẽ, circa qđ dubitari vidi de tali casu: In quadã ecclia cathedrali archidiaconatus erat maior dignitas post epm, ibi erãt aliæ dignitates, interquas primiceriatus erat, cui ꝓuidebat vocatis absẽtibus ĩtra certos limites, de aliquo ex canonicis ꝑ alterã ex formis cõsilij, qa pp. Facta vero electiõe de tali nominato ꝯcorditer, vel à maiori parte, archidiaconus illũ ponebat in stallo primicerij, & in loco illi debito in capitulo, nec p̃sentabat epo, nec aliter ꝯfirmabat nec examinabat, qa notus, sc. canonicus, vt est dcm: habet aũt certas honorãtias vel ꝓgatiuas in ecclia, & hæc oĩa seruata sunt à tẽpore, cuius ñ est memoria. Accidit, ꝙ papa in illa ecclesia fecit gratiã Titio de dignitate, vel personatu, spectante ad collationẽ epi & capituli cõiter, vel diuisim. vacauit iste primiceriatus: quæritur an Titio debeatur? Ad negatiuã inducitur, ꝙ de electione non fit mentio in gratia. In ꝯrium: quia non fit eius confirmatio: ergo nõn est electio, sed collatio. Ad fortificandũ ius capituli inducitur opinio dicentium ẽt in canoniis formas electionum seruandas: sed alij ꝯ. de his vide in decre. quia pp. in & super j. gl. & eo. tit. de elect. sicut eum. in gl. ij. li. vj. & his q̃ super ea dixi & remisi. Sed nolens de canoniis ꝯfiteri, saltem fateatur de dignitatibus personalibus, ꝙ illis per electionẽ est prouidendum. de ele. dudum. j. Presupposito igitur, ꝙ primiceriatus sit dignitas, & tali reputatur in ecclesia, quod sufficit, vt scripsi de præb. de multa. & dignitas vocatur in decr. cũ accessissent. de cõstit. ergo ꝑ solenẽ electionẽ facienda est ipsius prouisio: & sic ñ cadit in litera impetrantis ad collationẽ, vt in decr. cũ in illis §. j. & facit eo. li. de off. leg. & de liberatione. Scdò, posito ꝙ ius cõmune deficeret: ponitur ꝙ est consuetudo longæua sic solẽniter fieri electiõnẽ primicerij. & sic cum vim legis habeat, necessitatẽ imponit. ex quo rõnabilis est, potissimè in electionibus. de ꝯsue. cũ dilectus. de ver. sig. abbate. & facit quod ibi scripsi super gl. hoc enim. quodcunq; igitur tollamus, s. ius commune, vel cõsuetudinarium, quę necessitent ad eligendum. Concluditur ꝯ impetrantem: cùm ibi sit electionis substãtia, & forma rei, est esse rei. ff. ad exhib. Iulianus. §. si quis rem. ff. de auro & ar. leg. l. Seia. per quæ ꝯcluditur ꝯ impetrantem. Nec obstat ꝙ non confirmatur, qđ necessarium est in vera electione. de ele. nosti. & c. nihil est. & apertius eo. tit. c. fi. lib. vj. Sed huic respondetur negari non posse hos actus esse diuersos, & procedere à diuersis: quod patet ad sensum & facit de trãsact. c. fi. & constat, ꝙ ad ipsum esse electionis confirmatio nil addit, sed administrationis concedit exercitium. Probat hæc rubrica præmittens de electione, & subdens de electi potestate, quæ per confirmationẽ tribuitur, & qñq; per electionem habetur: vt in præ. c. nihil. & eo. tit. indemnitatibus. lib. vj. & scripsi de app. quia nos. in fi. Ex quo necessariò concluditur, electionem sine confirmatione esse quid perfectũ. Nec est verum, quòd cõfirmatio sit pars electionis: licet verum sit, ꝙ electio habeat in se partes. & vide quod scripsi in decre. quia pp. de elect. super ver. ꝯsentit. Hinc est, ꝙ qui eligit, satisfacit iuri & termino electionis fiendæ pp hoc, qđ habet tẽpus integrũ, si sine culpa ipsius electio non confirmetur. eo. tit. si electi. lib. vj. Si igitur sunt diuersa, amoto secundo per consuetudinem, vel quouis modo: non sequitur ꝙ amotũ sit primum: cùm separatorum, separata sit cã. C. de don. inter virũ & vxo. si maritus. quã vide de testi. spo. Item cũ quis. in gl. j. & de testibus. cũ cã. in fi. & ff. de mino. l. Papinianus. ibi quid enim commune habet delictum cum venia ætatis. Non obstat p̃dictis, ꝙ consuetudine ñ p̃t induci vt quis nõ cõfirmatus administret. extr. de consue. cum venerabili. & quod ibi no. in gl. ij. & super ea, quia illud verũ, vbi nullus actus fieret loco confirmatiõis sed hîc fiebat installatio per maiorem, s. Archidi. quæ loco cõfirmationis habetur. nec est absurdum, ꝙ vnus actus alterius locũ teneat ex vi consuetudinis. facit de consue. c. ij. & vide quod post Inn. dixi de ele. trãsmissam. in gl. mag. ver. redeundo. & vide quod scripsi de conces. præb. proposuit. in prin. Item nõ negatur ex priuilegio sine confirmatione competere electo ius administrãdi, vt s. dixi: ergo ex cõsuetudine id competere poterit: vt no. de iud. nouit. ver. non enim. in glo. no. qđ & ibi scripsi post Inn. & Abb. in gl. fortè tex. & in gl. seq. Satis de rigore videtur hoc defendi: maximè in materia restringibili. Aequitas tamẽ fouerei ꝯrium: propter quod egeret declaratione: vbi autẽ grauati ad collationẽ de

executores per generales literas deputati nequeũt generales inhibitiones facere ordinariis, ad quos pertinet beneficiorum collatio, ne illa conferant cùm vacauerint: vt in constitutio. Clem.
a IIII. eo. tit. sicut ex parte.[a]

ADDITIONES.

Si nouo vterentur hac forma in fraudem, nullũ dubiũ, ꝙ nõ iuuaret hoc capitulũ, qđ ꝯferre consueuerat: & ideo dictũ fuit in themate, ꝙ ab antiquo sic egerant. Itẽ cautè fuit dictũ, ꝙ papa in ecclesia illa fecit gratiã. nam est alia forma gratiæ, s. in aliqua ecclia ciuitatis, vel diœcesis: tertia simpliciter ad collationẽ epi, vel episcopi & capituli, q̃n que cõiter, vel diuisim. & hanc tenuit in decre. quãuis. §. j. de præb. lib. vj. super ver. hoc casu quòd illa forma includit ecclesiam cathedralem. Sed habui iamdudũ de curia aliquos tenere ꝯtrium: & certè per rationes, quę videntur satis vrgẽtes. Ponderãt enim primò impetrationes tales restringibiles, vt ꝓ dixi, & in restringibilibus id solũ venire debet, de quo palã & verbis expressis est actũ. Primũ patet in præ. c. quamuis. in prin. secũdũ, ff. de ver. obl. quicquid adstringendę. & sol. ma. si cùm dotem. in prin. vnde in illis cessat arg. à pari & à minori ad maius etiã affirmatiuè. Facit quod post Host. scripsi de rescrip. postulasti. ad fi. magnæ glo. & patet expressè de præben. cui de non. ca. ij. & iij. respon. lib. vj. Excluditur ergo cathedralis ecclesia, quia non expressa coniuncta secunda causa. scilicet maioritatis & honoris, quam ipsa decret. exprimit: & talia honorabilia & magna sub verborũ gñalitate non veniunt: facit lex, eos. de aquæductu. quam ibi allegaui super gl. ff. de iniur. l. prætor ait. §. quod autem. & extr. de rescrip. sedes. Et pro his duobus facit opi. Compost. de qua in præ. decre. quamuis. in j. gl. qui simpliciter tenuit non venire ecclesiã cathedralem, cũ scribitur prouideri ĩ ciuitate vel diœcesi: hic sto. Compost. dicit simpliciter in ciuitate vel diœcesi. Textus decre. prę. quamuis. dixit in aliqua ecclesiarum ciuitatis vel diœce. Ego verò vbi s. simpliciter dixi de impetrante ad collationem episcopi. & dixi quòd tunc puto includi cathedralem. Sed dicunt resistẽtes cùm scribitur ad collationẽ episcopi: intelligitur de eo, quod habet de iure communi conferre: hoc nõ fateor. Subdunt quòd est in ecclesiis suæ ciuitatis vel diœcesis. non extr. nec hoc fateor nisi limitatus sit locus prouisionis fiendæ, sicut fit in forma pauperum, & communiter in gratiosa. Dicunt illi: habetur ergo subintellectũ ꝓ expresso: sed hoc expresso, nõ posset in cathedrali, vt ibi: ergo nec in meo casu. Sed ego sic ad partẽ meã reuoluo: cùm scribitur ad collationẽ epi, principalissimè spectat ad ipsum collatio in ecclesia cathedrali. extr. de elect. cũ ecclesia. ergo principalius illa videtur inclusa, nisi nominatim excludat. Hoc dictũ coadiuuat forma pauperũ, ĩ qua ẽt cùm scribitur ad collationẽ epi, ẽt super beneficio qđ vacabit ĩ ciuitate vel diœcesi, expressè ponĩt hæc clausula. Cæterùm districtius inhibemus, ne præfato clerico auctoritate præsentiũ in cathedrali aliquatenus prouideatur ecclesia, &c. Et per hanc clausulã attentari posset, ꝙ dato ꝙ de ciuitate & de diœcesi fieret expressio, ex quo scribitur ad collationẽ episcopi, includitur cathedralis: aliàs nugatoria esset illa clausula in prædicta forma. Subdunt etiã illi, ꝙ specialis est forma, quæ includit cathedralem, scilicet cùm expressa est prouincia: vt in c. quãuis. in fin. Fateor, ꝙ illa forma includit, sed ꝙ specialis sit, hoc nego: vt ibi scripsi sup ver. prouinciæ. Adde, ꝙ prima pars hui' ad di. vsq; ad ver. item cautè. fuit Old. præcipui viri, eius con. cxlvj. in ci. Factũ tale, consuetudo ecclesiæ Heduen. cuius vigiliæ non essent tacẽdæ. Similiter ver. item cautè, habetur per Old. con. 185. incip. Thema tale. Titius canonicus Vticensis. vbi latè concludit quòd impetrans gratiam à papa de personatu, officio vel dignitate pertinente ad collationem episcopi & capituli cõiter vel diuisim, quòd non includit ecclesiam cathedralem. Adde tu, ꝙ ꝓ opinione Io. And. tenet Rota in nouis deci. 247. item videtur facere id, qđ dixi s. in proxima noua additione: sed id quod vult Rota in anti. deci. cxij. vbi dixit, quòd expectans ad collationem decani capituli cathedralis ecclesiæ, potest acceptare beneficia in dicta cathedrali ecclesia vacantia.

a Ex parte. ¶Dic vt de conces. præb. executor. lib. vj. vt ibi no. in gl. ii. Miror, ꝙ autor, qui de constitutionib. Clementis IIII. hic & suprà mentionem fecit, omisit hic, & in toto isto opere decr. eius. quæ habetur de præben. c. ij. li. vj. maximè cùm ipse glossauerit decr. ibi sequentem, scilicet statutum. quæ fuit Grego. X. facta ad restitutionem illius. Et fortius turbor, quia ibi de materia, quã tracto in præ. decre. ij. super fi. gl. nihil dixit: scilicet an constitutio locum habeat in beneficiis regalibus. ipse ibi dedit falsam remissionem ad hoc opus. Sed quæro circa ipsam decre. reseruantem collationi papæ beneficia vacantia in curia, si papa illud beneficium contulit Titio non curiali & absenti: & ille certificatus antequã cõsentiret, vel pòst, antequã possessionẽ apprehenderet, decessit an ordinari' bñficij possit illud conferre: an verò spectet ad papã virtute ꝓdictæ decre. illius collatio ea vice: & eadẽ est q̃stio, si papa specialiter reseruasse collationi suæ bñficia certæ personæ, puta Pauli. Sol. primo casu, quando consenserat, certum videtur. ꝙ spectet ad papam: cùm duret prima vacatio: cùm licet beneficiũ non esset liberum, non tamen erat suũ. de præb. si tibi absenti. de ele. si compromissarius, & c. si electio. lib. vj. Aduerte, quia videor hunc casum ibi notasse in gl. ante pe. vbi dixi decr. illã ibi locũ habere in casu decr. statutũ. de preb. quod admensem, qui daĩ papæ. hic expedit declarare Decr. illa. si electio ponit quatuor casus, in quibus eligẽtes recuperant electionẽ, & habent tẽpus integrum. Primus est, si electus ñ consensit. & hæc plana: & habet locũ ĩ collatore, & in casu ꝓdicto est plana gl. Secũdus & tertius casus sunt q̃n post consensum renunciat, vel moritur. & his casibus ꝓcedit gl. electo existente in curia. & hoc est planum, sed non sic planũ, si electus qui cõsensit, renuncians, vel moriens, est ext. curiã: & iõ formata quæstio fuit de absente. Quartus casus est, q̃n pp occultum vitiũ electi cassatur electio. Iste casus ñ cõgruit q̃stioni, nec decre. ij. & iij. de præb. quæ de collatione, non de electiõe loquũtur. Concludo ꝙ decre. si electio. quo ad primũ suũ casum simpliciter habet locum in casu decre. statuto. Itẽ in scdo & tertio prouiso renunciante vel moriente in curia. Quartus autẽ non adaptatur: si tñ esset sic, ꝙ diceretur collatio facta per papam non valere, non disputaremus hic, an illud fuerit occultũ papæ: sed si papa cassam pronunciaret vel cassaret collationem per se factam: quæstio non esset dubia: quia siue ex prima vacatione, siue ex secunda diceretur vacare, ad papam spectat. Redeo ad quęstionem, quę dubia est, post consensum prouiso moriente ext. curiam, & ante possessionem apprehẽsam. Dubiũ mihi facit decre. accedens. de accus. &. hoc dupliciter. Primò, quia possessionis apprehẽsio in tali prouiso per papã, rectè in casu nostro, s. de beneficio vacante in curia, impeditur per exceptionẽ criminis cum infamia. Secundò, quia ibi dicitur silentiũ imponendũ tali sic prouiso. non dicit eũ priuandum: quasi nondũ habeat ius plenũ. Ad hãc partẽ facit illud generale: cum aliquid superest ad agendũ, nil videri actũ. ff. de eden. l. j. §. pen. de baptismo. maiores. ver. ad hoc est. & ibi glo. dat concordantias super ver. non ex parte. Contrariũ tene, & dic ꝙ est noua vacatio: cùm confirmatio electionis faciat quẽ prælatum. Item ꝙ ẽt ante possessionẽ adeptã plenã administrationem habet. de elec. transmissam. vbi de hoc plenè scripsi post Inno. & H. in gl. mag. Patet id de translatione. c. ij. ver. sicut autem. Prouisio autem, vel collatio habet vim electionis & confirmationis. Et de prouiso vel cui facta est collatio, habemus text. apertè ꝓbantem, ꝙ licet possessionẽ non habuerit, mors eius inducit nouã vacationẽ. Hęc vide in cle. vt lite pendente. si duobus. ver. neutro. & ver. si verò alter. Nec obst. ver. quod si vnũ. ibi ꝓcedens. vbi ponderatur possessio: quia ibi ñ ponderaĩ possessio, quo ad vacationem: imò apertè ibi probatur, ꝙ sine possessione dr̃ noua vacatio: sed ponderatur ibi possessio, quo ad collatorẽ. Et fuit illa specialis prouisio vtilis pro expeditione beneficij: cùm de iure aliter esset dicendum: vt ibi no. in gl. sicut ergo. Fateor etiã, ꝙ post possessionem adeptam adhuc clarior est noua vacatio. Bene facit. C. de do. nec ambigere. Adde huic addit, quæ scripta reperiuntur in consiliis Old. lvij. & quæ scripsit Petrus de Anch. consi. lvij. incip. Circumscriptis regulis cancellariæ.

SVMMARIVM.

¶De nominibus actionum.

1 *Prætoriæ actiones quæ dicantur.*
2 *Interdicta & loca interdictionum, quæ sint, & quot modis dicantur.*
3 *Edicta quot & quæ sint.*
4 *Ciuiles actiones quæ dicantur.*
5 *Cautiones & stipulationes quæ dicantur.*
6 *Officium iudicis multiplex est.*
7 *Senatusconsultum quot modis dicatur.*
8 *Constitutiones quotuplices in iure reperiantur.*

5. §. Postremo sciendum est, quòd actionũ, aliæ sunt ꝓtoriæ: de quibus primò dicemus. Alię ciuiles, de quibus secundariò ostendemus, dicẽtes nomina earũ, vt ibi infrà, in tractatu libellorum, super eis libelli inueniãtur cõcepti. Prætoriæ aũt continent interdicta: qa & ipsa prætoria sunt. Itẽ edicta, q̃ similiter sunt ꝓtoria. Itẽ ciuiles cõtinent cautiones, & stipulationes. Item continent multiplex officiũ iudi. Itẽ cõtinent
a bonorum possessiones. Item senatusconsulta, & constitutiões.[a]

†¶Præ

ADDITIO.

a Constitutiones. ¶Scire debes ꝙ in his modicũ laboris habuit autor. Roffred' eñ sic inchoauit à ꝓtoriis, & eodẽ ordine illas posuit, inchoans à publiciana. & continuauit vsque ad subsidiariam & vtilem legis Aquiliæ. Itẽ hic declaratur, vbi posuit libellos: quos etiam inde recepit auctor.

1 †¶Prætoriæ igitur actiones sunt hæ, scilicet Publiciana, de qua in titu. de causa possess. & proprie. §. nunc dicendum. Item in rem rescissoria: de qua in ti. de in integ. restit. Item Seruiana: de qua in titul. de locato. §. postquam. versi. porrò. Item quasi Seruiana, de qua in tit. de pign. ver. cæterùm. Item vtilis rei vend. quæ datur superficiario, quæ datur emphyteutæ, de quibus in tit. de caus. poss. & proprie. §. sequitur. ver. est & vtilis. & sequen. & quæ datur metum passo, de qua in tit. quod met. causa. Item possessoria hæreditatis petitio & fideicommissaria, de quibus in ti. de iudic. §. j. Item in rem præiudicialis pro libertinitate, de qua in titu. de natis ex libero ventre: & de partu agnoscendo, de qua in tit. qui filij sint legiti. Item Pauliana. Item Fauiana. Item vtilis Caluisiana vel Fauiana. Item Caluisiana. Item in factum reuocatoria, de quibus in titulo de rebus eccles. non alien. Item redhibitoria. Item quanto minoris. Item in factum ædilitia: de quibus in titu. de empt. & vend. §. nunc dicendum. Item exercitoria. Item institoria. Item tributoria. Item de in rem verso. Item quod iussu. Item de constituta pecunia, de quibus in tit. de solu. §. prænotandum. Item de peculio, de qua in titulo. de peculio. Item vtilis ex ea causa, ex qua iuratur de qua in tit. de iureiur. Item vtilis certi condictio, de qua in titu. de confes. Item neg. gest. Item vtilis neg. gest. Itē ꝯria negotiis gestis. Item protutelæ. Item contraria protutelæ. de quibus in tit. de iudic. §. generalia. Item depositi. Item viæ reiectæ: de qua in tit. de causa pos. & prop. §. quia verò. Item quod metus cā. de qua in tit. q̄d me. cā. Item de dolo, de qua in tit. de dolo & cōtumacia. Item furti manifesti. Item furti aduersus nau. cau. sta. Item factum ex illo edicto, de quibus in titu. de furt. Item de serui corrupti: de qua in titu. de ser. non ordi. Item vi bonorum raptorum, de qua in titu. de rapt. Item iniuriarum. Item in factum subsidiaria legis Aquiliæ. Itē vtilis legis Aquiliæ: de quibus in titulo de iniuriis.

2 a †¶Sequitur videre de interdictis [a], & quo loco cuiuslibet illorū subrogata est actio in factum: vt s. §. j. ver. rursus. Sunt autem hæc: interdictū de mortuo inferendo. Item de sepulchro ædificato: de quibus in titulo de sepulchro. Item ne quid in loco sacro vel religioso fiat immittaturúe: de quo in titulo, de relig. do. Item ne quid ī loco publico fiat, & si factum fuerit, ꝙ tollat. Item ne quid fiat in flum. pub. ripaúe eius ponatur. Itē de loco publico fruēdo. Item d via publica & itinere publico reficiendis. Itē vt liceat ire agere per viam publicā. Item vt liceat ripam fluminis reficere, vel munire. Item vt liceat in flumine publico nauigare, de quibus in titulo de causa possessio. & propri. §. quia verò. & §. sequent. Item ne uis fiat ei, qui ī poss. mis. est, de quo in titulo, de eo qui mit. in pos. causa rei ser. Item quorum bonorum. Item quorū legatorum, de quibus in titulo de testamentis. §. nunc dicendum. Item de tabulis exhibendis. Item de liberis deducendis. Item de libero homine exhib. de quibus in tit. de conuer. infid. Item vnde vi. Item vti le vnde vi. Item quod vi aut clàm. de quibus in tit. de restit. spol. §. j. & ij. Item vti possidetis. Iem vtrobi. Item de superficiebus. Itē de itine. actuque priuat. refici. Item de aqua quotidiana. Item de aqua quotidiana & æstiua. Item de aqua ex castello ducenda. Itē de riuis. Item de fonte reficiendo. Item de cloacis: de quibus in tit. de causa poss. & propri. §. ij. & iij. Item de precario, de quo in titu. de preca. Item de arbo. cæden. Item de glande legenda, de quibus in præ. tit. de causa possess. & proprieta. §. priuata. ver. est insuper. Item de migrando. Item Saluianum, de quib. in ti. de locato. §. postquam. ver. cęterum. & sequen. Item de noui operis nunciatione. Item vt liceat ędificare cui nunciatum est, si satisdederit, de quibus in tit. de no. ope. nuncia. Item interdictum fraudatorium, de quo in tit. de rebus eccle. ñ alie.

3 b †¶Nūc dicamus de edictis [b], quæ sunt hęc: Edictū de albo corrup. Item si quis ius di. non obt. Item de in ius voc. Item si quis in ius vo. non ierit. Item in ius vo. vt eant, aut satisdent. Item ne quis eum q in ius voc. est vi exi. Itē de eo per quē factum est, quo minus qs in ius sistat, de quibus in titu. de do. & contu. §. restat. Item de edendo, de quo in titu. de fide instru. Item de calumnia, de quo in ti. de calum. Item de act. in factum subrogata in locum actionis de do. de qua in ti. de dol. & contum. §. j. Item de alien. iud. mut. cau. fact. de quo in ti. de al. iu. mu. Item nau. cau. stab. de quo in titu. de furtis. Item actio in factū de his, qui deie. vel effu. Item vtilis actio pro socio, cùm plures habitant in eodem cœnaculo, ex quo aliquid deiicitur. Item actio in factum contra eum qui aliquid habet appensum: de quibus in titulo de iniur. Item si mensor fals. modium dixer. de quo in titulo, de parochi. Item de mortuo inferendo. Item actio funeraria, quæ datur pro impensis funeris, de quibus in titul. de sepulturis. Item de loco sacro vel religioso pro puro vendito. de quo in tit. de religio. Item actio in factum descendens delato iureiurando, de qua in ti. de iureiur. Item si mulier ventris no. cal. causa in pos. missa esse di. Item si mulier ventris no. in poss. mittatur, & eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur. de quib. in ti. de eo qui mit. in pos. Itē quod cum falso tutore actore gestū esse di. Item de eod. competenti pupillo, de quibus in tit. de iudi. §. generalia. ver. verum. & sequen. Item si omissa causa testamenti, de quo in tit. de testamentis. Item de publicanis, de quo in tit. de censibus. §. nunc dicendum. Item de liber. causa, de quo in tit. de na. ex li. ven. Item de bonis auctoritate iudic. poss. de quo in titul. de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. Item si quis test. lib. esse iussit. de quo in tit. de furtis. Item actio in factum contra damnum dantē turba adunata. Item de incendio ruin. naufra. de quibus in titulo, de raptor. Item de sepulchr. violat. de quo in titulo, de sepultur. Item de damn. infect. de quo in titulo, de nou. operis nunciatio. Item de legatis ab hærede præstādis, vel satisdan. de quo in tit. de testamentis. §. j. & §. ij. verbo, de cautionibus.

4 c †¶Explicuimus ꝑtorias actiones, [c] nūc ergo ciuiles designemus: & sunt hæ, scilicet rei vendicatio. Item confessoria & negatoria: de quibus in tit. de causa possess. & proprie. §. in confessoria. Item in rem præiudicialis. de qua in tit. de off. or. ver. vlti. Item in rem præiudicialis, quæ datur domino cōtra seruum. Item contraria in rem præiudicialis de quibus in ti. de na. ex lib. ven. Item petitio hæreditatis. de qua in tit. de iudic. §. vniuersalia. Item finium regundorum. Item fam. ercisc. Item communi diuidundo: de quibus eo. tit. §. communia. Item certi condictio generalis. Item ex stipulatu. Item ex mutuo Item condictio triticaria. Item ex causa. Item ob turpem causam. Item sine causa. Item indebiti, de quibus in tit. de solu. §. sequitur. Item furtiua, de qua in tit. de fur. Item ex lege, de qua in præ §. sequitur. Item actio ad exhibendum: de qua in tit. de iudi. §. fi. Item ex empto. Item ex vendito: de quibus in tit. de empt. & ven. §. prius. Item ex conducto & locato. Item oneris aduersi: de quibus in tit. de loca. §. postquā. Item pro socio. Item mandati: de quibus in tit. de iudic. §. generalia. & §. specialia. Item depositi: de qua in titu. deposito. Item tutelæ, de qua in præ. §. generalia. Item commodati: de qua in tit. de commodato. Item pignoratitia: de qua in titu. de pig. Item præscriptis verbis. Itē præscri. ver. æstimatoria de quibus in tit. de empt. & vend. §. iij. Item præscri. verb. ex permutatione: de qua in tit. de rerum permu. §. dicendum. Item actio in factū subsidiaria: de qua in titu. de causa pos. & proprie. §. sequitur. ver. item iura. Item in factum ex re iudi. de qua in tit. de re iudica. Item ex confessione, de qua in tit. de confes. Item actio ex stipul. pro dote: de qua de donat. inter virum & vxor. Item actio aquæ pluuialis arcendæ, de qua in tit. de causa pos. & proprie. § priuata versi. verum. Item de pastu pecoris, de qua in tit. de iniu. §. sequitur. versic. porrò. Item actio ex testamento, de qua in tit. de testa. §. j. Item ex stipulatu, de qua in tit. de solu. §. prænotandum. versi. Item contra promittentem. & seq. Item furti ñ manifesti: de qua in tit. de fur. Item de tigno iniuncto: de qua in titul. de ecc. ædific. Item arborum furtim cæsarum: de qua in ti. de iniur. §. ij. ver. item si quis. Item rerum amotarum, de qua in tit. de furtis. Item de rationibus distrahēdis, de qua in tit. de iudi. §. generalia. vers. porrò se pe tu. Item legis Aquil. Item de pauperie. Item iniuriarum ex l. Cornelia. de quibus in tit. de iniuriis. §. j. & ij. Item actio in factū contra magistratum, de qua in tit. de iud. §. generalia. ver. item pupillo. item actioni grati. de qua in ti. de na. ex li. vent. Item quanti minoris, de quan in tit. de emp. & ven. §. nunc dicendum.

5 d †¶Sequitur de cautionib⁹ & stipulationibus, quæ sunt hæc [d], sc. actio ex stipulatu, & rem pupilli saluam fore. Item rem ratam haberi. Item iudicatum solui. Item damni infecti. item ea, quæ interponitur ab eo, cui opus nouum nunciatum est. item quę datur proprietario ꝯ vsufructuarium, vel vsuariū [e]. item quæ interponitur ab hærede

ADDITIONES.

a Interdictis. ¶Ro. post præscriptas act. continuauit etiam interdicta, inchoans à mortuo inferendo, ponendo precedentem rubricam generalem de interdictis. finiuit etiam vt auctor in interdicto fraudatario.

b Edictis. ¶Sic & Roffredus post interdicta posuit edicta sine generali rubrica, & inchoans ab albo corrupto, & finiens de legato præstando & satisdationibus ad id.

c Prætorias actiones. ¶Quare præcesserint dicit Roffred. in titul. generali, qui est breuis: demum inchoat à rei vendicatione, sicut auctor, & finit in rubrica quanto minoris: in qua etiam tractat q̄to pluris.

d Hæc Rof. ¶Vbi de cautionib. enumerat 13. auctor xij. vel xi. tm̄: sed septimam declarabo, & xiij. supplebo: quæ est in ordine Roff. vlti. de cautione, scilicet quam facit legatarius hæredi: si solutum esset sibi plus quàm Falcidia pateretur.

e Vsuarium. ¶ vij. est de cautione, quam præbet vsufructuarius de rebus quæ consumuntur vsu.

hærede pro legato soluendo. Item quæ interponitur ab arrogatore pro reddendis bonis arrogati. Item quæ datur fideicommissario contra rogatum restituere hæreditatem, de quibus in tit. de pig. §. sequitur. item quæ interponitur, vt quis in iudicio sistat, de qua in titul. de dol. & contu. §. restat. item quæ interponitur pro morbo, vel euictione, de qua in titul. de emptio. & vend. §. final.

6 †¶Dicendum restat de multiplici officio iudicis [a]. Est enim of-
a ficium iudicis, per quod alimenta petuntur. de quo in titulo, qui fil. sint legitimi. item quo datur restitutio minori: de quo in tit. de in integ. rest. item quod datur contra detinentem filium alicuius, vel contra filium: de quo in ti. de conuer. infid. item quo subueni
b tur colono & vasallo contra dominũ [b], de quo in titul. de censi. item quo grammatici, aduocati, medici, & alij salaria petunt: de quo in titu. de magist. Item quo petuntur fructus à possessore, de quo in tit. de causa possess. & proprie. §. sequitur. item quo petuntur vsuræ quasi interesse: de quo in tit. de vsuris. Item quod datur pro riuis & aquis alicuius ducendis. item quod datur, ne quid fiat in via publica ciuitatis, de quibus in tit. de causa pos. & proprie. §. quia verò. ver. ad hoc. & §. priuata. vers. sed & si me. item officium iudicis, per quod cogitur quis emancipare filium, de quo in titu. de na. ex lib. vẽ. item quo bona debitoris liceat possidere: de quo in ti. de eo, qui mi. in pos. causa rei ser. item quo bonis alicuiùs da
c tur curator: de quo in tit. de iudi. §. generalia. vers. item de bonis [c].
¶Nũc sequitur de bonorũ possessionibus, quæ multæ sunt: de q
d bus habes in ti. de testament. §. sequitur [d]. †¶Restat videre de se-
7 natusconsult. & sunt hæc [e]: Orficianũ. item Tertullianum. idem Rubrianum: de quibus eod. tit. scilicet de testa. §. fin. item Volusianum. Item Turpilianũ: de quibus eod. tit. de cal. item Libonia-
8 num, de quo in tit. de fi. instru. †¶Vltimò dicamus de constitutionibus: quæ sunt hæc, diui Adriani. itẽ Thedosij & Valentiniani: de quibus in tit. de adul. itẽ Seueri & Antonini: de qua in ti. de feruis non ordi. vers. & quia. itẽ edictũ diui Marci, & cõstitutio, si qs in tantã. & inuasor. & cum quærebatur. de quibus in tit. de restit. spo. §. j. item constitutio, non ab re. item constitutio, ex liberis; de quibus in tit. de locato. §. postquã. versi. ceterùm. & sequen. item constitutio, Christianis: de qua in tit. de Iudæis. item constitutio, si constiterit: de qua in titulo de parochi. item constitutio de suffragio: de qua in ti. de magist. item constitutio, ob æs alienum: de qua in tit. de pig. §. j. ver. item cùm ob æs.

ADDITIONES.

a Iudicis. ¶Plus tamen posuit de hoc Rof. vt s. dixi de off. iu. super Rubrica: & statim addam.
b Dominũ. ¶Et hoc tractat Rof. rubr. vij. officiorũ, sed est aliud qđ datur dominis ɔ colonos & adscriptitios: de quo ibi ponit rubricã: & in proxima ibi præcedenti tractat de officio iudicis contra collectores, qui collectas vltra vires exigunt contra id. ff. de va. mu. l. ij. §. fi.
c Bonis. ¶Ista vltima est Rof. de ordine iudiciorum: postq̃ sequunt quatuor respicientes solum materiã tutorum & curatorũ. Omissum est ẽt officium qđ datur ad reuocandã vẽditionem factã me dico pp mala medicamenta, per l. medicus. ff. de var. & extraordi. cog. de quo tractat rubrica de off. iudi. in causa speciali. & vide in seq. rubrica ad certos casus.
d Sequitur. ¶Et vide quod ibi dicam in prin.
e Hec. ¶Sup. illa, de quibus tractat. sunt enim multa alia, de quibus Rof. incipiens à Velleiano, postea illa prosequitur. & idem dicas de constitutionibus, de quibus plenẽ ipse Rof. inter prædicta senatusconsulta prosequitur.

ADDITIONES NOVAE.

Nota quòd licet feratur sententia absolutoria super dominio directo, non tamen præcluditur via intentandi dominium vtile. C. de ingen. manumiss. l. penult. quam allegat Bald. in l. edita. C. de eden. pro hoc fac. gloss. institu. de actio. §. aliæ. sed ibi loquitur in Publiciana.

An possit quis pati se conueniri actione quæ non est nec conuenit, & quãdo hoc intelligatur. not. per Bartol. in l. si socer. ff. de dote præleg.

An quando aliquid pure promittitur possit statim pro illo agi no. in l. eum qui Kalendas. §. quotiens. de verb. obl. & de solutio. l. quod dicimus.

Nota ꝙ si habeo actionem realem & personalem si vnã accepto videor alteram repudiare. inst. de leg. §. nostra. secundũ Bald.

An actio ad exhibendum & rei vendicatio possint simul in eodem libello intentari, gl. in l. qui de inofficioso. de inoff. test. dicit quòd sic contra videtur gl. in l. ij. §. est autem. ff. ad exhiben.

Pone ego eram debitor tuus in centum, naturaliter, tantũ solui tibi viginti. ista viginti nõ possum repetere. sed tu vis vltra me conuenire ad reliqua octuginta, an possit. de hoc not. in l. filiusfa. §. fin. ff. ad Macedon. per Domi. Argen.

Quomodo agere debeam cõtra nomẽ debitoris mei mihi per ipsum obligatũ, not. per gl. in l. hæredem mariti. ff. de hær. act. no. in l. nomen. C. quæ res pignori. obl. pos. Iaco. Butri. in l. procurator in rem. ff. de proc. & hic per Spec. & Io. de pig. c. j.

Quia Speculator in hoc titul. videtur innuere ꝙ petitio hæreditatis sit realis, ad declarationem huius formo quæstionem quã habuit dominus Segnorolus de facto, prout posuit in consiliis suis. Quæritur si petij me declarari hęredem Titij, & per consequẽs eius hæreditatem ad me pertinere ab intestato, tanquam ad proximiorem agnatum, proposita petitione hæreditatis, an ea petitio hæreditatis possit dici realis ad hoc vt statutum Mediol. quo cauetur quòd sententia in reali contra quencunq; possessorem mandetur excutioni, habeat locum. Et primò videtur quòd non per l. hæreditatis. C. de petit. hæredi. secundò per glos. quæ est insti. de actio. §. quædam. Tertiò de natura realis, cuius nõ est quòd nascatur ex contractu, vel quasi, ex maleficio vel quasi: imò intẽtatur contra eum qui nullo iure est obligatus, vt instit. de actio. §. j. Sed ita est ꝙ petitio hæreditatis nascitur ex quasi contractu, vt insti. de obliga. ex quasi contract. §. item si hæres. præterea separatam habet naturam à realibus, l. Fulcinius. §. fin. ex qui. cau. in pos. ea. præterea mixtum ex pluribus simplicibus constituit nouam speciem, l. munerum. §. mixta. ff. de mune. & hon. & quod not. in glo. super dicta rub. & l. si statulib. §. fina. de stat. lib. præterea licet mixtum ex pluribus simplicibus assumat effectum interdum vnius, interdum alterius, tamen secundum propriam significationẽ simplex non continet mixtum seu compositum, l. lege. de leg. iij. & l. in lege Censoria. de verb. signi. præterea cum mixtum ex pluribus simplicibus addat vni extremorum, & addat alteri, quod apparet ex eo quòd alteri⁹ effectum seu naturam assumit. ergo nouum quid constituit, l. ius ciuile. de iustitia & iure, & l. j. §. cum adiicit. de verbo. obli. sed ita est quòd petitio hæreditatis est mixta, vt dicta l. hæreditatis. & not. glos. in l. fin autem. §. sed in his. de rei vendicat. & not. Ioan. in arbore actionum in numero mixtarum per quæ videtur innuere actiones mixtas cõstituere nouam speciem à realibus, & à personalibus, & sic non habebit locum statutum, cum verba debeant intelligi secundum meram & propriam significationem verborum, l. verbis. & l. qui liberis. §. hæc verba, ff. de vulga. & pup. & cum verba casum omissum non capiant, immò derelinquant ipsum dispositioni iuris communis, vt l. si verò. §. de vno. ff. soluto matri. & l. commodissimè. de liber. & post. ex quibus videtur concludi, quòd dictum statutum non habeat locum. ¶In oppositum quòd petitio hæreditatis sit realis, probat text. qui hoc dicit in l. sed si lege. §. petitio. de petitione hæreditatis, & dicta l. fin autem. in gloss. videtur hoc tenere Institu. de actio. §. item quasi Seruiana. & l. si. §. j. cum l. si à te. in prin. de exce. rei iudica. & super rub. ff. de inoffi. test. & l. fin. C. de codic. Spec. in hoc §. sequitur Iaco. Butri. in l. hæredit. de petitione heredi. & insti. de actio. §. j. & Cy. in dicta l. hæredis. qui omnes dicunt petitionem hæreditatis esse realem: & quod dicunt iura esse mixtam, intelligunt quo ad effectum vnde ratione effectus mixtæ quoquo modo potest dici mixta, vt ibi, quod etiam effectus attribuit causæ, l. fin autem. §. fina. de aqua pluuia. arc. & l. cuius. de reg. iuris. & sic quoquo modo ratione effectus dicitur mixta tamen per hoc non imitatur eius naturam, cum per extrinsecũ qualitas nõ imitetur naturam rei. l. tutor. de fideiussori. & l. Zenodorus. C. ad macedo. l. clam possiden. de acquiren. pos. Item probatur per rationes, compositum ex simplicibus non constituit nouam speciem à simplicibus separatam, sed quatenus assumit naturam vni⁹ mixti, illius contra, vt insti. de actio. §. j. & l. actio. de actio. & oblig. hoc idem prob. in glo. in l. ij. de verbo. obli. & l. Titiæ textores. in 3. casu. de leg. j. petitio hæreditatis licet capiat partem realitatis & partem personalitatis, non constituit nouam speciem actionis. sed cum non sit personalis, vt infrà apparebit, ergo necessario concluditur eam realem. & per hoc respondetur multis rationibus factis pro illa parte. Præterea omnis actio personalis descendit ex contractu. vel quasi, aut ex delicto vel quasi: sed petitio hæreditatis non est ex his, ergo non est personalis. Probatio minoris, quemadmodum nos dicimus quòd rei vendicatio dominium in agente ipsam causat, ita id quod fuit in defuncto & hodie est in hærede, vt l. cum hęredes. de acq. pos. & quòd repręsentat eandẽ personam, vt in auth. iusiurandum. §. j. causat petitio. hereditatis, l. j. §. j. si pars hæderi. pe. & hoc ex parte agẽtis. ex parte ergo eius ɔtra quem ipsa possessio, seu restituendi facultas, l. j. §. j. C. de alle. iu. mu. cau. fac. & l. officium. de rei ven. & l. generaliter. de petitione hærereditaris §. contra possessorem. non ago contra illum tãquam contra obligatum, sed quia habet facultatẽ rei restituendę quemadmodum dicimus in rei vendicatione, vt dicta l. officium, præterea ille qui tenetur personali, tenetur ad dandum vel faciendum

forma debita.
6 *Inſtrumentum quomodo confici debeat, vbi fit ceſſio ex titulo donationis con-*
tra plures debitores.
7 *Iura ex iure ceſſo habita, ſi cedantur, qua forma inſtrumentum conficiatur.*
8 *Inſtrumentum conficiendum, vbi vnus nomine alterius ſtipulatur, & iſti alteri*
ceſſione facta directò vult agere.
8 *Cedit aliquando quis ius quod habet in re ex hypotheca, vel obligatione.*
10 *Cedens alicui actiones quas habet contra aliquem, poteſt nihilominus exigere,*
antequam litem fuerit ille alius conteſtatus.

2.§.Conſequenter vtile eſt aliquas inſtrumento-
rum formas ſuper ceſſionibus
1 tradere, †¶Primò ergo ſi quis cedit alteri iura & actiones ex cau
ſa venditionis, ſic inſtrumentum conficietur:
a FORMA[a]. A. dedit, ceſſit tranſtulit & mandauit ex cauſa venditio
b nis, B. pro ſe ſuiſq; heredibus recipienti[b], & ementi omnia iura &
actiones reales & perſonales, vtiles & directas, quæ vel quas ha-
bet, vel habere poterat aduerſus C. & D. & quemlibet eorum in
ſolidum, eorumq́ue hæredes: & in ipſorum bonis nomine & oc-
caſione debiti centum librar. Turonen. quas dicti C. & D. prædi-
cto A. ex cauſa mutui dare ac ſoluere tenebantur: vt patet in in-
ſtrumento manu talis notarii ſcripto, quod inſtrumentum dicto
B. tradidit & dedit ibidem, & in præſenti conſtituens eum procu-
ratorem in rem ſuam, & ponens ipſum in locum ſuum, ita quòd
deinceps ſuo nomine actionibus vtilibus & directis poſſit aduer
ſus dictos C. & D. ac quemlibet eorum in ſolidum, & eorum hæ-
redes, & in ipſorum bonis nomine & occaſione dicti debiti age-
re, expe

ADDITIONES.

a FORMA.¶Iſta forma, & ſex ſequentes fuerunt Rolandi.eodem
ordine, quo hîc ſcribuntur poſitæ per eum in princ.iiij.par.
b Recipienti.¶Petrus de Ceruotis diſputauit, an valeat ceſſio facta
abſenti nullo pro illo recipiente: puta vocato notario & teſtibus
cedens dicit quòd omnia iura & actiones, quæ habet contra Mar
tinum, cedit Titio abſenti, & cedit ex tali cauſa.& incipit quæſtio
Titius ceſſit. Quòd valeat, allegat quòd abſens inſtituitur.ei lega
tur, donatur cauſa mortis, procurator conſtituitur. & ſimilia. Et
iura ſunt not. Inducit etiam gl.ff.de procurat.in cauſæ.§.fi.quæ in
cipit, ſed qualiter.vbi videtur expreſſum quòd valeat. Tenuit cō-
trarium dicēs gl.illam malè dicere: niſi intelligatur poſſe fieri ceſ-
ſionem inter abſentes, per nuncium tātum, vel per epiſtolam: vt
ff.de contrah.emp.l.j.§.fi.ſit patens ratio: quia cùm ceſſionem ex
cauſa, vel titulo fieri oporteat: vt hic infrà ſequitur.& titulus aliqs
fieri non poſſit inter abſentes, niſi per nuncium vel epiſtolam: li-
cet per procuratorem fieri poſſit, patet ceſſionem factam abſen-
ti non valere nemine recipiente: vt ſic detur pro regula, quòd
vbi de dominio, vel iure aliquo transferendo inter viuos tracta-
tur, ſiue ſit in re, ſiue in actione, non poſſit inter abſentes fieri, ni-
ſi per nuncium, vel per epiſtolam. Nec obſtat, quòd poſſeſſionis
bonorum agnitio fit nomine abſentis. Cui eſt duplex reſponſio:
quia agnitio eſt actus vnius tantum perſonę: ſed in ceſſione, ſicut
& in contractibus, requiruntur duæ perſonæ. Item licet fiat agni-
tio per præſentem non procuratorem pro abſente, poſſeſſio ta-
men vel dominium abſenti per hoc non acquiritur niſi ex quo
ratificauerit.ff.de bon.poſ.l.iij..§.acquirere.& ff.rem rat.ha.l. is q.
& l.pen. Fateor etiam, quòd ſicut ſoluendo liberare poſſem inui-
tum: ſic & fortius abſentem.ff.de neg.geſt.ſoluendo.ff.de ſol. ſo-
lutionem.& l. ſi pro me.& l. ſoluere. Adde vt per Bartol. & Ale-
xand.in apoſtilla.in d.l.in cauſæ.§.fi.Scias tamen quòd Rom.con
ſil.cclxxxv.conſuluit valere donationem factam abſenti, licet nū
cius vel epiſtola non interuenerit: dūmodo ad noticiam donata-
rij aliter peruenerit. de don.vide omnino ibi ad hāc additionem,

re,experiri,excipere,replicare,consequi,& se tueri,petereque illud,sortem quoque pœnas,damna, expensas, interesse ac bona obligata:omnia etiam & singula facere: quemadmodum & quæ ipse poterat:paciscens etiam atque conueniens, quòd nulli alij hactenus cessit iura prædicta:quodque tempore huius contract⁹ verè creditor erat debiti prætaxati: necnon promittens solenni stipulatione dicto B.prædictam cessionem,omnia & singula s.& j.scripta,grata,& rata,firma habere & tenere: nec contra facere, vel venire aliqua ratione vel causa,de iure,vel de facto:& prædicta iura & actiones legitimè sibi defendere &auctorizare& expedire.Si verò apparuerit ipsum hactenus alteri dicta iura cessisse, aut creditorem dicti debiti huius contractus tempore non fuisse vel si non defenderit,vt dictum est:& omnia& singula in hoc cõtractu contenta non obseruauerit, aut in aliquo contrauenerit, promisit eidem & dare duplum quantitatis ipsius pecuniæ, pœnę nomine stipulatione in singulis capitulis huius contractus in solidum promissæ:qua soluta,vel nõ,omnia,& singula j.& s.scripta firma perdurent.Item restituere,& reficere sibi omnia & singula damna,expensas,ac interesse litis & extr.obligando pro his omnibus & singulis firmiter obseruandis omnia bona sua.Pro precio autem & nomine precij eiusdem cessionis ipsis iuribus & actionibus primò cessis, confessus & contentus fuit dictus A.se ab ipso B.habuisse ac recepisse centum libras Turonen.exceptioni sibi non dati,& non soluti precij,doli sine causa,& in factum actioni,omnique alij auxilio omnino renuncians.Hæc forma probatur C.de procur.quia te absente.ff.de iureiur.iusiurandum qđ.
2 in fi.C.de noua.l.3.†¶Et no.quòd licet cessio præsumatur simulata,nisi causa siue titulus in instrumento contineatur:vt s.§.proxi.ver.si verò.ibi,item secundum Goffr.tamen sufficit ibi dicere pro tanto precio,nullo alio titulo expresso.Nam ex quo de precio fit mentio,satis resultat quòd sit emptio:vt C.de prædiis cur.
a non alie.l.fi.lib.x.& arg.C.mandati.l.fi.§.sed cùm hi.ibiᵃ: actionũ habita.& l.pen.§.j.in fi.ff.de præscrip.verb.naturalis.§.j.Arg. contrà,quòd non teneat cessio:quia videtur facta esse sine causa.ff.de transac.cùm hi.§.in causa.ff.de doli exceptio.l.ij.§.si quis sine cau
b sa,ff.de probatio.cùm de indebito.§.fi.ᵇEt nota,quòd s.in forma is cui fit cessio ex causa emptionis,vel donationis, nihilominus constituitur procurator velut in rem suam.Et probatur hoc ff.fa mil.ercisc.planè.prope finem.& C.de actio. & ob. si in solutum. veruntamen hoc necesse non est dicere: quia eo saluo,quòd actio ceditur,vel mandatur, vel interuenit aliquis de casibus,q habentur C.de actio.& ob.l.ij.factus est procur. vt in rem suam: vt
3 ff.de procur.si actor.& ff.manda.si procuratorem.§.fi.†¶Sed qd sit is,qui donat,vel cedit,dicit:Et facio te procuratorem meũ? Et videtur quòd facit eum simplicem procura.& non vt in rem suã quia ipse adhuc remanet dominu actionis directæ:vtC.de hære. vel actio.vendi.emptor.ar.contrà,quòd etiam intelligatur fact⁹, vt in rem suam:quia simpliciter dicendo procu. intelligitur in rẽ suam:vt ff.de oper.no.nuncia.l.j.§.fi.& hoc videtur verius ex his,
4 quæ in prædi.ver.dicta sunt.†¶Si verò fit cessio in aliqua quantitate,quæ sit residuum dicti debiti: sic instrumentum cõficietur.
FORMA.A.ex causa venditionis dedit & cessit B.pro se suisq; hæredibus recipienti omnia iura & actiones, quæ vel quas habebat,vel habere poterat aduersus C.eiusque hæredes, & in ipsius bonis nomine& occasione debiti xxv.libra.Turonen.quas ab ipso.C.habere debebat pro residuo & complemento debiti centũ librarum:in quibus idem C.erat dicto A.ex causa precij cuiusdã quantitatis lanæ,vel pannorum obligatus:vt patet in instrumento manu talis notarij scripto.Quod quidem instrumentum ei tradidit ibidem in præsenti:constituens eum procuratorem in rem suam,& ponens ipsum in locum suum:ita quòd deinceps suo nomine, actionibus vtilibus, & directis, possit aduersus dictum C. eiusque hæredes, & in ipsius bonis nomine & occasione dictæ quantitatis pro residuo dicti debiti agere,experiri,excipere,replicare,consequi & se tueri:omnia quoque & singula facere, quæ ipsemet facere poterat: promittens prdictam cessionem omnia & singula in hoc contractu contenta grata, rata & firma habere & tenere,nec cõtrà facere,vel venire,sub pœna dupli dictæ quãtitatis pecuniæ stipulatione promissa, ac refectione damnorum & expensarum litis & extra: & obligatione omnium bonorum suorum.Qua pœna soluta,vel non,rata remaneant omnia & singula s.& j.scripta.Pro precio autem & nomine precij ipsius cessionis post ipsam actionem cessam,confessus & cõtentus fuit dictus A.se habuisse à dicto B.& recepisse xxv.libras Turonen. exceptioni sibi non dati,& non soluti precij, omnino renuncians.
5 †¶Cæterùm si vnus ex condebitoribus cogitur satisfacere creditori secundum leges C.de fideiuss.l.liberum.& l.reos.& l.generaliter.& Inst.de fideiuss.creditor tenetur cedere soluenti actiões contra vnum ex condebitoribus: super quo sic instrumentum
c conficieturᶜ:
¶FORMA.dedit,cessit,transtulit,atque mãdauit B.pro se suisque hæredibus recipienti omnia iura & actiones reales, & personales,vtiles,& directas, quæ vel quas habebat, vel habere poterat aduersus. C. eiusque hæredes: & in ipsius bonis nomine & occasione debiti 30.librar.quas dictus C.in solidum cum dicto B. & D.eidem A.dare & soluere tenebantur ex causa mutui:vt patet in instrumento manu talis notarij scripto: & quodam præcepto talis iudicis scripto manu talis notarij.Item nomine &occasione quantitatis quinque librar. tenetur pro damnis, expensis, ac interesse dicti debiti, currentibus à termino debiti, vsque nunc: quod instrumentum & præceptum sibi tradidit ibidem, & in præsenti constituens eum procuratorem in rem suam, &c. vt s. in præ.vsque,nomine & occasione. iunge, prædictarum quantitatum agere experiri,&c.vt ibidem.vel sicut in primo, vsque pro precio autem.vbi sic dices:Quam si quidem cessionem ipse A.eidem B.fecit,vt dictum est, ex eo quòd cùm ipse B.esset vnà cum dicto C.&B.ad dictum debitum in solidum obligatus: & propterea à dicto creditore ad solutionem coactus: idem B.dicta cessione facta,dedit & soluit ipsi A.35.lib.Turonen.prout ipse A.confessus & contentus fuit:exceptioni sibi non datæ, & non solutæ omnino quantitati renuncians.Hæc forma probatur C. de fideiusso.auth.præsente.& l.cùm alter.ff.eod.ti.vt fideiussor.& l. si fi
6 deiussoribus.& in his quæ not.C.de duo.reis.l.j. †¶Si verò cessio fiat ex

ADDITIONES.

a Ibi.¶Pecuniis acceptis & venditione.
b §.fi.¶Soluta sunt hæc contraria per superius dicta.
c Conficietur.¶Disputauit Albe.Odoff.quæstionẽ,& incipit,Creditor quidam,de duobus correis,pone A.& B.quorũ alter,pone A.conuentus à creditore,opposuit exceptiões doli,simulatiõis & pecuniæ nõ numeratæ:lite pendente,B.correus soluit creditori,& habuit iura cessa ꝯtra A.quẽ postea capi fecit vigore statuti hoc permittentis obligato ꝓ alio,q soluit: quærebat an capi debuerit,& an debeat relaxari.Soluendo tenuit, ꝙ si certum est exceptiones oppositas ꝑ correum ꝯ creditorẽ: vel ipsius instrumẽtũ veras esse,nõ debuit detineri, & debuit relaxari.Nã si B ꝯ A.ageret mãdati vł negotiorũ gestorũ,replicaret ꝙ omisit exceptiones pereptorias ꝑdictas,doli,ñ numeratę pecunię,vł simulatiõis. ff.mand.si procuratorem.§.si ignorantes.& l.idemq;.§.gñaliter. & l.si fideiussor.in prin.ff.de fideiuss.exceptione.Fortius ergo debuit repelli, vbi petebatur detentio personæ pp maius grauamen & opprobrium.de elec.vbi periculum.cum concor.li.vj. Si autem certũ est iudici illas exceptiões frustratorias, sicut de iure cõmuni haberet B.contra A.actiones prædictas mãdati,& negociorum gestorum:sic ex statuto habuit ius detentionis.Nõ enim debuit mẽdaces exceptiões opponere,sed bonã fidẽ agnoscere. & sic solutũ repetere potest,secundum legis municipalis formã ar.ff.de admini st.tutorũ.quoties.ff.man.si fideiuss.§.quædã.Si verò de exceptione dubitat,dicit in hoc dubio A.non debuisse detineri, & detentum debere relaxari. licet enim fideiussor spontè soluens,cùm debitum est liquidum,habeat regressum cõtra eũ: vbi tamen non est liquidum,non habet regressum,nisi per sententiam soluat. ff.manda. l.Lucius.& C.man.si pro ea. sicut nec emptor agit de euictione,vbi res non euincitur per iudicis sentẽtiã, nec sufficit sententia arbitri.ff.de euict.si dictum.§. si cõpromisero.putat tamen cautionem ab eo exigendã de se reponẽdo ĩ statum,quo erat,si exceptiones reprobari contingat.ar.ff.de iudi.in omnibus.qui satisda.cogan. l.inter oẽs.sicut cũ res est in obligatione ex causa,cauetur de ea non baratanda,ar.ff.de petitio.hære di.diuus.ff.de officio præ.l.senatusconsulto.in fine.Interserit prędicta procedere,etiamsi statutum de fideiussore loqueretur. Nã duo correi videntur vicissim fideiubere,quatenus pecunia ad se non peruenerit:vt in authen.de duobus reis.collatione 7.ff.de ĩ rem verso.si pro pte.in fi.ff.ad Maced.l.sed Iulianus.§.j. In illa igitur parte,quæ ad eũ non peruenit,censeť fideiussor. Adde,quòd non inconguè potest poni illa quæstio,sup qua ꝯsuluit Ab.con. lx.li.1.an ille,qui fuit fideiussor pro carcerato, si postea creditor efficiatur rebellis ecclesiæ & excommunicatus,possit soluere: ñ obstante, quòd principalis debitor eũ admoneat de exceptionibus competentibus?& cõcludit quòd soluere pt:maximè si post rebelliõẽ ille fideiussor promiserit illi rebelli soluere:ꝑ textum in l.quæsitum.ff.manda.vbi dicitur, quòd fideiussor ex simplici pacto potest soluere vsuras: licet possit opponere exceptionem stipulationis:quia non tenetur cum suo pudore alteri consulere Idem etiam dicit esse,cùm fideiussor non potest opponere exceptionem sine magno rerum suarum periculo.

c

sio fiat ex titulo donationis contra plures debitores, scilicet, contra vnumquenque pro suo debito, sic instrumentum conficietur:

¶FORMA. A.ex causa donationis purè, liberè, simpliciter ac irreuocabiliter dedit, cessit, transtulit, & mandauit B.pro se suisq; &c.vt in præcedenti forma vsque, occasione debiti.iunge, x.lib. Turonen.quas ipse C.dicto A.ex causa præcij talium pannorum dare & soluere tenebatur, vt patet in instrumento manu mei j. scripti notarij scripto. Item aduersus D.eiusq; hæredes, & in eis bonis nomine & occasione debiti octo libr. Turonen. quas ipse D.dicto A.ex causa mutui dare ac soluere, &c.vt s.in prima forma, vsque aduersus dictos.hoc saluo, quòd vbi dicitur ibi, quod instrumentum dicto B.dicas, quæ instrumenta ei postea iungas: & aduersus vnumquenque eorum eiusq; hæredes, & in ipsius bonis nomine & occasione sui debiti agere, experiri, excipere, replicare, & sequi, & se tueri petere, quòd ab vnoquoq; debitum ad se promissum: sortem quoq;, &c.vt ibi.vsque, paciscẽs etiam atque postea iunge, promittẽs solenni stipulatione dicto B.prædictam cessionem, donationem, & omnia & singula s.scripta, &c. vt ibi vsque.vel de facto.postea iunge: ipsam donationem, nulla causa vel ingratitudine reuocare, sub pœna dupli dictarum quantitatum stipulatione promissa, &c.vt s. in secundua forma vsque, pro precio, &c.†¶Porrò si iura ex iure cesso habita cedantur, instru-

7 mentum sic conficietur:

¶FORMA A.A.dedit, &c.vt s.in primo instrumento.vsque, habere poterat, iunge ex iure sibi cesso à P.vt patet in instrumento ipsius cessiõis manu talis notarij scripto aduersus C.eiusque hæredes, & in ipsius bona, nomine & occasione debiti, 30.librar. Turon.quas dictus C.dicto P.dare & soluere, & c.vt ibidem vsque, talis notarij: iunge, quæ instrumenta ipse A.dicto B.tradidit & dedit ibidem, & in præsenti, &c. vt s.in primo vel in secundo instru

8 mento.†¶Si autem B.nomine alterius: puta C. stipuletur, non aget C.directò, nisi demùm facta sibi cessione à B.de qua cessiõe sic instrumentum conficietur.

FORMA. Cùm A.ad debitum & in debito xx. libra. Turonen. ex causa precij cuiusdam quantitatis bladi se obligasset B.stipulanti & recipienti vice & nomine C. vt patet in instrumento manu talis notarij scripto, idem B.dedit, cessit, transtulit, mandauit C. pro dicto pro se suisque hæredibus, &c. vt s.in prima forma vsque, directas.iunge, sibi acquisitas, vel ad se spectantes: aut, vel quę habebat, vel habere poterat ex stipulatione prędicta à se nomine ipsius C.facta contra dictum A. eiusque hæredes, & in ipsius bonis nomine & occasione dicti debiti constituens eum procuratorem in rem, &c.vt s.in secunda forma, vsque ibi: pro precio autem, &c. De precio autem aut de causa non est mentio alia faciẽda: cùm sufficiat, quæ in principio ponitur instrumenti. Instit. de

9 inutili.stipulatio.§.alteri.¶Verum†quandoque cedit quis alteri ius, quod ipse habet in re ex hypotheca vel obligatione. Verbi gratia.C.habens plures creditores, vnum altero tempore potiorem, quibus omnibus omnia bona sua pro ipsis creditis obligauerat; ex ipsis bonis obligatis vendidit B.vnam domum conueniens cum eo, vt de pretio satisfaceret suis creditoribus, vnicuiq; videlicet, prout tempore prior erat, vel esset. Ipse verò B satisfaciens priori creditori, puta A.cessionem ab eo recepit de illo iure.quod habebat in re vendita ex causa obligationis sibi factę de ipsa re occasione crediti sui: vt sicut ipse A. cæteris præferebatur creditoribus, & eos poterat excludere: ita hoc possit B.loco eius quæ cessio sic scribetur:

FORMA. A.dedit, &c.vt s.prima forma: vsque, aduersus C hoc saluo, quòd non dicatur ex causa venditionis. post iunge, eiusq; hæredes: & in ipsius bonis, & specialiter in tali domo sita in tali loco, intra tales confines: quam dictus C.dicto B vendidit: prout dicitur contineri in instrumento manu talis notarij scripto, notarij scripto, nomine & occasione obligationis & hypothecæ ad se spectantis, specialiter in dicta domo, & generaliter in omnibus bonis dicti C. sibi obligatis pro debito, & ex causa debiti centum librar. Turonen. quas dictus C. dicto E.dare & soluere tenebatur: vt patet in instrumento manu talis notarij scripto. quod si quidem instrumentum dictus A.ipsi B.tradidit, & dedit ibidem, &c. vt s.in prima forma: vsque, directis possit.pòst iunge, suo nomine loco eiusdem A dictam domum defendere iure obligationis & hypothecæ prædictæ contra omnes creditores dicti E.si qui apparerent, & non vt possit aduersus ipsum C.vel eius hæredes pro exactione ipsius debiti agere: nisi in casu euictionis si sequeretur de re ipsa, vel de parte pro rata. & hoc fecit dictus A qui statim propter ipsam actionem cessam idem B.præsente & mandan e, & his omnibus consentiente prædicto C. dedit & soluit ipsi A centum lib. Turonem.pro precio dictæ domus: put ipse A.confessus & contentus fuit tantam esse quantitatem, pro mittens stipulatione solenni ipsi B.prædictam cessionem, &c.vt

10 s.in secunda forma: vsque, pro pretio.†¶Et nota, quòd si cessi tibi actiones, quas habeo contra P. potero nihilominus ab eo exigere, antequam tu litem cum eo fueris contestatus, vel prius quam ab eo aliquid ex debito acceperis: vel priusquam id debitori denunciaueris.quod dic, & de forma huius denunciationis, vt s de procura.§.sequitur videre.ad finem. Et nota cautelam, vt j.eodem §.ver in summa. 2.¶De beneficio autem cedendarum actionum, not.j.de conclu. & renun. versi. postremò. & sequen.

ADDITIONES NOVAE.

§ De ista cessione vide do.Bal.in toto tit.C.de actio.& oblig.

§ Qualiter cõcipiatur libellus Iac.Bu.Bal.& Bar.ponunt in l.qui stipendia.C.de procurato.& Bar.in l.j.C. de ac.& oblig.plenè dicit de hoc & Bar.ibi.Bar.etiam in l.si duo rei.de solutio.

§ Quæ differentia sit intercedere & mandare.not. in l.cum fundus.§.cum seruum tuum.ff.si cert.petat.& not.in l.j.C.de action. & obligat.

§ Nota qui vbi petitur fieri cessio alicuius iuris nullo præcedente contractu, potest peti officio iudicis, vt l.in fraudem.§.qui pro alio.ff.de iu.fisc. Dynus in l.modestinus.ff.de solutio. Cynus in l. si fideiussoribus.de fideiusso.

§ Nota quòd nemo intelligitur cedere actionem pro seipsum, arg.l. si peculium. §.sicut.eo.ti.& insti.de leg.§.peculium autem. ff. de peculio.lege.Bal.in l.2 C. an seruus ex suo facto. & sic statutum nunquam interpretatur contra rem pub.in eo quod potest tangere alios, vt ibi Bal.secun. Iac.de Are.

§ Quid si cessi alicui actionem quam habebam contra aliquem occasione alicuius rei, & illa res postea peruenit ad me, an cessionarius vigore illius cessionis poterit agere contra me. Bal. in l.j. ff.de ope.no.nunc.& l.si culpa.de rei vendic. & l.emptor.de hære.vel acti.vendi.

§ Statuto cauetur quod creditor possit facere detrudi in carcerem debitorem suum, an ille qui habet actionem cessam possit hoc facere, & sic an cessionarius dicatur creditor. Iaco. Butr. in l. plane.famil.ercisc.& l.2.ff.si cer.peta.vide j.ad fin.huius titul.vers.si statutum. & si dicas quod non per illam gl.fac.quod no.per gl.in l.j. C.de re.cred.& l.i.C.de actio.& obli.per docto.nam actionis vtilis & directę est eadem substantia.l.actio.ff.de neg.gest.de hac materia no.Ioan.And.in specu.de cessi.actio. in prin. Vide in quadã questione quam disputauit dom. Alber.de Guidoletis.sub domino Bal.& Bal.in l.per diuersas. C.mandati. & in l.si sic. de lega. 1. fac.Bal.in l.si post.solu.mat.

§ Statuto cauetur quod ex quolibet contractu ex quo transfertur dominium soluatur gabella, an de cessione soluetur, Iaco. Butr. vbi s.& l.si quis rem suam.de procu.

§ Si cessio est vni facta, an possit alij fieri? Bart.in l.non quocunque.§.qui grauem.de leg. 1.Bal.in l.j. C.de actio. & oblig. distinguit.& in l.si qui duos.§.si is qui.de leg. 2.dic quòd non, in c.trãslatus.de consti.

§ In l.j.de actio.& oblig. Bal.quærit, an mandatum in rem suam reuocetur tacitè per mortem mandantis: dicit quòd non, in l.illam.de donat.ratio est quia procurator est mixtus minister, idest cõmodum sentiens, quæ procuratio est istius naturæ, quia hinc inde transit ad hæredes, l.pecuniæ, de alimen.leg.

§ An procurator in rem suam teneatur ante litem contestatam facere fidem de instrumento procuræ.Iac.Bur. disputando dixit quòd sic si intentat directas nomine domini: alias secus. hoc probat Bar.hic.& hoc est verum nisi agẽs directis esset ille ad quem principaliter negotium pertineret.nam tunc habens directas cogitur habere ratum.l.idemque.§. si cui.mandati.

§ Item statuto cauetur quòd non teneat processus procuratoris nisi mandato producto: an intelligetur de procuratore in rem suam. & dicit quòd non, quia iste non est propriè procurator, & statutum loquitur de procuratore in quo cadat vera diffinitio procuratoris, cum sit contra ius commune: ideo arctari debet ad strictam verborum significationem.

§ An post cessionem iura directa sint elisa creditori. dic aut cessio fit ex necessitate, & sunt elisa, & debitor non liberatur soluendo habenti directas, vt l.fina.de trans.aut est voluntaria, & tunc secus, & soluens liberatur etiã sciens, nisi in trib.casib.notatis in l. 3.C.de nouati. & ideo doctores qui addunt quartum casum in l. 3.prædicta, nesciunt quid dicant.quod no.secundum Bal. Necessaria ergo, cessio propter auctoritatem iuris magis afficit directas quàm voluntaria.

§ An cessio possit fieri absenti recipienti nomine alterius gloss. in l.in causæ.§.fin.de procur. Bal.& j.eo.not.vide Bal.in l.si cum

emptore

emptore.ff.de pac.& in l.per diuerſas.C.man.

§ In l.in ſolutione.de actio.& oblig.Bal.dicit quòd ceſſiones nõ ſunt ſtricti iuris,immò extenduntur ad ſuas conſequentias:& intelligitur hic de competitura hypotheca tempore ceſſionis: ſecus ſi poſtea incipit competere ex noua conuentione. l.hæredẽ. mandati.& in l.ſi à creditore.in tex.ibi vendica.& ſic hypothecaria dicitur vendicatio.l.ſi fundus. §.in vendicatione. de pigno.& & ideo poſſeſſor eſt interrogãdus an poſſideat.& eadem eſt pœna mãdati,vt in auth.de trien.& ſem. §.penul.ibi diſtrahere. No. quòd ſicut ceſſa perſonali.videtur ceſſa hypothecaria: ita quicquid eam ſequitur etiam ius diſtrahendi: idem ergo videtur de pacto ingrediendi propria authoritate,de quo ſtatim j.

§ Item not.creditorem poſſe diſtrahere res obligatas quas non poſſidet,ſecundum Nicol.mata.fac.l.actio ſi conuenerit.de pignor.

§ Si nomen datum ſit pignori,an pignora intelligantur data pignori:& glo. reſpondet quòd ſic,quia qui habet principalem ,& habet acceſſoriam.Bal.vbi.s.

§ Bar.in l.filium.§.ſi quis.de lega.præſt.quòd ſi quis ceſſit qui cedere non poterat vel alias ceſſio eſt inutilis ꝙ cedens non cadit à iure ſuo.fac.l.non putauit.§.non quæuis.de cont.tab.& l.continuè.§.amplius.de verb.oblig.

§ Si ſtatutum imponit pœnam cedenti iura magnati,ſi quis fecerit ceſſionem magnati, licet non valeat dummodo prima facie habeat figuram ceſſionis,debet puniri.Bal.in l.quid ergo.§.cum autem.de his qui no.infa.fac.l.ſi quis.ff.de fal.

§ An officium iudicis poſſit cedi,no.in l.j.§.an vſufruc.de operis no.nunci.per Bar.hoc allegat Bal. in l.ſi minor,in prin.de minoribus.

§ An pactum quod habet creditor ingrediẽdi fundum propria authoritate,poſſit cedi:no.vbi.s.& dicit Bar.ꝙ ſic.s.in dicto.§. an vſufructuarius.fac Bal.in l.in ſolutione.C.de act.& oblig.& vide s.verſ.in lege in ſolutionem.

§ Quot modis præſumitur ceſſio ſimulata,Bar.in l.poſt contractum.de donati.

§ An ex ſimulato inſtrumento transferatur dominium.Iac. Butri.in l.ex initio.C.de falſo.dicit quòd nõ multo minus quàm ex falſo,quia in falſo putat & habet animum contrahens vt valeat, ſed in ſimulato ſit ipſum non eſſe verum,nec habet animum trãſferendi,nec id agunt contrahentes:vnde non transfertur, ar.l.ſi. C.de non nume.pec.

§ Nota quòd ius fideicommiſſi non poteſt cedi. l. ſi mulier. §.ſi ex aſſe.de iure dot.& l.ſcimus.ad Trebel. Barto.in l.reſtituta.& l. qui ita.ff.eo.

§ Iaco.de bel.in auth.de æqua.dot.§.j.dicit quòd ceſſio facta cũ confeſſione pretij non valet niſi probetur pretium numeratum & datum.l.per diuerſas.cum l.ſequenti.C.mandati.tu dic quòd ſi opponatur exceptio ſimulatiõis,probari oportet pretium numeratum.Iac.butri.& Cynus in dicta l.per diuerſas.Bal. in l. deo nobis.C.de epiſc.& cle.facit mentionem de opinione Iac.de bel.& facit concordes dictum Iacob.& generalem conſuetudinem,intelligendo quando vera vnius partis numeratio apparet,& alterius partis confeſſio: ſed vbi apparet in totum confeſſio,ibi non præſumitur ſimulatio. ratio differentiæ eſt, quia in primo caſu eſt quædam deformitas, in ſecundo caſu nulla eſt deformitas:tamen dicit ipſe quòd Bar.in materia ceſſionum ſequitur Iaco.butri.& ſic conſuluit Bar.

§ An ſolutio facta cedenti noceat ceſſionario,Bar. in l. facta §. ſi hæres ad trebel.& dicit ꝙ ſic,ſi directa remanet,alias non, vt ibi.

§ Nota quòd ſimulatio probatur per teſtes,no.l.illicitas. §.veritas,de off.præſi.& debet declarari modus ſimulationis,ſi petatur. Bal.in l.ab Anaſtaſio. C.mandati.

§ Nota quòd cauſa ceſſionis debet in principio inſtrumenti poni.hoc prob.per l.qui ſtipendia.C.de procur.& no.in l.i.C. ne lice.poten.

§ Nota ꝙ in bonis quæſitis poſt ceſſionem præfertur creditor qui contraxit poſt ceſſionem factam, creditori qui ante contraxerat.no.Cynus in l.ex contractu.C.de bonis auctor.iud.poſſi.

§ Ceſſione facta ſi cedens agit contra debitorem, an debitor poterit opponere,tu non potes me conuenire,quia alij ceſſiſti. no. in l.aut facta.ad Trebel.per Iac.& Bart.

§ An in illis caſibus in quibus poteſt conuinci quis vt agat liberetur cedendo actionem,no.in l.ij.§.idem Labeo.ff.ad leg.Rhod. de iactu.Bar.in l.ſi ſic legatum.§.ſi quis ita.de leg.j.

§ An beneficium reſtitutiõis in integrum poſſit cedi per minorem,no.in l.quòd ſi minor.in princ.de minor.& l. ſi ex pluribus. ff.de admin.tutor.

§ An minor poſſit cedere actionem ſine authoritate tutoris, ſiue decreto iudicis,no.in l.Modeſtinus.de ſolutio. l.pupillo.e.tit. & l.poteſt pupil.de autho.tuto.& ibi Albri.& l.nouare.de nouati.& l.j.§.fuit quæſitum.ad Trebel.& l.ſi ſic §.ſi quis.de leg.j.

§ An valeat ceſſio facta per minorem contra ſuum debitorem? Dic ſi debet recipere tantum pecuniam, valere, ſi rem tantum, non valere.Bar.in l.ſi ſic,legatum.§.ſi quis.de leg.j.

§ An exul poſſit cedere maximè neceſſario.Bal.quòd ſic per gl. in l.in cauſæ.§.ſi ex parte.de procu.

§ An actio iniuriarũ poſſit cedi,Bar.in l.iniuriarum actio.§. in bonis.ff.de iniur.

§ An ſimplici procuratori poſſit fieri ceſſio,Bar.quòd ſic in l.reſtituta.ad Trebel.

§ Pone aliquis cedit iura omnia & actiones quæ & quas habet vt hæres,an ex iſta ceſſione tranſibit in ceſſionarium inſtãtia cœpta de nouo per hæredem.Bar.quòd non in l.cum hæres.ad Trebel.

§ Aliquis ſtipulatur alteri in caſu quo poteſt,an quæratur actio ſine ceſſione,& qui ſunt illi caſus.Bart.in l.ſtipulatio iſta. §. cum qui.de verbo.oblig.

§ Nota ꝙ quis eſt creditor ex plurib.cauſis,& aliquis offerat ſibi vnum ex creditis,& petat ſibi fieri ceſſionem, ꝙ non debet fieri ceſſio niſi ſoluat omnia credita.no.in l.ij.de fideiuſſ.C.& ibi Cynus.nam iſta ceſſio fit virtute illius regulæ,quod tibi non nocet, & mihi prodeſt,facilè concedendum eſt.fiet ergo ceſſio ſine præiudicio iurium ſuorum.Item fieret ſi emptor contra quem ageret dominus occaſione rei emptæ ab emphyteota peteret ſibi i° cedi à domino contra emphyteotam. nam fieret ſibi ceſſio ſine præiudicio iurium ſuorum,cum ceſſio fiat ex æquitate.

§ De confeſſione quam facit cedens debitori,an noceat ceſſionario, Io.Andr.in Spec.de ceſſion.act.poſt princi.& Bar.in l. facta.ad Trebel.Bal,in l.j.C.de actio.& oblig.idem Bal.& Angel. in l.ſi cum emptore.de pac.Albric.in l.fin.C.de procu.

§ De exceptione cedendarum actionum, no.Bar.ff.de fideiuſſo. l.ſi ſtipulatus.§.ſi ex duobus.& no.in l.ij.C.de fideiuſſor. Nicola. mata in l.pig.eo.ti.

§ An pactum factum cum cedẽte obſtet ceſſionario,no.in l.cum emptio,de pac.per Bar.in l.factum. ff.ad Treb.Iac.de Are.in l.j.§. j.eo.ti.& in l.fina.ff.de tranſ.Io.An.in Spe.de ceſſi.actio.poſt princi.Bald.in l.j.C.de action.& obligat.& per eundem & Ang.in l.ſi cum emptore.de pac.facit Bartol.in l.j.C.quando prouoc.no eſt neceſ.

§ An exceptio banni q̃ obſtat cedẽti, obſtet ceſſionario,Bar.in l. doli. de nouat.& Dyn.in c.ſi quis in ius.de reg.iur.lib.vj.& ibi de exceptio.excõicationis & compen.Io. And.in c. 1. de iure patr. Bal.ff.ſolu.mat.l.ſi mulier.

§ An ceſſio actionum poſſit fieri procuratori.no.in l.apud Iulianum.§.vtrum.ff.ad treb.& l.reſtituta.eo.ti.

§ An ceſſio poſſit fieri inter abſentes,gl.quòd ſic in l.in cauſæ.§. ſi ex parte.de procu.Bal.ibi.ſic dicit iſta gl.male dicit, qa quoties eſt fienda ceſſio etiam ex neceſſitate,ſi hoc præſupponatur,ſecũdum opi.gl. Si tamen abſentia impedit ceſſionem,tunc etiam ſine ceſſione transfertur,no.gl.in l.damni.§.fi. de damn.infe.Item quod dicit ceſſionem fieri inter abſentes ſicut conſtitutionem ꝓcuratoris in rem ſuam,male dicit:& quidam non intelligentes abutuntur his.Debetis ergo ſcrire quòd aliud eſt eſſe procuratorem in rem ſuam,quia hoc repræſentat exercitiũ directarum actionum:& aliud eſſe ceſſionarium ſimpliciter ſumptũ, quia hoc repræſentat exercitium vtilium. Dic ergo ꝙ procurator in rem ſuam abſens conſtitui poteſt, ſed ceſſio fieri non poteſt. Io. Andr.in ſpec.de ceſſio.actio.§.conſequen.Bal.C.de actio.& obli.l.j. & in l.per diuerſas.C.mand.idem in l.qui ſtipendia.de procur.& Angel.in l. ſi quis.de procu.

§ An ille qui habet ſolum vtiles actiones cedendo eas nullæ remaneant penes eum,gloſ.in l.ex aſſe.ad Trebel.videtur dicere ꝙ nullę remaneant apud ipſum.facit l.emptor. C.de hær.vel actio. vendi.in fine gl.ſed contra hoc facit l.3.ff.pro ſocio.l. quis ergo caſus.ff.de pecul.quia ſi actiones vtiles inhærent oſſibus ſicut directæ,ergo facta ceſſione non poſſunt prorſus diuelli à cedente ipſe vtiles,ſicut nec directæ non obſt.dicta gl.in l.ex aſſe.quia loquitur in vniuerſitate actionum & in actione reali ſeu mixta: ſecus ergo in mera perſonali actione, vbi non poſſunt actiones auelli,vt dicta l.3.cum ſim.Cynus in dicta l.emptor.Dynus in dicta l.Modeſtinus.de ſolution.Bal.in l.j.C.de actio.& obli.

§ Pone,quidam fecit me procuratorem in rem meam,cedendo mihi actionem contra aliquem:modò cœpi agere contra quem ſunt ceſſa iura, lite conteſtata opponit quod ceſſio de iure non tenet,an talis exceptio de iure procedat Dic aut intento actiões vtiles mihi conceſſas meo nomine, & tunc non ſum procurator,vt colligitur ex gl.in l.ſi quis in rem.de proc.& ſic talis exceptio eſt dilatoria hoc caſu, & ideo poſt litem conteſtatam non

potest opponi,sed ante:& ideo in hoc casu non procederet exceptio talis,vt l.fin.C.de excep.cum simi. Aut intento actiones nomine meo,& directas nomine cedentis,& tunc habebor vt procurator, vt dicta l.si quis in rem.& ideo hoc casu talis exceptio ē peremptoria,vt l.licet.de proc.quę potest opponi quandocunq; vt l.peremptorias.C.senten.rescin.non po.& dicta l.licet.& l.pscriptio.de excep.& isto casu talis exceptio procedit de iure, quātumcunq; sit opposita post litis contestationem, vt in preallleg. iur.Ioan.papien.

§ An cessa hypothecaria videatur cessa personalis.Et ecōtra Bar. in l.si pignori.famil.ercisc.& l.si.de hæredi.vel acti.ven.& l.vsucapio.C.de pignori.& l.fideiussor obligari.de fideiusso.& l.si hæres ad Trebel.Bal.in l.si insolutum.& l.si creditore.C. de oblig.& acti.& gl.in l.fideiussor.ff.de neg.gest.

§ Nota q cessa actione cōtra principalem, non intelligitur cessa contra fideiussorem.de hoc allegatur gl.in l.si vero negotium.§.j.ff.solu.matri.quæ incipit cedendo actionem contra cōpromissorem. Item quia cessio fieri debet specialiter contra fideiussorem,ar.l.filij nomine.& l.antepenult.de hęredita.vel actio.vend. Et quia cessio est stricti iuris,& non debet extendi. fac. l. vt fideiussor.ff.de fideiusso.Bal.in l.si insolutum. dicit quòd non est stricti iuris.fac.l.si pigno.ff.fami.ercisc.& l.si hæres pecuniam.ad Trebellia.

§ In l.si ex pluribus.ff.de admi.tuto.per eam soluitur talis quæstio Aliquis promisit mihi dare centum, & omnes expēsas quas facerem in illis consequendis:deinde antequam facerem aliquas expensas, cessit iura alij,ille fecit impensas aliquas in exigēdo,an poterit illas petere quas fecit vigore illius pacti promissionis mihi factæ? Dic q non per hanc literam.Item quia cum ego nondū fecissem expensas,non competebat mihi ius petendi eas:ergo in alium non potui transferre,vt in reg.iuris nemo plus iuris.Vber. de bobio fac. l.patronus.de leg.ij.& Insti.de verb.obl.§.ex conditionali.Bar.in l.fin.C.quando prouo.non est ne.

§ An compensatio quæ potuit obiici cedēti,possit obiici cessionario,Bar.in l.qui stipendia.de procu.& l.in hoc iudicium.§.si inter socios.communi diui.& c.si quis in ius.de reg.iuris. & l. eius. C.de compens.& ibi Cynus,& Bal.q sic.& l.si quis in rem suam. de procura.& l.in rem suam.de compensa.Bar.Albri.in l.doli.de nouatio.& dicta l.siquis in rem.per Albri,& Angel.

§ An cessionarius possit cogi eligere & dicere an agat directa vel vtili.Bar.in l.si mihi & tibi.de leg.j.no.in l. si duo.ff.de soluti. per Bar.

§ An intentans directam,& probans in vtili,debeat obtinere.Cynus in l.j. C.de actio.& oblig.& Dy.insti.de actio.§.j.

§ Si agatur hypothecaria an poterit cedi actio, not. in l.ne liceat poten.& c.2.de alie.iudi.mut.cau.fac.

§ An actio possit pro parte donari & pro parte vendi? no. p Bal. in l.ab Anastasio. C.man.& l.per diuersas.& l.ij.C.ne lice.poten.

§ An pactum gratuitum & pactum factum per cedentē vel transactio debitori,noceat cessionario.Bal.l.i.C.de actio.& obli, & l. si cum emptore.ff.de pac.& l.si.de trans.& Bar.in l.facta,§.hæres. ad Trebel.Bal.& Ang.in l.si cum emptore.ff.de pac.quod no.

§ In l.liberti.C.de ope.liber.Bal.quærit.ponecq filia cedit omnia iura quæ habet super hæreditate,vel in bonis patris,an videatur cedere iura dotis maternæ. Videtur quòd sic,si dixit super hæreditate,secus si dixit in bonis aut super bonis,secundum Bart. Tu dic quando dixit super bonis,q si nullum ius habebat nisi dotis, illud videtur cedere,ne inutilis sit cessio,vt l.fundus qui locatus. de fundo instruc.& instrum.leg.Si autem habebat aliud ius,tunc aut cedit ius in bonis ex contractu stricti ius,& restringitur vocabulum bonorum,vt non includatur æs alienum aut ex contractu bonæ fidei:& tūc latè interpretatur quod non placet,vt l. mulier bona.de iure dotis.& hoc verum nisi processione sit datum præcium.nam tunc ex quantitate præcij ęstimatur,l.j.§.j.de superficiebus.Bal,

§ In c.ex parte.de alien.iudi.mu.cau.fac.tenet Inno.quòd cessio facta par laicum in clericum, & econtra dicitur factum in potentiorem.& si clericus agit ex iure cesso à laico quia dicitur facta in potentiorem.non valet,nisi causa apponatur in cessione: quod plene dic vt ibi per ipsum.

§ De istis verbis dedit,cessit,& mandauit,quæ apponuntur in instrumentis. de isto verbo dedit statim comperit ei vtilis actio, l. fina.C.quando fis.vel priua.ex verbo cessit statim competit ei directa nomine cedentis,vt l.emptor.de hære.vel actio.vend. & l. qui stipendia.per Iac.Butr.& Cynum.in l.j.mand.de verbo mandauit apponitur,vt si moriatur mādator antequam litem contestetur mandatatius,non propter hoc finitur mandatum: & ita intelligitur dicta l.j.

§ Quod ex cessione competat directa,†prob,in l.si ita legatum, fam. ercisc.

§ Nota q ille qui agit iure cesso,si vult intentare vtilem,dicat ago iure cesso mihi titulo venditionis contra te, à quo peto nomine meo ex dicta causa mihi dari,&c.si vero dicat nomine cedentis,tunc videtur intentare directam sibi concessam nomine cedentis:& primo casu non debet ostendere instrumentum cessionis:secundo casu sic.Iac.Butri.Bar.& Bal.in l. qui stipendia.C. de procurat.& Cynus in l.j.de actio.& oblig.Et quid prodest cessio actionis directæ,cum non separetur à cedente, l.3.ff.,p soc.& l.quis ergo casus. ff. pecu.dic quòd ille cui est facta cessio habet exercitium directæ actionis.

§ An possit fieri cessio cōtra fideiussorem, etiam si non cedatur contra principalem,no.in l.fideiussor obligari.ff.de fideiuss.

§ An cessio facta contra vnum correum videatur facta contra alium,Bar.in l.qui duos.de leg.ij.

§ Nota quòd ex contractu reprobato potest fieri cessio. Bal.in l. si absentis.C.si cer.pe.

§ Si vnus reorum debendi conueniatur in solidum, an creditor teneatur cedere actionem aduersus alium,gl.tenet quòd non,in l.vnde quæritur.§.fina.ff.commod.Bar.in l.si ita stipulatus.§.fi.ff. de fideiusso.

§ Si aliquis potest propria authoritate ingredi fundum etiā manu armata,an possit dictam rem vendere,& ius cedere.Bal.de pace iuram.firm.§.j.

§ An sufficiat cessionario dicere debitori ne soluat priori creditori,Bar.in l.j.ff.de operis no.nunciati.in xj.q.quòd sic, cum causa adiecta vt certioretur.

§ An datio nominis dati in dotem sine cessione teneat, no.ī.C. de actio.& oblig.

§ Quid operetur quando in cessione dicitur, & dedit & tradidit instrumentum cessionario.fac.quod no. Bar.in l. mæuia.ff.solu. mat.

§ Nota quod si secundus creditor non possidens,offerat sponte priori creditori possidenti,potest compelli prim9 creditor ad cedendum iura sua secundo creditori.Bal.in l.j.de priuileg.dot.allegat l.creditor.la j.§.si primus. qui po.in pig.ha. fac.quod no. in l. qui potior.in fi.ff.e.ti.& l.mulier.eo.ti.

§ An si mulier cedat alicui actionem de dote,priuilegia dotis trāseant in cessionarium.Bal.vbi.s.fac.idem Bal.in l.per diuersas. C. man.in xvij.q.

§ An extraneus possidens bona debitoris, & offerens debitum agenti hypothecaria,possit rem retinere,& petere sibi iura cedi, Albr.in l.fideiussor.de fideiusso.videtur tenere quòd sic,per l.si is qui.& l.si culpa.de rei vendi.& l.mulier.cum gl.qui potio.in pig. habe.fac.quòd no.Bal.in l.iubemus.C.ad Velleian.

§ Nota quòd mulier potest cedere actionem dotis cōstante matrimonio,no.gl.in l.consortem.C.de donat.ti.generali.& intellige spem dotis.no.Bal.in l.j.C.de priuil.dot.quod no.Bal.in auth. quod locum de collat.dot.

§ An creditor agens contra emptorem rei sibi obligatæ cogatur iura sua cedere emptori contra debitorem.Alb.in l.si diuersum. C.de pigno.dicit quòd sic.

§ An obstet exceptio cedēdarum actionum creditori agenti cōtra fideiussorem qui promisit vendi bona principalis debitoris. no.in l.pignoribus datis.de fideiusso.Albr.in l.iubemus.C.ad Velleian.

§ An fiscus cedendo ius suum videatur ius sui fori cessisse,Bal.in l.cum eorum.C.de sen.& interlocu.om.iudi.fac.Bal. in l. per diuersas.C.mand.

§ Nota quòd in l.ex duobus.De duob.reis.Ang.not.differentiā inter cessionem ex causa lucratiua & ex causa onerosa.

§ Quot modis impugnatur cessio,Bal.in l.ij.C.ne lice.poten.

§ Si concurrant cedens & cessionarius contra debitorem, quis præferetur,no.in l.3.C.de nouati.& per Cynum in l.nomen. C. quæ res pig.obli.poss.fac quòd no.Ang.in l.si procurator meus. de procurat.

§ Nota q actio non potest pro parte vendi & pro parte donari.l. ab Anastasio.& l.per diuersas.C.man.dic idem in re quæ non potest vendi pro parte & pro parte donari,vt no. Guil. de cu.Bar.& Cyn.in l.si tibi decem.ff.de pac. Domi.Bar. quòd licet actio non possit pro parte donari & pro parte vendi hoc non haberet locum si cederetur ius alicui ad defensionem bonorum quę cederentur per ipsum cessionarium, licet iura cessa plus valeant, vt not.in prædict.l.ab Anastasio.& l.per diuersas.& l. ij. ne lice.poten,per Bal.

§ Nota,quòd domi.Angelus in l.si cum emptore. ff. de pac.& l. si.de transa.dicit quòd si in instrumento cessionis sint apposita illa verba,quòd ponit eum in locum suum,ius & statum, quòd illo casu cedens non potest agere nec exigere à debitore in præiudicium cessionarii, nec solutionem accipere, nec confiteri, aliquid in

quid in præiudicium cessionarij, nec liberare debitorem, etiam si non interuenerit aliquid eorum trium de quibus in l.3. C. de nouatio. ita dicit se consuluisse ar. l. qui quadringenta. ff. ad Trebell. vbi colligitur ratio legis facta. §. si hæres. e. ti. quæ est quia fideiussor ponitur loco hæredis. Contrarium videtur tenere Angelus in l. 3. C. de nouat. vide eundem Ang. in l. si actor. ff. de procu.

Quid de ecclesia & clerico an possint sibi cedi action Bald. in l. ea lege. de condictio. ob cau. in fi. fac. Bal. in l. qui stipendia. C. de procu. & l. per diuersas. C. mand. in fi.

An vtile dominium possit cedi sine traditione rei, & quid de vtili rei ven. Bal. in c. 2. de inuestitura de re alie. fa. ti. venditio. &c.

An possit cedi actio filio contra patrem, Bal. in l. iubemus. ad Trebel. & l. si pater. C. mandati. & l. actor, C. de action. & obli. vide statutum in ti. de frau. remo. & l. 2. C. de his qui in prio. credit. Io. fu. & gl. in l. si pater. §. 1. ff. de iure dotium.

An obstet exceptio cedendarum creditori agenti contra fideiussores, si debitor alienauit aliqua bona de consensu creditoris. Iac. de Are. in tractatu suo quem fecit de cessione dicit quòd nõ. fac. quod no. in l. stichum, aut Pamphilum. §. fin. de solut. per Bar. & Albric. in l. modestinus. eo. ti. & l. 2. de fideiusso. Ang. in l. si stipulatus. §. j. de fideiusso.

An fideiussori sint cedenda iura in solidum contra fideiussore, secundum Iac. de Are. vbi s. dicit quòd pro parte facit quod nor. in l. j. C. de duo. re. & quod no. Bal. in l. j. C. de trans.

An cesso principali videatur cessum accessorium, Bal. in l. fi. C. quando prouo. non est nec.

Nota quòd sunt certi casus in quibus transeunt vtiles sine cessione, gl. in l. j. C. de actio. & oblig. & l. ij. e. ti.

Nota quòd sicut hæres rogatus restituere hæreditatem, restitutione facta non potest exigere à debitore hæreditario, nec liberare eum in præiudicium cessionarij, ita nec ille qui vigore alicuius legis tenetur facere cessionem cessiõe facta potest agere, nec exigere, nec liberare, ar. l. man. ff. de fideiusso. Bald. in l. 3. de nouatio. quam habet domi. Ant. de gentilibus. nam habet optimum lib. C. secundum do. Bal.

Si statutum dicat, ꝙ si quis vendiderit aliquam rem immobilẽ, proximior agnatus possit eam luere in annum, iste agnatus non poterit alteri cedere istud ius luendi. Cynus in l. ad officium. C. cõmuni diuidundo. vide Albri. in prima parte statutorum. vide s. in prin. huius tituli. ver. statuto cauetur quòd creditor.

Si statutum dicat quòd creditor possit capere creditorem vel res eius etiam sine aliqua citatione, tamen cessionarius hoc facere non poterit sine citatione. item nec hoc poterit fieri contra hæredem debitoris sine citatione. Bal. in l. per diuersas. C. mandati. in x. q. ex quo sequitur quòd multo minus fieri poterit contra successorem sine citatione. de quo Bar. in l. 3. C. de pign. & expressius in l. is cui. §. qui in possessionem. ff. vt in possessi. leg. & ibi gl. secundum eum. Contrarium tamen videtur tenere dominus Segno. in disputatione sua quæ incipit in nomine domini amen. statuto ciuitatis mulierum prope fi, ver. secundo casu principali.

Quod vtilis rei vendicatio siue legalis siue cessa à domino datur contra dominum, glos. in l. si culpa. in gl. mag. secundum primam & secundam lecturam, ff. de rei vend. ad quod optimè fac. l. si à Titio. ff. eo. ti. quia si datur ibi publiciana contra dominum, multo fortius vtilis rei vendicatio. Contra videtur glo. in l. emptor hæreditatis. C. de hæredi. vel act. vendi. super verbo vtiles. nec videtur ratio diuersitatis inter venditionem hæreditatis & rei singularis, quia ita dominus remãsit rerum in vna sicut in alia. cogita. Sed dic quòd illam gl. reprobant docto. communiter ibi. & Bart. & Ang. in l. j. §. fi. ff.

Quòd interdictum vti possidetis potest cedi, gl. in l. j. §. idẽ Labeo scribit si quis in suo. super ver. experiaris.

¶Bal. de cessione Actionis.

Actio iudicati potest cedi: quia non dicitur res litigiosa, lata sententia. C. de cõtrario iudi. tu. l. j. & ibi no. q̃n præsumatur cessio simulata. ver. si verò dubitatur. Et quando præsumatur vera, versi. sed ad hoc facilis. vbi oĩo vide. G. ¶Cessio necessaria, vt ꝓbabilis ñ ꝓsumitur simulata, sed cessio temeraria, sic Bal. De materia cessionis vide in Spec. de proc. §. fi. & ibi habes in ver. fi. quòd cedẽs possit tũc esse testis in causa cessionarij. quod est no. ¶Instrumẽtum cessionis debet exhiberi ante omnia, si agatur directa & nomine cedentis: secus, si agatur vtili, & nomine suo. Vide Spec. de instr. edi. §. nũc dicamus. ver. sed quid ecce. ¶Cedẽs bonis liberatur à ciuili & naturali obligatione. Ita sentit l. hæres debitor. §. qd si stipulatio. ff. de iud. & gl. in l. vbicunque. ff. eo. vbi dicitur quòd naturalis remanet, & ciuilis tollit. ¶Itẽ an cessiõe facta ꝓ debito rẽ sit liberatus fideiussor? Glo. tenet ꝙ non in d. §. qđ si stipulator. Bal. An cõfessio cedentis noceat cessionario. ff. de pac. l. sicũ emp. & de proc. l. si actor. & l. si qs in rẽ. ver. sed nũqd sola. G. Dic quòd si actor cessit iura, vbi p̃t ei solui potest confiteri: aliàs non, si reus tunc cõfiteri p̃t, vt d. l. si actor. secundũ Cy. Bal. ¶An minor possit cedere iura cũ auctoritate curatoris. ver. sed nunquid minor. De authoritate tutoris potest, secundum Dy. ¶An possit cedi hypothecaria sine principali. ver. sed qd si cessi. ff. de fideiuss. l. si. de obli. §. j. per Dy. C. de pig. l. vsucapio. per Cy. ¶Si creditor consensit debitori, quòd venderet hypothecam: deinde agat contra fideiussorem. ff. famil. ercisc. l. si pignori. potest fideiussor excipere de actione cedenda, & repellere creditorem. ver. sed quid ec. G sic & quilibet prior offerendo habet beneficium cedendarum. ff. qui pot. in pign, hab. l. mulier. sed illud in personali actione intelligitur, non de hypothecaria: vt ibi no. & facit C. ad Velle. l. iubemꝰ. ¶Item si debitor principalis sit soluendo, fideiussor non põt petere cedi iura contra extraneum priorem. quia non competunt creditori. in auth. de fideiuss. §. sed neque. Et istud non competere est per ordinem datum à iure, etiam sine vllo facto creditoris. Bal. ¶Cessa rei vendicatione, non fit cessionarius dominus: quia non habet titulum in re, sed ad rem. ver. item quid si mihi. G. nisi habita possessione. ff. de rei vendica. l. si culpa. & no. in l. j. in princip. ff. de eden. Facit ad l. Iuli. non solùm. §. j. Et ideo intentanti dominium, non sufficit probare cessionem. vide nota. C. de litigio. l. penul. & fi. & l. 2. eodem titulo. per Cyn. ¶Si bona banniti sunt publicata, non potest cedere iura. argu. ff. loca. l. si fundus. Si non sunt publicata, sed tamen ex forma statuti bannitus nõ debet audiri: tũc ex causa onerosa & vera, valet cessio: ñ ex lucratiua. ver. illud etiã quæritur. G. ff. de noua. l. doli. per Dy ¶An actio iniurię possit cedi, no. C. de hæred. vendi. l. fi. ¶An interdictum vnde vi. no. ff. de peti. hære. l. quod si in diem. C. de excep. l. licet. ¶An interdictum, vti possidetis. ff. ne quid in loco pu. l. ij. §. idem Nerua. per Iac. Bal. ¶An cessio possit fieri inter absentes per nuncium, vel per epistolam. no. ff. de probatio. l. in causæ. §. fi. in gl. ordinaria. quæ dicit, quòd sic: quia in rem suam potest quis fieri procurator & absens. Quod est notabile. Dixit Dynus, quòd titulus præsumptus à iure sufficit in cessione. Ita nota. in l. patrem. ff. quæ in fraud. credit. Dixit Cynus, quòd si oblato libello, parti actor cedit actionem viduæ: tribus rationibus impugnatur cessio, sci. per edictum de alie. iudi. quod habet locum in actore & reo: Item ꝑ titulum ne liceat potentioribus: quia vidua est priuilegiata. Et ꝑ titulum de litigiosis, qui habet locum in actore & reo. Dyn. Sed fortè vidua non est priuilegiata, cùm nitiť ex cessione. Bal. ¶An si fit mentio precij in cessione, sit necessaria alia specificatio contractus: Dic quòd non: quia includitur titulus emptionis, vt l. fin. C. de præ. cur. lib. x. §. consequenter. post principium. G. Quod sẽper no. G. ¶Cuius expensis agat cedens, collige ex not. C. de litigio. authen. nunc si hæres. ¶An sufficiat precium esse confessatũ in cessione actionis? Spec. quòd sic, eodem §. in forma cessionis. sed Iacobus Butri. & Iacob. Bel. in auth. de æquali. dot. §. illud. & Bar. dicunt contra textum in gl. in l. per diuersas. in principio. sed Thomas de Corsinis dicit, quòd vbi est precium inæquale & impar, vel est actio pro parte vendita, & pro parte donata: vel pars vni est vendita, alteri est alia pars donata: tunc non sufficit cõfessio. Sed vbi est iustum precium: & aliàs cessat omnis sinistra suspicio: tunc non præsumitur confessio simulata, sed vera: vt ff. de posit. l. Publia. in fine. Non obstat §. illud. quia ibi erat supicio propter creditores. Simile in l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. in glossa parua. & hæc vera & no. Bal. eo ipso quòd ceditur actio, videť quis factus procurator in rem suam, sine mandato directarum. ff. manda. l. si procurator. §. finali. ver. & no. quod s. in forma debeat fieri cessio. G. Quo tempore, dic vt no. ff. man. l. Papinianus. Quo iure, dic vt ff. de legat. j. l. si res oblig. per gl. & Dynum. An etiam exceptio cedendarum possit opponi post sententiam: dic C. de iuris & facti igno. l. j. ibi vide Bal.

a ¶De competentis iudicis aditione[a]. Rub.

ADDITIO.

a Ista rubrica sonat in rubricam de foro competenti: vt sit idem cõpetens iudex, quod competẽs forum. Hic præmittam, ꝙ Legistæ nõ videntur habere hãc rubricam generalem: quia nõ allegatur in C. vel Digestis. sed vtrobiq; habẽt. Nõ allegatur autem: quia ñ sedent in sella. in C. enim non coniungitur Rubricæ de iurisdictio. omnium iudicum. ibi enim sequitur, & de foro competen. in Digestis in rubrica de iudicijs sequitur, & vbi quis agere vel cõueniri possit. quod sonat incõpetẽs forum. Secundò sciendũ. quòd auctor hãc rubricam habuit à Tãcre. q in sui operis parte secũda in principio posuit duas Rubricas. Prima, qđ iudiciũ actor adire debeat. Secũda de adeũdo iudice, quę sonat iudiciũ qualiter adeatur. Ex reliquis practicis nominatis per auctorẽ in ꝓœmio nullꝰ posuit hãc rubricã nisi Roffredus, cuius rubrica decima est, qualiter iudiciũ declinetur ratione fori & feriarũ. Cõplures t̃n ex eis de exceptionibus etiã forũ declinãtibꝰ tractauerunt: vt scripsi sub rub. 1. & 3. huius libri: Summistæ omnes tractant, & Azo C. vbi s. incipiens, in verb. nunc videamus.


Uxta propositionis ordinem primò videndū occurrit de cōpetenti iudice adeūdo. Super quo primò attendendum est, cuius iudicium actor adire debeat. Secundò, quis dicatur alicuius iudex. Tertiò, qualiter a
a ctor in adeundo iudicem, debeat se habere[a]. Quartò, quis sit aditionis effectus.

ADDITIO.

a Habere. ¶Hæc tria membra posuit Tancredus.

SUMMARIUM.

1 *Actor forum rei generaliter sequi debet: fallit ī quibusdam casibus, in quibus quis sortitur forum non suum.*
2 *Iudex secularis, in quibus casibus cognoscere possit de personis & rebus ecclesiasticis.*
3 *Latroni ibi furca figatur, vbi grassatus est.*
4 *Conuenitur si quis super aliquo crimine coram iudice non suo, & negat se deliquisse in iurisdictione illius: an poterit iudex cognoscere an in territorio eius deliquerit.*
5 *Iudex Bituricen. quomodo citabit ciuem Narbon.*
6 *Partes concorditer eligēter procedere coram delegato potius, quàm coram domino feudi: an possit delegatus, contradicente domino feudi, in cā procedere*
7 *Duobus adeundentibus iudicem, cuius iurisdictioni alter eorum subest, alter non: consentit tamen, credēs illum suum iudicem esse, & sic errore ductus, an teneat sententia.*
8 *Duobus Pisanis consentientibus in Potestatem Lucanum, &c. demùm finito suo officio causa illorum non est finita: an futurus Potestas poterit illā finire.*
9 *Priuati si consentiunt illum, qui nullam habet iurisdictionem, putatur tamen habere, an coram eo acta teneant, aut valeat eorum consensus.*
10 *Principali sublato, tollitur & accessorium.*
11 *Sententia non sui iudicis concorditer tamen electi, lata, an poterit appellari.*
12 *Appellatio gradatim debet procedere.*
Ordinarius causam ex consensu auditam non potest ante litis contestationem delegare.
13 *Pronunciare an cogatur is, in quem partes consentiunt.*
14 *In iudicem alterius iurisdictionis, an possit in causa criminali consentiri.*
15 *Declinare an quis possit iudicium eius, in quem semel consensit.*
16 *In ordinarium suum consentiens, non potest vlterius dissentire.*
Scholaris tres iudices habet.
17 *Transiens per locum alicuius, & ducens equum illius, quem perdiderat, an possit conueniri ratione possessionis.*
18 *Contrahere ibi quis dicitur, vbi se soluturum constituit.*
19 *Promittens per stipulationem sē pati sub quolibet iudice, & quolibet loco conueniri, an recusans teneatur ad interesse.*
20 *Paciscens quòd vbicunque sit inuentus, teneatur soluere: an sine fori præscriptione possit, vbicunque fuerit inuentus conueniri.*
21 *Actio ex empto semper est bonæ fidei.*
22 *Clericus ad hoc, vt non possit in suum iudicem consentire, quæ requirantur.*
23 *Clericus trahens clericum coram seculari iudice, debet causam perdere, & communione sacramentorum priuari.*
24 *Laicus trahens clericum coram iudice seculari, an debeat causam amittere.*
25 *Res, quam perdit is, qui in vetito se patitur examine cōueniri, cui sit assignāda.*
26 *Fideiussor laicus datus à clerico pro se in contractu mutui, an coram seculari iudice possit conueniri.*
27 *Exceptiones personales non possunt ad alios transferri.*
28 *Laicus vel clericus an possit contra laicum impetrare.*
Laicus potest super possessione rei ad forum ciuile spectantis impetrare: & super ea potest coram quolibet iudice quæstio ventilari.
29 *Clericus trahens laicum coram delegato auctoritate Apostolica: an domino vel iudice seculari mandante illi delegato, vt supersedeat, possit supersedere*
Imperio vacante cognoscit papa, vel eius delegatus de feudo.
30 *Debitor vagans per mundum, nec habens certum domiciliū, vbiq; pt cōueniri.*
31 *Criminosus potest vbicunque inuenitur, conueniri.*
32 *Senensis an possit ciuiliter conuenire Senis Florentinum, propter guerram de Florentia expulsum.*
33 *Debitor si habeat tempore contractus domicilium in vno loco, postea autem se transferat ad alium, vbi debeat à creditore conueniri.*
34 *Filius debet sequi forum patris, quo ad honores & tutelam.*
Mulier debet sequi forum viri ratione matrimonij.
35 *Pupillus habens plures tutores diuersarum iurisdictionum, an factus adultus possit illos coram diuersis iudicibus, vel vno tantùm conuenire.*
36 *Sententia à non suo iudice lata, quibus casibus teneat.*

¶Cuius iudicium actor adire debeat.

1.§. Generaliter ergo traditur, quòd siue clericum, siue laicum quis cōuenire velit, debet rei iudicem adire. C. de ordi. iudi. adire. Nam actor forum rei generaliter sequi debet. xi. q. i. experientiæ. extr. de foro competen. si clericus. & c. cùm sit. C. de iurisdicti. omni. iudi. in criminalibus. Potest enim reus declinare forum non sui iudicis ff. de iurisdict. omnium iudicum, l. fi. ff. si quis in ius voca. non ierit. l. j. & 2. ff. de iudic. si quis ex aliena. nisi consuetudo se habeat in contrarium, vt Aretij, vbi audiui, super qualibet causa clericus trahit laicū coram iudice ecclesiastico. & sic loquitur præ. ca. cùm sit. & eodem titulo, licet. de iudi. nouit. & tetigi s. titulo proxi. vers. si verò du-
1 bitatur. ibi, quartò, &c. †¶Hæc regula fallit in casibus multis, in
a quibus quis sortitur forum non suum, & facit suum[a]. ¶Primò in causis matrimonialibus, quæ licet inter laicos agitentur: tamen p ecclesiasticum iudicem sunt tractandæ. x. dist. c. j. extr. de consanguinita. & affini. ca. j. in fi. de off. delega. causam matrimonij. & de transla. inter corporalia. ¶Secundò in causis ecclesiasticis, vt iij. q. vj. c. j. puta in crimine sacrilegij, vel quasi. extr. de foro compe. cùm sit. & c. conquestus. Hæresis, extr. de hære. ad abolendam. & c. excommunicamus. Simoniæ, extr. de simo. per totum. Excommunicationis. 2. q. j. multi. 24. q. iij. corripiant. Fractæ pacis & per iurij, extr. de iudi. nouit. §. fi. Adulterij, extr. de off. ord. c. j. de proc. tuæ. Ex quo enim iuramentū interuenit, causa ad forū ecclesiæ
b spectat: vt in consti. Clementis IIII. de fo. compe. sua[b]. Fornicationis, extrà. de vi. & ho. cle. vt clericorum. nec tenet l. ff. de con-
c cu. in cōcubinatu. quæ peccatū fouet. d. c. j.[c] Rapinæ, extr. de rapto. c. j. Vsuræ, extr. de vsuris. præterea. & per totum. & sic de aliis.
2 †¶In quibusdā tamē casibus iudex secularis cognoscit de personis & reb. ecclesiasticis, s. cùm clericus per laicum coram illo ꝯuenitur. ext. de foro comp. si quis clericus. & c. cùm sit. xj. q. 1. expe-
d rientiæ.[d] Vel si ab ecclesia inuitetur: vt xxij. di. eos. & 63. di. Adrianus. & ext. de heret. ad abolendam. §. pen. & c. excōicamus. §. moneantur. Vel in subsidium: vt xxiij. q. v. principes. vbi sunt alij casus. Vel etiam post depositionem clerici: quia tunc factus est de ipsius foro: extr. de iudi. c. cùm non ab homine. & de verb. signifi. nouimus. Sed contra videtur, quòd depositus seu degradatus nō statim fiet de foro illius. extr. de iudi. at si clerici. in fi. cùm teneat viuere clericaliter, & dicere horas. lxxxj. dist. dictū. Intellige ergo quòd sit de foro illi⁹, postquam est degradatus, & curiæ seculari relictus, quod fit in casibus: vt extr. de hæreticis. ad abolendam. & de crimi. fal. ad falsariorum. & xj. q. j. si quis sacerdotum. ¶Quart⁹ cùm est incorrigibilis, & in profundum malorum deuenit: vt in præ. c. cùm non ab homine. xvij. dist. nec licuit. vbi de hoc. ¶Tertiò, vbi agitur ad pœnitentiam ex quacunque cā, vel in modum denunciationis. ar. lxxxvij. dist. libertos. ext. de iud. nouit. ¶Quartò, in iure patronatus & in omnib. spiritualibus, & spiritualibus annexis. ext. de iudi. decernimus. & c. quanto. ¶Quintò, ratione contractus conuenitur quis coram non suo iudice, s. coram eo,
e sub quo contraxit, vel vbi promisit[e] ff. de iudi. hęres absens. §. j. & l. si quis tutelam. & l. argentum. & c. vbi conueniatur, qui cert. loco dare promi. l. vnica, extr. de foro compet. c. fi. Quod verum ē, si in loco ꝯtus inueniat: & n̄ aliter. Pōt tn̄ decernere iudex missionē ī possessionē faciēdā ī bonis, q̄ alibi habet: vt e. ti. Romana. §. contrah

ADDITIONES.

a Suum. ¶Enumerauit Tancredus primos 13. & 38, & xl. & xliiij. sed illos non sic prosequitur. Hostiensis. de for. comp. §. ij. posuit multos casus, de q̄bus in principio posuit quinq; versus. sed vltra medium §. propter alios casus addidit vij. versus.
b Sua. ¶De qua sumpta fuit decre. vl. de foro comp. li. 6. vt ibi no. in gl. & omnino vide quod ibi plenè scripsi, sup vl. gl. vbi declaratur quomodo est vtriusq; fori. & hoc ordinarius sequeretur, qd̄ procedit de adulterio.
c c. j. ¶Vide quod no. de purg. can. c. nos. inter. in j. gl. & quod super ea dixi: & quod no. in clem. de hæreti. ad nostrum. versic. 7. & in j. glo. & 2. & in quæstione, quam posui super regula, sine culpa. de re. iur. lib. 6. in solutione tertij articuli in ordine primæ quæstiōis
d Experiētiæ. ¶Et præcipuè si laicus reconuenit. Super quo vide quod scripsi de iudi. at si clerici. super 2. gl.
e Promisit. ¶Si dicas vbi promisit, s. soluere: vide j. vers. quid si pactum. Sed si dicas, id est, pmissionē fecit: intellige de illo, qui morā traxit: aliàs secus: vt pbat §. statim allegat⁹. & ea. l. at si quis. cum duob. seq. & §. fi. vbi si in prouincia habuerit domicilium & prouincia ibi fuit locus, pmissiōis: vn̄ si in loco quo promisit, non habuisset domicilium, vel quasi, nō posset ibi conueniri. Facit ff. de arb. si cū dies. §. penul. Et p hunc modū concordant opiniones in hoc contrariæ, no. C. vbi conue. q certo loco soluere, pmi. l. vna. & ff. de bo. auth. iud. pos. l. 3. vbi est expressum n̄ ponderari locū, in quo negociū est: sed vt ibi dicit gl. tenentes ꝯriū supplent ibi, tātū, & hos sequitur Simon Vincē. in l. 2. C. de iuris. om. iud. Allegāt etiam, vbi de posse. agi opor. l. vna. Sed aliud in delictis, quàm in contractibus: vt ibi per Cy. Vtraq; ergo opinio sit vera, quòd ext. domiciliū locus, vbi fit promissio, tunc attēditur, cùm ibi moram traxit habendo tabernulam, armarium, officinam, vel aliqd tale: vt in præd. l. hæres. alias non. Adde secūdū Ang. q licet ratione contractus iurisdō alicuius iudicis sit prorogata: tamen si cōtrahens conueniatur, alleg. gl. in l. fideic. §. tractatum. de iudi.

§.contrahentes.lib.vj.& c.dilecti.ĭ.ver.xxij.& sequen.De hoc secundum papam extr.e.c.fi.¶Sextò,ratione criminis in aliena iu-
a risdictione commissi[a]:quia ibi,vel vbi inuenitur,conuenietur. 3 q.6.c.j.ext.de foro compe.postulati.& c.fi.C.vbi de cri.agi opor. l.j.& authen.qua in prouincia.vbi enim malum cōtingit,ibi mo-
3 riatur.2.q.1.c.si peccauerit.& in fi.†Et ibi latro furca figatur,vbi grassatus est.ff.de pœn.l.capitalium.§.famosos.& vbi delinquēs inuenitur,ibi retineatur.C.de cursu publico.lib.xij.l.3.necesse ē tamen,quòd ille iudex habeat iurisdictionem.nam si extraneus deliquit in archidiaconatu tuo:non poteris eum excommunicare:quia episcopus,non tu,est ordinarius.Sed de hoc dic secundū papam,vt no.in prædicto c.postulasti,Item etiam ratione crimi-
b minis commissi alio tempore,cùm ipse esset alterius status[b],&
c alterius iurisdictionis[c].C.ad legem Corne.de fal.si quis decurio. Cùm ergo ratione criminis quis sortiatur forum,vt dixi,si Mutinen.deliquit Bononiæ,iudex Mutinen.debet illum Bononiam
d remittere puniendum:vt in præd.concord.[d] Et si iudex Bonon. cum non punit:debet puniri,sicut traditur in authentic.vt nulli iudic.§.si verò quis comprehensorum.& C.vbi de crimine agi opor.l.j.& ff.de requi.reis.l.j.& secunda.Sed de hoc dic,vt no.extr.de foro competen.c.fi.& secundum dominum meum in præ-
4 dicto §.contrahentes.†¶Sed pone:aliquis conuenitur super aliquo crimine coram non suo iudice:ille negat se deliquisse in iurisdictione illius:quæritur vtrum ille poterit cognoscere,an in territorio eius deliquerit?Respondeo sic,arg.ff.de iudi.si quis ex aliena.ff.ad munici.de iure.ff.de legationibus.l.legato.ext.de rescriptis.dilectus filius Ioan.ad finem.& vide ff.de officio præsidis
e l.3.[e]Quid si conuenitur sup aliquo maleficio coram non suo iudice in aliqua ꝓuincia,in qua dicit̄ deliquisse:ipse verò negat se cōmisisse:nūquid iudex ille cognoscere poterit,an deliquerit?Et videtur ꝙ sic:vt in præd.auth.qua in ꝓuincia.in prin.sed ibi loqtur quādo iam de crimine cōstat:qđ patet,dū dicit,deliquerit,ar. cōtra,C.vbi sena.vel clari.l.j.vbi dicit̄ deprehensus in crimine,&
f ita negari nō pt:sed primū verius:vt in præd.decret.dilectus[f].Ad idem in auth.vt nulli iudi.§.si qs.ff.si quadru.paupe.fecis.dica.l.j. ff.de cura.bo.dan.l.secūda.& iunge hic qđ no.ĭ.de constit.ver.&
g nota ꝙ.& seq.[g]¶Septimus,ratione rei,seu possessionis in alteri⁹ iurisdictio

ADDITIONES.

a Commissi.¶Quæstionem,qñ in finibus duarum iurisdictionum duo existentes,quisq; in altera simul contrahunt,vel alter in alterum deliquit:vide in regula,in obscuris.de re.iur.lib.6.& aliquid per Cy.C.vbi de posses.agi opor.l.vna.

b Status.¶De facto clerico post delictū,vel post conuentionē,plenè dixi de obl.ad rat.c.vno.sup gl.ratiociniis.Adde Oldr.ꝯsil.iiij.

c Iurisdictionis.¶De priuilegio exemptionis impetrato post citationem,scripsi post gl.de priuil.c.1.lib.6.in j.gl.

d Concor.¶De hoc no.in cle.de re iudica.pastoralis.vltra mediū ver.quòd si punitio,in gl.sed nunquid Et quare in contractibus non fiat remissio,scripsi de foro compet.Romana.§.contrah.super gl.dicebat.& per Cynum in authē.qua in ꝓuincia.in v.q.vbi et tenet Guid.de Suzar.quòd siue sit ciuitas,siue castrum habēs merum imperium,illuc fiet remissio:& si esset insula,remittetur ad ciuitatē,vel locum,q habet in illa merū imperiū.ff.de iud.l.insulæ.ne quid in loco publico.l.litora.ff.ad munic.l.q ex vico.Remissio autem fit nō obstante,quòd paratus sit stare iuri Mutinæ,ꝑ iura statim allegata.& ꝑ auth.qua in prouincia.& ff.de offi.præsi.l.3.secundum eum.Dicit tamen,quòd si propter inimicorum potentiā venire ñ audeat,nisi Bononiæ iudex sibi securitatē det,vel locum tutum in sua iurisdictione,ipse non esset contumax. Allegat ff.de exc.tut.l.sed & milites.§.scrib.aūt.& vl.ita,sed & ignominia.ad Trebel.de ætate.de arb.si cū dies.§.si qs.Sed quia cōtraria est sibi l.ff.si qs cau.l.4.§.illud.sed intelligatur vbi non subest talis timor.Adde ꝙ Bar.ī l.sepulcri.ff.de sepulcro vio.dicit,ꝙ de ꝯsuetudine Italiæ nō habet locum remissio.Idem tenet Ang. de Aret.in tracta.Maleficiorum.in verbo,iudex cōmisit,ꝙ Titi⁹. Limita tamen & per Bal.in l.2.C.de furt.& vide Ang.consi.27. vbi ponit de quodam non supposito iurisdōni Anconæ,qui sitr non suppositum occiderat,& fuerat coram Potestate Anconæ accusatus,& ibi detentus,& homicidium confessus:an per ipsum Potestatem posset puniri.vbi etiam tenet,quòd si ex ludo quis aliquem interficiat,non venit criminaliter puniendus.

e l.3.¶Vide quod ibi scripsi de resc.super literis.post gl.ver.querit Inn.cū sua remis.& ibi duplicat̄ hæc quæst.Prima,quando ignorat̄,vbi deliquit.Secūda,qñ certū est de loco:sed re⁹ negat locū illū esse de iurisdictiōe eius,vel ꝑ eū possessum.Hoc scias,ꝙsi cert⁹ est loc⁹ delicti.sed ē in finibus,nec vllo mō patere pōt,ad quē spectet:tenet Guido in auth.qua in prouincia.ꝙ vterque cognoscet.Allegat ff.de excu.tu.iurisperitos.§.j.de hoc dicā ĭ.de rapto. super ver.sed pone inter.Adde tu hoc etiam verū,& cōmuniter teneri,ꝙ vbi delictum est cōmissum in confinibus,vterque est iudex,& potest vterq; cognoscere & punire:vt in d.l.iurisperitos,&c.tamen ne contrarias ferant sententias,debent conuenire,& adinuicem concordare præfati iudices:vt tenet Bal.post alios in d.l.iurisperitos.§.cùm oriundos.ff.de excu.tut.

f Dilectus.¶Dicebat Gui.de Suza.in litera q.& super auth.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi opor.ꝙ cùm accusator teneatur exprimere locum:vt in l.libellorum.ff.de accu.& iudicium reddat̄ in inuitū.ff.de verb.oblig.inter stipulantem.§.j.accusatus respondebit ibi super crimine,ꝙ si apparebit alibi cōmissum,patebit ab incompetenti iudice processum:& nō valebit.C.si à nō cōp.iu.l. fi.Adde tu de hac quæstione videndum d.Ab.Sicu.post alios nouissimos,post ipsum in c.super literis.extr.de rescr.

g Et seq.¶Antequā exeam⁹ forū delicti aliquid addamus.Iaco.de Bel.questionē disputauit de Florētino,q Bononiæ bannit⁹ est ꝓpter homicidiū,quod ibi ꝯmisit:& bannum habet,ꝙ si veniat in fortiā cōmunis Bonon.sibi caput amputet̄,& bānū tale detur ꝓpter cōtumaciā:qrebat an de eodē homicidio posset accusari Florētiæ.Et quia in voluminib⁹ habetur,quod in solutiōe cōtrariorum accidit:super l.j.C.vbi de crimine agi opor.& etiam in volumine quæstionum suarum,nō instabo:sed breuiter solutio eius est,ꝙ accusari possit Florentiæ:quia per bannum non datur sñia cōdemnatoria,vel absolutoria.Et meritò:quia nec lis est contestata,nec cognitum de crimine.Est igitur pœna contumaciæ nullum habēs effectum,si non reingrediatur districtum Bononię:& sic verè crimen remanere possit ñ punitum.Cùm ergo iudex domicilij possit de crimine cognoscere:vt prædicta.l.j.C.vbi de crimine.& e.ti.l.ij.& ff.de custo.reo.nō est dubiū.Nec mirū:quia & hoc potest in contractu,vt ĭ.dicā ergo fortius in delicto.Tum ergo,quia iudex cōgruus:tum quia crimē non est punitū,maximè in aduena:quia si in loco domicilij & originis manere possit,parū curat nō ingredi Bono.Itē banna ista nō sunt de iure communi,sed municipali:de quo quid ad iudicem Florentinum?non pl⁹ insto,vbi vide.Longè prius Odof.disputauerat de Lucano,qui Pistoriēsem Pistorij interfecit:Potestas Lucan⁹ inquisiuit de maleficio,& inuenit ꝑ testes & per ꝯfessionem partis maleficiū fuisse ꝯmissum Pistorij:quærebat an ꝯdemnare posset illum.ꝙ non posset,īducebat regulā,nullū sine accusatore dānari.ff.de mune.& honori.rescripto.§.si qs.& qua in ꝓuincia qs deliquit,&c.C. vbi de crimine agi opor.aut.qua in prouincia,si ibi debet iuri subiacere:ergo non alibi.ff.de fun.instr.quæsitum.§.idem respondit Ad idem l.j.C.vbi sena.vel cla.Item,quia iudex domicilij punire nō debet,inuentū est remediū remissionis,de quo s̄.ver.6.Itē iudicē Pistorien.in cuius territorio factū fuit homicidium,principaliter ꝯtingit iniuria,qui & pater ciuitatis dicitur,in auth.de armis.post prin.colla.6.vt iud.sine quoquo suf.§.eos autem.& §. sciant.col.2.Ad ipsum ergo pertinet delinquentem punire.in auth.de man.prin.§.ꝙ si delinquentes.col.3.ff.de iniuriis.quod si vnius.§.quod ait prætor.In ꝯriū adducit l.3.ff.de off.præsi.in auth. vt iud.sine quoquo suffra.§.volumus.Itē vt dicit l.j.C.vbi de cri. sic est per tempora intellecta,quòd crimen tribus locis cognoscitur:& punitur vbi deliquit,vbi domicilium habet,& vbi ex consensu suscepit iudicium,& minimè sunt mutanda,&c.ff.de legi. l.minimè.Item cùm hoc sit in contractibus,s.ꝙ iudex domicilij cognoscit.ff.de iud.l.hæres absens.in fi.fortius,vel saltem æquè in delictis:cùm hæc duo,quo ad ius fori sint paria.ff.de iud.l.omnem.Nec eñ tollitur primi iudicis iurisdō per accumulationem alterius.C.qui po.in pign.hab.l.assiduis.Cùm igitur prædictus §. quod si delinquentes.de mand.prin.simpliciter dicat,ꝙ iudex puniat delinquentes:ergo vbicunq; delinquentes:dummodò sint suæ iurisdictionis.ff.de serui.vr.præ.l.si seruitus.Item sicut per accusationem de hoc crimine cognosceret,sic & per inquisitionē cognoscere poterit.ff.de offi.præ.l.congruit.in auth.de collato. §.iubemus aūt.colla.ix.per quæ videt̄ ex legis præcepto ad id artari.Soluit ꝑ id,quod nūc de tribus locis dixi dubiū nō esse,ꝙ corā Lucano iudice poterat accusari.Dicit aūt,ꝙ ingrere ñ potuit ꝑ §.si quis accusatorē.in prin.allegatū.Plus dicit ꝙsi esset ēt casus quòd iure cōi vel municipali posset inquiri sine accusatore de qb⁹ ĭ.de inquisitio.§.quādo aūt.in prin.vbi aliæ remissiōes habētur:illud tamen restringeretur ad delicta ī sua iurisdictiōe ꝯmissa. Quod sic ostendit:Quādo alibi delinquēs accusatur corā iudice domicilij,ipse ñ cognoscit ex eo,ꝙ delingt,sed ex eo ꝙ de suo foro audiuit accusantē,& ex eo capite punit illū ex delicto,si ꝓbet̄ sed ingstio delicti principaliter ꝯcernit delictū,qđ nō ꝯtingit iudicem,ex quo alibi est ꝯmissum.Ille ergo iudex delicti est ille:ad quē spectaret inquirere.Leges ergo volētes delinquētes puniri,loquūtur ꝑ viā accusatiōis,vel inquisitionis duob.ꝯcurrentibus: qđ sit casus,quo possit ingri,& qđ delictū in suo territorio sit cōmisū,fm eū,& iura canonica,quæ latius permittūt inquisitiōes,

a iurisdictione cõstitutæ. Nam si Narbonen. velit agere[a] de possessione, vel terra, quam habet Biteri. Biteren. iudex de illa quæstione cognoscet, vel iudicem dabit. extr. de foro competẽti. sanè. &
b c. finali. C. vbi in rem actio exerceri debet, l. actor[b]. ff. de iud. sed & si susceperit. §. fi. C. de præ. mi. si prædium. Idem est secundum V-
c ber.[c] in hypothecaria, vel mista actione: secus in psonali. †¶Sed
§ quomodo iudex Biterens. citabit Narbon. ciuem. quia extra territorium, & c. ff. de iurisd. om. iudi. l. fi. Ad idem extr. de fo. compet.
d Romana. §. contrahentes.[d] Respondeo, debet mittere literas iudici Narbo. vbi reus degit, vt faciat illũ coram se venire: & si sic ñ venerit, mittet actorem in possessionem rei petitæ, secundum V ber. ff. de iud. hæres. §. j. in prin. §. contrahen. & facit ad hoc j. de citatione. §. sequitur. ver. sed nunquid consanguinei. & de accu. §. j. ver. sed nunquid. & §. fi. ver. vt autẽ. Alij tamen dicunt: quòd potest illũ extr. suam iurisdictionẽ citare, ex quo ipse est iudex, siue ratione rei, siue ratione contractus: vt no. Gof. in Summa, in ti. de
e foro compe.[e] & valebit citatio. Innititur enim iuribus citati: quia interloquitur in loco vbi habet iurisdictionem. ar. ff. de re iudi. à diuo. §. j. quod dic secundum papam, prout no. extr. de foro com
f pet. c. fi. super verbo, contractus[f]. ¶Octauus, ratione feudi, cuius quæstio sub domino feudi agitatur, si iure feudali agatur, vt extr.
6 de iud. cæterùm. extr. de foro comp. licet. & c. ex tenore. †¶Sed pone, partes malunt procedere coram delegato concorditer forsè impetrato, quàm coram domino feudi: nunquid potest delegatus cõtradicẽte domino feudi in causa procedere? Videtur ꝙ sic, cùm præsit iurisdictioni, saltem sub conditione. C. de iurisdic. omn. iudi. l. j. & l. priuatorum. extr. de foro competen. significasti. Dicunt quidam contrà: nam sub conditione intelligitur ei data iurisdictio, s. si dominus feudi negligens inuenitur, vt in primis ꝯcord. de foro competen. ex tenore. Cessante igitur conditione, cessat iurisdictio. Nec obstant contraria prædicta, quæ in ordinario loquuntur. secus enim in delegato, vt extra. de offic. delegat.
g P, & G. & vide j. ver. xxx. & sequ. in fi. g ¶Sed nunquid pars declinans forum delegati, tenetur cauere, quòd domino feudi negligente redibit ad forum delegati? quod videtur arg. ff. de iud. l. 2. §. sed si dubitetur. Sed illud loquitur cùm quis tenetur aliàs coram
h iudice respondere: sed ei competit ius reuocandi forum[h]. quod non est hic: vnde nõ tenetur cauere. & dic, vt j. de satisd. §. dicto. ver. sed nunquid. & vide j. ver. xxx. ¶Nonus, ratione conuentionis. 3. q. 8. cuius in agendo. C. de senten. & interlo. om. iudic. cum
i papa. extr. de mut. pe. ex literis[i]. ¶Decimus, si partes consentiant coram non suo iudice litigare. ff. de iurisdictio. om. iud. est receptum. ff. de iud. l. j. & 2. clerici tamen non possunt sine sui prælati consensu. ext. de foro competen. significasti. & c. Romana. resp.
k j,[k] quod dic, vt j. de conclu. & renun. ver. cùm autem. Consentire autem videtur, qui sciens se non esse subiectum alicuius iurisdi
9 ctioni in eum consentit. ff. de iudi. l. 2. †Quid si duo adeunt iudi-
l cem, cuius iurisdictioni alter eorum subest[l]. alter non: sed tamen consentit in eum, credens illum suum iudicem esse: & sic errans: nunquid tenet sententia, saltem ratione eius, qui ei subest? Et dicunt quidam quòd sic. ar. ff. de lega. 2. ex imperfecto. & in prædicta l. est receptum. Argu. tamen contrà, xxij. q. ij. in quibus. & C. de iur. & fact. igno. cùm testamentum. in fi. & l. sequent. ff. de iurisdi. om. iud. si per errorem. in fine. Et ad hoc facit ff. de statu li. si duobus. & extr. de off. ordi. quoniam. Sed nunquid præsumitur scire, ex quo vsq; in finem litigauit? Respondeo, non: imò ignorare, ff. de proba. verius. C. de epis. aud. si legibus. ff. de iudi. l. j. ibi: consentientes, &c. Qui ergo ho. dicit, probet. ff. de proba. ei qui. vj. qu. vlt. accusator. extr. de iureiu. c. fi. & ad hoc facit ff. de procu. filius. §. inuitus. Vber. contrà. ff. vnde cogna. l. octaui gradus. §. j. C. de in integrum resti. de tutela. Vel potest distingui, an sit peritus: vt tũc scire præsumatur, an rusticus seu simplex: & tunc secus. ar. ff. de iurisdict. om. iud. si id quod. ff. de iur. & facti igno. regula. xxxvij. dis.
8 c. fi. 1. q. 4. c. fi. & xxxix. dist. Petrus. †¶Quid si duo Pisani consentiunt in potestatem Lucanum, qui aliàs ratione sui officij habet ordinariam iurisdictionem: demùm finito suo officio causa illorum non est finita: quæritur an futurus Potestas poterit illam finire. Dic quòd aut consenserũt in eum ratione potestariæ: & tũc poterit. ff. de rebus dub. l. municipalibus. extr. de immu. eccle. aduersus. ad fi. & melius de off. ordi. pastoralis. §. fi. & de off. delega. quoniam abbas. Aut ratione personæ suæ: & tunc ipse idem fini
m re poterit, non successor. ar. ext. de testa. requisisti[m]. Si verò ratione sui, nullam habebat iurisdictionem: tunc finita potestaria finitur accessorium, sci. illius causæ cognitio, vt dicunt quidam. ff. de vulga. & pup. sub. l. 2. §. pe. ff. de regu. iur. l. cùm principale. Super
n hoc vide s. de legato. §. nunc dicamus. ver. sed ponen[n]. & ver. sed
9 quid si à prin. †¶Quid si priuati consentiunt in illum, qui nullã
o iurisdictionem habet, putatur tamen habere? Dic tu valere consensum, & quæ coram eo fiunt. ar. C. de testa. l. j. C. de sent. & inter loc. omnium iudicum. l. 2. ff. qui, & à qui. ma. li. non si competit. ff. de off. præto. Barbarius. 3. q. 7. infamis. §. tria. in prin. & vide s. de legato. §. superest. ver. quid ergo. Sed quid si à principio quando consenserant, præerat iurisdictioni: sed ante litis cõtestationem desinit præesse? Et certè secundum eos, qui dicunt ante litem cõtestatam non dari iurisdictionem, non valet consensus, nec etiã quod fit coram eo. Sed quid erit secundum eos, qui dicunt dari p consensum, si pactum vestitum interueniat inter consentientes vt C. de pactis inter emp. & vendito. l. penul. & non per pactum nudum. Nam tunc ante litem contestatam non datur iurisdi-
p ctio. vt ff. de iurisdictione omnium iudicum. si conuenit[p]. Respon

ADDITIONES.

☞ procedant in suo foro. Adde quo ad q. Iac. de Bel. Bart. in l. sepulcri. ff. de sepulcro violat. Quo verò ad q. Odofr. maximè, ꝙ iudex originis vel domicilij inquirere nõ possit de delicto ꝯmisso p ei[9] sublatũ in alieno territorio: dic ꝙ verũ tenet Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fide cath. Bal. consi. cxc. incipiente, Præfati excellentes doctores. & cons. ccccxviij. incip. Quidam ca. lib. 3. vbi refert Io. An. hic, & ibi ponit vnam quæstionem de quodã Trenẽsi, qui in ciuitate Fulginij occidit Fulgentium: & Potestas Fulginii cõdemnauit eum in mille: in cõtumaciamque si nõ soluerit intra decem dies, postquam in fortiam communis Fulginij peruenisset, amputaretur sibi caput: bona etiam, quæ ibi habebat fuerũt publicata. Potestas etiam Treni fecit inquisitionem, ac eũdem cõdemnauit in mille in contumaciam: demùm captus fuit per officiales Treni, quo capto cõmune Fulginij intra tres dies ipsum liberauit: quærebatur, an Potestas Treni posset facere condemnationẽ siue executionẽ. Bal. vbi s. arguendo ad partes ꝯcludit, ꝙ melior sit conditio occupãtis: & quòd ille dicatur occupasse, qui in bonis fecit executionem, & consequutus est solutionẽ.

a Agere. ¶Supple contra Narbo. propter ver. seq.

b Actor. ¶l. vl. est contrarietas doctorum in expositione isti[9] rub. vide in præ. dec. dilectus 2. de rescr. super fi. 2. gl. & ibi plena remissio: communiter tamen neutra illarum expositionum tenetur, q̃ dat alteri foro primum conuentionis gradum: sed tenetur, ꝙ in hac lege no. s. quòd actoris sit electio, an coram iudice domicilij, an rei litigiosæ conueniat reum.

c Vber. ¶Vide s. de actione vel petitione. §. in anteriorib. in prin.

d Contrahentes. ¶Vide quæ ibi plenè scripsi super ver. citati.

e Compe. ¶Post prin.

f Contractus. ¶Hoc ibi scripsi super j. gl. vbi etiam in fi. remisit ad ea, quæ scripsi de dila. c. 2. in gl. hic habes.

g In fi. ¶Ibi videtur tenere huius contrarium: sed de domino temporali, non de domino feudi loquitur: vt etiam ibi dicam.

h Forum. ¶Melius diceret domum, vt dicit lex, quia de illo foro erat.

i Literis. ¶Non instat in hac propter rubricam specialem, quam de hac poner j.

k Respon. i. ¶Lib. vj.

l Subest. ¶Si dicas reum subesse, nõ videtur dubiũ: cũ illius iurisdictio eo casu non fundaretur sup ꝯsensu partium: sed fundabat super iure communi. & sic nõ obstat quod not. in l. si per errorẽ. in vlt. gl. ff. de iurisdict. om. iud. & quod no. Azo. e. ti. in fi. primæ colum. quòd sufficit alterius solius error. Illud enim verum, quando erratur in non iudice causæ. Tunc enim sufficit alterius error, dato ꝙ alter nõ erret. s. quòd bene scit eum nõ iudicem. Illo em casu, cùm necessari[9] sit cõsensus ambarũ partiũ, ex quo pendet talis iurisdictio, altero errante deficit iurisdictio: vt in l. 2. ff. de iudi. Adde Bal. cons. cxlj. libr. 2. & ibi an debeat vti statutis propriis.

m Requisisti. ¶Alb. Pap. allegat C. de iure delib. cum aliquis. Adde vt per Ab. in c. nouit. de offi. deleg.

n Pone. ¶Ibi remisi ad decr. nouit. de off. dele.

o Quid. ¶Iste ver. & sequens fuit additio ad literam ponit Gui. de Suz. in l. j. C. de iuris. om. iud.

p Conuenit. ¶Dicunt ergo isti, ꝙ si quæritur de iurisdictiõe q̃reda iudici, necessaria est ꝯtestatio, per hãc legẽ: si de obligatione quærenda parti ꝯ pœnitẽtem, aut interuenit inter partes stipulatio: & tunc orit obligatio & actio in stipulatu ad interesse. ff. de re iudic. si quis ab alio. §. fi. Aut nõ interuenit nisi nuda conuentio: & tũc nõ orit actio. Si qs tñ interest, ageret de dolo. ff. de dolo. l. fi. Tñ mihi æquè distinguẽdũ videtur inter iurisdictionẽ reuocabilẽ. & nõ reuocabilẽ: nam si verũ est, eũ ante ꝯtestationem ñ habere iurisdictionẽ: ergo nec valere deberet ꝯtestatio corã eo facta. Irẽ quid dicem[9], si corã eo super ineptitudine libelli, vel alia dilatoria litigetur per annum, dicetur ne factũ corã non iudice? tu dicis. pœnitere pt. Certè ordinarius delegãs pœnitere & reuocare pt et post litis ꝯtestationẽ, impedítne hoc quin delegat[9] fuerit iudex, & valeat ꝓcessus eius: & sic dicẽdo saluat opinio, quã impro ☞ bat

10 Respondeo†, valet consensus: & quod fit coram eo, legitimè fit
a nec reuocabitur. C. de admi. tuto. sancimus[a]. arg. contrà ff. ad legẽ
b Aquil. quia in eum[b]. Sed quid in delegato: nunquid reuocata iu
risdictione sua per delegantem, reuocetur per consequens iuris-
c dictio acquisita in aliqua causa ex partium consensu[c]? Videtur ꝙ
sic: quia principali sublato, tollitur & accessorium: vt s. sed cõtrà:
d quia sic[d] esset in potestate delegantis talem iurisdictionem fini-
e re[e]. ff. de arbi. l. Labeo. secunda. in fin. & l. seq. Vnde dic, quòd si lis
est contestata in illa causa, non potest eam delegans reuocare: cũ
f remaneant reliquię prioris mãdati. ff. de solu. cũ quis. §. j.[f] † ¶Sed
11 tan à sententia non sui iudicis concorditer electi, poterit appella-
ri? Videtur, quòd non, vt ii. q. 6. à iudicibus. Sed dic contra. ff. de ap
g pel. ex consensu. & dic super hoc in præ. c. à iudicibus[g]. ¶Sed qua
lem iurisdictionem habet is, in quem partes consentiunt? Dic ꝙ
ordinariam, ex quo à prædictis legibus permittitur talis ↄsensus.
ff. de ver. sig. l. obuenire. ar. tamen contra, ff. de reg. iur. l. nemo. & l.
h non debet. & l. id quod de hoc. extra. de offi. deleg. P. & G.[h] † Sed
12 ad quem appellabitur ab eo? Dic quòd ad superiorem eius, qui
ex consensu cognoscit, & non ad ordinarium. Gradatim enim est
appellandum. C. de app. præcipimus. ff. eo. Imperatores. in auth.
col. iiij. eo. ti. in fin. extra. eo. tit. dilecti. 2. q. 6. biduum. Sed nunqd
ordinarius causam ex consensu audiens, illã poterit alii delegare?
Dic quòd non ante litis contestationem, cùm partes adhuc vale
13 ant pœnitere, vt j. ver. sed nunquid. † ¶Sed an is, in quem partes
consentiunt, cogetur pronunciare? Et videtur, quòd sic, C. de ad-
uo. diuer. iudi. sancimus. ff. de mu. & ho. l. fin. §. iudicandi. & l. si qs
magistratus. arg. contrà: quia iurisdictionem habet ex partium cõ
sensu, sicut & arbiter. vnde non videtur cogendus, nisi consenti-
at, & ad instar arbitri. ff. de arbi. l. iij. §. tam & si. Argu. tamen, quòd
solus consensus partium sine suo sufficiat. ff. de iudi. l. j. sed hoc ve
rum est, vt iurisdictionem consequatur, non vt cogatur. Sed quis
exequetur sententiã eius? Respon. ipse, si est: aliàs ordinarius: alio
i quin superior vel delegans. ff. de re iudi. à diuo. in princ.[i] ¶Quid si
Biteren. & Narbon. litigant sub iudice Agathen. cuius ciuitatis ↄ-
suetudinem iudex sequetur? Dic vt j. de feriis. §. j. versic. sed pone.
14 † ¶Sed nunquid in iudicem alterius iurisdictionis possunt in cau
sa criminali consentire? Respon. non, secundum Iac. nec iudiciũ
tenebit. arg. C. de epis. aud. l. si qui ex cõsensu. à ꝑrio sensu[k]. Alii ↄ
k arg. ff. de iud. l. ij. §. conuenire. ibi: iudiciorum, &c. & in præ. l. j. si q
consenserunt tanquam in arbitrum, & non tanꝙ iudicem: in cleri
cis autem hoc est expeditum, quòd non possunt. extra. de foro
compe. si diligenti. Quid si quis scienter litigat coram non suo iu
15 dice? De hoc j. de appel. §. nunc tractemus. versic. quid si facto. †
¶Sed nunquid potest declinare quis eius iudicium, in quem se-
l mel consensit[l]? Dic quòd aut agitur de iurisdictione danda, vt cũ
duo consentiunt litigare sub iudice non suo: & tunc quilibet po-
m test pœnitere ante litis contestationem[m]: vt ff. de iurisdi. om. iudi.
si conuenerit. & s. de iud. or. §. potest. versi. quid si. & j. versic. quid
si. Aut de iurisdictione non declinanda, vt in scholari laico: qui ha
n bet tres iudices: vt s. de reo. versi. item scholari[n]. & tunc non est
locus pœnitẽtiæ: quia eligẽdo vnum ex his, non potest illum am
o plius declinare: vt s. de reo. versic. sed pone[o]. & sic loquitur extra.
p de iudi. c. j.[p] † Nã cùm ibi esset causa criminalis, poterat Quouult
16 Deus papam vel synodum eligere. Ex quo enim quis consen-
tit in suum ordinarium, non potest vlterius dissentire. C. de pactis
si quis in conscribendo. ff. de offi. con. l. j. C. de asser. tol. l. i. in fin. &
hoc in ordinario. Delegatus autem licet appelletur ab eo: vt ff. de
q appel. ex consensu. non tamen recusatur secundum Alber. Gal.[q]
iij. q. iij. induciæ. §. offeratur. ibi: nisi sit ille, &c. ext. de causa pos. cũ
olim. de off. deleg. super quæstionum. §. nos. & §. verũ. 2. q. 6. à iu-
dicibus. ¶Vndecimꝰ, ratione priuilegii: vt in scholari, qui tres ha-
r bet iudices: vt iam dixi[r]. Duodecimus, in causa appellationis. iii. q.
vi. peregrina. ¶Tertiusdecimus, quando papa id iubet, vel delega
tus. ea. q. vna quæque. xi. qu. i. iudices. ¶Decimusquartus, ꝑꝑ loci
opportunitatẽ trahitur qs ad aliã ꝓuinciã. xxxiii. q. ii sine. ¶Quin
tusdecimus, in causa natiuitatis, quæ spectat ad ecclesiam. extra. q
s fil. sint legit. lator. & c. cãm. qđ dic vt no. ext. de ord. cog. tuã[s]. secũ
dũ Inn. & alios. ¶Sextusdecimꝰ, in cã decimarũ. extr. de decimis. ꝑ
totum.

ADDITIONES.

Probat glo. vlti. in l. si per errorem. de qua j. § fi. Ex quo igitur neu-
tra pars pœnituit, bene procedat hæc solutio. Pœnitentiam autẽ
non impediret stipulatio, per hanc l. si conuenerit. & vide j. ver.
sed quid si promisisti. & versi. seq. & quod in eis dicam. & in versi.
circa hoc.

a Sancimus. ¶Idẽ Guli. vbi s. allegat etiam ff. de iudi. l. venditor. §. i.
b Eum. ¶Solue, vt not. in regula, factum. de reg. iur. lib. vi. in i. glo.
c Consensu. ¶Intelligo de partibus, quarum causa est illi commis-
sa. Alii enim vel etiam tertius cum altero ex litigantibus non pos
sent iurisdictionem delegati prorogare, vt in decre. P. & G. de off.
d Sic. ¶Hoc tenet Cy. in l. si qui ex consensu. C. de episcop. audien.
sub ver. antepenulti. illa ratione: quia idem iuris esse debet de do-
tis augmento, quòd de dote. ff. de pact. dot. inter socerum. §. si cũ
pater.
e Finire. ¶Quasi dicat, quòd esset absurdũ, cùm non ab eo, sed à par
tibus illam partem habuerint.
f §. i. ¶Quæritur an ordinarius delegans ꝓhibere possit delegato,
ne recipiat prorogationem vltra tempus, quo commisit decidẽ
dam, vel partibus etiam, ne prorogent vltra terminum ab eodem
limitatum. l. 2. ff. de iudi. §. fi. & iudex dicit hanc prohibitionem
posse fieri per principem. Videtur ergo per hoc aliis illam esse ꝓ-
hibitam. eo. tit. cùm prætor. Gui. de Suzar. in eo. §. tenet contrari-
um: quia sicut delegatus principis fungitur eius vice: sic & delega
tus alterius ordinarii, nec transit in eum plus iurisdictionis vel
potestatis, quàm ipse committat. Allegat ff. de offi. eius, cui mãd.
est iurisdict. l. j. C. si à non compe. iud. l. i. Facit ff. de off. deleg. c. ve-
nerabili. de rescri. cùm dilecta. idem Baga. sui operis charta j. ad fi.
Sed generalius quæro, an ordinarius partium possit prohibendõ
impedire prorogationem alterius iudicis. Cy. hoc tractat in l. si qs
ex consen. C. de episc. aud. Sed dic, vt in v. q. & breuiter allegatio-
nes, quas posuit, tendunt ad hoc, quòd aliquid per id honori vel
commodo suo detrahitur in sportu. iij. q. iij. induciæ. §. offeratur.
fortè in sigilo, vt in cle. de ele. statutum. Tenet cum Petro. quòd
non poterit beneficium aliis iudicibus commune impedire vel
tollere, nec auferre quod dat lex ff. de adop. si arrogator. sicut nec
impedire posset, ne compromitterent, quæ res libera est. ff. de ar-
bitr. l. iii. Hoc non habet locum in clericis, qui sine consensu epis-
copi non prorogant. de foro compe. significasti. & tamen bene
compromittunt: vt not. eo. tit. si diligenti. in fi. i. glo. Addebat ibi
Cyn. post P. non obstare, quod de sportulis fuit dictum, quia ordi
narii illas nõ recipiunt. Item compensandæ sunt laboribus. & hoc
vltimum dicit etiam Guid. de Suz. in l. j. ff. de iudi. Allegat quòd ꝓ
labore datur, in auth. de iud. §. ne aũt. colla. vj. ipse tamen Guid. in
l. si conuenerit. dixit quòd poterat iudex suos subditos compesce
re, ne prorogarent aliorum iurisdictionem in ciuilibus: sed postꝙ
prorogauerant, nõ poterant impedire. Allegat. ff. de acqui. re. do.
l. 3. De criminalibus statim dicam j. ver. sed nunquid. ij.
g Iudicibus. Et de offic. dele. super quæstionum. §. verum. in vlti. gl.
sic & in teste. de hoc de testibus. præsentium. in vlti. gl.
h G. ¶Et dic, vt ibi ad fin vltimæ gl.
i Pricipio. ¶Per hãc l. dixit Simo. Vin. in l. j. C. de iur. om. iu. ꝙ iudex
iste scribet iudici illius, ↄ quẽ lata est sententia, ꝙ illã exequaꝰ: cũ
ipse extra suũ territoriũ illã exeq nõ possit, nec ei pareretur: ff. de
iu. om. iu. l. fi. ext. de const. c. vl. lib. vj. Inducit ad hoc ff. de bo. auth.
iud. pos. l. cùm vnus. §. pe.
k Sensu. ¶Hoc tenuerunt Io. xi. q. j. inuoluta. & Bernard. de foro cõ
peten. si diligenti. ad fi. j. gl. & vide qđ ibi dixi: qa contraria opinio
Accur. in l. j. ff. de iudiciis. in fi. gl. & C. de iurisdi. om. iudic. l. j. in vlt.
gl. est vera, s. ꝙ prorogatur in eum, qui habet merum imperiũ. &
idem Inno. & Hostien. vt ibi dixi. & est casus l. j. C. vbi de crimi. agi
opor. Sed quæritur, an prorogationem in criminalibus teneatur
iudex proprius habere ratam: ita quòd super illo crimine non ꝓ-
cedat. Guid. de Suza. super l. si conuenerit. allegat quòd sic. Quo-
modo enim de crimine se intromittet sine accusatore. ff. de mu.
& honor. l. rescripto. §. si quis. Item de delicto vnius hominis sæ-
pe quæri nõ debet. ff. nau. caupo. stabula. l. licet. in fi. Soluit quòd
si tale est crimen, de quo iudex possit inquirere: de quibus infrà,
de inquisitio. §. qñ aũt. in prin. & ibi remissiones dãtur: non tene-
bitur habere ratũ: nec per factum delinquentis impedietur ipsius
officium. de cleri. coniuga. cap. penulti. de priuileg. ex parte. ij. &
cap. authoritate. §. vlti. lib. vj. In aliis criminibꝰ, ex quo accusans &
accusatus sponte sub alio iudice litigant: ipse ordinarius conquie
scet, sed vt pluries dixi, inter clericos ñ ꝓcedit hæc qstio. q sine ↄ-
sensu episcopi prorogare non possunt. de for. comp. significasti.
l Consensit. ¶Fuit quæstio Venerealis lxv. hîc melius.
m Litis contestationẽ. ¶Postea non: nec obstant tres leges allegatę
de fo. cõpe. si diligenti. in gl. nũqd. circa medium. ver. imò ẽt quæ
non in declinãda iurisdictiõe, sed in euitatiõe pœnæ loquuntur.
casus ibi vide in suffragio.
n Scholaris. ¶Et ver. sed qd si scholaris ꝓpter id, quod dixi de laico.
o Pone. ¶Et not. ff. de iud. l. ii. post prin.
p c. j. ¶Vbi dixi super gl. sed nõnne.
q Alber. Gale. ¶Rubri. de iudicib. ordi. & delegatis, loquitur de de
legato, in quem pars consensit. sic s. ver. sed an.
r Dixi. ¶Si priuilegiatus de certo iudice agit ↄ sic priuilegiatum, vi
de quid plenè scripsi de priuil. c. j. lib. 6. & §. & id ipsum.
s Tuã. ¶Vt ibi scripsi sup gl. 2. hoc ꝓcedit, cũ incidit tibi dubiũ đ ma
trimonio, an fuerit, vel nõ, vel an fuerit legitimũ. Adde qa si non
ageret de validitate: sed vxor rediret ad virũ suũ, & eẽ, iudex secu
laris est ↄpetẽs. vide Abb. Sicu. in c. non est. in j. col. ext. de sponsa.

totum.¶Decimuſſeptimus,in cauſis pœnitentium.quæ ad eccle
ſiam pertinent.11.q.j.aliud.de pœni.diſt.j. aliud ¶Decimuſoćta-
uus,in cauſa adulterii,cùm agitur ad ſeparationem.extr.vt lite nō
conteſta.c.j.¶Decimuſnonus,in cauſis viduarum &pupillorum,
libertorum,&miſerabilium perſonarum:quæ ſaltem ſecundario
ſpectant ad eccleſiam lxxxij.diſt.c.1.2.& 3. extra. de foro compe.
ex tenore.extra.de verb.ſig.nouimus.in fi.& præcipuè circa dotē
vt extra.de dote poſt di.reſtit. nuper. & idem in cauſis aliarum p-
ſonarum quod dic plenè,vt not.ſecundum Inn.extra,de offi.iud.
deleg.ſignificantibus.¶Vigeſimus,vbi agitur de poſſeſſione vio
lata.C.vbi de poſſeſſione agi opor.l.vnica.C.de præ.mi.ſi prædiū
17 &ĩ.verſic.xxx.†¶Quid ſi quis per locum meum tranſiens ducit
equum meum,quem ego perdidi:nunquid eum potero conueni
re ratione præſentis poſſeſſionis?Videtur,quòd non:vt ff.de iud.
hæres.§.nunquid.arg.contrà.eo.ti.non aliàs.§.j.& l.ſeq.& l.ad le
gatum.& l.quod legatur.§.fin.C.vbi in rem act.l.fi.Dicunt quidā
quòd ſequi debeo forum eius:& talis ſatiſdabit,prout habetur ĩ.
a de ſatiſd.§.d.in prin.[a]¶Vigeſimuſprimus,in cā fidei. 24.q.1.quo-
ties.¶Vigeſimuſſecundus,cùm qs alibi ſoluturū ſe promiſit.ext.
de fo.comp. dilecti.ext.de of.del.P.& G.C.vbi ↄueniatur,qui cer
18 to loco dare promiſit.l.vnica.†Nam ibi dicitur quis contrahere,
vbi ſe cōſtituit ſoluturum:vt ff.de bonis auctor.iud.poſ.l.3.ſ.ver.
v.Circa hoc quæritur quid ſi feci tibi pactum,vt poſſis me coram
b quolibet iudice cōuenire?Reſpon.dicit Vber.[b] quòd ſi oppono
exceptionem iudicii declinandi.non audior,ſi ſim laicus ſi verò
oppono exceptionem loci & fori,& territorii.audior.Priuilegio
c enim fori pacto renunciari non poteſt,iii.q.vj.non liceat. extra.
d de fo.compe.ſi diligenti[d].¶Quid ergo ſi dictum fuit in inſtrumē
to,vt quolibet loco,& ſub quolibet iudice poſſim ↄueniri: & tu
vis me conuenire ſub prorſus extraneo? Reſpon.fortè admittet
exceptio mea:vt ff.de iuriſdi.om.iudi.ſi conuenerit.Vel fortè nō
19 admittetur,ſi pactum fuit veſtitum cohærētia cōtractus.†¶Sed
quid ſi promiſi per ſtipulationem,quòd paterer me cōueniri ſub
quolibet iudice,& quolibet loco?Reſpondeo,fortè teneor ad in
tereſſe.ſi recuſauero:vt ff.de iudi.ſi quis ab alio.§.in omnibus. &
arg.ff.de præſcr.ver.naturalis.§.at cùm do.ff.de contrahen.emp.
Labeo,2.Et in hoc iudicio cùm renunciauerim exceptioni fori.
Vel dic,quòd cogar præciſe.pati.ff.de no.ope.nun.ſtipulatio.§.ſi
autem.ſecundum Vber.ar,tamen contra:quia nihil habeo in eius
territorio.ff.de iuriſdi.om.iudi.l.fin.Ioan.Bald.dixit,quòd ſi ſit pa
ctum,vt poſſim vbicunque vel vbilibet cōueniri,non valet,quo
ad conuentionem:nec mihi præiudicat,niſi poſt litis conteſtatio
8 super literis. †¶Quid si excipitur de falso contra literas: & iudex de hoc cognoscēs pronunciat eas esse veras, cùm tamē sint falsæ & per eas procedit ad sententiam: nunquid valet processus? Dicunt quidam, ꝙ sic, propter errorem litigantium, argum. ff. quod cū falso tu. l. j. §. fin. ff. de offi. prætor. l. Barbarius. iij. q. vij. §. infamis tria. prope princi. & quia res iudicata pro veritate accipitur, ff. de sta. ho. ingenuum. ij. q. vj. ei, qui. §. item si sententia. extr. de re iudi. cùm inter. prope fi. Item quia ratione dubij habet iurisdictionē,
g ff. de iud. si qs ex. & in præ. c. sup literis [g]. prope fin. Tu dic, ꝙ nec prima sententia, nec processus postmodum per eum habitus valet propter defectū iurisdictionis. extrà. de offic. vicar. tua. C. si à non competenti iudic. per totum. Nam etiam post sententiam de falso queritur. C. de fals. querela. infrà, de sentent. §. final. ver.
h & not. ꝙ de hoc not secundum Papam, in præ. ca. super literis [h]. Sed qd si dico instrumētū contra me productū. falsum esse, & iudex pronunciat esse verū. cū tamen sit falsum. & per illud contra me fert sententiā: nunquid valet sententia? Respōdeo, sic, si ab ea non fuerit appellatū. quoniā hoc casu iudex erat, C. de fide instr. l. vltim. §. fin. & in præ. c. cùm inter. secus autem, si instrumentum procuratoris falsum pronuncietur esse verū: quia tunc processus cū tali pcuratore habitus nō præiudicat ei, cuius procuratorem se esse asseruit, nisi fortè ille id ratificauerit, C. de procu. licet. extr. eo. in nostra. ff. de iudi. licet. ff. rem rat. ha. l. iij. §. Celsus. quia iudex non habuit iurisdictionem in illum dominum absentem. Quidā
i tamen contra [i] propter iudicis autoritatem. ff. quod cum fal. tu. l.
k j. §. pen. [k] & vide ǰ. de cita. l. j. ver. item pone, &c.

ADDITIONES.

a Pecorina. ¶Non dixit pecudina, quia fm deriuatores plus ɔtinet pecus pecoris, ꝙ pecus pecudis. Dicunt etiam, ꝙ pecus pecudis, ɔtines oīa animalia quæ sunt ad vsum hominum ad vescendum, vel vtēdū: sed pecus pecoris maiora, vt equos, boues, asinos, & similia. Hoc dico, quia in hœdinis & vitulinis, qñ sunt magni processus, videmus literas scribi. pecus autem corripit primam. Ouidius de arte, charta antepenul. Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus. de his ff. de legat. iij. l. legatus seruus. §. pecorib. & l. seruis legatis. §. pecudibus. qui facit contra prædicta.

b Scribūtur. ¶Bene ɔuenit C. de vet. iur. enu. l. 2. ante fi. vbi pcipiť nomina prudentū, q leges cōposuerunt, scribi per consequentiā literarum. Cessabit ergo, secūdum hæc, q. xij. ij. Ioan. de Deo, fundata super litera apostolica. in qua ponebantur literæ pro nomine. facit de accu. qualiter. ij. §. debet.

c Extensè. ¶Id est, sine titulo.

d Alterius. ¶Constitutio Io. ad sacrosanctæ. quo ad salaria pro literis soluenda taxat lineas cl. literarum, vel xxv. dictionum.

e Parte. ¶Hoc latè prosequitur Host. in præ. §. pe. in j. & ij. colu. Adde per Fel. plenè in c. super literis. in primis foliis.

f Subscribūt. ¶Id est, subscribebāt olim, xij. q. ij. cùm redēptor. sed hodie non subscribunt: vt dixi de testa. cùm à nobis. super vlt. gl.

g Literis. ¶Plenius eo. ti. ad audientiam. ij. sed fortè de Compo. intellexit.

h Literis. ¶Vbi post glossas plenè scripsi, quàm hîc, & in seq. versi. dicitur in ver. sed quid si contra. & ver. seq. Adde vt per Fel. in d. c. j. xvj. colum. ver. nemo fallit.

i Contra. ¶Et de seipso dicere poterat, vt patet ǰ. de excep. §. nunc dicendum. ad fin. ver. in summa.

k §. penulti. ¶Ad solutionem huius vide vbi s. & s. de syndico. ver. quid si iudex.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum quomodo impugnatur ratione formæ.*
Clausula In Christo, non debet in salutatione literarum papæ describi.
2 *Dominus papa rescribens sibi familiari, qua forma vtatur respectu nominis proprij.*
3 *Papa vocat episcopos & superiores venerabiles fratres: abbates verò inferiores etiam reges & principes, indifferenter filios.*
4 *Clausula illa, Fine canonico, in qua causa solet opponi in rescripto.*
5 *Clausula specialiter in rescripto apostolico inserenda.*
6 *Is cui scribitur, quòd studeat reuocare, quæ ipse alienauit, an erit iudex in causa sua.*
7 *Quæstio criminalis propriè dicitur causa, ciuilis verò siue pecuniaria dicitur lis.*
8 *Exceptio contra literas, quòd sunt impetratæ tacita veritate, vel suggesta falsitate, qualiter concludatur.*
9 *Forma proponendi & narrandi exceptionem rei iudicatæ, est peremptoria.*
10 *Exceptio super inpetratione literarum, quòd aliquid non est expressum, quod si expressum fuisset, non esset impetratū: quomodo, seu qua forma ꝓponatur.*
11 *Impugnare nitens rescriptum, non est passim & semper admittendus.*
12 *Trauentus ab appellato, quomodo debeat exceptionem proponere.*
13 *Forma qua de nimium præcurrente in causa appellationis, possit excipi.*
14 *Sententia excommunicationis à cardinali ferenda, qua forma fiat, & si petatur executioni mandari quomodo dicatur.*
15 *Rescriptum, per quod quis conqueritur se excommunicatum ab episcopo, qui non habet iurisdictionem in eum quomodo fieri debeat.*
16 *Delegatus si excommunicat vsurarium, quia diffinitiuæ non paret, an debeat excommunicationis sententia confirmari.*
17 *Excommunicatio petita apostolico munimine roborari, debet cum omnibus requisitis exprimi.*
18 *Conquerens se à iudice, coram quo conueniebatur, excommunicatum sine causa rationabili, nulla monitione præmissa, quam conclusionem habere debeat.*
19 *Conquerente aliquo, quòd prælatus eum excommunicauit contra formam concilij generalis, non sunt literæ concedendæ in curia ante quàm excommunicatori scribatur.*
20 *Simpliciter dicendo, quòd talis in eum manus iniecerit violentas, quomodo sit concludendum.*
21 *Forma narrationis in casu, quo quis verberatur, vel incarceratur, vel aliàs iniuriatur.*
22 *Forma conclusionis, vbi quis conqueritur de iniectione manuum, & incarceratione & spoliatione & pecuniæ extorsione, &c.*
23 *Forma concludendi, vbi episcopus dicitur iniecisse manus in personam ecclesiasticam, vel excommunicatus celebrasse diuina.*
24 *Delictum personæ non debet in ecclesiæ damnum redundare.*
25 *Frater episcopi impropriæ dicitur hæres.*
26 *Præponi debet in rescripto id, de quo agitur.*
27 *Clausula, Preterea, vel idem quoque, & Quidam alij super terris, &c. an addantur,*

dantur, vbi laicus impetrat contra laicum ſuper vſuris extra terras eccleſiæ Romanæ proprias.
28 Dictio, Prouiſo, quando debeat in literis apoſtolicis apponi.
29 Priuilegium & confirmatio, qua forma concedatur.
30 Confirmatio ex certa ſcientia, quomodo fiat, & qua forma.
31 Decimæ conceſſæ à laico cum conſenſu diœceſani alij eccleſiæ, quàm cui pertinent, non confirmantur.
32 Confirmatio non datur ſuper numero vnico, vel binario.
33 Forma petendi ſententiam diffinitiuam, cum ſerico confirmari, & eam executioni mandari.
34 Compoſitio non confirmatur inter mortuos, etiam ſuper rebus temporalibus.
35 Dare conſeruatores in omnibus priuilegijs, eſt conſuetudo cancellariæ.
36 Literæ citatoriæ non recipiunt contradictionē: licet tranſeant per audientiam.
37 Excommunicatus ratione cauſæ, quæ inter ſe & alium vertitur, ſi impetrat, non tamen contra me: an ille alius poſſit eum repellere obiectu huius excommunicationis.
38 Literæ contentioſæ non ſunt contra reges dandæ, nec eis eſt ſcribendum, per mā damus quatenus, &c.
39 Reſcribendo tribus iudicibus, quibus verbis, ſeu quo clauſularum ordine ſit vtendum.
40 Clericus ſecularis conquerens de iniuria ſibi illata ſuper eccleſia: quib. verbis in ſuo reſcripto vti debeat.
41 Literæ quo modo, vel quo pacto dari debeant mulieri pro dotibus.
42 Clauſula, partibus conuocatis, &c. in reſcripto, vbi de ſpiritualibus agitur, quomodo ſit opponenda.
43 Papa rogans pro aliquo monachando, vel canonicando, cuius formæ reſcripto vti debeat.
44 Reſcriptum pro monacho debet fieri abbati, & conuentui, loco, ordine, & diœceſi expreſſis.
45 Forma concluſionis, vbi contenditur arbitrium eſſe nullum.
46 Quæſtio amicabili compoſitione deciſa, qua verborum forma narranda ſit.
47 Papa, ſi petatur prouideri, vbi cauſa expediri nō pōt, quo reſcripto vti debeat.

a 4. §. Ratione [a] formæ quoq; cōtra reſcriptum opponitur, qđ nō eſt ſecundum formam, ſeu
ſtylum curiæ: vt ſ. §. prox. ver. ix. putà, ſi papa vocat epōs, vel ſupe
riores, dilectos filios: vel ſi vocat reges, vel principes vel quoſcūq;
clericos inferiores epīs, fratres: vel ſi ſe ponat ī ſingulari numero,
vel ſi ſcribit vni, quicunque ſit ille, in plurali: vt extr. de crimi. fal.
b quàm graui. Itē quòd aliū ſibi præponit in ſcribendo: vt ibi.[b] Ar.
contrà, C. de ſumma trini. inter claras. & l. victor. in prin. in ſubſcri
c ptione, xcix. diſt. nullus. & c. ſeq. & xcvij. di. victor. in prin.[c] † ¶ Et
1 not. quòd in ſalutatione literarum papę non ponitur, in Chriſto
putà, Venerabili in Chriſto fratri, vel dilecto in Chriſto filio. alio
quin eſt falſa litera: vt in præ. c. quā graui. qđ verum eſt, niſi ſcriba
tur abbatiſſæ & monialibus: quia tūc bene apponitur, in Chriſto,
vt ext. de reſcr. cùm dilecta. & de confir. vti. vel inuti. cùm dilecti.
& de excep. dilectæ. Itē bene dicitur hoc modo: Dilectis in Chri-
ſto filiabus abbatiſſæ & conuentui: & niſi qn̄ ſcribit regibus, vel
reginis, quia tunc ponitur ſic: Chariſſimo in Chriſto filio. vel cha
riſſimæ in Chriſto filiæ: vt ext. de conuer. coniu. chariſſimis. Item
in ſalutatione nō ponitur, noſtro: putà, Venerabili fratri noſtro,
2 vel, dilecto filio noſtro. † niſi fortè ſit familiaris domini papę. tūc
enim dicitur: Dilecto tali capellano noſtro, vel ſubdito noſtro ſa
lutem. Item vbi in ſalutatione nomen proprium non exprimitur
putà, ſcribitur epiſcopo, debēt poni duo puncta, prius quàm po-
natur nomē eius, cui ſcribitur, ſic: epiſcopo, præpoſito, abbati, &
ſic de aliis. Vbi autē ſcribitur epiſcopo, vel abbati, debet ſemper
poni locus vnde eſt, ſic: Epiſcopo Biteren. Abbati Villæ magnæ
talis diœceſis. Similiter ſi ſcribitur epiſcopo, vel canonico maio-
ris eccleſię, ſaltem ponitur proprium nomen ciuitatis. Si vero ab
bati, vel alij clerico non maioris eccleſiæ, cuiuſcunq; eccleſiæ cle
ricus ſit in ciuitate, ſemper exprimitur nomen eccleſiæ & ciuita-
tis, ſic: abbati, vel A. canonico ſancti Pauli Narbon. Itē vbicunque
de aliquo ordine fit mētio in litera, ſemper debet præponi ordo
diœce. in qua eſt, verbi gratia, Prior de Caſſiano, ordinis S. Augu-
ſtini, diœc. Biter. Aliud aūt eſt in ciuitate, quæ debet ordini præ-
poni, hoc modo: Abbati S. Iacobi Biter. ordinis S. Auguſtini: & ſic
de ſimilibus. Item in nomine rei non ponitur Dilectus, ſed ſolū
in nomine actoris, licet ſit arg. ꝯ xv. q. vl. c. fi. in fi. & ij. q. j. multi. in
d fi.[d] Itē ſemper poni debet ciuitas, vel diœ. vnde eſt reus. Itē cùm
ſcribitur epiſcopis vel ſuperiorib. dicitur, fraternitati: vt extra, de
regula. ex parte, & de conuer. coniu. ſanè. Cum verò minorib. po
3 nitur Diſcretioni, eo. tit. accedens. † ¶ Et nota, ꝙ papa vocat epi-
ſcopos & ſuperiores, venerabiles fratres: abbates verò & inferio
res, & etiam reges. & principes, & alios inferiores barones, indif-
ferenter filios appellat: vt ext. de cri. fal. quā graui. Itē principiū &
finis ſalutationis nunquā mutantur, niſi quando ſcribit excōmu-
nicatis, quos nec fratres, nec filios appellat; ſed loco ſalutationis
& benedictionis, dicit: Spiritum conſilij ſanioris. Item ſi generale
ſit reſcriptū, derogatur ei per ſpeciale, extr. de reſcrip. c. j. & capit.
e paſtoralis[e]. Item ꝙ non eſt ibi locus inſcriptus, vbi litera fuit da-
ta, C. de contrahend. ſtipu. optimam. ij. q. viij. libellorum. in auth.
f de nup. in fi. ĵ. de inſtr. edi. §. inſtrumentū. ver. quid ſi locus[f]. Item
g ꝙ nō eſt ibi indictio, neq; data, neq; anni Domini[g], ext. de fide in
ſtr. inter dilectos. ver. ſed ſi priuil. ext. de reſc. eam te. & c. conſtitu
tus. & in aut. de nupt. in fin. Coll. iiij. xxv. q. ij. ſi quæ beneficicia. in
authent. vt nomen Impera. præpo. docu. Col. v. C. de diuer. reſcri.
l. fi. extr. de præb. dilectus filius G. Itē ꝙ eſt ibi falſa latinitas, extra.
de reſcrip. ad audientiam. j. Item excipitur, quòd duæ commiſſio
nes in eadem cauſa, ſub eadē forma. & eadem die, ad diuerſos iu-
dices, vel ſub diuerſis formis ab eodem ſunt obtentæ: vnde non
h valent. extr. de reſcrip. ex tenore[h]. & c. fin. & de offic. deleg. ca. ij.
extra. de fide inſtrumentor. imputari. niſi fortè fiat ad cautelam.
arg. ff. de bo. poſſ. ſecundū tab. l. j. Item quòd in primis literis dictū
eſt, ne valeāt ſecundæ, niſi totam rei ſeriem contineant: vnde nō
valent ſecundę, ſi hoc non contineant. ff. de leg. iij. ſi quis. in prin.
extr. de reſcrip. c. ij. extra. qui fil. ſint le. cauſam quæ. ſecundum G.
Na. Item excipitur, quòd continet diſpenſationem contra cano-
nes. xxv. q. j. cōtra ſtatuta. extr. de conſangui. & affin. quia circa. Itē
quòd non præceſſerunt monitoriæ, de quibus fit mentio in exe-
cutoriis. extr. de reſcript. ex inſinuatione. Item quòd reſcriptum
repugnantiā continet. Eſt enim ibi oppoſitio in obiecto. ad hoc
ff. de reg. iur. vbi repugnantia. xxv. q. ij. ſi ea. extr. de appel. ſolicitu
4 dinem. in fin. † ¶ Item quòd vbi debet eſſe, ſine canonico termi-
netis: apponitur, ſine debito. Nam ſi cauſa eſt ſpiritualis, & maxi-
mè matrimonialis, conſueuit apponi clauſula illa, ſine canonico
vt extra, de offic. delegat. cauſam matrimonij. in fine. & extra,
vt lit. non conteſtat. accedens. ij. in fine. extra, de reſtitut. ſpol. ex
i conqueſtione[i]. & c. ex parte. in fi. Si verò ſit ciuilis vel etiam cri-
minalis, conſueuit poni, ſine debito, &c. Veruntamen ſæpe ēt in
ſpiritualib. ponit, ſine debito: vt extr. de off. dele. cū cām. ī prin. &
de reſtit.

ADDITIONES.

a Ratione. ¶ Quia difficile eſt inuenire ver. huius §. cùm allegātur: quia nō ſunt ſicut alij ſignati: ideo de §. faciā partes octo. & durat prima vſq; ad ver. porrò. ſed q̄ ſatis cōuenit §. ſ. proximo. Secūda durat vſq; ad verſ. nunc circa. in qua tractat de clauſulis & formis in cauſis appellationū. In tertia, vbi ſuprà tractat đ formis & clauſulis circa ſententias excōicationis, vſq; ad verſiculum, circa materiam. Ibi quarta tractās prædicta circa cauſas vſurarum & pignorum. vſq; ad ver. nunc dicamus. Ibi quinta, tractās de clauſula, prouiſione, vſq; ibi, ſequitur videre. Ibi ſexta, tractans de literis cōfirmationū, priuilegiorū & vſq; ad verſiculū, nunc ad inſtructionē. Ibi ſeptima, menſes diuerſarū cauſarū & perſonarum obſeruantias in ſcribendo, vſq; ad verſicu. vt aūt. vbi exempli gratia deſcribit quinq; formas. Adde, ꝙ Plutarchus in vita Pyrrhi regis Epirotarum narrat, quòd propter ſtyli diuerſitatem cognouit literas ſibi miſſas à Lyſimacho, tanquam miſſas à Ptolemæo rege: quia non ſcriptæ erant vt conſuerant, ſcilicet Pater filio ſalutē: ſed, Ptolemæus rex Pyrrho regi ſalutem.

b Ibi. ¶ Nil ibi.

c In prin. ¶ Ibi ſoluitur, & dixi in procemio Gregorianæ cōpilationis. in prin. tamen lex illa, victor. & c. victor. nō probant, ad quod inducuntur, ſcilicet ꝙ papa ſe poſtponat: ſed probant, quòd poſtponitur p Imperatorē: ſed illud bene ꝓbatur xij. q. j. dilectiſſimis. in fi.

d ¶ Verum eſt, vt in contrariis, ꝙ qui impeditur, non per hoc reus eſt culpæ vel ſceleris, de ver. ſig. forus. ver. reus tn̄. quia vt talis impeditur, ideo dictio, talis omittitur. facit ĵ. eod. §. B. ver. item cùm epiſcopus. Ponit autem hîc autorem illum, qui impetrat, etiam, ſi ſit reus originalis, putà qui appellauit. Patet hoc de reſcriptis, dilectus. ij. de procurat. dilectus. de appellatio. dilecti. j. ij. & iij. cum ſimi.

e Paſtoralis. ¶ Ho. de hoc remittit ad §. quod cui e. tit. Et not. quòd iſte eſt de caſibus, quibus reſcriptum perditur. De his no. eo. titu. cæterū. & aliquos ibi addidi. ſunt alia reſcripta, quæ non valent à principio, quædam ipſo iure, quædam ope exceptionis: & de his omnib. miſtim proſequitur.

f Locus. ¶ Ibi dabo remiſſiouem, & ibi paulò antè remittam de in dictione.

g Domini. ¶ Ab his incipit Ho. quæ continet iſte ver. & pręcedens ver. reaſſumpſit caſus, vt ſuprà dixi.

h Tenore. ¶ Vide quòd ibi dixi ſuper j. gl. poſt princ. Adde tu, quid ſi aliquis impetrauit plures ſimiles literas, & vtatur ſecundis ante quam primis, an primarum literarum vigore poterit aliquid conſequi: & quid vigore ſecundarū, ex quo non faciunt mētionē de primis? Dicas quòd non, ſecundum do. Abb. Sic. in c. in noſtra. in iij. col. circa principium. extr. de reſcr.

i Conqueſtione. ¶ Vbi de hoc in vltima gl.

de restit. spoli. cùm ad sedem. in prin. de rescript. cām quæ. & etiā in matrimonialibus: extr. de rescrip. ex tenore. in prin. Item quòd
5 ibi nō sunt annotationes quæstoris. in auth. vt diuinæ iuſ. † ¶ Itē quòd in rescripto Apostolico inserta est clausula illa, ea, quæ de bonis eiusdem ecclesiæ alienata inueneris, studeas ad ius, & proprietatem eiusdem ecclesiæ reuocare: vt extr. de rebus eccle. alie
a nan. vel non. episcopi. in fin. [a] extr. de elec. nosti. & is, cui scribitur vult per modum inquisitionis procedere, quod fieri non potest: sed solum per formam iudicij. Et no. quòd talis potest cognoscere non solùm de proprietate, sed ēt de possessione. Nam id quod inuasum est, alienatum dicitur. Idē etiam est in formis illis, quicquid post iter arreptum, & quicquid post litem cœptam inueneris attētatum, studeas in statum legitimum reuocare. Nam in his ordine iudiciario procedendum est, & per eas procedi potest super petitorio & possessorio: quæ dic secundum papam, & not. in
b præ. ca. episcopi [b]. † ¶ Quid si scribitur alicui, quòd studeat reuo-
6 care, quæ ipse alienauit: nunquid erit iudex in causa sua? Item, nunquid seruabit iudiciarium ordinem? De hoc secundum papā
c in præ. c. nosti [c]. Posset etiam dici, quòd si prælato ecclesiæ, cuius bona alienata dicuntur, scribitur sub forma illa: studeas reuocare, non habet potestatem, nisi in notoriis, vbi non habet ordinem iudiciarium obseruare, sed sola monitione præmissa excommunicabit: vt xvj. q. j. in canonibus. De his verò quæ iudicialē cognitionem exigunt, se non intromittet, sicut nec conseruator: vt extra. de offi. deleg. statuimus. lib. vj. Si verò scribitur aliis, quàm prælato, secundum illam formam: ille bene seruabit iudiciarium ordinem, nisi in notoriis. Quidam tamen his clausulis multipliciter abutuntur. Item, quòd in rescripto continetur clausula illa vocatis, qui fuerint vocandi, super propositis, & aliis veritatem inquiras: & ipse vult, vt inquisitor, & non vt iudex, procedere: vt extrà,
7 de iudi. exhibita. † ¶ Item quòd quæstio est ciuilis, & in rescripto dicitur, causam, quam talis, &c. nā criminalis dicitur propriè causa, ciuilis verò siue pecuniaria, dicitur lis. arg. C. de transac. causas. ff. de verb. signific. litis nomen. ff. de testi. l. j. sed certè hoc non ser
d uat [d]. Quidam autem dicunt causam, dici tantùm ante litis contest. litem verò post lit. contest. arg. in auth. de litig. §. ad excludēdas, vbi dicitur, etiam si lis cœpta non sit, &c. ext. de verb. signific.
e ex parte. ii. [e] Item clausula illa, nullis literis veritati & iustitiæ præiudicantib⁹. habetur extrà, de confir. vti. vel inuti. bonæ. De clausulis, quæ in literis beneficialibus apponuntur, not. secundum pa
f pam. extr. de præsum. c. fi. [f] quæ autem hic desunt, dic vt notat. s. §. j. Porrò licet hic articulus, quo ad materiam de appellationib⁹, secundum vsum Romanæ curiæ sit plenius expeditus, j. de app. §. de offic. quoque. vers. vt autem. & seq. tamē hic aliqua secundum
8 eundem vsum super aliis annectem⁹. † ¶ Obiicitur ergo frequēter contra literas, quòd impetratæ sunt tacita veritate, vel suggesta falsitate, in qua exceptione, cum sit multum generalis, nō potest vna eademque conclusio in literis assignari. Nam potest esse quandoque peremptoria, quandoque dilatoria. Si enim aliàs fuit in causa processum, & ꝓ me lata diffinitiua sententia, nulla prouocatione suspensa, & adhuc iterum super eodem negotio aduersarius meus literas impetrat, & ego velim excipere cōtra eas, quòd sint veritate tacita impetratæ, vt pote non facta mentione de processu & sententia promulgata, non debeo hoc in vim dilatoriæ, sed perēptoriæ exceptionis proponere: vt j. de exce. §. nūc videndum. ver. hoc quoque. Debeo enim exceptionem rei iudicatæ, quæ est peremptoria, simpliciter proponere, & narrare sic.
9 ¶ FORMA. † Cùm super tali negotio, talis contra talem, ad talem, literas apostolicas impetrasset. Idem excipiendo proposuit coram eo, quòd cùm in causa ipsa pro eo esset diffinitiua lata sententia, nulla prouocatione suspensa non erat in eadem causa seu negotio eius aduersarius audiendus: & quia, &c. vt in prædi. §. de offi. quoque. ver. si autem non sit appellationi. & concluditur sic mandamus, quatenus, si est ita, reuoces in statum debitum, quicquid post appella. huiusmodi inueneris temere attentatum: alioquin partes ad priorum, &c. Idem est, si velim dicere, tacita veritate de causa, transactione, vel amicabili compositione sopita, vel tale quid suppressum, de quo si cōstaret, liqueret de negotio principali: quia in his casibus debet obseruari quod dixi de peremptoriis. in præ. versi. si autem non sit. Non enim in his omnibus, cùm per hæc obiecta tāgatur totum negotium principale, verba sunt in modum dilatoriæ proponenda, vt dicatur per rescriptum huiusmodi non debere procedi. quasi sit impetratum tacita verita
10 te. † ¶ Si verò tale quid dico suppressum, quo expresso non fuissent literæ impetratæ, : vt extra. de rescript. super literis. de quo si constaret. superesset nihilominus quæstio & cognitio super principali negotio dirimendo: talis exceptio in modum dilatoriæ ꝓponatur: puta: dicitur ab aliquo super eadem causa, iam coram ordinario vel delegato processum: & lite pendente huius veritate suppressa, impetrauit rescriptum ad delega. non possum dicere, & excipere per literas huiusmodi non debere procedi: sed me ad alium iudicem remittendum, cùm sint impetratæ tacita veritate: & si non admittar, appellabo: & erit cōclusio, prout patet j. de remis. §. sequitur. ver. porrò. & in præ. §. de offi. versicu. si igitur fori. quòd si ille nihilominus post appellationem me excommunicat sic concludetur.

¶ FORMA. Mandamus quatenus, si dictam excommunicationis sententiam post huiusmodi appellationem inueneris esse latam, denuncies eam penitùs esse nullam, ac reuocans in statum debitum, quicquid post appellationem ipsam temerè inueneris attentatum, partes ad dicti ordinarii, &c. alioquin ad ipsius deleg. &c. vt extr. de appel. ad præsentiam. & c. dilecti filij. j. & c. vt debi-
11 tus. † ¶ Illud quoque diligenter est attendendum, tam à iudice, coram quo exceptio de tacita veritate & expressa falsitate proponitur, quam ab officialib⁹ curiæ Romanæ: vt cum nititur quis impugnare rescriptum non semper & passim illum admittent, si plura. super quibus est, vel esse potest quæstio, fuerint in modum huius exceptionis obiecta. Quid eñ si impetratum fuerit rescriptū super terris & reb⁹ aliis, quas impetrator dixerat ad se pertinere: vel super debitis asseuerat sibi aliquem obligatum: poterit ne reus obiicere contra literas, dicēs: res ipsas ad aduersarium non pertinere, vel se minimè obligatum: & per hoc rescriptum suggesta falsitate, vel tacita veritate obtentum, vt per talium propositionem verborum, iudicis iurisdictionem eludat: & in causa debitus impediatur processus? certè non: imò lis esset simpliciter contestanda, & hæc postea in cognitione principalis negotij deducentur: vt extra. de lit. contest. exceptionis. libr. sexto. super quo vide j. de except. §. nunc videndum. versicu. hoc quoque notandum. & sequen. Hæc autem omnia, prout negotiorum emergentium ostenderit qualitas, melius declarantur: vt ff. de sol. ratum. extra. de dona. Apostolicæ. prope fi. vt cùm aliquid contra rescriptum obiicitur, si contingit principale negotium, vt de ipso quasi de principali supersit cognitio, & eo probato foret diffinitiua sententia proferenda: non admittatur obiiciens, si in modum exce-
12 ptionis dilatoriæ proponatur. † ¶ Est & casus in quo quis dicit se ab appellato præuentum: & obiicit literas ab eo impetratas fuisse tacita veritate. Verbi gratia: appellatum fuit à diffinitiua: appellatus præuenit appellantem, & impetrauit super confirmatione sententiæ. Si enim nimium præcurrit, possunt excipere: vt extra. de confirmat. vti. vel inuti. bonæ. & de appel. oblatæ. & infrà. de appellationib. §. nunc breuiter. versicul. licet autem. & narrabitur sic:
13 ¶ FORMA. † Cùm inter A. & B. quæstio verteretur iudex perperàm

ADDITIONES.

a In fin. ¶ Ibi de hoc, vt statim remittam.

b Episcopi. ¶ Ibi scripsi in j. gl. sumitur hoc. & de hoc s. de dele. §. fi. versic. item quòd datus. Adde, vt per Ro. consi. 343. quem sequitur Felin. in rubrica de rescri. in iij. col. versi. cæterum. & ibi latius vide. & an ille, cui commissa est causa petitorij, possit cognoscere de petitorio: vide Pau. de Cast. quòd sic, consi. 262. Vide tamē postquam videris Fel. vbi s. Ioan. An. j. in §. fi. ver. quid si indubitatè. in add. incipiente, imitatus est do. meū. & vide consilium Bald. quod ibi allegaui contra Ioan. And.

c Nosti. ¶ Vt ibi scripsi super gl. sed quid. quę est vl. vt ibi patet in fi. seq. quod dictum fuit Compostel.

d Seruatur. ¶ Et meritò: quia ferè oēs decr. quæ incipiunt. cām, cū causa. cum in causa. licet cām. loquuntur in ciuili. An verò ex simplici cōmissione cāæ, actio criminalis possit agi ciuiliter, vide s. de deleg. §. fi. ver. quid si princeps. cum suis remissionibus. Adde tu. quod verū est, ꝙ cā propriè dr̄ criminalis, & lis ciuilis: vt per iura hîc allegata, vt ēt hoc tenet expresè glo. in verbo, criminalis. in auth. de test. §. si verò qs dicatur odiosus. collat. vij. Et adde, quod dicitur, hodie nō seruatur, &c. non est inconueniens ꝙ sit assumptum hoc nomen cā, tanquam generalius, licet impropriè. Nam hoc multoties fit, vt aliquid īpropriè assumat, vt no. in c. intelligētia. extr. de ver. sig. & præsertim: quia ēt lis multoties ꝓ causa. & sic vnum pro altero. tñ hoc non tollit proprietatem vocabulorū. ideo est: quia sic vsus cōis obtinuit. arg. c. inter corporalia. extr. de transla. episcopi. cum simi. Et faciunt ad hæc, quæ dicūtur per Bald. in auth. habita. C. ne filius pro patre. vbi dicit, quòd quādo in dispositione apparet verbum lis, & verbum negotium denotatur potius causa ciuilis, quàm criminalis. Refert & sequitur Ab. Sic. in quadam sua dispu: incipiente, Gandulfus. in quinta col. circa fin.

e Ex parte. ij. ¶ Facit eo. tit. forus. In prin.

f c. fi. ¶ Et summuntur eius dicta in cle. de of. deleg. c. vno. in gl. sed nunquid.

perâm in causa procedens contra A.iniquam sentẽtiam promulgauit, à qua idem A.duxit ad sedem Apostolicam appellandum. Cumq; postmodum prædictus B. ad tales intra tempus à iure ad prosequendum appellationem concessum, cùm satis de ipso tẽpore superesset, ipsum nimium malitiosè præueniens, ac super ꝯmissione impetranda supplantare intendens contra eum, super confirmatione ipsius sententiæ, vel super hoc nostras literas impetrasset, idem A.excipiendo proposuit corã eis, quòd per huiusmodi literas veritate tacita impetratas, quæ de appellatione sua non faciebant aliquam mentionem, procedere de iure non poterãt, nec debebant: sed quia dicti iudices exceptionem huiusmodi contra iustitiam admittere denegabant: ipse sentiens indebitè se grauari, ad nostrã audientiã appellauit, & ꝯclusio erat talis: Mandamus quatenus, si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatum, iunge prædictam diffinitiuam cõfirmare, vel infirmare curetis, &c. nam reuocato, quod per istos iudices vltimos factum est post appellationem ab hoc illato grauamine interpositam, scilicet super exceptione de literis impetratis veritate tacita non admissa: debet procedi in causa appellationis interpositæ à diffinitiua, vt confirmetur, vel infirmetur, in cuius appellationis prosecutione nunc impetrans non fuit trepidus, vel remissus: alioquin remissio facienda est ad vltimos iudices, à quibus nũc vltimò fuerat appellatũ:
14 vt ĩ.de remiss.§.sequitur.†¶Nunc circa sententias excõmunicationis, & aliàs aliqua discutiamus, vnde nota quòd quando à cardinali fertur sententia excommunicationis, & petitur executioni mandari, dicitur sic:

¶FORMA. Mandamus quatenus dictam excommunicationis sententiam proindè latam, faciatis autoritate nostra, &c. Idem est etiam, quando à capellano domini papę audito, refertur in curia Romana. Idem quoque est in aliis sententiis à card. latis. Item omnes sententiæ domini papæ, siue diffinitiuæ, siue interlocutoriæ,
15 cum serico debent bullari. † ¶Item quando quis conqueritur, quòd episcopus qui non habet in eum ordinariam, vel delegatã iurisdictionem, excommunicauerit eundem, apponi debet, cuius diœce. sit impetrans: nam si est alterius diœce. planum est: si verò sit diœce. ipsius episcopi, dicat se exemptum. iij. quæst. vj. peregrina. & c. seq. xj. quæst. j. clericus. & c. sequen. Item super excommunicationib. latis ab aliis, quam ab episcopis & superiorib, vel archidiaconis, vel abbatibus in monachos suos, vel aliis ordinariis, vel à delegatis domini papæ, vel aliorum non dantur literæ super obseruatione ipsarum, vel contra ipsas non seruantes. nec peti possunt confirmari, nisi latæ sint à prædictis. Vnde si à præposito secularis ecclesiæ autoritate ordinaria in presbyterum, vel clericũ sibi subiectum excommunicationis feratur sententia, confirmatio denegatur. & si quandoque concedi contingat, non debet poni, exigente iustitia, sed exigẽtibus culpis suis: arg. tamen contrà,
16 quòd debeant confirmari. † Nam papa mandat, ꝙ sententia excommunicatiõis, vel interdicti, rationabiliter lata per plebanum sancti Pancratij in clericos vel laicos parochianos suos inuiolabiliter obseruetur, ne relaxetur sine congrua satisfactione, & absque eiusdem plebani cõscientia: vt ext. de off. ord. cùm ab eccle-
a siarum [a]. Ad idem ij. q. j. nemo. Item si delegatus excommunicat vsurarium, quia diffinitiuæ non paret: excommunicationis sentẽtia confirmari non debet, quia iudex in hoc fines mandati excedit: cùm non possit aliam pœnam infligere, quam editam in concilio Lateranensi, quæ in literis Apostolicis frequenter apponũ-
17 tur. extra. de rescript. cum dilecta. † ¶Si igitur excommunicatio petitur Apostolico munimine roborari, quæ propter contumaciam contra vsurarios lata dicitur: non sufficit simpliciter poni, propter contumaciam, nisi dicatur, quòd vocatus comparere cõtempsit contumaciter coram eo. Nam si fuisset contumax in nõ restituendo, laicus non debuisset excommunicari, seu aliàs puniri pœna contra vsurarios promulgata. extr. de vsuris. quia in om-
b nibus. & c. præterea [b]. † ¶Si autem conqueritur quis se à iudice,
18 coram quo conueniebatur, excommunicatum esse sine causa rationabili, nulla monitione præmissa, cõtra statuta concilij generalis, extr. de sentent. excommunicationis. sacro. sic concluditur.

FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, sententiam ipsam intra octo dies, post receptionem præsentium sine qualibet difficultate relaxes, in causa ratione præuia processurus, iuxta priorũ continentiam literarum: alioquin tali damus nostris literis in mãdatis, vt ipse ex tunc sufficiẽti ab eo super his, pro quibus excommunicatus habetur, cautione recepta, sententiam iuxta formam ecclesiæ relaxet eandem, vel ei iuxta formam ecclesiæ absolutionis beneficium impendat: & iniuncto ei, quod de iure fuerit iniũgendum, in causa ipsa procedat: iuxta traditã sibi formam, prouiso attentius, quòd si pro manifesta offensa dicta sententia sit prolata, nisi prius ab excommunicato sufficienter præstetur emenda nullatenus relaxetur. Hæc forma probatur extr. de rescrip. ab excommunicato. & de verb. sig. ex parte. & c. seq. & de sent. excom.
19 soler. † ¶Et scias, quòd quando quis conqueritur, quòd episcopus vel alius prælatus eum excommunicauit contra formam cõcilij generalis. non conceduntur in curia literæ, nisi prius excommunicatori scribatur. & hoc etiam est de iure: vt extr. de rescript. ab excõmunicato. extr. de sent. excom. per tuas. de offi. ord. ad reprimendam, quòd si non trahebatur in iudicium, sed ex aliqua cã se excommunicatum, & terram suam interdictam esse asserit, sic concluditur.

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, sententiam ipsam intra octo, &c. vt s̃. vsque, beneficium impendat. iunge, & relaxet sententiam interdicti: ac iniuncto, quod de iure fuerit iniungendum, audiat si quid fuerit quæstionis, & faciet quod decreuerit auctoritate nostra firmiter obseruari, prouiso, &c. vt s̃. Si autem laicus excommunicationem in eum latam, quia nõ parebat sententiæ diffinitiuæ, animo sustinuerit indurato, & supplicatur vt contra illius proteruiam congruum adhibeatur remedium, sic concludetur:

FORMA. Mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis contra præfatum laicum ad molliendum eius duritiam, vt ad ecclesiasticam veritatem redeat: & super his satisfaciat, vt tenetur: auxilium inuoces brachij secularis, cõtradictores, &c. extr. de pœ
c nis, c. si. & s̃. de off. del. §. sequitur. ver. sed nunquid potest [c]. † ¶Itẽ
20 si dicat quis simpliciter, quod P. in eum manus iniecerit violentas: sic narrabitur, & concludetur.

¶FORMA. Conquerente A. clerico, nobis innotuit, quòd talis, diœcesis talis, manus in eum iniecit violentas. Mandam⁹, quaten⁹, si est ita, dictum manuum iniectorem, vel dictum sacrilegũ tam diu appellatione remota excommunicatum publicè nuncietis, & faciatis ab omnibus arctiùs euitari, donec passo iniuriam
d satisfecerit cõpetenter [d], & donec cum vestrarum testimonio literarum ad sedem venerit apostolicam absoluendus: & tunc nõ ponitur clausula ista, testes autem. &c. extra. de sent. excom. c. de
21 cætero. † ¶Quòd si verberauerit & incarcerauerit, & aliàs iniuriatur, sic dicetur:

FORMA. Conquestus est nobis talis decanus, ꝙ A. miles, & B. & C. laici ciuitatis & diœcesis talis, eum nõ sine iniectione manuum violenta, Dei timore postposito, carceri mancipauerunt. Prӕterea E. & D. laici, diœcesis talis. super decimis, & terris, & rebus aliis iniuriantur eidem: ideoq; discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus, si de huiusmodi manuum iniectione, ac incarceratione vobis constiterit, dictos tales, appellatione remota, &c. vt s̃. proxi. vsq;, ad absoluendum. iũge, super aliis verò
22 partibus cõuocatis, &c. vt ĩ. ver. prox. in forma, petitio, &c. † ¶Si autem quis conqueretur de iniectione manuum, & incarceratione, & spoliatione, & pecuniæ extorsione pro liberatione: & quòd coactus est iurare, & fideiussores dare. & pœnã promittere, ꝙ super hoc non deponeret quæstionem: literis inde confectis sic concludas:

FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, dictum talem iurasse, scilicet, quòd iuramentum ipsum omnino relaxet, & fideiussores ab eodem tali datos ab huiusmodi fideiussione absoluat, monitione præmissa per censu. eccles. appellatione remota compellas, & iuramento relaxato eosdem dictisque fideiussoribus absolutis huiusmodi sacrilegos tam diu, &c. vt s̃. vsque, absoluendi. iũge, eos quoq; quod non obstantibus literis & pœnis eiusdem pãnos, bona & pecuniam prædictam ipsi tali cum integritate restituant: monitione præmissa, per censuram eandem vsuris cessantibus, appellatione remota, præuia ratione compellas. Sed si mulier manus violentas iniecit, non dicitur, donec cum vestrarum testimonio literarum, &c. sed donec per diœcesanum suũ absolutionis beneficium consequatur: vt extr. de sent. excom. c. mulieres. Item si monachus in alium monachum sui monasterij manus violentas iniecit: tunc dicitur, donec per abbatem suum, &c. Si verò in monachum alterius monasterij, dicitur, donec per abbatem iniuriam passi, &c. vt eod. ti. cũ illorũ. Item si monachus verberatus dicatur: conqueritur abbas & conuentus, vt eod. titul. porrò. & non dicetur tunc, donec iniuriam passo satisfecerit: sed donec

super

ADDITIONES.

a Ecclesiarum. ¶Ibi scribit episcopo. & est litera iustitiæ: confirmatoria verò dirigitur parti: vt patet ĩ. ver. sequitur.

b Præterea. ¶Vide quod ibi scripsi de vsuris, clerici. super glo. s̃. eodem. quia.

c Potest. ¶Et ibi remissi. dedi.

d Competenter. ¶Statim sequentur casus, quibus clausula ista non ponitur.

ſuper his ſatisfecerit competenter. Item ſi monachus clericum
verberauerit, dicetur: donec ſuper his ſatisfecerit competenter,
& abſolutionis debitæ obtinere beneficium mereatur:vt in præ.
23 c.cùm iliorũ.† ¶Item cùm epiſcopus dicitur inieciſſe manus in
perſonam eccleſiaſticam,vel dicitur excommunicatus celebraſ-
ſe diuina,concluditur ſic in communi forma.

¶FORMA.Mandamus,quatenus,partibus conuocatis:nec de
a bet tunc dici,venerabilis frater noſter:ſed tantùm,talis epiſcopꝰ[a].
24 † ¶Circa materiam vſurarũ verò & pignorum,notandũ eſt,ꝙ ſi
rector alicuius eccleſiæ conqueritur,quòd res ad eandem eccleſi
am pertinentes,detinentur titulo pignoris obligatæ ; de quibus
eſt vltra ſortem perceptum,non debet dici, attentius prouiſurus,
quòd dictus conquerens.&c.eò quòd perſonę delictum in eccle
ſiæ damnũ non debeat redundare.xvj.q. vj. ſi epiſcopus.extra.de
except. cũ venerabilis. ¶Si verò iuramentum dicatur extortum
de non repetendis vſuris,vt extr.de iureiur.debitores. & c.ad no
ſtram.1.2.& 3.ſic narrabitur.

¶FORMA.Ad audientiam noſtram noueris perueniſſe,quòd
B.ciuis Seneñ.ab M.multa extorſit,& adhuc extorquere nititur p
vſurariam prauitatem: de ſoluendis vſuris & non repetendis eiſ-
dem,extorto ab eodem nihilominus iuramento:mãdamus,qua-
tenus,ſi eſt ita, dictum vſurarium, vt huiuſmodi iuramentum re-
laxet,mo.præ.per cẽ.eccleſ.& vt ſua ſorte contentus dicto M. ſic
extorta reſtituat per pœnam in Lateraũ. concilio contra vſurari
os editam,appellatione remota compellas,attentiùs prouiſurus,
ne auctoritate noſtra in negotio procedas eodem: niſi conque-
rens reſtituerit,vel adhuc reſtituat,ſi quas aliquando ipſe, vel pa-
ter ſuus extorſit vſuras:cùm ei legis auxilium ſuffragari nõ debe-
at,qui committit in legem:vel cùm fruſtra legis inuocet auxiliũ
qui cõmittit in legem.Teſtes autem,&c.extr.de vſuris,quia fru-
tra.& c.Michael.Et eſt notandum, quòd in huiuſmodi forma nõ
b debet poni hoc participium , conquerens , in aliquo caſu ſuo[b].
¶Item ſi dicatur,à P.quõdam patre ſuo,ſequi debet,cuius hæres
exiſtit, multa extorſit, & c. tunc dicitur , attentius prouiſurus, ne
&c. Si quas ipſe, vel eius pater, extorſit vſuras: & hoc dicitur de
quocunque,cui tanquam in re ſua actor ſuccedit: vt probatur in
præd.c.Michael.Item ſi dicatur, quòd quondam B. ab eius patre,
fratre , vel alio , cuius hæres exiſtit, multa extorſit per vſurariam
prauitatem,ſequitur:ſed R.filius.vel nepos eius de perceptis vſu
ris ſatisfacere contradicit, licet ad eum huiuſmodi lucra perue-
nerint vſurarum.Si tamen repetit vſuras, quas aliquis ab epiſco-
po fratre ſuo noſcitur extorſiſſe, non poteſt dici,cuius hæres exi
25 ſtit.† ¶Eò quòd frater impropriè dicitur hæres epiſcopi.ext.de
pœnis,c.ij.de teſta.relatum.& de ſuc.ab inte.cap.j.& ij.Item con-
tra Iudæos dicitur , quòd graues & immoderatas extorſerunt ab
eo,& adhuc extorquere nitũtur vſuras. Mandamus,quatenus,ſi
eſt ita,præfatos Iudæos.vt de immoderato grauamine ſatisfaciãt
& de cæterò abſtineant ab eodem,per pœnam in generali conci
lio contra Iudæos vſurarios editam,vel per ſubtractionem com
munionis fidelium appellatione remota compellas: à qua fide-
les quoſlibet per cenſuras eccleſia.volumus cohiberi.extr.de Iu
c dæis,poſt miſerabilem[c].Et non ponitur tunc,attentius:ſed teſtes
autem,&c.apponitur.¶Item ſi Iudæi tenẽt aliquas poſſeſſiones,
vel domos,de quibus eccleſiæ conſueuerunt recipere decimas à
fidelibus,ante quàm perueniſſent ad ipſos:dicitur ſic:Mandamus
quatenus,ſi eſt ita,dictos Iudæos,vt eidem eccleſiæ de poſſeſſio-
nib.ipſis decimas,vt tenentur,perſoluant,per ſubtractionem cõ-
munionis fidelium:ad quod Chriſtianos,ſi neceſſe fuerit,cõpel-
li volumus,& mandamus,quatenus appellatione poſtpoſita cõ-
d pellatis,argumen.extr.de decimis, commiſſum[d]. † ¶Itẽ cùm de
26 vſuris & aliis rebꝰ agitur,ſemper præponi debet de vſuris. Vnde
primò ponẽnum eſt de pignoribus: ſecundò de vſuris: tertiò de
terris & rebus aliis. Nec dicatur tunc,aliàs iniurioſi exiſtẽtes,&c.
niſi dicatur, ſuper quibus. ¶ Item cùm de vſuris præmittitur. &
ſequitur,quòd ſuper hoc iniuriatur,ſic narrabitur.

¶F O R M A. Petro laico accepimus conquerente,quòd
S. presbyter , T. miles , & quidam alij clerici ciuitatis & diœceſ.
talis multa extorſerunt. & adhuc extorquere nituntur ab eo per
vſurariam prauitatem: idem quoque & quidam alij earundem ci
uitatis & diœce.ſuper terris,vineis,& rebus aliis iniuriantur eidẽ.
& ſic concludetur:Mandamus,quatenus,ſi de huiuſmodi extor-
ſione vſurarum tibi conſtiterit,dictos vſurarios,vt ſua ſorte con-
tenti,ſic extorta reſtituant,& ab vſurarum extorſione, vel exacti
one deſiſtant,clericos monitione præmiſſa per cen.eccle.laicos
verò per pœnam in Lateran. concilio contra vſurarios editam,
&c.vt ſ.vſque,committit in legem.iunge,ſuper alijs verò parti-
bus conuocatis,audias cauſam: & appellatione remota debito fi
ne decidas:faciens, &c.vſque, obſeruari. Et idem eſt, cùm de pi-
gnoribus,vel etiam de manuum iniectione præmittitur,& ſequi
tur,quòd ſuper aliis iniuriatur:vt ſ.ver.proxi.in forma illa,Con-
queſtus eſt:quia tũc debet poni clauſula illa,ſuper aliis verò, &c.
Si autem nihil in narratione ſequitur: tunc dicta clauſula in con-
cluſione non ſequatur.Item ſi in præmiſſis caſibus de eiſdem per
ſonis tantùm conqueritur impetrãs, tunc debet ſequi dicta clau
ſula,ſuper aliis verò audias cauſam.Si verò de aliis,vel de eiſdem
& aliis conqueritur:& ſequitur,ſuper aliis verò partibus conuo-
catis , &c.Item ſi clerici & laici conueniuntur ſuper vſuris & pi-
gnoribus,debet dici:Mandamus,quatenus,ſi eſt ita,dictos pigno
rum detentores,vel dictos vſurarios clericos,videlicet monitio
ne præmiſſa,&c.ext.e.c.quia.& c.præterea,& ſi in hmõi literis de
aliis grauaminib.inſerat̃.debet ſubdi: ſuper aliis verò cãm audia-
27 tis,& quod canonicum fuerit,&c.vt ſ.ver.proxi.† ¶Sed notan-
dum eſt,quòd ſi laicus impetret contra laicum ſuper vſuris extra
terras Rom.eccleſiæ proprias,non additur in narratione illa clau
ſula,præterea.vel,idem quoque.& quidam alij ſuper terris &c.Si
verò dicatur , quòd vnus receperit vſuras , & alius iniuriatur ſu-
per terris & rebus aliis, tunc poni debet: Super aliis verò, partibꝰ
conuocatis,&c.quando enim dicitur in narratione,præterea.vel
Idem quoque.&,quidam alij ſuper terris,&c.debet in concluſio
ne ſequi,Super aliis verò partibus conuocatis. Si autem non di-
catur in narratione,& quidam alij dicetur in concluſione tantũ,
ſuper aliis verò cauſam audias,&c.nec dicetur,partibus conuoca
tis.Item licet in literis contra vſurarios ponatur,attentius proui
ſurus,ne auctoritate noſtra,&c.tamen cùm ſcribitur pro epiſco-
po,vel collegio,vel eccleſiæ nomine,non debet poni: quia deli-
ctum perſonæ,&c.vt ſ.nec etiam,ſi conqueratur aliquis de Iudæ
e is[e].Item cùm ſuper debitis,vel ſumma pecuniæ,ſcribitur pro la-
icis,poni debet in cõcluſione poſt verba illa,appellatione remo-
ta vſuris ceſſantibus.Si verò pro epiſcopo, vel alio magno præla
to,ſiue nomine eccleſiæ,aut pro collegio,vel pro aliquibus reli-
gioſis,vel pro aliquo de curia Romana,non debet poni:quia iu-
ra pro eis,non contra eos,præſumunt,extr.de præſum.cùm in iu
uentute.& extr.de no.ope.nun.cùm ex iniuncto. Item ſi dicatur
in narratione,& adhuc extorquere nituntur:dicetur in concluſi-
one,& ab vſurarum exactione deſiſtant. Si verò illud in narratio
ne non ponitur,nec hoc in cõcluſione ſequatur.Itẽ ſi ſuper vſu-
ris agatur contra nobilem, & poſtea ſequatur. Idem quoque, &
alij,& cæter. in concluſione ponetur clauſula illa, prouiſo, ne in
terram, &c.quæ eſt infrà.ver.prox.extr.de ſponſa.non eſt nobis.
Item ſi quis conqueritur de clerico,pro quo fideiuſſit pro aliqua
ſumma pecuniæ,nec eum vult ſeruare indemnem ab huiuſmodi
obligatione:nõ ponitur in hac forma,vbi de pecunia agitur clau
28 ſula illa,vſuris ceſſantibus,ext.de fideiuſſoribus,c.2.† ¶Nunc di
camus,quãdo hæc dictio,prouiſo, debet in literis apoſtolicis ap-
f poni[f].Et quidẽ in literis obtentis contra nobiles,ſeu balliuos,vel
caſtellanos,maiores iuratos, poteſtates, & communia, poni de-
g bet hæc clauſula[g],prouiſo,ne in terram.vel vniuerſitatem,de ta
li loco excommunicationis vel interdicti ſententiam proferas,
niſi à nobis ſuper hoc mandatum receperit ſpeciale,extr.de ſent.
excom.c.Romana.§.fi.Item cùm dicitur,quòd nobilis vir A.& M.
eius vxor.debet in fine dici,prouiſo,ne in terram dicti nobilis &
vxoris eiꝰ excommunicationis,&c. Aliàs autem erit litera reſcri-
benda,extr.de ſpon.nõ eſt nobilis.extr.de poſtul.præl.c.j.¶Item
quoties agitur ſuper cenſibus contra clericos,dicitur,Prouiſo ta
mẽ,ne pẽſio ipſis cõtra ſtatuta Lateran.cõcilij ſit impoſita,vel ad
aucta.Nec poſſunt haberi literæ ſimul ꝯ clericos & laicos:qa hęc
clauſula non datur contra laicos. Et idem eſt in penſionibus.ex-
tra.de cenſibus,prohibemus.& capitul. ſignificauit. extra.de pa-
ctis, cùm clerici.& de reſcriptis. ad audientiam. Item cùm archi-
diacono, vel rectori eccleſiæ , vel alicui alij perſonæ conceditur
audire theologiam , dicitur ſic : Prouiſo , ne in fraudem conſti-
tutionis ipſius aliquid attentetur: & quòd dictus talis interim ei-
dem

A D D I T I O N E S.

a Epiſcopus. ¶Simile ſ.eo.§.poſt prin.ver.item in nomine.
b Suo. ¶De caſu declinationis loquitur, ſcilicet nominatiuo, ge-
nitiuo datiuo, &c. & ſic fit de ceremoniis, & obſeruantiis ſtili: ꝙ
clauſula ponatur per participium:vt iacet in decr.Michael.
c Miſerabilem. ¶& c.quanto.
d Commiſſum. ¶Non egebat argumento : quia textus eſt in præ,
c.quanto.in fi.
e Iudæis. ¶Vt dixerat ſuprà ver.item contra Iudæos.
f Apponi. ¶Hodie per extrauag. Bonifac. prouiſum eſt per ordi-
narios,vel delegatos pro pecuniario debito generale interdictũ
ferri non poſſe. quod dic, vt in ſua extrauagan. prouidè atten-
dentes.
g Clauſula. ¶Quandoque omittitur hæc clauſula in literis contra
vniuerſitatem,quæ aliàs coerceri non poſſet: vt ſcripſi eod. tit.c.
2.ſuper v. gl.lib.vj.

dem ecclesiæ per idoneum vicarium faciat deseruiri. Si verò sit decanus,dicatur:Ecclesiæ in decanatus officio,&c.extra,de præben.licet.de priuil.super specula.quæ est constitutio, de qua hîc fit mentio.Item cùm conceditur præmissis,si cruce signati sunt, percipere fructus suos ecclesiasticos:vt extra.de voto.ca.fin. ponitur.Prouiso,quòd eidem ecclesiæ,&c.vt suprà.Si verò canonicus vult audire Theologiam,tunc tantum ponitur: Prouiso, ne in fraudem, &c.Item cùm scribitur ꝯtra vsurarios:ponitur:prouiso,vel,attentiùs prouisurus,vt suprà sub versi.circa.Item pro excommunicatis ꝯtra formam concilij generalis,dicitur sic:Prouiso,attentius,&c.vt in eodem versi.ibi, si autem cōqueritur quis, Item ponitur,prouiso:in casu posito infrà ver.proximo,ibi,quā-
29 do confirmari,&c.† ¶Sequitur videre de confirmationibus. & priuilegijs. Et scias, quòd confirmatio,sicut iustè,&c.conceditur in hac forma.

¶FORMA.Iustis petentium,&c.vsque,ꝯplere ea propter,&c. vsque,assensu:iunge, ecclesiam talem cum pertinentiis suis quia nobis venerabilis frater episcopus talis,capituli sui accedente ꝯsensu,ꝯcessit,sicut eam iustè ac pacificè possidetis,vobis,& ꝑ vos plebi vestra auctoritate apostolica confirmamus,&c.Nulli ergo
30 &c.ext.de confir.vti,vel inuti.examinata.† ¶Confirmatio verò ex certa scientia fit hoc modo.

¶FORMA.Quoties à nobis petitur, quod religioni & honestati conuenire dignoscitur,animo nos decet libenti concedere, ac petentium desideriis congruum suffragium impartiri.Cùm igitur dilectus filius talis capellanus noster, de mandato nostro dederit,tradiderit,permutauerit,trāstulerit & concesserit in perpetuum monasterio vestro monasterium sancti Crispoliti, talis diœcesis,cum omnib.ecclesiis,pessessionibus, iuribus & pertinentiis, quocunque modo, vel iure ad dictum monasterium sancti Crispoliti spectantibus,tam in capite,quàm in membris:talis episcopi & ecclesiæ iure saluo,pro permutatione, seu concessione ecclesiæ talis,quam monasterio tali fecistis, prout in instrumento exinde confecto perspeximus pleniùs contineri:nos ꝯcessionem seu permutationem eandem ratam & gratam habentes, ipsam auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus,tenorem instrumenti prædicti præsentibus ad cautelam de verbo ad verbum inseri facientes:qui talis est, &c.Nulli ergo,&c.extr.de confir.vtil.vel inutil.ca.penult.

31 † Et nota, ꝙ decimæ ꝯcessæ à laico cum consensu diœcesani alij ecclesiæ,quàm cui pertinent,non ꝯfirmantur:ext.de his,quæ fiunt à prælat.sine cons.ca.cùm apostolica. Item ecclesiæ regulares,vel monasteria,vel prioratus ecclesiarum regularium,non ꝯfirmantur,extr.de confirma.vti.vel inuti.ad nostram,& ca.seq. Item nunquam datur confirmatio beneficij in monasterio obtēti,extra. de sta.mo.ea quæ. Item præstimonia Hispanorum non
32 confirmantur:quia conferentes ea possunt reuocare. † ¶Item super numero vnico,vel binario , non datur confirmatio , quòd videlicet sit tantùm vnus, vel duo clerici , vel canonici in ecclesia.Item quoties villa,pecunia,fundus,domus , seu vinea clerico petitur confirmari,debet ibi poni,quo ad vixeris. nam aliàs non confirmatur huiusmodi. Item quando confirmantur ecclesiæ in proprios vsus,ponitur,Prouisis,vt in ecclesiis ipsis ꝑ idoneos vicarios seruiatur.Item in confirmatione de ecclesiis in vsus proprios retinendis,ponitur hæc clausula.ita tamen,quòd perpetuo vicario , qui pro tempore seruiet in eadem , ad sustentationem suam,& subeunda episcopalia & ecclesiæ onera,congrua portio de ipsis prouentibus relinquatur:extr.de sup.neg.præ.c. 2. extra. de præb.de monach. Item nunquam dantur literæ personæ contra vicarium,quòd tantùm de bonis , &c.sed econuersò vicario contra personam,sicut quidam dicunt, vt in præ.concord. Item nunquam datur forma illa, debita sibi seruitia facere contradicit, nisi aliqua specificentur. ¶Quandoque verò vidimus talem formam: ¶FORMA.Conquesti sunt nobis talis Abbas & conuentus , quòd tales eorum homines se ab ipsorum dominio subtrahere temerè molientes,eis debita & consueta seruitia contra iustitiam denegant exhibere:aliàs super quadam pecuniæ summa, &c.Item nunquam debet poni in genere super iuribus episcopalibus,vel archidiaconalibus,nisi vnum specificetur. Arg.tamen ꝯtrà ext de of.or.conquerente.

22 †¶Quid de illis, qui se post datam literarum opposuerunt, vel qui de nouo se opponere volunt?Dicunt quidam,quòd per literas tales non poteris eos citare: quia data literarum inspici debet propter verbum Opponunt,quod est ibi,quòd est præsentis temporis:extrà de rescri.eam te.Alij dicunt,& hoc verius videtur secundum mentem scribentis,quòd omnes contradictores, & ante datam & post,& cum modo prædicto,scilicet si volunt,& sine
23 modo,citare potes:†quia præsens confusum,præsentis non tenet vsum.Et si dicatur,Ergo si citator debet citare,quos vult actor,multi poterunt fatigari iniustè:Respondeo, hoc non procedit:quia etiam papa, si nominasset ei multos, eos citasset.Itē quia iudex condemnabit actorem in expensis,si eis comparentib⁹ nō appareat iusta causa citationis: & etiam eis non comparentibus, non condemnabuntur statim ad expensas,vel ad aliud:imò summaria cognitione& iuramento de calumnia præmissis:aliàs non. Item nota,quòd ipse citator moderabitur,qui,& quot sint citandi:sicut & delegatus moderaretur,extra.de rescri.super literis.ad fi.Et sunt hæc contra quosdam delegatos,qui sic scribunt aliquibus:Mandamus vobis,quatenus citetis eos, quos talis vobis duxerit nominandos. Ex quo multas vexatione, & redemptiones sequi vidimus,contra quos dominus S.ti.sanctæ ecclesiæ presbyter,cardinalis,in regno Franciæ apostolicæ sedis legatus, nup in concilio Bituricen. in quo interfuimus, per suam constitutionē remedium adhibuit optimum.Papa no.ext.de rescr.cùm in multis.quòd si dicatur in literis, Cita illos, quos tibi talis nominauerit,non poterit ille citare vltra quatuor.Idem etiam dicit.si in litera dicitur, Cita omnes, qui ei contradixerint: vel, qui eum super
d tali re molestauerint[d].Vtrùm cōtra talem citationem possit aliquid probari,not.extr.de elect.bonæ.j.ca. cùm dilecti. & de testi.
24 cùm à nobis.C.de relat.l.j.in fi.C.de appel.quoniam.in fi.†¶Postremò notādum est,quòd si superior,ad quem causa remissa est citet appellantem in causa principali,non facta mentione de appellatione,sufficit illi mittere excusatorem,dicentem,quòd citatio super principali facta non tenet, vel quòd superior non potest in ea procedere,quia appellatum est:& quòd intendit prosequi appellationem.Sed si transisset tempus prosequendæ appellationis,tunc bene teneret citatio facta super principali negotio, tam à delegāte, quàm à delegato. Alij tamen aliter dicunt. Hoc
e prosequere,secundum Papam,prout no.extr.de aecu.c.fi.[e]

ADDITIONES.

a §.fi.¶& ff.de statu liber.l.si peculium.§.j.Adde,ꝙ Bar.in l.liber homo.§.j.ff.de verbo,oblig.tenet, quod citatio sit nulla, in qua non est dies certa,vel terminus certus: vnde ibi Ang.quē refert & sequitur Paul.de Cast.dicit,ꝙ opinio Bar.est vera,quantum ad hęc vt possit fieri aliquod præiudicium citato ad instantiā partis aduersæ:& opinio Spe.est vera,quantū ad hoc,vt possit puniri de contemptu citatus,si nō cōparet:alleg.pro i.parte l.ij.C.vbi in rē act. & l.fi.de iure dot.de quo vide Pau.de Cast.consi.lij.& plenissimè per Præpositū sancti Ambrosij,in c.cùm parati.extrà de app. Adde tu,quòd citatio non habens expressum tempus,valet:Bald.in l.circa.ff.de hæred.instit.

ADDITIO.Circa id q̄d tenet Bar.in l.liber homo. §.j.s̄.alleg.ꝙ citatio non continens diem,in qua citatus cōparere debeat,tanquam obscura,n̄ tenet:vide copiosè ibi per Alex.vbi reiecta cōcordia Ang.dicit opin.Spec.indistinctè esse veram:& respondet ad iura allegata in cōtrarium:de quo etiam per Cano. in c.eos. de sent.exc.in vi.& in c.cùm parati.de app.sed pro opi.Bar. vide do. Ias.in d.§.j.in fi.Hen.Ferran.

b c.j.¶Ad hoc de appel.cùm parati.& ibi satis scripsi in vlt.gl.
c Contra.¶Vide post eum & Host.plenè scripsi de exce. dilecti.in gl.2.per quam aliquid de inferioribus melius intelliges.
d Molestauerint.¶Tu dic contrà,vt ibi super v.gl.
e c.fi.¶Quæ vide j.§.fi.ver.quid si altera.

SVMMARIVM.

1 *Citatio qualiter fit per literas facta,vel facienda.*
Literalis citatio cuiuslibet iudicis,quæ continere debeat.
2 *Literæ delegati debent continere de verbo ad verbum tenorem commissionis.*
3 *Ordinarius citare potest per literas duobus modis.*
4 *Forma citationis,vbi ipse idem ordinarius citat,quæ esse debeat.*
5 *Forma citationis,vbi ordinarius alteri committit ipsam citationem,quæ sit.*
6 *Laici citatio,si alteri committatur ab ordinario,sub qua forma debeat fieri.*
7 *Peremptoria non debet fieri citatio,cùm vna tantùm facta fuerit.*
8 *Citator qualiter se habere debeat in citationibus diuersarum personarum.*
9 *In actu iudiciali an vni soli citatori credendum sit.*
10 *Delegatus citans per literas,qua forma vti debeat.*
11 *Clausula necessariæ apponi in literis citatorijs delegati,quæ sint.*
12 *Citatio à pluribus delegatis qualiter sit facienda.*
13 *Sigillum iudicis proprium,non alienum,debet literis citationis debitè formatis apponi.*
14 *Apponens suum sigillum literis citationis, debet in eadem dicere se illud apposuisse:aliàs nulla sufficit protestatio.*
15 *Citatio plurium delegatorum facta vno delegato absente,nec se excusante, an teneat.*
16 *Sententia lata à iudice,nulla præcedente delegatione,an per ratihabitionem ordinarij confirmabitur.*
17 *Is,cui committitur citatio facienda.si nolit citare, nisi fiat ei copia iurisdictionis, an tunc sufficiat tenorem rescripti apostolici in literis citationis inseri, aut necesse sit originale ostendi.*
18 *Delegato mandante alicui vt denunciet talem excommunicatum, qualiter sit procedendum.*
19 *Iudex mandans alicui,quòd veniat die tali,vel quod talē citet,aliàs nouerit se excommunicatum,an non veniens,nec citans,sit excommunicatus.*
20 *Citatus sub pœna excommunicationis,an non veniens, & habens iustam causam non veniendi,sit excommunicatus.*

5.§.Iam de citatione,quæ fit per viuam vocem,aliqua edocuimus:restat ergo,vt de ea,q̄ fit per literas,pertractemus.Ad cuius rei euidentiam illud prænotandum est,ꝙ Iudicum alij sunt ordinarij:alij delegati:alij auditores:de quorum singulis aliqua clarioris doctrinæ gratia perstringamus. Quòd autē quis possit citari per literas,probatur extr.de offi.deleg.prudentiam.circa prin.ibi,literatoriæ.&c.& c.ex literis. 18.dist.si episcop⁹. 4.q.5.quisquis.& 5.q.2.vocatio.& q.3.si ægrotās.extrà de temp. ordin.nec episcopi.C.quomodo & quando iud. consentaneum.
1 s̄.§.proximo.†¶Illud quoque regulariter sciendum est[a], quòd
a cuiuslibet iudicis literalis citatio cōtinere debet, quis citat,& ei⁹ nomē & cognomen, quem, & super quo ,vbi,& ad quem diem, & ad cuius instantiam citat:&quod per se,vel legitimum responsalem & idoneum ad causam sufficienter instructum,compareat & an peremptoriè,vel nō. Et quādo precipitur alicui, quod citet aliquem,litera commissionis debet continere præmissa,& quòd committentē per suam literam,aut per publicum instrumentum
b super hoc certificet,& clarè,non obscurè fiat[b].Hæc omnia probantur ext.de dolo & cont.c.fi.& c.cùm causam,de in integ.rest. tum ex literis,ad fi.C.qui ac.non pos. qui crimen.ff.de no.op.nū.
2 l.pupillo.§.qui opus.ff.quod vi,aut clàm,l.at qui.in prin.†¶Cæterùm literę delegati debent etiam continere de verbo ad verbū tenorē commissionis:vt reus,qui citatur,sciat quis,& qua auctoritate citat:vt prædixi,& s̄.prox.versi.vel distingue.Hoc quoque
c notandum est,secundum T.[c] quòd ipsemet iudex,qui reum citat
d ad causam,cognoscere debet[d],an sua sit iurisdictio:vt ff.de iud.si quis ex aliena.ff.ad mu,l.pen.extrà de rescri.super literis.& c.dile
e ctus.secus si fuerit recusat⁹,vt s̄.in tit.de recu.diximus.[e] ¶Primò igitur de citationibus literalibus ordinariorum videamus. Et est
3 sciendum,†quòd ipsi duob.modis citāt per literas.nam quandoque di

ADDITIONES.

a Sciendum est.¶Secundum Vbert,de Bob.vbi s̄.in fi. eius tamen verba ampliat autor:bene tamen inducebat tres leges hîc in fin. allegatas.
b Fiat.¶Ponitur forma j̄.§.proxi.ver.si verò.ibi,dicit autem,&c.
c Secundum T.¶vbi s̄.ver.& nota.
d Debet.¶Sup.& pronunciare,vt dixi §.j.ad fin.super ver.item generaliter.
e Diximus.¶Et no.de app.solicitudinem.in gl.sed quare.in fin.

que dirigunt literas eis, quos vocant. & hoc in clericis. Quandoque verò committunt alicui, qui eos citet, & hoc in laicis, qui ne sciunt legere, vt ff. de requir. reis, l. j. §. prędides. Si tamen fieret ecõ trà, non ideo minus citatio teneret: vt extrà de dolo & contum. c. fi. in fi. vbi clericus citatur per alium: & etiam laico quandoque literę citatorię destinantur: argum. extr. vt lite non contest. accedens. ij. licet tutius sit citationem fieri per alium, ne citatus citationem occultet: sed tamen is, ad cuius instantiam fit, de præsentatione citationis debet ad cautelam facere fieri instrumẽtum, ne
4 ille possit se fuisse citatum negare. † Si igitur ipse idem citat, hæc erit forma citationis: ¶FORMA. G. permissione diuina, sanctæ Narbon. ecclesiæ archiepiscopus, dilecto in Christo tali, &c. salutem in domino. Querelam C. clerici recepimus, continentem, quòd cùm ecclesiam talem idẽ clericus ex nostra collatione diutius possedisset, tu eum absque causa rationabili pro voluntatis libito post appellationem ad nos interpositã temerè spoliasti, eiusdem ecclesię possessioni de facto incumbens: ideoque tibi districtè præcipiendo mandamus, quatenus (si est ita) intra spatium octo dierum post receptionem præsentium prefatam ecclesiam cum fructib⁹ medii temporis eidem restituere non omittas. Alioquin si de iure confidis, tali die, quam tibi peremptoriam assignam⁹, coram nobis per te, vel per procuratorem idoneum sufficienter instructum ad causam, coram nobis in tali loco compareas, eidem clerico de iustitia responsurus: sciturus, quòd si in pręfixo termino comparere neglexeris, nos in dicto negotio, quantum de iure poterimus, procedemus. Quòd si terminus præstitutus in diem inciderit feriatam, sequenti die non feriata, quam tibi peremptoriam assignamus, studeas comparere. in cuius rei testimonium præsentes literas sigilli nostri munimine fecimus cõ muniri. Hæc forma probatur extr. de in integr. rest. tum ex literis. in fi. extr. de do. & cont. c. fi.

5 †¶Si verò alteri citatio committatur, hec erit forma: FORMA. Gul. permissione. &c. tali salutem. Querelam T. clerici accepim⁹, &c. vt s. vsque Mandamus, quatenus. verbis secundæ personæ in tertiam decẽter mutatis: iunge, dictum clericum ex parte nostra monere & inducere curetis. quod si est ita. eidem T. prefatam ecclesiam restituere non moretur: alioquin peremptoriè iniungatis eidem, quòd tali die coram nobis, &c. vt s. verbis. vt dixi, mutatis. Hæc probantur extra. de offi. delega. ex literis. ¶Sed & vtrunque potest simul fieri, scilicet vt ipse citet, & etiam faciat per alium citari. retenta enim tota prima forma vsq; ad verbum, procedemus. iungatur sic: FORMA. Nos quoque nihilominus tali damus nostris literis mandatis, vt & ipse T. ad eundem terminũ auctoritate nostra, iuxta præmissam formã, peremptoriè citare procuret: quòd si non poterit inueniri: facias vt citationis edictum p se, vel per alium, apud ecclesiam tuam publicè proponatur. Hæc clausula ponitur extr. de do. & cont. c. fi.

6 ¶Porro [a] si committatur laici citatio, hæc erit forma:
a FORMA. Gul. dei gratia, &c. salutem. Sua nobis H. lacrymosa quæstione monstrauit, quòd licet I. eius vir. secum matrimoniũ contraxerit per verba de præsenti, carnisq; copula interuenerit inter eos, ac pannos plures eidem, velut vxori legitimæ, affectu adhæserit coniugali: nunc tamen, Dei timore postposito, à suo consortio abiecit eandẽ: nec erubescit cuidam superinductæ publicè adhærere: ideoq; discretioni tuæ præsentiũ auctoritate mãdamus, quatenus, si est ita, præfatum I. ex parte nostra monere ac inducere procures, vt muliere superinducta, vel cui adhæret, omnino dimissa præfatam H. vxorem suam recipiat, & eam maritali affectione pertractet: alioquin auctoritate nostra iniungas eidem vt tali die per se, vel procuratorem idoneum, peremptoriè compareat coram nobis: alioquin contra ipsum procedere curabim⁹ quantum postulauerit ordo iuris. Quòd si terminus, &c. vt s. extr. de spon. ex parte A. & c. veniens. i. extr. de of. ord. significauit. Vel dic, quòd si non fecerit, tu autoritate nostra fretus eum, & super inductam excommunicationis studeas vinculo innodare, facies eos, tanquam excommunicatos, ab omnibus vestræ diœcesis ar
7 ctiùs euitari. †¶Sed præmissis opponitur, quia cùm vna tantùm citatio facta fuerit, non debet fieri peremptoria: de hoc s. §. viso. ver. item peremptorium. Vnde si velis hanc vitare obiectionem poteris concipere sub hac forma: FORMA. Gu. &cæt. vt s. proxi. vsque, compareat coram nobis. iunge, & si tunc non venerit, veniat tali die: quòd si nec tunc venire curauerit, veniat tali die, quam sibi peremptoriam assignamus. Multi quidem vtuntur hac forma, vt probatur extra. de testib. cogend. capi. ii. Et hæc forma frequentatur in his, quorum præsentia de facili haberi non potest, & de hac s. §. viso. versic. sed quid si. Caueat tamen is, qui sub hac forma citat, vt inter vnam diem & alteram sint competentia interualla, nisi facti necessitas aliud suadeat: s. §. viso, versi. j. & versicu. item dicunt. Literis autem huiusmodi sigillatis, actor eas statim recipiat, & in actis redigi faciat ad cautelam: deinde deferat ad citatorem, vel ad eum, qui per literas ipsas citatur: in quarum præsentatione eum cautum esse oportet, ne sigillum frangatur, vel cadat: & vt præsente notario eas porrigat eidem, vel etiam ipsi citato: cùm eidem scribitur sub præscripta forma: de qua præsentatione habeat testes, vel confici faciat publicum instrumentum, C. de annal. except. vt perfectiùs. extra. de probat. quoniam contra. Cuius tenor talis erit: ¶FORMA. In nomine, &c. Anno, &c. talis præsentauit & dedit tali quandam literã apertam in mei notarii præsentia & testium subscriptorum, ex parte talis iudicis à sede apostolica delegati: sigillatam vero sigillo & integro, in cuius circulo erant tales literæ, & intra circulum tale signum, supplicans instanter eidem, vt citare deberet reum, iuxta traditam sibi formã. Tenor autem prædictæ literæ erat talis: Guil. &c. tali salutem, &c. & toto tenore inserto. Notarium in fine subiungat: Acta fuerunt hæc tali die & loco, presentibus talibus: & ego talis, tali auctoritate notarius, præsentationi dictarum literarum interfui, & hoc ad præsentatoris instantiam in scriptis redegi, & publicaui, & meo signo signaui. Hanc formam. etiam vide suprà de im
8 pug. rescri. §. primo. †¶Porrò citator receptis & perlectis literis, si citandus est aliàs eius subditus, eum ad suam aduocet præsentiam. Si verò non est eius subditus, vel est magna persona, ipsemet accedat ad eũ & pręsentet notario, vel testibus idoneis, per quos possit probari citatio: & si necesse fuerit, legat præfatam literam coram illo, & postmodum citet eum iuxta traditam sibi formam: de qua citatione fieri faciat publicum instrumentum, sub illa forma, quæ est s. §. proxim. versicu. quo facto. hoc saluo quòd vbi dicitur in princi. R. clericus nuncius, &c. dicatur, dominus talis, &c. Quod autem dixi de notario & testibus, cautela est: nam & sine hoc sibi asserenti se citasse creditur, si sit in literis illa clausula, dicẽ autem, &c. quæ est infrà §. proxi. versi. si verò. nam ministro creditur in facto sibi commisso, ff. de reb. eor. qui sub tu. vel cu. sunt, l. magis. §. ne tamen. licet sit argumentum contrà in ead. l. §. item
b prætor. versic. nec nimium [b]. †¶Vni tamen non creditur in actu
9 iudiciali: extra. de probat. quoniam contra. in prin. Hoc autem facto, reus sic citatus petat copiam, tam de citatione, quàm de literis citatoriis, quæ fieri debent originalibus remanentibus penes eum, extra. de probat. c. fin. & c. quoniam contra.
10 †¶Viso de citatione ordinarij, sequitur videre de citatione delegati, quæ fit per literas. Ad quod notandũ est, quòd aut est vn⁹ delegatus, aut plures. Si est vnus delegatus, citabit per literas sub hac forma: ¶FORMA. Titius archi Narbonen. vel canonicus vel M. sanctæ Narbonen. ecclesiæ archiepiscopus, iudex à domino papa in tali causa delegatus, tali salutem in domino Iesu Christo. Mandatum apostolicum, vel literas, à sede apostolica nos recepisse noueritis in hac forma: Clemens episcopus seruus seruorum Dei, &c. veniens ad præsentiam nostram C. presbyter, nobis significare curauit. quòd V. de Podiomissione, & quidam alii ciuitatis & diœcesis Biteren. super iure parochiali, scilicet decimis, oblationibus & rebus aliis iniuriantur eidem. Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, partibus conuocatis causam audias, & eã fine canonico decidas: faciens, quòd decreueris, per censura ecclesiasticam appellatione remota firmiter obseruari: testes autem, &c. data Viterbii iiij. calendas Octobris, pontificatus nostri anno quarto: quas, si petieritis, vobis præcipimus exhiberi. Volentes igitur, vt decet, mandatis apostolicis humiliter obedire vobis auctoritate, qua in hac parte fungimur, pręcipiendo mãdamus, quatenus prefatam A. & omnes alios quos causa ipsa contingere potest, & quoscunque prædictus G. presbyter vobis du-
c xerit nominandos [c], ex parte nostra citare curetis, vt decima die post receptionem præsentium coram nobis Narbonæ apud talem ecclesiam, vel domum, per se, vel per procuratorem suum, se præsentet: quem terminum ei pro duobus edictis, & tertio peremptorio, propter viarum distantiam, vt partitum parcamus expensis & laboribus, assignamus: vel, quem terminum sibi pro omnibus terminis peremptorium assignetis responsuro de iure presbytero antè dicto: alioquin secundum formam mandati nobis traditam in causa ipsa, quantum de iure poterimus, procedemus, cuiusquam absentia non obstante. Quòd si itẽ terminus in diem inciderit

ADDITIONES.

a Porrò. ¶Versicul. totus Aegyd. vsque ibi, sed præmissis. super rubrica vij.

b Nimium. ¶Ibi non credit tutori dicenti, quòd est necessitas distrahendi. in §. ne tamen. credit ministro, quem ad id misit, vt referret.

c Nominandos. ¶Hæc forma nõ procedit ex vi clausulæ, Quidam alij, vt dictum est s. §. prox. in fi. & ĩ. seq.

inciderit feriatam,&c. vt §. versi. si igitur. iunge etiam, si vis: Diem autem vestræ citationis,&c. vt j. prox. §. versi. si verò mandet. vel sic, In signum autem factæ citationis sigilli nostri impressionem
a præsentibus apponatis [a]. in cuius rei testimonium, &c. vt suprà in prædict. versi. si igitur. Quidam etiam ad cautelam in citatione inserunt formam & tenorem libelli, ne vlteriùs reus petere valeat inducias deliberatorias: vt probatur. v. q. ij. si primates. & no. ex
b trà. de dilat. cap. j. [b] Quod tenor commissionis sit inserendus, probatum est s. §. prox. versic. sed nunquid. j. sed in secunda citatione non est necesse inseri. Quòd autem delegatus debeat se præmittere in literis, probatur: quia repræsentat personam domini papæ vt nonagesimaquarta dist. c. j. & vt ipse papa honorandus est, quo ad causam sibi commissam, 93. dist. c. fin. 7. q. j. omnis, qui. & maior est illis, quorum causa sibi committitur, vt extra. de offi. delega. sa
c ne. & c. pastoralis [c]. & vide j. versicu. porrò. Item quod possit citationem committere, probatur extra. de offic. deleg. pastoralis. in princi. & dixi s. de iudice deleg. §. iam nunc. Quòd autem pro omnibus terminis vnus terminus peremptori9 possit ex causa in initio assignari, notatur s. §. viso. versicul. j. Item quòd in peremptorio debeat iudex comminari, ibidem dictum est versicul. item iudex. Quòd autem certum diem & locum possit assignare, proba-
12 tur extrà, de rescript. c. olim. & ca. fin. † ¶ Quidam [d] etiam in fine
d citationis ponũt, quòd reus veniat paratus proponere quicquid voluerit, tam contra rescriptum, quàm contra personam iudicis, vel impetrantis, ne alia detur dilatio huiusmodi proponenda, extr. de excep. pastoralis. Item si in rescripto apostolico continetur clausula illa, Quidam alij debent in citatione exprimi nomina eorum, quos per illam conuenire intendit, s. §. j. versicul. item quòd
e per clausulam [e]. Actor autem cautè præsentet hanc literam, & tam de præsentatione, quàm de citatione, faciat fieri publicum instrumentum, vt iam dictum est, continens citationis tenorem: & de sigillis iudicum, & aliis debitis circumstantiis faciens mentionem. In locis verò, vbi non est tabellionum vsus, id fiat per duas personas iuratas, extr. de probat. c. quoniam contra.

¶ Si autem velis, quod litera sit publicum instrumentum sigillatum, dicas sic: FORMA. In cuius rei testimonium & futuram memoriam præmissorum, hoc præsens instrumentum publicum de nostro mandato scriptum, & in publicam formam per talem infrà scriptum notarium redactum, fecim9 nostri sigilli munimine roborari. Actum in tali loco, anno, mense, die & in dictione talibus, pontificatus domini Clementis papæ anno quarto, talibus testibus præsentibus, vocatis & rogatis. Postmodum notarius, sic subscribat: Et ego talis, tali auctoritate notari9, prædictis interfui, & vt suprà legitur, auctoritate & mandato prædicti domini Titii fideliter scripsi, & in publicam formam redegi, & meo signo rogatus signaui.

¶ Si verò subdelegatus citat, dicat sic: FORMA. Talis à tali in causa tali, subdelegatus, tali salutem in Domino. Noueritis dictũ talem à domino papa recepisse literas in hac forma: Clemẽs, &c. Ipse verò aliis negotiis impeditus, nobis causam subdelegauit eandem sub hac forma: Titius, &c. sicut constat per eius literas, vel publicum instrumentum inde confectum: quæ si petieritis, vobis præcipimus exhiberi. Volentes igitur eiusdem delegati mandatis, imò veriùs apostolicis, humiliter obedire, charitatem vestram, &c. vt s. §. viso. Formam autem commissionis vide s. de iudice deleg. §. sequitur. versic. commissio autem. † ¶ Porrò si sunt plures delegati, subdistigue: quia aut sunt omnes eiusdem dignitatis, putà sunt episcopi: & tunc maior & dignior in salutatione præponatur, dicendo: M. Tholosanus, & P. Biteren. & R. Londonien. miseratione diuina episcopi, iudices à sede apostolica, &c. C. de offi. ma. offi. nemo. Vitium enim est præposterare, 74. di. episcoporum. & c. fin. & C. de test. præposteri. Vel si de hoc dubium sit prior in ordine episcopatus præponatur, & qui plus cæteris laborauit. vt 17. dist. §. fi. extrà de ma. & obed. c. j. C. de consul. libro xij. l. j. & C. de castrens. lib. eo. l. j. & de re milit. contra publicam. ad fin. & de præpos. sacri cubic. l. j. & de præfect. prætr. l. ij. lib. eo. & in concord. quæ sunt s. de aduoca. §. nunc dicendum. versic. minores tamẽ. vel ille, qui à principe dignitatem vel ordinem recepit, ff. de albo scri. l. ij. extra. de ma. & obed. per tuas. extrà de temp. ordin. cùm in distribuendis. vel seruetur ordo in rescripto apostolico retentus, xliij. dist. sit rector. in fin. extr. de rescript. cùm dilecta.

¶ Sed & si sint omnes simplices canonici, vt extr. de rescript. præ-
f senti. [f] dic idem, quòd iam dixi: vel dic, antiquiorem tunc præponi: secundum ea, quæ not. in prædi. versi. minores tamen vel ille, qui maioris est ordinis, vt iam dicam. Si verò vnus est episcopus, & alij inferiores prælati: vel vnus est metropolitan9, & alij episcopi: vel vn9 in dignitate, alij simplices canonici: maior præponatur, etiamsi posterius fuerit ordinatus: vt in præd. l. nemo. & xvij. dist. § fin. & in præal. c. placuit. extra de ma. & obe. statuimus. Delegatus quoque, qui talibus committet, hoc diligenter attendat. nam prælati & clerici nostri temporis multùm sunt naturæ indignan-
g tis: & naturaliter homo appetit honorari, iuxta illud [g], Gloriam
13 tuam alteri ne dederis. & vide suprà §. viso. † ¶ Literis igitur citationis, vt præmissum est, formatis, iudex sigillum suum apponat, si habet: nec tũc valet, si cum alieno sigillat: quia nec cum suo ad aliud officium deputato, sigillare posset: vt extr. de appellat. significauit. j. de edit. instru. §. instrumen. versi. item quòd sigillum non est eius. & s. de procur. §. ratione autem. versicu. iij. Sed si non habet proprium, vel habet, sed cùm sigillari oportet, secum non habet, vel est ad aliud officium deputatum: tunc cum sigillo alteri9 sigillet, dicens in fine literarũ: Nec miretur vestra discretio, quòd cum sigillo talis signaui, cùm proprium non habeam, vel cũ meũ mecũ tempore confectionis præsentium non haberem, vel cùm non haberem nisi ad tale officium deputatum. debet enim dicere, cuius sigillo, & quare alterius sigillo sigillat: alioquin turbatũ esset signum, ff. de testa. ad testium. Et præterea sigillum & subscriptio diuersis ex causis apponuntur in literis, vt infrà de probat. §. videndum, versicu. illud etiam. quare debet dici, ad quid apponatur. nisi enim sic diceretur, citatus videns alium citare, & videns sigillum alterius apponi, credere posset literas esse falsas: nec tene
h retur, secundum AEgidium [h], comparere. protestatio enim ad id, & ad alia valet, extrà quod met. cau. c. j. de cens. olim. Et est hoc contra quosdam officiales literas suas familiares sigillo officialitatis sigillantes. Si ergo tertius iudex, vel duo ex tribus, sigilla nõ habent, & cum alienis sigillat, de hoc nulla in literis facta mentione, dicunt quidam, & bene, non valere citationem: imò præsumunt literam esse falsam. Sed si in literis dicitur: A. B. & C. canonici Narbon. iudices à sede apostol, &c. in literis verò sigillorũ appositorum habetur, R. P. & M. canonici Narbon constat, quòd literæ sigillorum discordant à literis citationis: ideoque falsæ præsumuntur, extr. de elect. cùm inter R. seniorem. & de appellati. si-
14 gnificauit. & de fide instrumen. inter dilectos. † Sed nec videtur præmissa protestatio sufficere, nisi & is, cuius sigillum apponitur dicat in ipsa charta, se illud apposuisse, ar. ff. de testib. l. pen. & l. ad testium, §. si quis ex. C. eo. si vnus. & l. hac consultissima. & l. in testamentis. & l. iubemus. extr. de re iudic. cùm inter vos. §. j. ver. pe. & si. C. de his, qui vt indig. l. pen. ff. de eden. l. j. §. si. nam cùm sigillum ponatur in testimonium rei gestæ, non potest is, in cuius fauorem apponitur, in causa propria testis esse, iiij. q. iij. vers. nullus. Sed credo contrà, scilicet quòd charta fidem faciat, quamuis is, cuius sigillum apponitur, non subscribat, vel hoc non dicat, ex quo sigillum integrum apparet & incorruptum, argum. C. arbit. tut. l. fin. ext. de fide inst. inter dilectos. & c. ij. vbi de hoc, secundũ Papam. nec talis est testis in re propria, cùm huius acta sint communia, & huiusmodi subdelegationes probantur per sigilla iudicum, vt j. de instr. edit. §. nunc dicamus. ver. illud autem. Hinc est etiam, quòd si aliquis procuratorem cõstituat, vel aliquid fiat coram persona authentica, & exinde fiat scriptura, in qua ipse constituens, vel faciens, loquitur, & sigillum eius apponitur, nulla de hoc per ipsum constituentem, vel ipsam personam authenticã, facta in litera mentione, satis facit fidem tale sigillum, vt ex præmissis apparet. Nec est necesse, quòd persona loquens in instrumento, siue sit contrahens, siue aliud signum apponens, dicat, signum meum apposui. Item non est vis: an promittens vel contrahens loquatur in litera, an sigillans: arg. extrà. de conuer. coniuga. dudum. Sufficit ergo, quòd litera citationis sit sigillo iudicis sigillata: quia non est actis iudicij, sed ante iudicium. Si autẽ sunt plures iudices, quilibet etiam suo sigillo signet, argumen. Institu. de testam. §. sed cùm paulatim. Si vero alter coniudicum sigillum non habeat proprium, sigillet cum sigillo alterius, suprà scripta tamen

ADDITIONES.

a Apponatis. ¶ Respicit hoc consuetudinem Gallicanam, de qua scripsi de probat. quoniam contra. super ver. citationem.

b c. j. ¶ In ij. gl. & vide, quod super ea scripsi. Est sciendum, quòd Io. de Deo lib. iudicum, parte j. ru. 3. improbat, ꝙ libellus ponatur in citatione, maximè per delegatum, sub quo lis contestata non est, extr. de appellat. significante. dicit enim, ꝙ iudex reddit se suspectum: & tales non debent esse iudices, 3. q. v. quia suspecti. & dicit quòd esset locus appellationi: & multum subtilizauit. Tenet cõtrà: quòd nec recusari per hoc, nec appellari potest: seruato, quòd scripsi super præd. j. gl.

c Pastoralis. ¶ Secundum Aegid. rub. 4.

d Quidam. ¶ Secundum Aegid. cuius totus iste ver. rub. 4.

e Clausulam. ¶ Ergo patet, quòd proxima forma non fuit cõgrua.

f Præsenti. ¶ Quam non habemus.

g Illud. ¶ In prima persona habetur Isa. xlij. & xlviij.

h Secundum Aegid. ¶ sua rubrica vij.

tamen protestatione præmissa: cum qua etiam omnes cum vno possent sigillare sigillo, vt Inst. eo. tit. §. possunt autem. ff. eod. l. ad testium. §. si ab ipso. vbi est ar. quòd etiam cum sigillo actoris possit iudex signare, cùm sit alienum. de hoc ȷ. de edi. instru. §. postremo, versi. item quòd sigillum non est eius. Quod autem sigillum
15 dicatur autheuticum, no. in præd. §. videndum. versic. x. † ¶ Hoc autem nota, ꝙ citatio duorum facta tertio delegato absente, nec se excusante, non tenet, nisi scribatur cum clausula illa, quòd si non omnes, &c. extra de offi. deleg. prudentiam. in prin. & c. cùm causa. quod sic ostēdo: Constat enim, quòd citatio est de processu iudicis, extr. de ꝓbat. quoniam contra. de offi. deleg. gratum. & ca. relatum. Constat etiam, ꝙ si duo iudices procedunt, tertio nec veniente, nec se excusante, nec vices suas alij committente, duo nil agere putantur, nisi aliàs de eius impotentia constet: vt in prędict. c. prudentiam. §. j. extrà de re script. sciscitatus. ij. q. vj. §. diffinitiua. versi. si plures. Ergo nec citatio duorum nullius est momenti. Veruntamen si duo protestētur in suis literis id factum esse de tertij licentia, consulo citato, quòd vadat saltem suum priuilegium allegaturus: ext. de appellat. cùm parati. & c. si duobus. de offi.
a deleg. cùm causa. vbi de hoc [a]. Hoc prosequere, vt no. in prædict. c. prudentiam. respon. j. In eodem etiam c. no. secundum Papam, vtrùm tertius coniudex possit ratum habere, quòd à duobus factum est: siue sit processus, siue sentētia excommunicationis, vel alia? Sed videtur. ꝙ tertius coniudex possit ratificare citationem à duobus factam eo absente: quia ratihabitio retro, &c. C. ad Maced. l. fin. ff. de pig. si fundus. Quæ regula videtur etiam locum habere in iudicibus, ff. de iudi. licet Arg. contrà ff. de arbit. l. si in tres. & ff. de offic. proconsul. l. obseruare. §. fi. quod verius videtur. de
16 hoc ȷ. de sent. §. sequitur. versi. sed & si. cum seq. † ¶ Quid si iudex tulit sententiam nulla præcedente delegatione, nunquid per ratihabitionem ordinarij confirmabitur sententia? arg. ꝙ sic, ff. de re iud. duo. ix. q. ij. §. fin. C. de iur. fis. l. ij. lib. x. Sed dic contrà. prout ibi no. & arg. ea. q. c. j. Idem iuris est, si tertius coniudex sententiam à duobus pręsentibus latam ratificat, vt ibi no. ¶ Quid si tertius nō venit, nec se excusat, qualiter tunc duo citabunt partes? vel qualiter illum absentem vocabunt? Respon. do. meus not. in Sum. de offi. delegat. §. quod sit eius officium. ꝙ sine delegatione collegę possunt duo citare hoc modo: ¶ FORMA. Vice nostra & collegæ nostri citamus te: qui cùm multum distet à nobis, in citatiōe hac non poterat interesse: quasi dicat, habet hîc locum clausula illa, Quòd si non omnes. & de hoc tangitur in præd. ca. cùm causam. quæ ad hoc facit, quod no. ȷ. de primo & secundo decre. §. iā de effectu. versi. & nota, ꝙ præ. Item etiam dicit, si duo sunt, scilicet ꝙ vnus vice sua & absentis citare valeat, causa simili allegata. potest enim absens ratificare, quod suo nomine gestum est. & in his casib. ratione dubij citatus venire tenetur. tamen vlteriùs nō tenetur procedere, nisi facta sibi copia iurisdictionis: nec est decens, eam sibi fieri, nisi veniat coram iudice: ad quem potiùs, quā iudex ad ipsum, venire tenetur. Se dices, ergo quisque potest pro libito me vexare? dicens se iudicem, cùm non sit, ex quo sic citatus debeo comparére. Sed respondeo, ipse sibi ad interesse cōdēnabitur, & aliàs punietur. quæ dic, secundum domin. meum. vt in pręd. §. quod sit eius officium. Caueat tamen citans prædicto modo, quòd is, cuius nomine citat, non multùm distet. aliàs dictans, scribens, & sigillans, quæstionem falsi poterunt formidare: vt extra. de his, quæ fiunt à præl. quanto. secundum dominum meum. Aliqui tamen quandoque faciunt hāc literam scribi nomine omnium, & in fine dicunt: Data anno, mense tali: nil de loco, vel die dicentes, sicque suas (quod non approbo) palliant falsitates. Tutius est ergo in prædictis casibus, quòd vnus committat alteri vices suas sub hac forma: ¶ FORMA. Talis tali salutem in domino. Cùm causa, quæ vertitur, seu verti speratur inter A. & B. vobis & mihi simul à sede apostolica sit commissa sub hac forma: Clemēs episcopus, &c. posito toto tenore subiungat: præfatus A. à me instanter petiit, quòd dictum B. citare deberem, vt coram me comparére deberet Attendens igitur me ad hoc fine vobis non debere procedere: volens etiam litem abbreuiare, partiumque occurrere laboribus & expensis, vestræ discretioni, quo ad dictam citationem tantūmodo faciendam, & in his, quæ ad ipsam pertinent meas vobis committo vices, iurisdictione ac potestate mihi in omnibus aliis reseruata: sciturі, quòd dante Deo die ac loco interero per vos partibus assignatis. Quòd si tres fuerint, duo tertio eodem modo committant, qui tertius citabit hac forma: FORMA. Tales tali salutem in domino. Literas apostolicas me & talem recepisse noueritis, sub hac forma: Clemens episcopus, &c. Cùm igitur dicti mei tales collegæ, quo ad citationem huiusmodi faciēdam, mihi commiserint vices suas, idcirco vice dictorum collegarum, & mea, auctoritate domini papæ, qua fungimur in hac parte, vos cito, & coram eis & me die & loco talibus, per vos aut per procuratorem idoneum, &c. vel committatur hæc citatio committenda alicui, vt suprà versi. viso. Sin autem vnus committat alteri vices suas in causa, dicet, prout not. s. de iudice dele-
17 gat. §. sequitur. versi. & sic sunt. in fine. † ¶ Sed pone, quòd is, cui citatio committitur faciēda, petit sibi fieri copiam iurisdictionis.
b nec aliter vult citare. Dixit Gul. Na. [b] sufficere tenorem rescripti apostolici in litera insertum esse: nec est necesse originale ostendi: arg. ext. de dila. præterea. Nec obstat extrà de offi. deleg. cùm in iure. quæ loquitur in executione sententiæ, in qua magnū fit pręiudicium, quod non est in citatione: ideoque debet obedire citatori. Pars enim coram delegato veniens, poterit, si voluerit, rescripti copiam petere & habere: vt in prædic. c. præterea. nec à citatore appellari ex hoc poterit, cùm sit merus executor: vt extr. de appel. nouit. maximè autē obedire debet, si delegati persona sit auctorizabilis & bonæ famæ, arg. 92. dist. nobilissimus. lxij. dist. miramur. prope fin. & secundum quosdam, etiam minoribus obedire tenetur, ff. de iudiciis, si quis ex aliena. Dominus meus not. in tit. de offi. deleg. §. quod sit eius officium. vers. tertius. quòd talis potest cogi coram iudice venire: & tunc ostenso sibi rescripto eum cogere. Et per præmissas etiam rationes not. Papa in præd. c. præterea. ꝙ ex quo delegatus inserit in citatione apostolici rescripti tenorē, citatus per ipsum delegatum comparére tenetur, quanquam apostolicum non viderit rescriptum, nisi fortè ipse delegatus vilis persona, vel nimis remota sit. & si nō comparet, & ille in veritate iudex sit, tenet excommunicatio vel in possessionē missio, & quęlibet alia mulcta per eū propter hoc illi inflicta. Debet ergo comparére, cùm per hoc nullum fiat sibi præiudicium, vel modicum. Nam saluum sibi remanet ius petendi copiam iurisdictionis illius, & fori priuilegium allegandi: & aliàs procedere non cogetur, ff. de iudic. si quis. extrà de iudic. c. j. extr. de dilat. ca. fin. Sed si ille iudex non sit, vel nullum, vel falsum rescripti tenorem, vel nullam causam, quare super citatum iurisdictionem habeat, in citatorio inseruit, nec alias est iudex ordinarius, non tenetur comparére: nec tenet, si contra eum non comparentē procedit, argum. ff. si quis cau. si seruus. & l. quoties seruus. ff. de in ius
c voc. l. ij. Sed Pet. de Samp. dicit [c], quòd nec citatus per ipsum delegatum comparere, nec is, cui mandatur quòd citet, comparére tenetur, nisi priùs de illius iurisdictione certificetur, arg. in prædi. c. cùm in iure. & in his, quæ not. infrà de probat. §. videndum. ver sic. quid in auditorib⁹. vel nisi citans sit persona auctorizabilis. vt premissum est. Citatus tamen non debet dicere se de illius iurisdictione dubitare, vbi dubitandum non est, extr. de rescri. cùm con-
18 tingat. † ¶ Sed quid si delegatus mandet alicui, vt denunciet P. excommunicatum? Respond. not. Papa in prædict. c. cùm in iure. quòd prudenter agit, si etiam nullo apostolico rescripto viso exequitur quod mandatur, præsertim si delegat⁹ est approbata persona, nec tenetur deferre. nisi velit, appellationi partis appellantis, ne exequatur. Nam huiusmodi appellationes coram delegatis, non coram executoribus, sunt interponendæ, extra. de offic. deleg. super quæstionum. §. quem verò. & §. fin. non tamen cogitur, nisi velit, vt in præd. ca. cùm in iure. & si propter hoc excommunicetur, non tenet excommunicatio: quia hîc agitur de magno præiudicio. Habet enim illa tantum iurisdōnē in rebus, vel personis in rescripto contentis, & non in aliis, nisi eius iurisdictionem impediant, vel mandatum contemnant, vt not. secundum eum, extr. de offi. deleg. ca. j. At iste non impedit, nec contemnit, cùm sibi non constet ipsum iudicem esse. Non ergo, secundum eum, tenet sententia, tanq̄ à non suo iudice lata, licet post reperia-
19 tur ipsum iudicem fuisse: arg. extr. de offi. del. ex literis. † ¶ Quid si iudex ita dicit, Mando tibi, quòd venias die tali, vel ꝙ talem cites
d alioquin te noueris excommunicatum? Dicit G. Na. [d] quod non veniens, vel non citans, nō est excommunicatus. necesse est tantùm sententiam excommunicationis in illum dictari, C. de sent. ex breui. rec. arbitri. & ore proprio proferri, ij. q. j. de manifesta. in fi. ibi, iam diiudicaui; vt præsens. &c. & est arg. in his, quæ no. extr. de simo. sicut tuis. in gl. arg. quòd abbas. & de eo, qui fur. ord. rec. c. j. nec talis litera probat sententiam, C. de eden. authē. si quis in aliquo. extr. de fide instr. c. j. quia nec creditur iudicis assertioni, extra. de probat. quoniam contrà. Arg. ꝯ 63. dist. solennitate. & 23. q. iij.

ADDITIONES.

a Hoc. ¶ In j. gl. & fuit quæstio venerealis viij. Et quicquid ibi dicatur, hîc tene, quod dicitur hîc. Et si dicas tertium verè impeditum dic, vt in quæstione, quæ est super regula, eum, qui certus. de reg. iur. lib. vj.

b G. Na. ¶ in c. statim allegato.

c Dicit. ¶ in c. cùm in iure.

d G. Na. ¶ Vt scripsi in decre. præterea. hîc alleg. in eius prin.

a q.iij.comperimus.ext.de fimo,accusatum [a].Sed illa,vt dicit ibi Pa-
b pa loquitur,qui solo verbo [b] aliquem absoluere potest,vt extra.
de senten.excom.si aliquando.Vnde dicit,quòd iudex sic proce-
dere debet.nam præsentibus aliquibus absentem,vel citare nolē
tem, excommunicabit hoc modo. qa talis à me legitimè citatus
comparére cōtempsit,vel ad mandatum meū citare talem negle
c xit,eum excommunico in his scriptis [c].Deinde illum citabit hoc
modo:Mādo tibi,vt compareas tali die,vel talē cites, alioquin te
noueris excommunicatum.Cuius excommunicationis forma ta
lis est: Quia talis à me,&c.vt s.& sic postea talis non poterit ap-
pellare,extr.de appel.preterea.Alij dicunt,quòd bene est excom
municatus per talia verba,arg.in his,quæ no.j.de senten.§.vt au-
20 tem.ver.porrò quia.ibi,veruntamen iudices.†¶Quid si non ve
niens habuit iustam causam absentiæ? Dicunt quidam simplici-
ter,quòd non est excōicatus.non enim iudex intendebat ipsum
excommunicare in omnē euentū,sed in casu contumaciæ,argu,
ff.de solut.si seruus decem.in fi. Vnde cùm nō sit contumax,pœ-
nam contumaciæ sentire non debet,extr.de procu.querelam.ij.
q.vj.quanto.de maio.& obed.inter quatuor.ff.de re iudi. contu-
macia.xj.q.3.non debet is.imò debet iudex pronunciare senten-
tiā nullam,vt extra.de re iudic.cum Bertholdus. & c.tenor,circa
d fi.Nec debet etiā ista satisfacere de expēsis,vt in præ.c.querelā [d].
Illud autem certum est,quòd si iudex excommunicat propter cō
tumaciam eum,de quo sibi constat,quòd non sit de ipsius iuris-
dictione,non tenet sententia, quia ille non tenetur venire:vt ex
tra.de appell.si duobus.ff.si quis in ius.voc.nō ier.l.ij.secus,si hoc
e ignorat,vt ibi [e].Sed nunquid idem erit in exempto,vt sit excom-
municatus,si iudex ignorat eum exemptum?Respon.nō: quia ta
lis ignorantia non potest eum facere iudicem,qui nō est:de hoc
f s.§ j.versic. item generaliter.& seq. [f] De citatione autem,quæ fit
per edicta,not.suprà,§.prox.vers.& not.& j.de dolo & contum.
§.restat.Item quando vnus potest absoluere excommunicatum
ab alio,no.secundum Papam,ext.de officio deleg.prudentiam.§.
g sexta [g].

ADDITIONES.

a Accusatum.¶Ibi dicebatur in antiqua prescripta nostra prohibe re:& idem in c.ibi seq.vt ibi dixi.
b Verbo.¶Si intendit de verbo, Absoluo te,quid speciale in papa: si de aliis verbis,tene,quod dicit cle.si sumus.de sent.excom.
c Scriptis.¶Ridiculosum est hoc consilium, quòd ante culpam fe ratur excommunicatio pura.
d Querelam.¶Vide,quod notatur de test.cog.c.ij.in vl.gl.&quod super ea dixi,& remisi.
e Ibi.¶Statim innuit contrà:sed distingue,vt in q.de qua statim.
f Et seq.¶Ibi remisi ad q.quam scripsi super regula,scienti.
g Sexta.¶Vbi scripsi super verbo,malitiam.

SVMMARIVM.

1 *Auditor generalis domini papæ,quis,& quare dicatur:& citatio in eius audientia cuius formæ debeat esse.*
2 *Litis contestatio,dicitur litis initium, & quibus verbis sit ante eam vtendum.*
3 *Auditor domini papæ mandans extra curiam intra duas dietas aliquem citari,qualiter debeat literas concipere.*
4 *Altera parte appellāte à delegato,si ipse delegatus causam remittat ad superiorem, qui causam delegauerat superior verò, ad quem causa remissa est, si citat appellantem,vt veniat processurus in causa principali,nulla facta mentione de appellatione,quid iuris?*
5 *Mittere debens excusatorem si non mittat,an teneat processus contra ipsum super principali habitus.*
6 *Auditor domini papæ rescribens post factam citationem secundum formam sibi traditam,qua forma vtetur.*
7 *Auditor domini papæ,suscepta causa appellationis,vel negotij principalis inhibens ordinario,ne de ipsa causa se intromittat,quo rescripto vtetur.*
8 *Delegatus qui causam cognouit,si citat partes peremptoriè ad sententiam audiendā,& postea committit alteri sententiæ prolationem:an is,cui commissum est,debeat iterum partes citare.*
9 *Plures iudices habens,si ab omnibus citatur,coram quo comparebit.*

¶De citationibus auditorum domini papæ.

6.§.Dicto de citationibus literalibus ordinariorū,decens est,vt etiam de citationib.auditorum generalium palatii domini papæ (qua frequentamus) aliqua supponamus: qui ideo Auditores generales dicuntur, quia eis generalis audiētia appellationum totius orbis commissa est:non tamen diffinitio sine speciali domini papæ mandato, sibi facta priùs relatione fideli:vt dixi s.de iud.deleg.§.secundo,versi, item nō obstat. Et scias, quòd quandoq; citant in audientia, quandoq; etiam extra curiam.Nam de cōsuetudine diutius obseruata,citant extra curiam vsque ad duas dietas,extr. de rescrip.nonnulli.&eorum literis obeditur,& sigillis eorum creditur in causis per appellationē, & etiam per simplicem querelam ad apostolicam sedem delatis.
1 †¶Forma autem citationis,in audientia talis est. FORMA.Man
dat magister Gul.Durandus,canonicus Baluaceñ.& Narboñ do-
mini papæ capellanus,subdiaconus,ac ipsius palatij causarum ge
neralis auditor,citari primò,vel secundò,vel tertiò peremptoriè
vel quartò ad malitiam conuincendam in audientia publica, talē
seu eius procuratorem legitimū,si quis est in Romana curia pro
eodem,& quoscunque alios,qui sua crediderint interesse, vt tali
die facta audientia,si curia fuerit,alioquin proxima sequenti die,
qua curia fuerit,compareat in palatio coram eo ad procendum,
vel ad libellum recipiendū,vel litem contestādum,vel ad iuran-
dum de veritate seu calumnia, vel ad respondendum positioni-
bus, vel ad audiendum iurare testes partis alterius, vel ad audien-
dum sententiam:& sic de aliis,in causa,seu causis appellationis &
negotij principalis, quæ vertitur, seu verti speratur inter dictum
P.ex parte vna, & talem ex altera, super præbenda talis ecclesiæ,
vel beneficio,vel fundo,vel vinea,& huiusmodi,vel super tali ac
cusatiōe,prout postulat iuris ordo;alioquin in causa ipsa, vel ad
a libelli receptionem, vel ad litis contestationem [a], non obstante
cuiusquā absentia, quantū suadebit iustitia,procedetur.Data Vi-
terbij.die vj.mensis Octob.pontificatus domini Clem.Papæ IIII.
2 anno iiij.†¶Et nota,quòd semper ante litis contestationem vti-
mur in citationibus hoc verbo:In tali causa,quę vertitur,seu ver
ti speratur,&c.quia litis cōtestatio est litis initium:vt extr.de ver.
sig.ex parte,ij.& de off.deleg.super quæstionū.§.j.ver.quod si de
legatus.& c.relatum.ante litem cōtestatam non dicitur quis age-
re,sed agere velle,vt ff.rem ra.ha.l.amplius.
3 †Si verò mādat extra curiam intra duas dietas aliquem citari,sic
literæ concipientur: FORMA.Magister Gul.Durandus,&c.vt s.
vsque,auditor iunge,tali plebano,& tali canonico,talis ecclesiæ
salutē in Domino. Cùm causam appellationis & negotij princi-
palis,quod vertitur,vel verti speratur inter G. ex vna parte.& T.
ex altera.vel,quam mouet,vel mouere intendit,super tali re,vel
accusatione,&rebus aliis,ad instantiam ipsius G.vel eius procura
toris,vel de mādato summi pontificis,sicut occurret. recepimus
audiendā,& fine debito terminandam,discretioni vestræ aucto-
ritate dñi papæ,qua fungimur in hac parte,districtè præcipiendo
mandamus,quatenus vos,vel alter vestrū per vos, aut alium,vel
alios,eum ex parte nostra peremptoriè citare curetis,vt die deci
ma à die vestræ citationis connumeranda,vel in proxima sequē
ti non feriata (si dies ipsa fuerit feriata) per se,vel per procurato-
rem legitimum cōpareat in Romana curia corā nobis,facturus&
recepturus in dicta causa, qđ ordo dictauerit rationis; alioquin,
&c.vt s.in proxi.forma.mandatū nostrum, imò verius apostoli-
cū,taliter impleturi,quòd de inobedientia,vel cōtemptu neque
atis aliquatenus reprehendi.Diem aūt vestrę citationis,&formā
& quicquid inde feceritis,nobis per patentes literas harum seriē
continentes,aut per publicū instrumentum fideliter rescribatis.
b Data,&c. [b]†¶Quid si altera parte appellāte à delegato,ipse dele
4 gat⁹ causam remittit ad superiorē,qui causam delegauerat:supe-
rior verò,ad quem causa remissa est,citat appellātem,vt veniat ꝓ
cessurus in causa principali,nulla facta mentione de appellatiōe?
Respons.dicūt quidam, quòd sufficit mittere excusatorē,qui so-
lùm dicat:Domine,non tenet citatio vestra super causa principa
li:vel nō potestis in ea procedere,quia appellatū est,& appellans
intēdit prosequi appellationē tēpore competenti. Si aūt transis-
set tempus prosequendæ appellationis, tūc bene teneret citatio
c super principali causa,tam à delegante quam à delegato facta [c],ij.
d q.vj.ei qui.ext.de appel.cùm sit Romana.Papa verò dicit [d],quòd
debet ostēdere talem qualem appellationē fuisse admissam, ext.
de testi.veniēs.quia si aliud diceretur,sequeretur absurditas:quia
cuilibet facile esset deludere quemlibet iudicē, si non teneretur
probare veritatem causæ appellationis.Tunc enim nō prosequi
tur causam appellationis, qa nec super ea citatus est.Si autem in
citatione facta super principali,faceret mentionē de appellatiōe,
non teneret, nec excusatorem mittere teneretur: quia expressit
errorem in sententia, scilicet quòd veniret agere causam princi-
palem,omissa appellatione:quod verum est in illis caussis,in qui-
bus ante omnia debet articulus appellationis expediri,priusquā
de principali agatur:vt extr.de appel.vt debitus.& c.cordi.Secus
est autem, vbi appellatio simul cum principali expeditur, vt est
quando

ADDITIONES.

a Litis contest.¶Inepta videtur cōminatio cōtestationis.parte nō veniente.sed dic, quòd respicit partē illā, qua citantur hi,quorū interest:& eis non venientibus, fiet cōtestatio cū principali, &c.
b Etcætera.¶Addidit ver.seq.quia hîc continuatur ver.cæterum.
c Fact.¶Hucusque posuerat s.§.sequitur,in fi.
d Dic.¶vbi declarat in fi.

a quando super prouisione appellatur, vt ext. de appel. statuimus[a].
5 † ¶Item certum est, quòd vbi debet quis excusatorem mittere, nec mittit, tenet processus contra eum super principali habitus, si iudex appellatum esse ignorauit, & aduersarius nihil dolose egit: secus aūt, si sciuisset appellatum: ext. de appel. si duobus. vel si aduersarius dolosè subticuit de appellatione, ff. de iudi. si prætor. Porrò in citatione facta à delegato nō tenetur quis excusatorem mittere, licet securius sit mitere. Alij dicunt, & bene, vt videtur, quòd citatio delegantis tenet etiam non facta mentione de appellatione: quia sicut citatus comparere debet, vt proponat suas exceptiones, ita & iste, vt proponat suā, s. appellatum esse, ff. de iudi. si quis ex aliena. extr. de appel. cùm parati. & nisi veniat, tenet processus habitus contra eum, secundum Papam, qui hoc nota.
b extr. de accusatio. c. fi.[b] † ¶Cæterùm is, cui sub forma præscripta
6 scribitur, rescriptum reuerenter recipiat, & iuxta formam sibi traditam citet: quo facto, sic auditori rescribat: ¶FORMA. Viro venerabili discreto, &c. Literas vestræ reuerētiæ recepimus sub hac forma, &c. Magister Gul. Durandus, &c. posito toto earum tenore, subiungat sic: Vestris igitur volens humiliter obedire mandatis, talē ex parte vestra, die tali, in tali loco, talibus præsentibus, peremptoriè citare curabit is, vt tali die corā vobis in Ro. curia per se, vel per procuratorem legitimum, &c. vt s. in litera præcedenti: Quòd si de citatione factum fuerit publicum instrumentum, subiungitur sic: prout in instrumento publico exinde confecto, quod ad vestram transmitto præsentiam, videre poteritis contineri.

¶Si verò is, cui citatio demādatur, citare noluerit, auditor mādatum suum sic poterit aggrauare: FORMA. Magister G. Durādi, &c. Meminimus nos vobis literis nostris dedisse in mandatis, vt talem de tali loco ex parte nostra peremptoriè citaretis, quòd coram nobis tali die & loco, super tali causa, &c. vt s. quod quidem (prout nobis asseritur) facere contemptibiliter nō curastis: quocirca vobis sub pœna excommunicationis strictè præcipiēdo mandamus, quatenus eundē ex parte nostra citare curetis, iuxta priorum continentiā literarum. quòd si fortè contemptum super addentes contēptui, mandatū nostrum, imò verius apostolicū, in hac parte contēpseritis adimplere, contra vos proculdubio propter inobedientiam & contemptū huiusmodi ad pœnā duriorē, & ad alia, sicut magis expedire videbimus, procedemus.
7 † ¶Porrò quandoque auditor suscepta causa appellationis, vel negotij principalis, inhibet ordinario, ne de causa ipsa se ītromittat: & tunc ei sub hac forma mandabit: ¶FORMA. Venerabili in Christo patri tali episcopo, Magister G. Durandi, domini papæ capellanus, ac palatij eiusdem domini causarum generalis auditor, reuerentiam cum honore. Peruenit ad nos, quòd licet causa quę vertitur inter tales, super hoc pēdeat, vel agitetur, seu agitari speretur in Ro. curia corā nobis: vos tñ non sine sedis apostolicæ iniuria & contemptu, in causa huiusmodi, non tam ad vnius partis instantiam, quàm in alterius graue præiudicium auctoritate ordinaria procedere attentatis. Quocirca paternitati vestræ tenore pñsentium, auctoritate domini papæ, qua fungimur in hac parte, reuerenter tamē præcipiendo, mandamus, quatenus in dicta causa supersedere curetis, cùm ad maius tribunal mediante iustitia sit delata. ¶Si verò mandat inhiberi alteri parti, ne aliquid in præiudicium alterius partis attentet, sub hac forma scribet: FORMA. Magister, &c. Cùm causa appellationis & negotij principalis, quę vertitur, seu verti speratur inter P. & H. super hoc pendeat in Ro. curia corā nobis auctoritate domini papæ, qua fungimur in hac parte, vobis districtè pręcipiēdo, mādamus, quatenus eidem P. ex parte nostra arctiùs inhibere curetis. ne ī dicta cā corā nostro pēdente examine quicquā in partis alterius præiudicium innouet, vel attentet. Quid iuris sit de huiusmodi inhibitione, dicam ĩ. de appel. §. de officio quoque. & §. se. Item no. quòd priusquam fiat citatio, debet actor cauere: quòd dic, vt ĩ. de accus. §. j. Ibi etiā ha-
8 bes, qualiter in criminibus fiant citatiões. † ¶Item quæritur, Ecce delegatus qui de cā cognouit, citauit partes peremptoriè ad sententiam audiendam: demum committit alicui sententiæ prolationem: quæritur: an is, cui cōmisit, debeat iterum partes citare? Et videtur quòd sic, arg. ff. de iudic. edictum. & facit, quod not. C. quomodo & quando iud. consentaneum. in gl. scilicet, præside,
c &c. Arg. contrà extr. de offi. deleg. consuluit. ff. de iud. mortuo[c].
9 † ¶Itē pone, quòd aliquis habet plures iudices: vt scholaris, vel quia est de foro alterius ratione domicilij, vel contractus, vel alia
d de causa, citatus ab omnibus iudicibus[d]: quæritur, coram quo cō parebit? Dic, quòd primò citanti priùs parebit, arg. ext. de foro cōpet. proposuisti. & de appel. vt debitus. & c. cùm parati. ff. de iudi. qui prior. extr. de or. cog. c. 2. 18. di. si episcopus. ¶In summa not. quòd iudex pensatis circunstantiis & qualitate personæ citandę, negotij, & temporis, & locorum distantia, debet inducias & terminos moderari: ext. de appel. cùm sit Romana. de dilat. capitul. j. de officio deleg. sanè defert conquestus. de transact. ca. fi. de dolo & contu. cùm dilecti.

ADDITIONES.

a Statuimus. ¶Lib. vj.
b c. fi. ¶Et ibi scripsi post hæc verba, quæ ad literam fuerunt ipsius: per hunc finem videtur Innoc. recedere à priori dicto, vt sic non sufficiat mittere excusatorem.
c Mortuo. ¶Decret. pbat, qp iudex non tenet vltrà citare: & lex dicit, qp iudice mortuo successor iudicabit, quod ille iudicaturus erat. Ergo pnunciabit sine noua citatione. Cessat dubium, si vterque cōparet paratus audire sententiā. Procedit quidē, cùm alter comparentium petit copiam subdelegationis, vel contra illū opponit aliquid pbabile. tunc enim cū ea hora sententia ferri ñ pos sit certum est, qp nouum peremptoriū erit necessariū. Procedit ergo dubium, cum alter non cōparet: & tūc puto nouum perēptorium necessariū, p prælleg. l. edictū. nisi iudex citasset ad sententiā ferendā per se, vel eū, cui cōmitteret: facit ff. iud. sol. cùm apud. & vide, quod scripsi de accus. licet. post princip. Lex, mortuo. de terminat, quid iudicandum, sed non, quando.
d Iudicibus. ¶Intelligas super vna cā, si enim super diuersis, coram omnibus cōparebit, per procuratorem saltem: & vide, quod dixi in c. cùm parati. super 2. gl. & de rescrip. c. fi. super verbo, comparuerit. Et scias, quòd in scholari minus est dubiū, cùm possit, quē vult, eligere: de quo satis s. de reo. post princ.

ADDITIONES NOVAE.

§ Vide de hac materia gl. in ca. j. de milite vasallo, qui fuit contu.
§ An quis possit citari in ecclesia, Bal. in l. nemo martyres. de sacro sanc. eccl. & l. possunt. de his qui ad eccl. confu. & l. plerique. de in ius vocand.
§ An monitio iudicis habeatur pro citatione, Inn. in ca. tua nos. extr. de cohabit. cle. & mu.
§ Nota qp de facto potest resistere iudici ille qui non est citandus, dummodo possideat, Inn. in c. si quando. de offi. deleg.
§ An quis possit esse nuncius in causa propria, Bar. in l. eum qui. de fur. & l. iustè. de acqui. posses.
§ In l. si de interpretat. de legib. dicit Bal. qp si iudex mandat nūcio qp det tenutā, & interim iudex dimisit officium, quòd non possit tempore successoris fieri executio sine reuocatione licentiæ. & Bar. in l. si venditor. §. iudices. de iud. & l. fundi. de acquir. poss. & Ange. ibi. Bal. in l. & quia. ff. de iur. om. iu. & l. j. C. de postul.
§ An citatio debeat esse sigillata vel subscripta per iudicem, Inn. in c. 2. ext. de fide instru. fac. l. si publicandus. §. de public. & dicit qp sic, licet non sit scripta manu notarij.
§ De citatione infantis, Bal. in c. j. de mili. vasal. qui fu.
§ Vbi debet citari ad domum solitæ habitationis an ex nunc an olim no. in Spec. de compe. iud. adi. §. j. versic. sed nunquid. in fi. ti. & l. prædiis. §. qui domum. de leg. 3. per doct. & Bal. in l. quòd si dubitet. de acqui. hæredit.
§ Citatio in criminalibus debet esse comminatoria, videlicet qp si non compareat feretur sententia condemnatoria. Bal. in l. si apparitor. de cohorta. & princi. corni. lib. 12.
§ Quid si quis est presens in iudicio contra quem petit actor sibi fieri ius, & de eo reus interrogatus dicit nolle respondere ad præsens, sed faciat me citare: de hoc per Bal. in l. j. C. de in ius vocand. Guil. de cu. in l. j. ff. de in ius vocan. Ioan. An. in c. final. ext. de electio. & dicunt quòd non est necesse citari. fac. Bal. in l. cessante. C. quomodo & quando iu. Angl'us in l. de vnoquoque. de re iudi. & l. si accusatus. C. de accusa. Bal. in auth. si omnes. C. si vt ab hær. se absti.
§ In l. 2. §. nam etiam. de iud. dicit Bal. notab. quòd ille qui comparet coram vno iudice in vna causa, non tenetur respondere in alia causa: & potest dicere, sum heres alia de causa. tamē dicit Bal. quòd ille text. nihil facit quia loquitur in habente exceptionem declinatoriam ratione loci, non ratione litis motæ: nam ex quo est præsens, non debet citari. fac. l. ait prætor. in fin. ex quibus cau. ma.
§ Quid si ego volo agere contra aliquem hæredem institutum in testamento cui est datus substitutus, an sit necesse ipsum citari. Bar. in l. in diem. infr. de aqua pluui. arc.
§ Citatio quę non est pręiudicialis non requirit peremptorium Innocen. in cap. cum à nobis. de elect. Item par non citat parem. vt ibi.
§ Citatus sine appositione horæ videtur citatus ad horam consuetam, Inn. in c. cum à nobis. de elec.
§ Vbi non citandus de gratia citatur non est expectandus de iure. Inno. in c. cum terra. de elect.
§ An citatio infamet, gl. in l. fi. C. de requiren. re.

§ De citatione & præcepto quam facit iudex si quis senserit se grauari, &c. Iac. Butri. in l. quotiens. de in diem addic. & l. actoris. C. de transf.

§ Nota ꝙ notificatio, specificatio & declaratio possunt fieri absque citatione, Inn. in c. pastoralis. extr. de rescrip.

§ An valeat citatio hoc modo facta, Compareas si vis. Bal. in authentic. si quis in aliquo doc. gloss. in l. ea quidem. C. si manci. ita fue. alie.

§ An præsumatur citatio facta, si notarius dicat, Citatis citandis. Bal. in d. authen. si quis in aliquo. Albr. de testi. & dicit quòd non.

§ Quid si aliquis citatur, & est erratum in nomine partis an talis error vitiet: nota quòd non in l. hiis verbis. §. fi. de hære. insti.

§ Quid si aliquis est citatus ad locum inhonestum: an sit tutus ipso iure. Bar. in l. de ætate. ad trebel.

§ An ille qui excipit quòd locus non est tutus debeat causam inserere, Bar. in l. j. de excep.

§ Quid si quis citatur ad locum vbi est aer infect⁹, an possit excipere. Bar. ꝙ sic in dicta l. de ætate. & c. cum R. de offi. dele. per Inn.

§ Nota ꝙ omnis citatio indiscreta intelligitur limitata & qualificata cum aduerbio legitimè, vt l. si minor. de bonis au. iudic. poss.

§ An citatio facta sine diei adiectione valeat, not. in l. ita stipulatus. de verbo. oblig. & ibi Pe. dicit quòd non. Ioan. Cal. tenet contra, argument. c. cum par. de appel. & taliter citatus debet venire quandiu commodè venire potest, l. hæc conditio. de cond. & demon. per Bal.

§ Quid si citatus dicat, Eram detentus in palatio potest respōderi, Tu debebas facere te relaxari. Bar. in l. quibusdiebus. in prin. de condit. & demon.

§ Nota quòd in criminalibus sufficit quoquo modo citatio per ueniat in notitiam citati, vt constituatur in mora glo. in l. ij. in fin. quan. app. sit.

§ De citatione facta ad stationem, vel etiam de eo qui habitat in duobus locis. Bart. in §. j. in l. de liberis agnos. & l. scire oporter. §. oportet. de excus. tut. & l. lex Cornelia. §. inter pulsationem. ff. de iniuriis. & l. item ap. §. ait prætor. ff. eod. titulo. & gloss. in clemen. causam. de electi. Alberi. & doctor. in l. vt perficimus. C. de annali except.

§ Quando testes recipiuntur ante litem contestatam, & pars ad hoc citatur, quòd non sufficit citari ad domum, vt l. iiij. §. totiens. de dam. infecto, & Ioan. An. in mercuri. suis extr. de regu. iuris lib. vj. in regula præsumitur.

§ In l. si quis postea. de iudi. Ex hoc patet ꝙ clericatus assumptus post citationem mihi prodest. not. in l. plura. si ex noxa. caus. aga. & l. iam tamen. iud. sol. Item per solam citationem fit præuentio & perpetuatio iurisdictionis. quod no. Guil. in l. eum qui. de con. sti. per Archi. ij. q. vj. non ita.

§ Nota ꝙ citandus est ad domum solitæ habitationis ille qui est in carcere in carceribus, l. si idcirco. C. ex qui. cau. ma. Et ille qui est in carceribus tenetur mittere procuratorem, l. papa exuli. de mino. & ca. querelam. de procur. per Inn.

§ An citatio debeat fieri nominatim de primo hærede, an suffici at generalis citatio Bar. & Bal. in l. si quis instituatur. de hæredi. in sti. not. in authent. si omnes. C. si vt ab hæreditate se absti. Bald. in l. scire oportet. §. oportet. de excu. tu. not. in l. si eo tempore. de re nun. pig. & l. j. §. nuntiari. de lib. agnos. Inn. in c. inter quatuor. §. fi. de maio. & obe. & c. fi. de eo qui mit. in po. & l. j. de cur. bo. dan. & l. si diu. quib. ex cau. in pos. ea tex. in l. j. §. denuntiari. ff. de ven. insp. fac. Bal. in l. nam ita. ff. de adop.

§ An episcopus possit citare archiepiscopum in territorio suo, Bald. in l. humana. §. magistratus. de arbit. per gloss. in l. apud eum. ff. de manu.

§ An peremptorium habeat locum in citatione quam facit arbitri collega de consocio arbitro, vt veniat ad sententiam ferendā secundum dispositionem c. fina. de arbit. & an sit necessaria trina citatio. not. per gloss. in capi. j. de hære. lib. vj. in clementina. Item quid de citatione, si tua putaueris interesse, compareas coram nobis, si opinaris, &c. glo. in l. ea quidem. C. si mancipium ita fue. ali. in l. ad peremptorium. de iudi. Et an sit idem modus citandi & ante litem & post litem contest. gl. in dicta l. & post edictum, & Inn. in c. ad petitionem. de accusat. ¶ Quid de taxatione expensarum Inn. in c. querelam. de procur.

§ In l. & post edictum. de iudi. dicit Bald. nota. quòd sicut actore non comparente circumducitur edictum, quòd ad petitionem eius emanauerit, nec prodest citatio quicquam in ordine litis, vt hac l. versi. quid si is ita, nec ad iuris perpetuationem: puta si statutum dicat quòd in insinuatione instrumenti sit necessaria citatio si fortè actor vel qui petebat insinuari fecit fieri citationē, & postea non comparet, nec tenet citatio, nec statuto dicitur esse satisfactum. & ita consuluit Bal. per ea quæ notat Guiliel. in l. sicut. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. Bald. in l. j. de in ius vocando. fac. Angelus in l. ii. §. sed & si quis ff. si quis cautionib. vide Inn. in c. consuluit. de offi. dele. & vide l. fi. de eo per quem fac. fuer.

§ In l. edictum. de iudi. Bald. dicit quod hoc loco allegatur, ꝙ nouus iudex nouam dilationem dare debet. Aduerte quòd prædecessoris citatio cum successoris citatione coniungitur. vnde si statutum dicit ꝙ non comparens in bina citatione habeatur pro cōfesso, si fuit semel per prædecessorem citatus, & secundò per successorem, habebitur pro confesso, hoc probatur ex prima parte huius legis. Item ex secunda parte, ꝙ si statutum dicit ꝙ sentētiæ mandentur executioni sine citatione, hoc intellige per hanc legem, scilicet à iudice qui ipsam tulit fienda. sed vnde debebit citari, si mandetur executioni ab alio, puta à successore. & sic intelligit Inn. in vno loco. Item dicit Iac. de Aret. ꝙ illud quod in hac lege dicit, habet locum quando iudex vult de causa se instruere, aliàs non, ar. l. denūciasse. §. fi. de adul. & not. extr. de litis contest. §. j. secundum Iac. de Are. An idem in delegato, Bal. quòd sic in l. consentaneum. quomo. & quan. iud.

§ Nota ꝙ iudex debet comminari cum peremptoriè citat, ꝙ si is qui citatur non comparet, quòd procedet in causa quantum poterit. Ad hoc facit gloss. in l. si apparitor. C. de cohortal. libr. xij. quæ dicit quòd refert vtrum iudex loquatur modificatè secundum ius. verbi gratia dicit quòd compareat coram nobis, aliàs quantum poterimus de iure procedemus, & tunc nō dicitur peremptorium, quia non intendit plus grauare quàm ius: & tūc sententia lata esset nulla ipso iure: an verò iudex loquatur comminando peremptoriè se pronunciaturum, vt l. in peremptorio. de iudi. & tunc habet locum peremptorium: & poterit pronunciare sic ergo non sufficit citari simpliciter ad audiendam sententiam, sed quòd veniat, aliàs feretur sententia contra ipsum: & hoc habet locum tam in ciuili quam in criminali, Bar. in dicta l. si apparitor. Item ibi dicit ꝙ licet sententia non feratur contra absentem, vbi est pœna relegationis, tamen contra officialem ferri poterit, vt hac l. & l. diuus. aliàs ne diu. C. de pœnis.

§ An citatus vltra duas dietas teneatur ire, Ioan. Andr. in capitul. olim. extr. de exceptio. in nouel. de hoc dicit. Et quid si est vna dieta eundo per terram, & duæ eundo per mare, vel aquam, vel econtra. dicit quòd debet considerari communior, & frequentior. & dicit Hostiensis, quòd tempore hiemali magis frequentantur viæ terrestres. Ioann. And. vbi suprà, & in Speculo de citatione. §. i.

§ In l. imperator. C. de nup. dicit Bal. not. speciale, ꝙ princeps nō tenetur seruare ordinem iudiciorum in procedēdo, vt no. Inn. in c. in causis. de re iudicata, tamen pars debet citari aliàs non valet sententia vt hic cum glo. sua. vt possit se defendere: quę defensio est de iure gentium vel naturali. Itē ventilatio & examinatio veritatis est fienda, quia inquisitio naturalis est de iure gentium. Et licet solēnitates legales princeps non teneatur seruare, obseruātia tamen de iure gentium non debet deesse, quæ pertinet ad naturalem æquitatem. Bal. vbi s.

§ Quid si paciscuntur partes ꝙ iudex possit pronuntiare partibus non citatis, vide ad hoc l. si quis litigatorum. de arbitr. & quod ibi notat Bal. nam dicit, nota ꝙ valet processus sine citatione quādo renunciatum est citationi, vt hic in glo. & ideo quotidie datur iudicibus licentia expediendi processum sine citatione aliqua, vt practicatur in criminalibus.

§ In l. j. §. propter casum. ff. de postulando, dicit Bald. notab. hic, quòd citatio surdi non sufficit quòd fiat viua voce, sed quòd fiat in scriptis, vt hic, & sic bannum datum in Italis non valet in surdo. Bald.

§ An possit fieri citatio de omnib⁹ actibus vsque ad sententiam, Inn. in c. consuluit, de off. dele. & c. auditis. & c. constitutis. de procu. Domi. Ang. in l. qui ante Kalendas. de verb. obli.

§ In l. prohibitum. de iure fisc. C. li. x. dicit Bar. not. ꝙ officiali principis non creditur sine literis, & illas literas ostendere debet illis quorum interest. & hoc non habet locū quando officialis mittitur de vna prouincia ad aliam. nam in eadem prouincia est præsumptio ꝙ sit notorius. fateor tamen ꝙ officialis debet habere signa officialium, ex quibus cognoscitur: aliàs potest ei resisti. argument. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniuriis. Bar. vbi s.

§ Nota quòd cum quis citatur debet personaliter citari, si potest personaliter reperiri de facili: si autem non reperitur, vel latitat, debet citari domi, l. 4. §. ait prætor. cum §. qui totiens. de dam. infect. & hoc tam in ciuili quàm in criminali. Et domus habitantis dicitur domus, in qua habitat ipse vel familia sua. fac. l. si mulieri. quib. mo. vsufr. ami. & præsumitur habitare si ibi consueuit habitare, vt in c. causam. extr. de elec. in clem. Item si necessario debet ibi moram trahere: quo casu sufficit ibi citari, siue habitet siue nō vt in vxore, l. Mæuia in fine. de annu. leg. Et quando citatur domi non debet citari voce, sed literis publicis affixis domui, vt l. si pupillus.

pillus.§.proscribere. de instit.& in anteriori loco domus ex quo est aditus in domum, vt l.prædiis.§.valuas.& §.plures.de legat.3. & l.semper. §.si is. quod vi aut clàm. Item si citatio est nulla, processus est nullus, extra de dilatio.capi.j. & in c.bonæ memoriæ. de legati.

Sed nunquid pars debet esse præsens relationi nuncij. Bar.in l. Theopompus.de dote præleg.dicit quòd non, & in constitu. ad reprimend.

Si creditores volunt agere contra bona hæreditaria alicui⁹ defuncti, an debeant facere citari aliquem nominatum, an sufficiat generale proclama, Bar.in l.si quis instituatur.de hære.insti.& l.si diu.ex qui.cau.in pos.ea.

Nota quòd iudex debet abbreuiare terminos, ne incidant in ferias.l.nonnunquam.de iudiciis,& ibi no.in gl.

An citatio sit facienda ad instantiam actoris: de hoc per Bar.in l.si finita.§.si plures.de dam.infec.& l.4.§.hoc autem.eo.ti.& Inn. in c.quoniam contra falsam.de prob.& C.ad Tertullian.l.scimus. in fine, in glos.& c.si motu.in fi.de præb.lib.vi.ex quo dicit Bar.ꝙ commissio in dubio præsumitur facta ad postulationem partis, non motu proprio.

In l.si quando.C.de testib.dicit Bal.an citatio possit fieri per nũtium, absque alia commissione.Inn.& Ioan.An.in c.quoniam cõtra falsam.de prob.Cynus in l.neminem.C.de requir.re.distinguit inter citationem realem & verbalem.realis nõ, sed verbalis sic, si non requirat causę cognitionem: alias secus.nam tunc esset idẽ quod in reali citatione.

De impedientibus ne citatio ad eos perueniat, Bar.in l.j.§.Aristo.quod vi aut clam.

Nota quòd commissio quam facit iudex correrio de citando aliquem, dicitur sententia interlocutoria, l. cùm clericis.de epis. & cle.& ibi Bal.dicit quòd bene istud seruatur in criminalib⁹, sed in ciuilibus nuntij solent citare sine aliqua commissione, in quibusdam partibus.& male faciunt, secundum Iac.Butrig.& Cynũ in dicta l.neminem. Dicit tamen quòd quando nuncius citat sine commissione, ꝙ non potest citare die feriata, sicut nec iudex posset committere die feriata citationem. nam nuncius vtitur quadam iurisdictione ex consuetudine: vnde impeditur propter diẽ feriatam. Item dicit ipse, ꝙ prima citatio pt incipere à procuratore, vt hic, & l.solet.de alimen.leg. Item dicitꝙ iudex nunquam debet committere citationem de aliquo. nisi primò audiat petitionem, nam si sibi videtur quòd cõmissio non sit iusta, potest commissionem denegare. Baldus.

Nota quòd regulariter nullum edictum citatorium vel peremptorium ligat ignorantem, l.fi.ff.de decret. ab ordin.fac. extra.de elect.c.statuimus.

An citatio possit dirigi extra territorium iudicis citantis, Bald. plenè de hoc in l.omnes.§.si vero apparitor de epis. & cle.& Oldra.in l.extra territorium.de iuris.om.iud.& dicit Bald. vbi supra. quòd citatio est duplex, & fit citatio tam in ciuilibus quàm in criminalibus, & de remissione fienda, & qualiter fit in ciuilibus & qualiter in crimiminalibus ipse ponit ibidem, & Ioan.An.in c.Romana.§.contrahentes.de foro comp.in nouella. Et citatio habet in se tria, commissionem & nudum ministerium executoris, item habet in se finem comparitionis. vide ibi suprà, Bald. qui multa bona dicit.

In l.testamenta.C.de testa.Bald. dicit. Statuto cauetur quòd legata non valeant nisi insinuentur coram vicario capitanei populi: modò quidam clericus fuit institutus in testamento in quo fuerunt legata relicta quibusdam laicis, qui petunt insinuationem legatorum, & facere citari hęredem coram domino vicario. quo non comparente iudex dicta legata pronũciauit esse legitimè insinuata: an talis insinuatio valeat. Et videtur quòd non, quia clericus non potest trahi ad forum laicale. Sol.dic quòd dicta insinuatio valet: quia super talibus insinuationibus ipse iudex laicus est iudex competens, non iudex ecclesiasticus. Si ergo est iudex causæ, ergo & omnium quæ dictæ causæ adesse debent: & quilibet volens opponere siue laicus siue clericus sit, oportet quòd compareat coram eo qui est iudex causæ, l.à diuo Pio.§.si super rebus de re iudic. Item quia citatio quæ fit de hærede non est simplex, nec absoluta citatio, sed potius conditionalis in effectu, scilicet si vult se opponere, si verò se non opponat, non est aduersarius, vt dicta l.ea quidem, C.si man.ita fue.alie. vnde dicta citatio & edictum omnes adstringit, ext. qui matrimonium accusare possunt, c.cum in tua.& c.si dilectus lib.vj.& videtur potius citatus ad veritatem exquirendam quam ad causam. Idem dico si hæres esset forensis, quia iudex bene potest citare forensem intra suum territorium.& ita fuit Perusij consultum: & bene, quia licet requiratur citatio, tamen iste actus est quasi voluntariæ iurisdictionis, l. final. C.qui admitti ad bonor. poss. Item hic prætor nihil statuit, sed extraordinariè aliquid facit, l.cum vnus.de bonis au.iud.poss. quem ordinem debet seruare quatenus potest, saltem de facto. argum.l.quidam cum filium.de verb.obl.necessitas ergo & qualitas causæ facit vt dicta insinuatio valeat: quia iudex & pars faciendo quod possunt non tenentur ad ampliorem obseruantiam, vt l.mulier.§.j.de condi.instit.Bal.

Nota quòd citatio debet continere quis, à quo, & quare petatur. de hoc per Ioan.de Lign.in Clem.cum lite. vt lite pend Nec sufficit dicere vt veniat de iure responsurus super fundo: aliàs cũ ex tali citatione posset conueniri in qualibet causa, & super quolibet fundo, sequeretur quòd in omnibus diceretur lis pendere, & super quolibet fundo quòd valeat citatio, si citatur vt veniat de iure responsurus. no.glo.in l.de pupillo.§.meminisse.de ope. noui nunc.

In l.si vt proponis.C.quomodo & quando iu.quærit ibi dominus Angelus de Perusio, an citatus pro die sabbathi ad audiendam sententiam possit eadem damnari. Iacob. Butrigar.quòd sic. idem gloss. Institut.de verbo.oblig.§.omnes.Innocen.in capitul. consuluit.& videtur casus in capitu.si à iudice.de app. libr.sexto. vbi dicit sententiam ferendam in termino citationis. Aduocati practicant, quòd iudex faciat scribi in actis quòd sententia lata fuit in termino & post terminum, ad excluden.communem opinionem. Bartolus. in l.si vitem meam.§.si is.quod vi aut clam.dicit quòd si sententia feratur in termino, valet: vnde non est ferenda post terminum. Tu dic quòd si iudex non sedet in termino citato: quòd tunc citatio est circunducta: & ideo post terminum non fertur sententia, quia tunc cum fertur sententia ille non fuit contumax. & sic loquitur Bar. sed si iudex sedet in termino, & continuauit sessionem etiam post terminum, vna cessio est & prorogatio: & ideo licet feratur post terminum valet, & sic intelligitur gl.per docto.probatur in l.diuus.ff.de in integ.rest. Idem si iudex in termino prorogasset in diem sequentem. nam in termino prorogato potest ferre sententiam, illo amplius non citato, vt c.consuluit.de offi.deleg. Angel.de Perusio vbi s.

Citatio est quadruplex.Bal.in l.nam ita diuus.de adopt.

An citandus sit aliquis in fine instantiæ. Bald.in authent.ei qui. C.de tempo.app. quia aliud in sententia ferenda certa die, & aliud in arbitris. Bart.in l.si societatem.§.arbitrorum.ff. pro socio.& l.si de meis.§.final.de arbit.Bald.in capitul.iii. quo tempore miles x. col.& quod no.Bald.in l.si quando.de testib.& l.fin.C.qui admit. ad bon.poss.po.Ioan.Andr. in capitul.cum vobis olim.in vltima col.de electi.

De citatione facta per proclama generale, Bald. l.j.§ sed alio.si ex noxa.cau.aga.& talis citatio non constituit absentem in contumacia. Bal.in auth.si omnes.C.si vt ab hæredi.se abst.

An citatio interrumpat præscriptionem, si non apparet quòd actor comparuerit, & accusauerit contumaciam rei, Bal.in l.prima.de in ius vocand. Guil.de Cum. in l.sicut. C.de præscription. xxx.anno.dicit quòd non, licet Spec.tenet contrà in titulo de citatione.§.i.versic.item excipitur quòd facta. fac. Bald.in l.& post edictum.ff.de iudi.& not.j.prox.Bal.in repertorio super Inno.in ver.præscribi.

An citatio facta die feriata, vt compareat die iuridica, valeat: de hoc per Bal.in l.in minorum.C.in quib.ca.in integ.re.ne.non est est.fac.etiam quod idem notat in l.j.ff.si quis in iusvo.non ie.Iac. Butr.in l.dies.de feriis.Bar.in l.j.de ope.no.nun.fac. Bal. in l.omnes.§.si verò apparitor.de episc.& cler.& in l.cum clericus.& in l. dies festos.C.de feriis.& etiam in l.ij.de hære.institu.& l.in tempus.eod.titu.

An citatus vt veniat tali die ad audiendam sententiam, iudex eadem die debeat ferre sententiam, an expectare in diem sequẽtem, Bal.in l.j.C.quomodo & quando iudex.

An citatio facta coram arbitro interrumpat præscriptionem. Bal.in l.cum antea.C.de arbitris, tenet quòd sic.

Nota quòd quis non tenetur comparere in loco periculoso, vt cõfinati, &c.Ang.in l.ij.§.quod dixerimus.si quis caut. An autem debeat comparere per procuratorem, not.ibi, & in clem.pastoralis, ext.de re iudi.& c.statutum.de rescrip.lib.vj.

Nota quòd si quis non possit citari propter eius potẽtiam, debet affigi portis, vbi debet citari, vel portis vicinioris loci, vel ecclesiæ vicinioris.no.in clementina causam ecclesiæ.de electio.

Sola citatio interrumpit præscriptionem longi temporis Angelus in l.sed eximendi.ne quis eum qui in ius voc.vi exi.& tenet quòd sic.per l.si tutor.

¶Bald.De Citatione.

QVAE possunt excipi contra citationẽ, & de interuallis tẽporum inter vnam citationẽ & aliam, & de peremptoria mittenda, & quali

& qualiter est fiẽda per viuã vocẽ, & qualiter ꝑ literas: vide plenè in Spe. de reo, per totum. ¶Citari faciens aliquem, & nõ comparens in termino, ñ auditur, nisi priùs restitutis expensis, & idonea cautione prestita, ꝙ in alia citatione fideliter ꝯparebit, in Specul. de satisd. §. fi. & vide de dolo & contum. c. j. in vj. ¶Citatus nõ excipiens de loco tuto, vel foro, an ĩ illa citatione poterit de hoc excipere, in Spec. de appel. §. restat videre. versi. & not. secundum Vincentium, vbi dicit, quòd præiudicat sibi saltem in illa instãtia: sed si reus iterum citetur ad eundem locum, vel forũ, semper potest excipere quasi de nouo. & vide de ista exceptione, quod no. in Spec. de appellat. §. de officio. in j. col. vbi cauet. ¶Constitutio de duabus dietis, non habet locum in ordinariis, sed solùm in delegatis papæ, propter tex. qui per literas apostolicas. §. ꝯtra. versi. illud quoq;. G. Quid autem in arbitro: vide infrà versi. sed nunqd arbiter. ¶Ordo mandati papę est seruand⁹ hoc modo: vt si mãdat aliquem moneri, vt soluat intra xv. dies: aliàs citetur, quòd compareat coram papa: primò est monẽdus, subsequenter citandus, ñ tamen simul monendus & citandus, versi. sed pone, papa. In contrarium facit, quod no. in ca. 2. de test, cog. sed ibi in ordinario. G. ¶Præsens non est citandus, vt in c. fi. de elect. li. vj. in nouella: sed monendus, vt l. cessante. vide s. de teste, §. valet dictum. & de reo, §. præsumitur quis. ¶ Aliud est citare ad diem feriatam, & aliud vsque ad diem feriatam: quia dictio vsque, tunc excludit, vers. itẽ excipitur, ꝙ citatio facta ad diem festum. G. ff. si quis in ius vocat. non ie. l. 2. in fi. G. & §. viso. ver. quid si aliqua citatio. Nam citatio est de processu: & ideo die feriata emanare non potest. G. versi. item excipitur, quòd sit facta, subaudi à iudice. sed citatio quaten⁹ residet in nuncio, vel in exhibitione epistolæ, nõ est de processu, sed de executione processus seu mandati iudicis: quæ executio potest fieri tempore feriato gratia hominum, non Dei reuerentia, l. dies festos. C. de feriis, ibi, vox sileat. secundum Bart. ¶Sunt certæ feriæ, quæ non sunt propter veram religionem inductæ, sed de consuetudine, fortè propter nundinas, vel ex beneplacito vt erant olim dies calendarũ: & dic, vt in l. feriatis. ff. de arbit. Sunt & aliæ feriæ repentinæ, ob publicam causam introductæ: de quibus dic, vt not. in cle. sæpe. de verb. signifi. ¶Et nota, quòd in cõpromissis potest renunciari omnibus feriis non in honorem Dei inductis: secus in veris & solennibus iudiciis: & hoc videtur verũ in arbitratore, aliàs non. vt not. I. An. in c. R. de fer. Bal. ¶Non valet citatio, nec processus contra clericũ, etiam si iudex ignoret đ clericatu: versi. sed pone, quòd iudex. etiam si communiter haberetur pro laico: quia quo ad eum iudex nulli innititur iurisdictioni: & ita fuit disputatum: Bal. nisi fortè dolosè tacuerit de clericatu, arg. C. ad Velleia. l. siue. j. §. iam de. ver. antepenul. G. Si tamen clericus est bannitus à iudice seculari, potest impunè offendi, qa auctoritas iudicis excusat, l. penul. ff. de adult. per Dy. & ita fuit disputatum, alleg. gl. ff. de arbit. l. j. in fi. & de iureiur. l. illud, §. si quis hominem. Bal. ¶An eodem modo fiat citatio in ciuilib., & criminalib. §. nunc de tempore. versi. sed nunquid idem iuris. per G. ¶Ante verò litis ingressum quilibet terminus intelligitur perẽptorius, versi. dicunt etiam quidam. sub §. viso. G. Sed Accur. dicit, ꝙ non est differentia in citatione ante litem ꝯtestatam, vel post, ff. de iudi. l. & post edictum. quod est verius, secundum Pe. vide ĩ. de dilatio. post lit. contest. ¶ An comminatio aliquid operetur? not. C. de cohorta. apparitor. ver. item iudex debet. & versicu. sed quid si tres. G. & quid si non venit in altero terminorum, ibidem G. & vide ff. de dam. infect. l. prætor. §. si aliquando. per Ia. Bal. Vbi ponitur dictio A, vel Ab: dies citationis alle. & prima dies, qua citatus recipit citationem, non computatur in termino, versi. item not. quòd sic citatio. G. facit quod not. ff. de action. empt. l. ratio. in fin. & vide in Spec. in addi. quæ fuit do. Ant. Bal. ¶Citatio potest committi parti, vt citet aduersarium, tamen citatus non tenetur ei credere, nisi ostendat schedulam, in §. sequitur. post prin. G. ¶ Item non tenetur quis credere aduersario dicenti se appellasse ad sedem apostolicam, quæ appellatio habet vim citationis, nisi ostendat instrumentum appellationis, G. arg. ff. de pos. l. si qs inficiatus. secundum Bar. & facit ff. de fur. l. eum qui. §. si epistola. ¶An stetur relationi nuncii in citatione in paruo, vel in magno negotio, ver. sed nunquid. G. ¶Et an credatur iudici dicẽti se monuisse: dic, ꝙ non: ibidem per G. Nuncio ordinario creditur, vers. hoc autem no. G. præsertim infulato, sicut fit Perusij, quia habẽt biretum rubeum. §. sequitur. ver. in quibusdam locis. circa princ. ibi vide per G. in multis locis seruatur contrà tamen in causa criminali cautiùs est agendum. Et facit, quòd appareat commissio. ¶Sed an præsumatur facta commissio, ex quo apparet facta relatio? dic, quòd non. C. de cust. reo. l. neminem. ꝑ Cynum. & ĩ. vers. seq. §. vtrùm. ibi vide, G. ¶Vtrùm citatus teneatur credere nuncio non portanti literas, sed viua voce citanti, versi. vtrùm autẽ citãdi. G. vide infrà eodem, §. literæ. ¶ Vtrùm credatur nuncio, si referat quòd citatus dixit, Nolo venire, de sentent. excom. c. venerabilibus. §. secus. in gl. Io. And. libr. vj. vide ĩ. de sentẽ. §. citatio debet ¶Forma qualiter scribatur subhastatio, & proclamatio, & relatio executionis, & c. vide formam in ver. cæterùm. & ver. si verò. ¶Citatus ad vnum actũ nõ tenetur super alio respondere, de off. deleg. c. licet. per Inno. Do. Azo. iuit cum literis personaliter ad citandum, vt videret puellam, versi. & nota, secundum Vbert. ¶Quicquid dicat Inn. Specul. dicit, ꝙ sufficit citatio ad domum, nõ clandestina, sed publica, versi. sed quid sufficit. G. Fallit, quãdo testes ante litem contestatam petuntur recipi & publicari. vt no. in l. 4. ff. de dam. infect. per Dynum in mercuria. in regula, præsumitur. Item fallit in inquisitione. secundum In. sed Spe. nõ approbat dictum Innocentij hic, vide G. & vide ĩ. deposi. §. no. quòd terminus. ¶An nuncius possit ingredi domum inuito citato? dic. ꝙ non, nisi in causa criminali. G. vt l. plerique. ff. de in ius voc. versi. sed nunquid reo. Et quod dicitur, Quem cogi posse pignoribus captis, intelligitur extra domum. nõ enim ostia trahi possunt, nec domum ingredi, nec etiam persona potest de domo extrahi, nisi pro maleficio, scilicet masculus, non fœmina, ff. de in ius vocan. l. sed & in his. in gl. ordinaria. ¶ Quando citatus non comparet, an sint citandi consanguinei, & amici per proclama generale? dicit, quòd sic, versi. sed nunquid consanguinei. G. Hoc verum, quãdo proceditur contra aliquem, tanquam contra indefensum, l. hoc autem. §. j. ff. ex quibus caus. in possess. eat. vbi de hoc, ff. ex quibus causis ma. l. ergo. facit quod not. in l. 3. in fi. ff. iu. sol. quia nemo ꝓsumitur carere defensore, nisi appareat contrarium, vt ibi not. & iste, contra quem proceditur, hac sola ratione, quia indefensus, putà cùm sit extra prouinciam, & ad eum citatio nõ potest peruenire, nõ patitur secundum decretum, quia nõ latitat. Si autem ꝓceditur contra aliquem, tanquam contra ꝯtumacem verum, vel præsumptum, tunc nõ sunt citandi consanguinei, vel amici: tamẽ si veniũt, audiẽdi sunt: & filius citati auditur, etiam si est minor viginti quinque annis, & periculum sit in promptu: C. de procurat. l. exigendum. Bal. vide suprà eo. §. quicquid. vide Innoc. đ elect. c. consultationibus. & ĩ. de senten. excommu. §. sententia lata contra curatos. ¶Cites omnes, qui se opponunt, intelligitur de oppositoribus tempore datæ, secundum Inno. dic, vt eo. §. versi. cæterùm. per G. ¶An citatio possit fieri conditionaliter, C. si mãcipium ita fuerit alienatum, l. ea quidem. in gloss. ordinaria. Bal. G. ¶Quis citatus dicatur. reus necessarius, vel volũtarius, de excep. c. cùm iter. per Inno. ¶Inhibitio potest fieri, non præmissa citatione, dummodo iustificetur per clausulam, si senseriste grauatum & c. quod est verum, vbi potest incipi à facta executione: secus, si requiritur ordo iuris. ff. de operis noui nun. l. de pupillo. §. meminisse. in glo. & Bar. ibi. Item secus, si factum necessariò grauet, vt datio possessionis: quia tunc iustificari non potest, C. si per vim, vel alio modo, l. fi. Bal. ¶Literæ citatoriæ debent esse munitæ sigillo proprio iudicis, vbi non sunt per manum publicam scriptę, §. iam de. ver. literis. vide suprà eo. §. vtrùm citatus. & infrà eo. §. litera. Si sint tres iudices delegati simpliciter, duo non citãt absente tertio: nec prodest ratificatio, ver. hoc autem no. G. in ordinariis collegiis simul ad lites: secus etiam, vt nota. de re iud. l. duo. & l. Pompon. & argument. in l. j. ff. de offic. consul. Bald. ¶ Clausula, Alioquin te noueris excommunicatum, non continet sententiam excommunicationis: versicul. quid si iudex ita. In citatione à delegato facta, non tenetur quis mittere executorem, §. finali. versicul. quid si altera. Guilielm. ¶An designatio diei sit de substantia citationis: Specu. quòd non. in §. viso. versicul. quid si non præfixeris. sicut nec de substantia præcepti. Cynus tenet contrarium, secundum Petr. & facit l. finali. C. de iure dot. impetr. cautius est apponere certum terminum. idem quod Cynus, Balt. in l. liber homo. ff. de verbor. obliga. allegat ff. quòd vi aut clàm, l. aut qui aliter. §. j. & in authentica de exhi. reis, §. si verò etiam quidã. & C. de distra. pig. l. 4. idem etiam tenet Cynus in l. dies festos. C. de fer. videtur etiam casus in cle. 2. de appel. In contrarium videtur casus in ca. fi. de senten. excom. lib. vj. & hoc tenet hìc Specul. Io. And. nihil super isto puncto decidit, & ponit in capit. cùm paratati. de appel. Tu aũt conclude, secundum do. Ang. quòd quantum ad mulctandum citatum pp contemptum maiestatis prætoriæ, sufficit citatio sine termino. nam tenetur citatus comparere, quàm primum potest. Et hac practica vtuntur assessores. Et ita ĩtelligo dictum Spe. Sed quantum ad hoc, vt possit ꝯtra eum, tanquam contra contumacem, procedi ad reliquos actus sibi præiudiciales, vt ad sententiam diffinitiuam, non. & sic intelligo iura ꝯtraria. Non obstat c. eos. in fi. quia ibi assignatur terminus per canonem, scilicet vt absolutus ab excõicatione reconualescens, & monitus per superiorem, vt vadat ad petendũ absolutionem, compareat, cùm primum potest, post monitionẽ: vnde ñ est necessarius alius terminus. Et qua hora diei quis teneatur cõparere

& an

& an possit illicenciatus recedere: & an si post terminũ ambę partes ꝑ plures dies coram iudice steterũt pñtes, nec est terminata cã propter quam cõparent, an dicatur ille terminus circunduct⁹? dic, vt plenè no. Inn. in c. consuluit. de off. deleg. Bal. ¶An valeat generalis commissio citandorũ, vide C. de iure do. l. j. ꝑ Bar. ¶Litera citationis non est de actis iudicij, sed ante iudicium, §. iam de. ver. literis. ad fi. ¶Impedito ideo succurritur, q̃a iudex non debet sæuire contra eum, nisi in causa contumaciæ, §. iam de. vers. quid si nónne. G. Interdum succurritur ipso iure, quando iudex sciebat impedimentum, ff. de re iu. l. quæsitum. Interdum per restitutionem, C. de resti. in integ. l. non ignoras. per Cy. scilicet quando iudex ignorat: quo casu aut est defectus in iure agentis, aut est solum impedimentum ex parte rei. Primo casu ipso iure non valet decretum, l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. sed diffinitiua valet, sed datur restitutio, ff. de pac. l. eo tempore. ff. de iudi. l. prætor. §. Marcellus. nisi sit obtenta contra absentem & impeditum ex falsis ꝓbationibus, vel falsis actis: quia tũc est ipso iure nulla, vt ibi, & ff. de fal. l. si quis obrepserit. in vers. nil agit. Si autẽ non est defectus in iure agentis, sed est mera rei excusatio, tunc valet decretum & sententia, ff. de damn. infect. l. si finita. §. si fortè. secundum Dyn. sed datur restitutio, secundum Dy. not. ff. de in integ. rest. l. fi. Bal. ¶Nũcius potest referre ambasiatam, etiam elapso termino, arg. ff. de contrahen. emp. l. qui fundum. Die feriata potest offerri libellus iudici: tamen ista oblatio parum operatur, si vlteriùs non procedatur, ff. de in ius voc. l. libertus. ff. de fur. l. Sempronia. Et ideo pars potest citari hac forma, quòd cõpareat receptura libelli oblationem sibi fiendam? non autem citabitur, quòd veniat ad opponendum, vel respondendum, vt no. 4. q. v. ca. placita. §. j. ver. item excipitur, quòd citatio fit ad idem. aliàs, idẽ. per G. ¶Nota, ꝙ in criminalibus per citationem nõ interrumpitur præscriptio, sed per libelli oblationem parti factam, ff. de adulter. l. miles. §. lx. non iudici tantùm, arg. C. quando lib. prin. da. l. j. & 2. Nã si ibi est speciale, ergo in contrarium est ius commune. Sed si reus non compareat ad recipiendum libellum, tunc per inde est, ac si recepisset: quia contumax in nullo melior est præsente, vt in authen. qua in prouincia. & probatur ff. si quis cau. l. si eum. in fi. Libellus tamen malè conceptus non interrumpit præscriptionem, ff. de adul. l. accusaturus. nec inualida citatio, C. ne de sta. def. l. si pater. ergo nulla cõtestatio, vt no. in auth. offeratur. Bal. vide ĩ. §. pe. & fi. ¶Citatio est nulla, quando continet euidenter iniustum, vel iniquum, vel impossibile, prima facie: extr. de dilat. ca. præterea. ꝑ Innoc. quod potest esse ratione iudicis, vt quia citat non subditũ vel clericum, vel exemptum, hoc expresso, quòd si exemptus. Itẽ & ratione actoris: vt si Iudæus petat mancipium Christianum, vel bigamus beneficium, vel laicus ius decimarum, vel monach⁹ vxorem. Item & ratione conuenti: vt si citatur morbo vel vi detentus, & scitur impedimentum. Item & ratione temporis: vt si citat pro die feriato, vel quòd in vna die ex Roma cõpareat Carthagine. Item ratiõe loci: vt si citatur ad locum inhonestum, vel notoriè suspectum, vel extra prouinciam. & generaliter cùm cõparens non tenetur respondere, nec procedere, is non comparẽs non dicitur contumax, ff. iudicat. sol. l. vir bonus. Secus, si sit vitiũ latens, l. sed eximendi. in fi. ff. ne quis eum. tunc enim ad iudicis iudicandum contemptum pro contumace habendus est, secundũ Oldr. Bal. vide ĩ. de appel. §. nota, quòd habens priuilegium, & de noto. crimin. §. citatus. ¶Citatio rei per capturam personæ, non debet esse prima citatio, nec ab ea inchoari, vt est consentaneum nisi in maleficiis, in auth. vt nulli iu. §. si quis verò comprehensorum. tamen ibi loquitur in fugitiuis. Item nisi propter suspicionem fugæ: facit l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in fraucredit. Suspicio tñ ista non debet esse sibi parti, sed iudici, & debet probari post capturam, vel ante, ff. de priuileg. cred. si debitores. Bal. quia vbi licet incipere ab executione, post factum potest fieri probatio, secundum Bart. quod nota. Etiam debitor fisci debet primò moneri, quàm capi, C. de exact. trib. l. nemo carcerem. libr. x. facit ff. de verb. signific. l. qui neque. & C. de pact. l. si pacto, quo pœnam. in fi. Nũquam tamen legi, quòd citatio realis interrumpat præscriptionem. bene tamen credo, quòd inducat præuentionem. vnde is, qui incipit, debet formare processum, ff. de ea. re. a liàs. de requir. re. l. 2. in fi. quia ex pluribus iudicibus melior est cõditio præuenientis, in Specul. de cita. §. fi. vers. item pone. argu. ff. de offi. consul. l. j. quia satis tamen videtur nouum esse edictum apud alterum per captionem: & sic illam l. induco. facit ff. de iudi. l. si quis postea. cum sua materia. Bal. vide ĩ. de appel. §. casus talis. ¶Citatio circunducta non interrumpit prescriptionem, quia nõ constat ex omnibus suis partibus, de prescrip. 30. annor. sicut. per Gul. de Cu. arg. not. extr. de testi. c. significauit. per Inno. ff. ad l. Aquil. l. in l. Aquilia, si deletum. Bal. vide s̃. e. §. not. quòd inter. & vide Bal. post Inno. ext. de præscript. c. ex transmissa. aliàs est c. illud. ¶Citatio peremptoria nõ requiritur, vt veniat ad illum, qui iam de contumacia, culpa, vel dolo notatus est, vt in ver. fi. ¶Citatio debet in se ɔtinere causas: vt no. in l. 4. §. ꝑtor ait. ver. denũciari. ff. de dam. infect. Citatio ꝑemptoria p̃t mitti ante litis contestationem. q̃d not. & vide in Spec. de acto. §. viso. vers. antepen. ¶Quæ sit differentia ĩter citationẽ hominis & legis, ĩ. tit. seq. §. 4. & quõ quis absoluatur à citatiõe, ibi in §. seq. & quot sunt quæ nõ requirunt citationẽ, ibi vide regulam §. an absolutio. Bal. ¶An citatus, vt intra octo dies cõpareat, si cõpareat prima die, teneatur expectare aduersarium per totũ terminũ. vide de dilat. §. 2. Et an parte absente, id est non citata, p̃t iudex præfigere terminum: ĩ. de dilat. §. an parte. ¶Iudex potest citare sine causæ cognitione, ĩ. de dila. §. iudex p̃t. ¶Tres sunt partes citationis: & in qua parte credatur nuncio, ĩ. de sententia, §. citatio debet. ¶Ad substantiam citatiõis nõ est necesse, quòd libellus primò offeratur iudici, sed est ad bene esse: infrà de appellat. §. sed pone, dicit statutum, quòd ille.

a ## ¶De Contumacia [a]. Rubrica.



QVIA peremptoriè vocati ad iudicium, sępe venire cõtemnunt contumaciter: ideo de cõtumacia dicamus: ostendentes, quis sit contumax: qualiter contra actorem contumacem procedatur: & qualiter contra re-
b um: & de pœnis contumaciæ [b].

ADDITIONES.

a Tancredus hoc ordine posuit hanc Rubricã, scilicet post ꝓximã. Rof. in libel. iuris cano. parte 2. posuit Rubricã, de ɔtumacia accusatoris & accusati. Vber. de Bo. & sine Rubrica, mihi charta vij. ponit de ɔtumacia & eius pœna. Io. de Deo duas rubricas posuit libro secundo: de contumacia rei, & de contumacia actoris. Aeg. multas Rubr. posuit, scilicet xciiij. vsque ad tit. de cautelis aduocatorum. Guid. de Suz. Rub. quomodo procedatur ɔ reum contumacem. Gui. An. cõtinuauit ad tractatum proximum. Sciendum ẽt, quòd hæc Rubrica repetiť in tractatu libellorum. Itẽ ꝙ Host. in Summa rubricam hanc separatam à rubrica de dolo, prosequitur: & multum iuuit auctorem.

b Contumaciæ, ¶Host. primò diffinit contumaciam, dicens, quòd est erga iudicem, vel prȩlatum commissa inobedientia. Ideo dicit Commissa, quia non semper obediendum est. de quo remittit ad Summam de maio. & obed. §. & ad quid. in fi. & no. de temp. ord. ad aures. in gl. 2. & quod super ea scripsi.

SVMMARIVM.

1 *Parti conuentæ recedere non licet à iudicio sine licentia, siue sit actor siue, reus.*

2 *Contumacia est duplex.*

Et cõe contumax quis dicatur.

3 *Contumacia diuiditur in notoriam aut veram, aut fictam, siue interpretatiuã: & qualibet istarum qualiter cognoscatur.*

¶Contumax quot modis quis dicatur.

1. §. Contumax est, qui trinis edictis, vel vno peremptorio citatus, non venit: vel venit, sed non obedit: seu illicentiatus recedit, xj. q. 3. certum. 18. dis. si quis autem. ext. de exces. præ. ex literis. 24. q. 3. de illicita. C. quõ & quãdo iud. tres. extr. de dolo & contur. causam quæ. ff. de priuil. cred. si creditores. extr. de præsump. nullus. ff. de re iud. contumacia. extra. de iud. c. j. de procu. constitutus, in auth. de litig. §. omnem verò. item is, q̃ latitat, ne citatio possit ad eum peruenire: vel impedit, seu procurat, per se, vel per alium, ne citari possit. ext. vt li. nõ contest. quoniam. §. j. v. q. j. quidam. ff. de euic. si edictũ. §. si præsentem. & in præ. c. certum. de pœ. dist. 4. in domo patris. ibi, quia subtrahit se & latet, &c. quibus casibus pro citato debet haberi, ff. de reg. iur. ad ea. §. semper. & l. iure ciuili. ff. de con. & dem. & cùm lædat per dolum aduersarium, infamis est, ff. de his, qui no. infam. l. j. ff. de do. l. j. itẽ is, qui veni ad iudicis præsentiam, sed se non exhibet, seu præsentat: sed post columnas, vel ostium latitat, ne iudex eum cognoscat, ff. ex quibus cau. in po. ea. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. & §. illud sciendum. item is, qui venit, sed nimis tempestiuè vel illicentiatus recedit, vt s̃. nõ enim debet pars præsens sine iudicis licentia recedere, & si aduersarius non comparuerit, ar. in ꝑ. c. certum. Nam cùm iudex possit in sequentẽ diem expectare, vt
a extr. de off. deleg. consuluit [a]. meritò & ipse expectare tenetur, quo ad hoc, vt ipse petere possit sumptus: quos petere potest, si ad voluntatem iudicis expectat, Cod. de iudic. sancimus. non
b tamen quo ad hoc, quòd aliquam pœnam subeat [b]: quia etiam si non venisset, aduersario non veniente, nõ puniretur in expensis.

ADDITIONES.

a Consuluit. ¶Ibi de hoc satis scripsi in gl. ex hoc. & quõ de licentia conficiẽdum est instrumentũ, vide ĩ. de ɔparit. ver. hîc quoq;.

b Subeat. ¶Sup. aduersario non veniente.

pensis,vel aliter,ff.de arbit.l.arbiter.§.fi.& j.de expens.§. postremo,ver.tu autem.licet fortè secus sit: vt vbi quis vocatur ad electionem faciendam.quod dic,secundum Papam,prout not.in p. c.consuluit [a]. Ipse etiam dicit,quòd nunquam partibus præsentibus circumducitur edictum: quamuis sine aliqua speciali prorogatione partes expectent per plures dies post terminum assignatum.† ¶Nec licet alicui parti recedere sine licentia,siue sit actor siue reus:vt in concor.s.in prin.huius §.positis.quod si fecerit,& pars altera, quæ absfuit,docuerit, quòd absens fuerit ex probabili & necessaria causa,iustè petet omnes expensas,arg præ.l.sancimus.Ille enim ad duo tenebatur,scilicet comparere,& in termino comparere. Vnde si alterum complere non potest, scilicet in termino comparere,tenetur ad alterum,scilicet, comparere. argum.ff.de arbit.l.Celsus.& l.præced.§.fi.& extr.de dol.& contu.cùm dilecti.prope fi.Patet ergo,quòd ad hoc vt pereat instantia termini assignati,& circunducatur edictum,de quo legitur ff. de iudi.& pòst.oportet per iudicem circunduci, & licentiã obtineri.Si autem iudex absit,& partes veniant,vel non, de hoc in p. ver.tu autem.¶Item etiam contumax est is,qui non vult respõdere:vel qui obscurè respondet,arg.extr.de iur.ca. c.fi.extr.vt.lite non contest.accedens.de mu.pe.c.2. ff.de interrog.act.de ætate.§.nihil.Item is,qui rem ad mandatũ iudicis restituere nõ vult, ff.de rei vend.qui restituere.& ff.ne vis fiat ei,qui in possess.mis.ẽ, si quis missus.extr.de fo.com.conquestus.& de spons.cùm locũ, & in præd.c.causam quæ.vel iussus non exhibet,ff.de appell. creditor.§.iussus.putà si non exhibet vsuras extortas,extra . de vsur. quia in omnibus.de iureiur.debitores.& c.ad nostrã.¶Item is, q non vult iurare,ff.de iureiu.manifestè.extr.de iur.cal.c.fi. ¶Item is,qui non defendit,ff.de procu.l.omnino. & l.mutus.§.pœna [b].

2 †¶Et

ADDITIONES.

a Consuluit.¶Vide finem præd.gl.

b Pœna.¶Hic sequuntur verba Hostiensis,vbi s.ad quorum intellectum omnino vide qđ plenè no.in cl.de dolo & ꝯtum.si ante. vt ibi dixi. Auctor hîc variat:primò ponendo duplicẽ ꝯtumaciã, tenendo verba Host.vt prædixi:secũdò in ver.vñ breuiter,ponit triplicẽ:sed excusari pt auctor,scilicet quòd sunt duæ , sed prima subdiuiditur.Itẽ hic dicit verã contumaciam, ibi aũt euidentem illius,qui dixit citatus se non venturũ.Hoc autẽ pono pro indubitato,quando id dixisse in iudicio,per decret.venerabilibus.§.secus.de sent.excom.lib.6. Sed remanet dubiũ , de quo ibi nota.an sit idem,si ext.iudicium nũcio citanti sic dixit.¶Ad declarationẽ autem illius gl.& eorum,q̃ hîc sequuntur, & ad ampliãdam materiam prædic.decret.si ante.circa istũ,qui citatus respondit, se ñ venturum,de quo multæ gl.loquuntur,vt infrà patebit, quærendum est de septem.¶Primò , quid si extra iudicium respõdeat sic citanti.¶ Secundò, an nuncio soli referenti eum sic respondisse, credatur.¶ Tertiò,posito quòd de hoc cõstet,& in termino nõ venerit,quale sit nomẽ huius contumaciæ.¶Quartò, an talis appellet? ¶Quintò,an saltem beneficio velocis reditus vel aduentus,appellare possit.¶Sextò,an talis in prima citatione non peremptoria respondens,vlteriùs sit citãdus ad idem.¶Septimò,an talis citat[9] in vno articulo,in aliis sit citandus.¶De primo certũ est,q̃ illa verba non obstarẽt,citato,si venisset in termino,ẽtsi in iudicio illa dixisset.Si enim ex illis verbis ĩsurgit ꝯtumacia,sed sequens ꝯtumacia ñ venientis qualificat per illa præcedẽtia , vt sic ex præterito p̃sentem ꝯtumaciã dicam[9] manifestã.veniant no.de præsũ.scribã.cũ sua remis.& si in iudicio dicta fuissent,nullum dubiũ,per p̃.§.secus.sed,vt ibi patet,qualitercũq; de vera contumacia in iudicio ꝯstet,idẽ quo ad qualificationem : vt si ipse in iudicio ꝯfiteatur se contempsisse,& contumacẽ fuisse,qualificata est: vt s.idem,si aliter constat, vt ibi.Hæc autem qualificatio insurgit ex p̃sumptione causata à verbis dictis in iudicio,vel extr.sed non est necessaria: quia potuisset verba dixisse,& nõ ꝯtempsisse,vnde si talis probaret se captum fuisse ad iudicem veniendo , vel graui infirmitate detentum,vel aliquid tale constat,quòd per hoc probatum tolleretur contumacia , ergo & eius qualitas nequit esse sine subiecto.hoc patet e.c.§.idem est.cum suis glo. Nunc ad declarationem sequentium est videndum,quid aggrauet ista qualitas.& dico,quòd in duobus, scilicet in restitutione expensarum, non dico facienda, sed permittenda , si excommunicatus fuit ob id,& petit absolui:vt in præ.§.secus.sola ergo cõtumacia obligat eum ad restitutionem expensarum faciendam:tamen post absolutionem,si non probauerit iustam excusationem,sed qualificatio talis obligat eum ad prius soluendum. Secunda aggrauatio est in eo, quòd non habet beneficium velocis reditus , vt dicam super v.membro.Concluditur ergo, quòd quia nemo æstimandus est dicere,quod mente non agitauit,ff.de supel. lega.Labeo. & iudicium humanum causatum à verbis,22.quæst.v. humanæ. facta fide in iudicio de his verbis dictis citati,contumacia dicetur sic qualificata, vt dicatur euidens,vt subdam. ¶Circa secundum nullum dubium est, secundum opinionem dicendam , etiam super citatione non credi nuncio,de quo satis dixi s.tit.prox.§.sequr. ver.sed nunquid.nam,secundum illam, multo minus credetur de responsione citati:idem videtur secundum opinionem cõtrariam,quòd super citatione credatur: quia ad hunc casum non videtur ipsius iuramentum extendi. Iurat enim fideliter citare,& citationes referre. Sicut ergo sibi non creditur super omissione iudicis,vt no.& dixi in ver. ibi seq.sic nec credatur super responsione partis.Factum ergo suum habet referre,non alienum:& sicut non crederetur ei,si se dicat à citato verbis iniuriatum, vel p̃cussum : sic nec credatur,quid ab eo sibi sit dictum.Nec dici põt, citati responsionem esse citationi connexam:cùm certum est, citationem esse omni suo gradu perfectam etiam citato tacente. Secundum hoc ergo oportebit etiam aliter probari id:quam p̃bationem per testes oportebit exhibere illum,qui fertur id dixisse,extr.de test. ca. 2. & sic non erit facilis exitus huius rei. Super hoc iterum vide,quod dicam infrà sup vj. membro. ¶ Tertium, scilicet quod sit nomen huius contumaciæ, expeditum est per superiora:quia dicitur euidens,vel vera, verior, vel verissima : vt infrà subdam.Hoc tamẽ ad opinionem refertur:quia opinamur illam talem.hoc dico per id,quod dixi super j.membro,versi.hæc autem.¶Quartum etiam certũ est,vt statim ponit auctor: vt no. in gl.cle.alleg.prius,& in sui prin.¶ In quinto,an saltẽ beneficio velocis reditus,vel aduentus appellare possit,& vti beneficio illius l.diuus.ff.de in integ.rest.quæ post sententiam admittit contumacem venientem iudice adhuc pro tribunali sedente diuersificant Doctores.nam opinio Azonis fuit,l.diuus.loqui in ficto ꝯtumace:& quòd de illo verissimo contumace, de quo tractam[9], non loquatur:patet ibi ex textu,quo dicitur citatum non respõdisse.& sic opponitur,quòd fictè contumax poterat appellare.ff. de iu.& post edictum.§.fi.vnde non egebat restitutione. Ad id respondet,q̃restituitur non ad appellandum,sed ad totã cãm,vt ibi no.Hæc opi.placebat domino meo,& placet ibi,& inordina.vid vbi de spernenda appellat. vers.sed si citatus.Guidoni de Suzar.& Iac.de Aretio hęc pars opinionis non placet.scilicet quòd nõ loquatur in verissimo contumace lex illa.Sed Ioannes ꝯtrà ibi no. & mouetur illa ratione:quia fictus non egebat restitutiõe:& qđ ibi dicit, non respondet,exponit,vt ibi no.id est,nõ venit:& hoc omnino placet hîc auctori, quòd etiam verissimus gaudeat illo beneficio velocis reditus post latam sententiam.Et si dicatur pro ista opinione, quòd licet pœniteri:respondet Guido , illud verũ tempore debito.inducit ff.de procurat.l.ante litem.& l.post litẽ. Est sciendum,quòd de cõtumace in non exhibendo,nullum dubium, quòd appellat,vt infrà sequitur : nec in absente sine culpa sua,& maximè dolo aduersarij: quia certum est quòd restituitur, vt in l.diuus 2.respon.Sed circa contumacẽ in non veniendo,de quo loquimur,distinguit sic Iac.de Aret. super l. diuus. quòd aut est verus contumax.& verè: vt quia dixit se non venturum. Aut verus contumax præsumptiuè : vt quia personaliter citatus non venit.Aut fictus,vt citatur ad domum.Primo casu reprobat opinionem Io.per l.continuus.ff.de verb.oblig.§.cùm ita.in fi. quia in certis non est locus coniecturis.approbat opinionem Azonis quòd non gaudeat beneficio illo,& quòd lex de illo non loquatur,probatum est supra.Secundo casu,si veniat iudice sedẽte pro tribunali,gaudet beneficio,& appellat:vt ibi:quia per velocẽ reditum tollitur præsumptio contumaciæ. vt dicit ibi textus, & simile ff.de his,qui sui vel alie.iuris sunt,l.filium.Si veniat iudice ñ sedente,non appellat.ff.de appellat. ex consensu.§.vlti. & de iu. & si post. §.fi.in prin.Tertio casu,si fuit defensus per procuratorem,non appellat,ff.quando appel.sit,l.prima,in fi.si non fuit defensus,appellat sine restitutionis auxilio : vt ibi,& prædict.l. & si post. in fi.& hoc quandocunque veniat iudice sedente, vel non, dummodo intra decem dies à tempore sciẽtiæ,vt j.sequitur.nec placet sibi,vel Gul.quòd veniens iudice sedentepro tribunali,restituatur ad totam causam.Nam,vt dicit Iacob. nõ debet esse melior cõditio illius,in quo saltem præsumptiue fuit delictum ꝯtumaciæ,quàm presentis:sed presens nil plus quàm appellare põt: ergo nec ille.Concludit ergo,in solo vero contumace presumptiuè legem loqui.ergo nõ in verissimo , vt est dictum.& hæc est secunda aggrauatio,de qua in prima qõne remisi. Ego in remissione,quam in principio dedi,pondero cõtemptũ, qui posset esse in ficto ꝯtumace,qui citationis ad domum factæ habuit plenã notitiam:& non esse in vero contumace presumptiuè,qui potuit non cõtemnere,sed impediri in veniendo,vel saltem excusari: ibi vide in ver.&ex his concludi posset.¶De sexto sciendum Io. tenuisse 24.q.3.de illicita.in magna gl. talem vlterius non citandum.idem autor hîc in prin.idem Inno. de accus. ad petitionem. vt ibi scripsi in magna glossa.ver.si autem.idem Hostien.in Sum.

¶ huius

a †¶Et nota, quòd duplex est contumacia, scilicet vera & præsūpta. Verè contumax est is, quem citatio apprehendit, & dicit, non portabo pedem: & contra eum potest procedi nulla alia citatione facta, ff. ex qui. cau. in possess. ea. Fulcinius. in fi. nec talis potest appellare, ff. de in integ. rest. diuus. in fi. & l. seq. in quibus nota. de hoc, 2. q. 6. §. sunt etiam, quorum. ff. de iudi. & l. post in fi. C. quomodo & quando iud. ab eo. & C. de liber. caus. si is quem. 24. q. 3. de illicita. nisi veniat adhuc sedente iudice ꝓ tribunali, vt l. diuus. licet quidam illam intelligāt de præsumpto contumace: ꝯ quos est ff. de app. ex consensu. §. finali. & nisi præsens sit iam contu-
a max[a], ff. de app. creditor. §. iussus. Fictè autem, siue præsumptiuè contumax dicitur (vt quidam dicunt) is. qui respondit se venturum, vel nil dicit, non tamen venit: ad quem debet ter mitti, ff. de
b re iud. l. contumacia. §. contumax. quod non placet. Vnde dic[b], ꝙ fictè contumax est is, ad cuius domum trina citatio facta est, licet non fuerit inuentus: quod dic, vt s. §. prox. sequitur. ver. illud etiam no. contra talem enim proceditur: sed pòst probata iusta causa absentiæ, sine difficultate restituitur, vt ext. de re iu. cū Bertoldus. Alij tamen dicunt talem non fieri contumacem, ex quo nō
c inuenitur, ff. quæ sen. sine ap. re l. j. §. j. quod non placet[c]. † ¶Vn-
3 de breuiter distingue, quòd contumacia alia euidens siue notoria, vt cùm citatus inuentus respondet se non venturum: alia vera, vt cùm apprehendit eum citatio, & nil dixit, vel dixit se velle venire, non tamen venit: vt in præ. l. ex cōsensu. §. fi. maximè vbi bis, vel ter citatus fuit, nec vnquam venit, nec excusationem proposuit. Alia ficta, siue interpretatiua, purà cùm citatum citatio non apprehendit, vt s. sicut aliàs est simile. nam vera citatio dicitur facta ab homine, ficta seu interpretatiua, quę fit à iure: vt no. ext. de
d elect. statuimus[d]. Verè autem contumax non auditur appellans, & multo minus notoriè, vt s. fictus autem potest appellare intra decendium, postquā sciuerit sententiam contra se latam, C. quo
e modo & quando iu. ab eo[e]. Item contumax auditur appellans, si iusta causa eum venire prohibuit: vt in l. ex consensu. §. eum qui. vbi de hoc, ff. de re iu. contumacia. extr. eo. cùm Bertoldus. vel si sit contumax in non exhibendo, ff. de app. creditor. §. iussus. Si autem procurator cōtumax est in sententia, vtrùm dominus poterit appellare? no. de app. §. j. Item ter citatus videtur contumax: qđ dic, vt s. tit. prox. §. viso. ver. quid ergo. & q̄ hic desunt, vide in eo.

ADDITIONES.

☞huius ti. §. 2. ver. item ter debet. idē Accur. ff. de in integ. resti. l. fi. in vlt. gl. C. quomodo & quando iud. tres denunciationes. idem Guido de Suz. in l. diuus. ff. de in integr. restit. Ioan. de Deo tenet contrarium Cauil. lib. 2. ver. de peremptorio. dicit enim talem ꝑemptoriè citandum, ad malitiam conuincendam, 3. q. 9. decernimus. de dolo & contumacia, prout. & capit. cùm dilecti. & c. cùm olim. allegat etiam C. quomodo & quādo iud. l. ea quæ. Huic sub dubio fortè concordant Iac. de Ra. & Petrus, vt scripsi in decre. venerabilibus. §. secus. lib. vj. super gl. 2. & 3. non solùm fiāt ad ꝑbandam contumaciam, sed etiam ad conuincendam maliciam, C. de iudi. auth. iubem⁹. & in præd. decre. prout. Pro his facit, ꝙ lubricum linguæ facilè ad pœnā trahi non debet, ff. ad l. Iul. maiest. l. famosi. cui conuenit C. si quis imper. male. l. vnica. Item licet dixerit se non vēturum in prima, non sequitur per hoc, ꝙ nolit venire in secunda, vel tertia. Item plus est aliquid facere facto, quā verbo dicere, extr. de appel. dilecti. 2. ff. de ædil. edic. si tamen. §. ei qui. Sed citatus prima citatione, quem citatio apprehendit, dicit facto se nolle venire: & tamen oportet eum iterum citari: quare non citabitur, cùm dixit verbo? Item potest mutare propositum: cùm, secundum Tul. Tuscu. Quæst. l. nulla celeritas ꝑt cū animi celeritate ꝯtendere: vt dixi de spon. tua. super. j. gl. facit ad hāc partem decret. licet. de procurat. lib. vj. ff. ad Tertul. l. filij mater. in fi. ff. de re iud. ꝙ gessit. extr. de app. cum cessante. Hæc opinio placet in qua sine alterius præiudicio iudicialis æq̄tas obseruatur: quia scilicet si illa verba nō dixisset, iterū vocari debeat. Ad idē hoc dico propter opinionē, q̄ habet, post litis cōtestationem omnē dilationem haberi ꝓ peremptoria, vsq; ad sententiam exclusiuè: de qua s. tit. j. §. viso. ver. dicunt etiam. cū sua remiss. ¶De septimo dico, ꝙ licet articulus ille, ad quem citatus fuit, expediri possit, nec ab alio possit propter sui ꝯtumaciā appellare ad alios, tamen vetus est citādus: vt generaliter de ꝯtumace notaui in decr. eū q. de do. & contu. lib. vj. in gl. videbatur. super qua gl. posui dictum In. cum determinatione Host. quam et posuit auctor s. tit. proxim. §. viso. ver. itē licet in die. ad fi. & omnino vide, qđ ibi scripsi contra illud. Adde, quòd nominato n̄ creditꝰ super respōsione partis: sequitur Paulus de Castro con. 287. Et quòd dicens, nolo venire vlteriùs non sit citandus tenuit Bar. in aut. q̄ semel. C. quomodo & q̄n iud. & in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dā. infec. do. Anto. in c. si. de eo q̄ mit. in pos. causa rei ser. Et ꝙ verus contumax non possit dici, nisi ille, qui habuit notitiam citationis, voluit Ang. ꝯsi. 186.

a Contumax. ¶scilicet in non parendo.
b Dic. ¶Secundum Aegi. vbi s.
c Placet. ¶Nec Accur. in l. fi. ff. de in integ. resti. in fi. vlt. gl.
d Statuimus. ¶Lib. 6.
e Ab eo. ¶Ad idem C. de libe. cā. l. 4. ff. quando app. sit, l. j. §. fi. Adde, quòd licet fictè cōtumax audiatur appellans intra decem dies à tempore scientiæ, tamen facta per iudicem à quo post decem dies à tempore sententiæ, non veniunt reuocanda per viam attētatorum. Rota hoc tener in nouissi. decis. 187.

SVMMARIVM.

1 *Contra actorem contumacem quomodo sit procedendum.*
2 *Actor non veniens magis offendit; quàm reus. nam actoris est causam ampliare, & apud iudicem stare: rei autem fugere.*
3 *Reus tribus edictis citatus, an in primo termino venire teneatur: et an actor in primo termino non comparens ad expensas.*
4 *Iudex partem præsentem absoluens à termino citationis, quomodo se habere debeat.*

1 2. §. Nunc nobis videndum occurrit, qualiter † contra actorem contumacem procedatur: super quo dic, quòd si actor in primo, vel secundo termino non venerit ad reum, quem citare fecerat, reo condemnabitur in expensis, ff. de iudi. l. eum quem temerè. & etiam in damnis & interesse totius litis. nam & ad hoc specialiter se debuit obligare, 3. q. 4. §. spatium ver. libellum. In causa verò criminali excommunicetur, nec post exaudiatur, nisi probet se iusto impedimento detentum. Si verò venerit in peremptorio, reus absoluetur: quod dic, vt j. de accus.
2 §. v. in prin. † magis enim offendit actor non veniens, qui debet causam ampliare, & apud iudicem stare, quàm reus, cuius est fugere, & causam extenuare, 3. q. 4. ca. j. vnde & reus fugitiuus nuncupatur, vt in præ. l. properandum. §. & si quidem. Hodie autem punitur in expensis, nisi veniat in primo vel secūdo termino: nec admittitur ad aliam citationem, nisi præstita cautione idonea, ꝙ
a in termino fideliter comparebit: vt extr. de do. & ꝯtu. actor[a]. qđ
b est contra illos abusores literarum apostolicarum, qui per eas[b] faciunt aliquos, vbi volunt, citari, nec in statuto termino compa
3 rent, vt sic citatos indebitè vexent. † ¶Sed non videtur, quòd actor non comparens in primo termino, debeat in expensis condemnari. nam nec reus trinis citatus edictis, in primo termino venire tenetur. vnde & idem debet actori licere, extr. de mu. pe. c. 2. sed hìc nihil est dictum: quia & reus tunc condemnabitur, vt j. de
c expen. §. iuxta. ver. sed quæritur, quando[c]. Vt autem hic articulus pleniùs liqueat, distingue: nam aut causa est ciuilis, vel spiritualis, vel mista, vel cohærens: de quibus j. §. proxim. hæc dicentur. Aut actor abest contumaciter ante litis contestationem. aut post litē contestatam. Si ante litis contestationem, vocandus est tribus edictis per interualla 30. dierū: & si non venerit, indulgetur ei annus: sed intra ipsum annum veniens, non auditur, nisi restitutis expensis reo, vt s. Si verò non venerit intra annum ipsum: iudex audiat allegationes & testes rei præsentis: & rei veritate perquisita, sententiam ferat super principali. hoc habetur C. quomodo & quando iud. auth. qui semel. ext. de do. & contu. causam que. in fi. Sed ibi erat lis contestata, secundum Inn. & C. de vsur. pupil. l. fin. licet aliàs regulariter non sunt testes recipiendi, nec sentētia ferenda lite non contestata, vt s. de teste, §. nunc tractemus. Si aūt lis est contestata, tunc actor contumax citandus est ad petitionē rei tribus edictis, quorum quodlibet debet esse decem dierum. Et si liquet, vel liquere potest de causa, iudex sententiabit secūdum causæ merita: Si verò non liquet plenè de causa, absoluat reum præsentem ab obseruatione iudicij, nullo regressu ad causam reseruato actori, & in omnē causæ euentum condemnet actorem absentem in expensis. Hæc plenè leguntur C. de iud. properādū.
4 §. & si quidem. ext. de do. & cōtu. prout. † ¶Illud autem scias, ꝙ quando iudex partem præsentem absoluit à termino, fiet hoc absque vlla citatione. Vbi verò fit absolutio ab instātia iudicij, quæ peti debet ante litis contestationem, vt C. quomodo & quando iu. authen. qui semel. & 3. q. 3. §. spatium. versi. quod si fieri. debet pars. absens citari. & maior solennitas adhiberi: quia tunc ea facta
d omnia acta[d] iudicij illius pereunt, C. de iud. ꝑperandum. §. j. ff. de iu. & post. & absens condemnatur in expēsis. ex. de pœn. cal. Per huiusmodi autem absolutionem iurisdictio iudicis non tollitur,
e vt no. secundum Papam, extr. de officio deleg. consuluit[e].

ADDITIONES.

a Actor. ¶Libr. vj.
b Eas. ¶Supple, habentes clausulas generales.
c Quādo. ¶Et vide de citatiōe, §. viso. ver. sed qđ si tres. & qđ ibi di.
d Acta. ¶Respiciētia litis ordinationē de hoc plēè scri. de tes. cām.
e Consuluit. ¶ Vt ibi scripsi super gl. 2. & de iudi. examinata. super ver. nihilominus.

SVMMARIVM.

1 *Causa quotupliciter distinguantur.*
2 *Accusatus de crimine, si contumax reperiatur, videtur fictione iuris crimen confiteri.*
3 *Missio in possessionem, an pro modo debiti declarati sit facienda, & nu. 5.*
4 *Cognitio illa dicitur summaria, imò plenissima, quæ fit per testes & instrumēta. Testes an recipi possunt lite non contestata.*
5 *Creditor an in hypotecaria mittitur in possessionem ex primo decreto, pro men sura debiti declarati. Hypothecaria cuius sit naturæ.*
6 *Habens apud se rem obligatam, iustam retentionis causam habere censetur.*
7 *Vim turbatiuam si quis alicui inferat, ille autem agat contra inferentem Vti possidetis, vt cesset à turbatione: non autē cessat, & est contumax: quid iuris?*
8 *Reus contumax in causa spirituali, vel mista, quo pacto possit excommunicari vsque ad satisfactionem condignam.*
9 *Iudex reum aliquem puniturus, semper debet à minori pœna incipere.*
10 *Pœna nulla grauior in ecclesia est, quàm excommunicatio.*
11 *Iudex quomodo se habere debeat in condemnationibus, vbi actiones sunt mistæ inter personales & reales.*
12 *Missio in possessionem potest fieri propter contumaciam causa rei seruandæ, si agitur de ecclesia, tanquam de proprietate.*
13 *Reo per se, vel per responsalem, in termino citationis non cōparente, vel aliter contumace existente, qualiter actor sibi prouidebit.*

¶Qualiter contra reum contumacem procedatur.

3. §. Sequitur videre, qualiter contra reum contumacē procedatur. In primis ergo sciendum est, quòd actore instante & rei absentis contumaciam incusante, vt j. de comparit. in termino, ver. sed & ipse iudex. facta sibi fide de citatione, secundum ea, quæ dicta sunt s. ti. prox. §. sequitur. ver. sed nunquid. & seq. pronunciabit eum contumacem in hac forma:

¶FORMA. Cùm nos talis iudex delegatus, vel ordinarius, talem tribus edictis, vel vno pro omnibus peremptorio, citari fecerimus, vt coram nobis compareat talis de iustitia responsurus: ipse verò nec in termino eidem statuto, nec post, licet expectatus diutius, per se, aut responsalem idoneum curauerit ꝯparere, put de citatione huiusmodi constat per relationē talis nūcij, vel presbyteri, vel per publica documenta, idcirco petente tali & instante, ipsum contumacem exigente iustitia reputamus & pronunciamus. 24. q. 3. de illicita. C. quō & quando iud. ꝯsentaneum. extr. de dolo & cont. prout. deinde iudex ꝯtra eum, tanquam ꝯ ꝯtumacem procedat, recepta priùs petitione actoris sup hoc. de qua dic. vt j. de dolo & cont. §. restat. & de eo, qui mit. in poss. in prin.

¶Ad huius autem materiæ notitiam clariorem, quia hic articu-
1 lus frequens & quotidianus est, sic distingue: Nam † causarum alia matri-
a lia est criminalis, alia ciuilis, alia spiritualis, alia mista [a]: alia matrimonialis: alia appellationis, vt 16. q. j. frater noster. circa med. ibi, si qua causa, &c. 14. q. ij. super prudentiam. extr. de proc. tuæ. extr. qui fil. sint leg. per venerabilem. §. rationibus. ver. tria quippe. de
2 quarum singulis aliqua edoceamus. † ¶Si quis igitur de crimine accusatus, contumax reperiatur, videtur, fictione iuris crimen cō
b fiteri [b]. Sed hoc membrum plenè prosequere, vt not. j. de accus.
c §. sequitur [c]. ¶Si vero agitur ciuiliter. distingue: Nam aut agitur actione reali, au personali. Si reali, putà ad fundum, vel domum, & reus sit contumax, quia peremptoriè citatus non comparet, vt s. §. j. in prin. tunc subdistingue: quoniā aut est lis ꝯtestata, aut quasi contestata: aut nullo modo contestata. Si est lis contestata, iterū subdistingue: Nam aut liquet de causa, aut liquere potest de causa: putà quia testes recepti sunt vel recipi possunt, vel instrumenta exhibita vel confessiones factæ: tunc procedi potest ad sententiam absoluendo, vel condemnando, secūdum causæ merita: nec ꝑueniens restituitur: & siue pro absente, siue contra eum iudex ꝑnunciauerit, semper eum in expensis condemnabit: nec absens ꝯtumax à sua sententia poterit appellare, vt C. de iud. properandū §. sin autem reus. & §. sin autem ex gestis. extrà de do. & contum.
d prout. ad fi. [d] 3. q. 9. decernimus. Si verò nō liquet, nec liquere ꝑt vt quia actor nullos testes, vel instrumēta producit, per quę posset de suo iure docere, tunc adiudicanda est actori possessio tantum, & statim fiet verus possessor, salua quæstione ꝑprietatis absenti, vt in præ. de. prout. & C. quo. & qñ iud. l. ꝯsentaneum. Si autem lis est quasi ꝯtestata, saltem quo ad interrumpendam præscriptionem, putà quia is, qui nomine possidet alieno, conuenitur, ac si sua res sit: & domino rei per eum in iudicium nominato, & facta ei intra certum tempus à iudice statuendum denunciatiōe, vt veniat ad causam, eoque legitimè citato, dominus ipse nō venit: tunc certè adiudicabitur possessio ipsi actori: & fiet verus possessor, salua quæstione proprietatis absenti, vt extr. vt lite non ꝯtest. quoniam. §. quòd si super. C. vbi in rem act. l. 2. & in præ. dec. prout. in fi. de hoc dicam j. tit. proxim. §. restat. ver. hoc etiam no. & seq. & sic idem iuris est quando lis est ꝯtestata, sed non liquet de causa, sicut quando lis est quasi contestata. Cæterum si lis est nullo mō contestata, reo ꝯtumaciter absente actor nō potest petere, vt sententia feratur, vt C. de iud. properandum. §. & si quidē & §. sin autem. sed summatim examinato negotio. mittendus est possessionem rei petitæ, ext. vt lite non contes. quoniam frequēter. §. in aliis. C. de pres. 30. vel 40. ann. si quis emptionis. §. pe. ext. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. ca. fi. C. quomodo & quādo iu. consentaneum. in fi. prout dicet j. ti. prox. §. 2. & tunc reus vsque ad annum poterit recupare possessionem, restitutis expensis, & præstita cautione de iudicio sisti: anno verò elapso non audietur nisi super proprietate, vt in præd. §. in aliis. extra. de eo qui mittit. in pos. causa rei ser. c. j. & 2. & in præ. l. si quis emptionis. ad fi. & si propter rei dolum, seu potentiam, nequit nancisci possessionem vel nactam ꝑdit, nihilominus post annum efficitur possessor. ext. de dolo & ꝯtu. contingit. Sed nec in criminali recuperat post annum: quod dic, vt j. de accu. §. sequitur. Quando autem incipiat currere iste annus, dicetur j. ti. prox. §. iam de effectu. vers. vltimo quæro. Quid autem iuris sit in actore contumace, dixi s. §. prox.

¶Porrò si agatur actione personali, & reus absit contumaciter, distingue. Nam aut contumax est ante litis contestationem, aut post. Si ante, tunc mittitur actor in possessionem bonorum ipsius rei causa custodię pro modo debiti declarati in libello, vt in præ. dec. quoniam frequenter. §. fi. & C. de bo. aut. iu. pos. cùm proponas & auth. ei qui iurat. Missus tamen non efficitur verus possessor: imò restitutis expensis & præstita cautione, veniente reo restituitur possessio qñcunque: vt in præd. auth. ei qui iurat. nisi iudicis auctoritate sit ab actore distracta: qui iudex debet ad hoc tēpus statuere moderatum, scilicet intra quod res distrahatur, vel iustus, vel verus possessor efficiatur, infrà ti. prox. §. nunc dicam. versi. sed quæ est. & nisi, secundum quosdam, secundum decretū fuerit interpositum. C. de dist. pig. si priùs. ff. de dam. infect. si finita. §. vbi. & §. fortè & §. postea. ff. de re iud. à diuo. & no. C. de his q ad eccl. ꝯfu. l. fi. §. neque. arg. tamē contrà, quòd saltem post annū non audiatur super possessione, sed super proprietate tantū: sicut & in reali seruatur, vt in præ. dec. quoniam. in fi. sed dic, prout ibi
e no. [e] & iunge hîc. quod est j. tit. ꝑx. §. vl. † ¶Quod autē dixi, missi
3 onem esse ꝑ modo debiti declarati faciendam, hodie verum est, vt in præ. ꝯcor. nisi in casib. ¶Primò, cùm peto liberum hominē mihi exhiberi, per interdictum De libero homine exhibendo, & non exhibetur: quia tūc fit missio in possessionē omnium bonorum, ff. de lib. hom. exhib. l. 3. nam libertas, est inæstimabilis, ff. de
f reg. iur. libertas est. ¶Secundò, quando [f] quis in possessionē mittitur ex beneficio Carboniani edicti, vt ff. de Car. edi. per totum. ¶Tertiò, qñ quis mittitur in possessionem ex ventre, ff. de ven. in poss. mit per totum. ¶Quartò, secundum quosdam: vt ff. si serui. ven. is cuius. sed ibi credo missionem faciendā pro mēsura de-
g claratæ æstimationis. qa litera illa corecta est [g]. de hoc j. in tractatu secundi decreti. Sed olim si agebatur personali ad certam speciē vt in cā damni infecti, in illam rē fiebat missio tātùm: putà ex qua timeretur dānū. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. Celsus. Si verò ad certam q̄titatē, fiebat missio in omnib. bonis. ff. eod. l. j. & ff. ex quib.

ADDITIONES.

a Mista. ¶Sola hęc quatuor expressit Tāc. vbi s. & meritò: quia matrimonialis inclusa erat sub spirituali: & appellationis sub altera illarū: allegauit etiam tria iura priùs allegata. Itē, vt j. patet, actor illa duo non prosequitur. sed remittit.

b Confiteri. ¶Hæc tamen fictio, vel sententia ex ea secuta, n̄ inducit iuris infamaiam: super hoc vide q. Ia. de Bel. C. de requi. reis, in vltimò membro. Non obstat l. fi. e. ti. quæ loquitur de infamia facti, vt ibi no.

ADDITIO. An in criminalibus contumax habeatur pro confesso? vide Bald. in l. j. col. 3. ver. item potest. C. quomodo & quādo iud. & Bar. in l. absentem. col. 3. ver. 3. ext. gl. ff. de petit. Henr. Ferran.

c Sequitur. ¶Et no. de do. & contu. veritatis. in gl. hîc patet.

d Ad finem. ¶Et ibi hæc materia in vlt gloss. & per Ia. Bald. j. titul. prox.

e No. ¶in vlt. gl. & vide, quod super ea dixi.

f Quando. ¶Iste casus & proximus sequens excipitur à perceptione fructuum, vt patet j. ti. j. §. restat. ver. hoc autem. & ext. e. ti. contingit. ad fi. vlt. gl. hæc autem ineptè excipiuntur.

g Correcta est. ¶Non credas, ꝙ habita sit aliqua falsæ literæ correctio, de Pandecta Pisana, sicut dicitur in l. sæpe. ff. de reg. iur. §. j. & not. e. ti. c. pe. circa medium gl. sed intendit, quòd illa litera loquitur secundum ius vetus, quod statim subdit.

ex quib.cau.ma.in inte.rest.item ait prætor.§.hoc autem.&§.pe.
Item quod dicitur Declarari,intelligit Azo summatim,scilicet p
iusiurandum actoris,ff.ad exhib.thesaurus. Sed illa loquitur de iu
a ramento calumniæ [a]. ¶Item secũdum hoc videtur iste esse testis
& actor,cõtra iura,4.q.3.ver.nullus in re.C.de test.omnibus.vn-
b de,secundum Rof.[b] debet debitum declarari per testes, vel instru
c menta [c]. Et si obiiciatur,† q̃ hæc non est summaria,imò plenissi-
4 ma cognitio,quæ fit per testes & instrumenta,vt s̃.de of.iud.§.fi.
item quòd testes non recipiuntur lite non contestata:ipse respõ
det,quod nihilominus est summaria:quia hęc parte absente fiũt,
quæ multa opposuisset in personas& dicta,& contra instrumen-
ta:nec est mirum, si ante litis ꝯtestationem actor de iure suo do-
cet:quia hoc est generale,vt dicit,hodie,vbicunque actor vult,q̃
procedatur contra absentem,vel ad sententiam,vel dandam pos
sessionem,vt C.quomodo & quando iud.aut.qui semel. Item n̄
est mirum,si testes ante litis contestationem recipiuntur: quia &
hoc in aliis casibus contingit,vt in prę.de.quoniam.vel,vt dicit,
fiet summaria per vnum testem, vel etiam per priuatam scriptu-
ram,quæ fortè,quo ad hoc,fidem faciet.cùm nõ debeat ferri dif
d finitiua, licet aliàs fidem non faciat [d]. Alij verò dicũt sufficere de
clarari in libello. P.intelligit Declarari, id est probari, & per sen-
tentiam certificari,C.de bon.autorit.iudic.possid.cùm proponas
& l.sequenti,& l.finali.§.cùm post.in fina. dicens hoc speciale es
se,vt lite non contestata sententia feratur: vt aliàs in authentica.
vt omnes obediant iudi.prouinciam.§.si verò.quod non placet.
5 †¶Sed nunqd hodie in hypothecaria mittetur creditor in pos-
sessionem ex primo decreto pro mẽsura debiti declarati? Dicũt
quidam,quòd sic,in authenti.de exhiben.& intro.reis. Alij,quòd
in possessionem omnium honorum,quę tacitè vel expresse fue
rant obligata:vt C.communia delegat.l.j.ff.ex quibus cau.in pos
sess.ea.hic autem.& C.vt possess.le.certa.Sed pro primis facit, q̃ i-
dẽ iuris debet esse in accessoria, scilcet in hypothecaria, quod in
principali: ergo videtur,quòd fiet pro mensura debiti declarati.
Sed certè hypothecaria talis est naturæ,quòd totius rei obligatæ
e nudam possessionem auocat,vt ff.de euiction.si cum venditor [e].
6 †¶Sed pone,conueni te hypothecaria☞,petens fundum pro-
☞pter contumaciam tuam: missus sum in possessionem fundi cau
sa rei seruandæ:vis recuperare fundum & restituere expensas: q̃-
ritur,quid iuris sit? Et videtur,quòd non potest recuperare: quia
res mihi obligata est:vnde habeo retentionem,C.de vsuc.per re
tentionem.& melius.ff.fa.er.his consequenter.§.penul. Argum.
contrà ff.ex qui.cau.in possess.ea.l.hoc autem.§.fin.C.de præscr.
30.annorum,si quis.§.penul. C.de bon.auctori.iud.possid.auth.
ei qui iurat.Dici potest,quòd si constat de debito & obligatione
tunc non debes:alioquin sic.¶Rursus si lis est contestata,cùm p
sonali agitur, si quidem actum fuerit pro certa quantitate pecu-
nię,vel obligatione,& missio facta fuerit pro modo debiti decla.
rati,nunquam efficitur verus possessor: imò possessionem recu-
perat quandocũque,nisi res distracta fuerit:vt iam dixi.Sed si cer-
ta species petita fuerit, fit missio in illa, vt prædixi: & tunc reus
volens post annum parere, auditur solùm super proprietate,
non super possessione, secundum quosdam: vt in prædicta
f l. consentaneum. in fine. & C. vbi in rem actio. leg. secunda [f].
7 †¶Sed

d Faciat.¶Hucusque Rof.qui sic dixit,vt hic,sub dubio fortè.
e Venditor.¶Versiculus ad literam fuit Ia.Bald. in materia de pri-
mo & secundo decreto:sed quæstionem bene tangunt gl. in l.cũ
proponas.& authen.ei qui iurat.C.de bo.auctor.iud.possid.& in
l.iij.C.de procurat.quibus placet, quòd fiat in omnia. Põderandũ
est dubium, quod procedit ex hac lege: quia si in hypothecaria
detur possessio ex primo decreto, ergo illud idẽ operabit̃,quod
diffinitiua:quod esse non debet,maximè quia non examinat ne-
gocium in isto,sicut in alia. Aduerte, quia, vt refert Cynus in l. si
finita.ff.de damno infect. §.si plures.in materia primi & secundi
decreti,in fi.gl.j.l.si quis emptionis.C.de præscrip.xxx.an.quę in-
cipit,bonæ fidei.in fin.dicit,in hypothecaria Idem seruandum,qđ
in personali.Sed alia glos.videtur dicere,in ea idem, quod in rea-
li,ff.de acquir.poss.l.3.§.fi.super verbo, non possessionem. Dicit
autem, primam procedere, quando intentatur hypothecaria ꝯ
habentem ius dominii.non enim petitur tunc simplex possessio,
sed id, quod est penes reum, propter cuius contumaciam mittat
in possessionem ex primo & secundo decreto : & per secundum
habeo dominium,quod erat penes eum:&sic idem,quod in per-
sonali.Sed si conuentus non habet dominium,tunc non interpo
nitur secundum decretum:quia per primum habeo possessionẽ,
quæ erat apud contumacem:& illam solam,vt in l.cum vẽditor.
& sic est idem in hypothecaria, quod in alia reali, per quam auo-
catur possessio,nec interponitur secundum decretum. Sic intelli
go eius dictum communiter corruptum. Per hoc non est soluta
superior obiectio:nec ꝑ id, quod aliqui subdistinguunt:aut agitur
hypothecaria,ex pignore prætoris:& tunc primum decretum &
secundum,& ipsa sententia auocant detentionem tantùm, ff. de
pig.act.non est mirum.in fin.aut agitur ex pignore conuentiona
li:& tunc procedit distinctio prædicta,an cogatur contra debito-
rem & dominum,an contra extraneum.Et quia, vt dixi, per Ber.
obiectio non soluitur,Petr.de Bel. tenet indistinctè in hypothe-
caria idem, quod in personali, vt primum decretum possessionẽ
non tribuat,sed detentionem,ratione superius dicta.Tamen Iac.
de Are.contrà tenens,dicit in ea idem,quod in reali. Cui opponi
tur.si fiat in eo missio ante litis contestationem,vel quasi,non au
ditur reus post annum,nisi super proprietate:si post litis contesta
tionem,vel quasi,etiam intra annum non auditur, nisi super pro-
prietate.hæc patent in dec.quoniam.§.in aliis.& §. quòd si super.
Sed quare reus probaret proprietatem, cùm actor fateatur rem
esse ipsius debitoris,tenendo illam,vt pignus,& nomine debito-
ris,ff.de vsucap.l.pignori.Sed ipse respondet, quòd proprietas,q̃
sibi incumbit probãda intra annum,vel post annum,iuxta distin
ctionem,de qua suprà est dictum: quia probabit indebitũ, quod
petit actor:vel quòd res illi obligata non erat:& sic de proprieta-
te auditur,id est de iure pignoris,si conuentus erat debitor:si ve-
rò extraneus,tunc,secũdum eum, de vera proprietate probabit,
si velit sibi possessionem restitui.Et placet hoc Cyno, vbi s̃. quæ.
xxv.Sed dices, quid valet isti extraneo probare re non esse suam,
non erat in bonis debitoris tempore obligationis? Respondeo,
quòd valet debitore non excusso,vt C.de pignor.auth.hoc si de-
bitor.ADDE,vt per Bar.in d.l.3.& ibi Alex.ff.de acqui. possess. &
per Alexan.in l.si finita.§.Iulianus.in antepe.col.ff.de dam.in fec.
vbi de hac additione ponitur quid tenendum.

ADDITIONES.

a Calumniæ.¶ Aduerte, verũ est, q̃ olim iuramentum calumniæ
præstabatur singulariter super omnibus articulis,& đ tali iuramẽ
to intellexit Azo l.illam,vt ibi dicit gl.sed hodie semel solũ iura-
tur.C.de iur.cal.auth.hodie. Tamẽ,vt dicebat Guido, vbi s̃.licet
semel tantùm iurandum sit,& super tota lite,illud procedit,cùm
partes sunt p̃sentes: sed vbi reus abest ex quadã necessitate, quæ
facit legẽ cessare,ff.de of.cõsul.l.vna. præstat p̃ses hoc sacramen-
tum.Plus tamen ei placet,quòd istud sacramentum sit de veritate
debiti,id est, q̃ verè debet reus,quod petit actor iurans, & quòd
sibi non fuit satisfactum:& dicit sic seruari.
b Secũdum Rof.¶vbi tractat de officio iudi.cũ rub.de bo.aut.iud.
ver.itẽ q̃ritur,quid sonent. & versiculis proximis priùs & pòst.
c Instrumenta.¶inducit̃ l.fi.C.de bo.aut.iudi.pos.quòd non suffi-
ciat iuramentũ,cùm ibi dicatur, quòd alij creditores veniẽtes ad
commodum possessionis, debent ostendere de iure suo : vide ẽt
de hoc suprà de officio iud.§.vltimo,super versi. tertiò dicendũ.
& vers.sextò quærendum. ADDE,quòd Bar.in l.cùm proponas.
C.de bonis aut.iud.pos.tenet.q̃ quoad primum decretũ,sufficiat
iuramentum:quia est modici præiudicii:quo verò ad secũdum de-
cretum,quòd requiratur probatio per testes,vel instrumenta:&
idem tenet Barr.in l.Fulcinius.ff.ex quib.causis in pos.ea.& in l.j.
vbi in rem act.do.m Ant.in c.quoniam.vt lite non contest.

☞ Sed pone conueni te hypothecaria,&c. ADDITIO.¶Vide ad
hoc l.si non inducta.C.quib.mod.pig.ta.con.& Inn.in c.ex parte
de arb.& 23.q.3.§.potest.Cy.in l.fi.Commo.& Arch.ext.de resc.
c.fi.lib.6.& l.si quis emptionis.§.sed & si quis. de præscr.30.ann.
vbi si res peruenit ad creditorem per contumaciam debitoris vel
possessoris,infra annum auditur ad recuperandum,præstita satis-
datione seu cautione:nec datur creditori retentio quamuis ad ip
sum peruenerit sine vitio.vide in margar.Alb.Galioti.in ti.de re-
scri.in fi.vel in ti.seq.
f L.ij.¶Sed quid si species est incerta,putà alternatiua : putà,peto
Stichum,aut Pamphilum:hoc in mobilibus. Idem in immobili-
bus: vt quia debet ex promissione domum,aut vineam.Constat
autem,quòd si alternatiua est in obligatione,alterum solum,eti-
am vilius,præcisè peti nõ potest:Insti.de act.§.præterea. & de pl̃
petit.capit.i.Reo igitur contumace quomodo fit missio? Respõ-
deo,secundum Iacob.de Ra.quòd hæc æquiparatur obligationi,
quæ est in genere,vt probat prædi.dec.vnica, quæ de his duob. p
miscuè loquitur:ff.de cond.indebit,l.j.cùm his.in fi.Fiet ergo mis
sio in æstimationem effectus talis obligationis.ff.de verb.obl.cũ,
qui certarũ.§.j.vt ibi de executione notatur.Sed Petrus de Belui.
distinguit, aut electio est creditoris, quia sibi debetur alterum,
quod volet:& tunc ipse eliget,in quod fiet missio,ff.de reg.iur.q
potest.Vbi autem electio est debitoris,quod est regulare,extr.de
de reg.iu.ĩ alternatiuis li.6.fiet ex primo decreto missio in posses
sionẽ omniũ alternatiuè petitorũ,s̃m eũ.Est enim æquũ,ex quo
☞per fact

7 †¶Sed pone:Titius infert mihi vim turbatiuam:ago contra eũ
Vti possi.l.vt cesset à turbatione:ille est contumax,nec vult veni
a re:& nihilominus me turbat: quæritur,qualiter mihi cõsuletur[a]?
Respon.quia causa talis est, quòd non potest fieri missio in pos-
sessionem,excommunicabitur:vt in præd.ca.quoniam frequen-
ter.vel iure ciuili potest sibi mulcta indici,per illud edictum,Siqs
b ius dic.non ob. vel posset[b] actor taxare suum interesse,secundũ
materiam interdicti Vti possideris,& pro illo interesse fiet missio
in possessionem bonorum ad instar cuiuslibet personalis actio-
nis:vt in authenti.de exhib.& intro.re.vel melius,ex quo non ꝯ
paret,iudex ex officio suo prohibebit ei, ne me tubet, donec de
suo iure probet:& interim faciet me pacificè possidere,argum.ff.
de noui ope.nun.si priùs.& ff.de vsufru.cuiusque.& ff.de ope.li-
ber.l.mancipiorum.& C.de ingen.man.diffamari.& C.de remiss.
pig.si eo tempore.ibi,programmate.& C.qui accu.non pos.si ea.
8 †¶Cæterùm si causa sit spiritualis,vel mista,siue cohęrens:dicit
c tit.[c]quòd si talis est causa,quòd actor possit mitti in possessionẽ,
fiet missio & recuperatio, secundum prædictam distinctionem:
quòd si hoc fieri non possit,quæcunque sit causa,& quomodo-
cunque agatur, excommunicari potest reus contumax,vsque ad
satisfactionem condignam:& nihilominus debet condemnari in
expensis,extrà vt lite non contest.tuæ. vbi de hoc,& in præ. dec.
quoniam.in fi.de dol.& cont.exliteris.& de verb.signifi.ex parte.
Huius autem excommunicationis formam, & denunciationis
huius excommunicationis, & qualiter excommunicatus proce-
deret in petenda absolutione,& iudex in ea danda: & formam in
strumenti absolutionis,& eius denunciationis, habes ĩ.de sen.§.
d vt autem.ver.iuxta[d].De expensis autem dicã ĩ.de expen. ¶Post
annum etiam possunt huiumodi sententiæ aggrauari, vt proce-
dant ad suspensionẽ,vel ad perpetuã priuationẽ beneficij & offi-
cij.quod dic,vt in præ.§.vt aũt.ver.verùm q.a.veruntamen à prin
cipio illam pœnam potest infligere, quæ magis timeatur: & illa
debet esse contentus,s.quia vel excommunicet,vel in possessio-
nem mittat,cum est talis causa,quòd hoc possit fieri, ad alteram
nihilominus processurus, si huiusmodi meruit proteruitas ꝯtu-
macis,vt in præ,dec.quoniam. in fin.quia crescente contumacia
crescere debet pœna,vt in præ.versi.verùm quia. Dicunt autem
quidam esse in optione iudicis, priùs vel excommunicare,vel in
possessionem mittere quod maluerit.propter decr.quoniam.in
e fi.[e] quod non credo. †Imò semper à minori pœna incipiat, scil.
9 missione in possessionem,si fieri põt,ff.de no. oper. nun.si prius
quàm. vbi dicitur, ꝙ non sunt aliæ partes iudicis, nisi vt det pos-
sessionem custodiæ cã.¶Vltimò verò si necesse fuerit, vel etiã si
non possit fieri missio,recurratur ad excommunicationem,vt in
10 præ.c.tuæ.†quia nulla maior pœna est in ecclesia,24.q.3. corri-
piantur.Alij dicunt,quòd priusquam superior det possessionem
ecclesiæ,quod valde est præiudiciale,incipiat ab excommunica-
tione,vel sequestratione,vel missione in possessionem.ar.ext.de
do.& ꝯtu.capi.2 & de pœ.dist.j.pœnæ.Nec obstat præd.l.si prius
quàm.quæ non prohibet mitioribus modis procedi: sed solùm
sententiam diffinitiuam ferri, cùm non sit lis contestata. Et hoc
sentit Inn.IIII.vt no.de eo.qui mit.in pos.c.j.Sed primum veri-
11 us.†¶Quid si fortè mista sit inter personales & reales,vt est peti
tio hæreditatis,vt C.de petit.hæred.l.hæreditatis. seruabit idem,
quod in verè realibus. vel verè personalibus.C.de edi. diui Adr.
tol.l.pen.in fin.Vel dic,quòd in ea seruabitur speciale hoc,quod
f habetur in præ.l.Fulcinius.§.fi.[f]Sed, vt clarè loquamur, vbi hac
mista actione actum est,post annum veniens non recuperat rem
quia realis est & nõ personalis:licet habeat quasdam personales
præstationes.ff.de pet.hær.sed & si lege.§.petitio.Nec obst.diffe-
rentia, quæ fit inter petitionem hæreditatis & rei vendicationẽ,
vt in præ.l.Fulcinius.§.fi. quia illud obtinet, quantum ab missio-
nem,non quantum ad recuperationem possessionis, secundum
Vber.Item cùm petitur hæreditas,fit missio in possessionem om
nium suorum bonorum:vt infrà titu.prox §.restat. versi.verùm.
In actionibus verò,siue interdictis in rem scriptis,vt quod metus
causa.& similes,idem iuris est,quod in verè realibus.Quę autem
causa dicatur mista?& an in ea fiat missio,vel etiam in interdictis,
g no.do.meus.in summa in tit.vt lit.non ꝯtest. in fi.[g]†¶Illud autẽ
12 prætermittendum non est,quòd si agitur de ecclesia, tanquam
de proprietate, bene potest fieri missio in possessionem propter
ꝯtumaciam causa rei seruandæ:vt extra,de eo,qui mit.in poss. cã
rei ser.capitulo,j.& 2.Si verò agatur super dignitate,vel persona
tu,vel præbenda,vel ecclesia,tanquam super beneficio. & gene
raliter super matrimonio spirituali, vel carnali, non fit missio in
possessionem:ne per hoc ad ea pateat vitiosus ingressus: sed lite
non ꝯtestata,potest tunc in causa procedi,& negotium termina-
h ri vt eo.tit,cum quib.[h]quod dic,vt ibi no.& de dolo & cont.ꝯtin-
git.& hoc,siue agatur de obtinẽdo, vt ibi dicitur: siue de iam ob-
tento.Hinc est, quòd si petatur beneficium post ꝯfirmationem,

siue post possessionis adeptionem,quia fortè spoliatus fuerat, &
nunc illud repetit,vt ext.de causa pos.cum olim.& c.cùm super.
& de procu.ex insinuatione,siue vt confirmatio,siue collatio su-
um ꝯsequatur effectum:vt extr.de appel.consuluit.2.& de conc.
præ.post elect.& de accus.accedens.siue repetatur beneficii pos-
sessio,per constit.si quis in tantam. vel cùm quærebatur,vel ꝯdi.
ex lege, vel canone:& breuiter,qualitercunque petatur persona-
le beneficium, spirituale, siue prædictis modis, siue alio, ad obti-
nendum,vel adipiscendum, vel recuperandum,locum habet pre
dicta ꝯstitutio,eum qui.vt nõ fiat missio in possessionem:quia ea
dem ratio subest, cùm agitur de obtẽto, scilicet vitiosi ingressus.
Beneficia enĩ ecclesiastica possideri nõ possunt sine canonica in-
stitutione,vt 2.q.j.legum.extra.de testi.ex frequentibus.Et sic te
net Inn.IIII.& do. me.& sic etiam dixit do. Clemens. IIII.&
omnes auditores. Quidam tamen adhærent verbis constitutio-
nis:dicentes,in præmissis casibus posse fieri missionem, & semp,
nisi cùm de beneficio agitur obtinendo,scilicet cùm inuestitura,
seu cùm collatio nõ præcessit,sed solùm præsentatio,vel electio
facta est: aliàs si inuestitura,vel collatio præcessissent,non agere-
tur de obtinendo,sicut continet prædicta cõstitutio, eum qui. sed
de obtento,vt extra.de accus.super his.& pro his facit ext.de off.
deleg.consultationibus.& quod ibi not.Tertij via media incedẽ-
tes,dicunt, prædictam ꝯstitutionem locum habere, cùm agitur
de obtinendo, quoad possessionem, licet iam sit obtentum per
electionem, seu collationem, & confirmationem. Si verò quis
eligatur ad secularem dignitatem, & de hoc litigat, an tunc fiet
missio in pos.bonorum,not.ĩ.ti.prox.§.videndum.ver.quid si e-
lectus.In causa autem matrimoniali qualiter procedatur:dic,vt ĩ.
qui ma.ac.pos. & extra.vt lite non contest.quoniam.§.si verò.&
qui ma.ac.poss.ca.j.Item in cã appellationis qualiter procedatur
ꝯtra contumacem,vide ĩ.de app.§.de officio quoque.& no. ext.
13 de ap.per tuas.& c.Romana.§.fina.li.vj.†¶In summa no.[i] quòd
i reo per se,vel per responsalem, in termino non comparente,vel
aliter ꝯtumace existente,si actor petat eum condemnari in expẽ
sis,vel excommunicari, vel se mitti in possessionem rerum,vt in
prædictis iurib. & offerat instrumentum citationis, per quod o-
stendat contumaciam,(aliter.n.iudex non procedat,extr.de ele.
quod sicut.de consti.eccle.2.q.j in primis.) & si iudex velit ei ex-
pensas remittere, hoc facere non debet cum discrimine partis:
k quod dic.vt ext.de off.deleg.ꝯsuluit.extr.de consue.cùm olim[k].
Excusatur autem si eius responsalis à latronibus captus, vel in-
terfectus est:vt C. qui pet.tu.vel cur.à matribus.extr.de pig. sig-
nificante.Quando autem iudex possit contra contumacem pro-
cedere,vide s.tit.prox.§.viso.vers.item licet post.

ADDITIONES.

☞ per factum rei non declaratur, quòd fiat missio in vtroque, ff.
quorum leg.l.j.§.quod autem.Huic obstat, quia quod non licet
verbo,(vt suprà dictum est) non debet licere facto,quod plus est
de appel.dilecti.2.Si ergo vtrunque simpliciter, vel alterùm tm̃
petere non possum,non videtur tutũ,vtriusque vel alterius mis-
sionem petere,vel facto recipere,vbi mihi electio ꝯpetit: quare
in secundo membro videretur tenendum dictum Ia.præd. & ma
ximè mouet, quia sibi ꝯcederetur in primo decreto, nõ tamẽ in
secundo cum tanto præiudicio ꝯtumacis:facit decr.quoniam,in
in fi.propter quę satis videretur,quòd ad eligendum iudex posset
certum terminum statuere ꝯtumaci, post quem spectet electio
ad agendum. Et procedit talis electio quo ad vtrumque decre-
tum,vt s.facit.ff.de leg.i.qui duos.& quod ibi not.& de test.iudi-
cante.de præben.si plurib.in fi.li.vj.& quod no.eo.lib.rescrip. du
ob.ad fin.

a Consuletur.¶De hoc ẽt ĩ.ti.j.§.restat.ver.sed ago.& vide,qđ dixi
vt lite nõ ꝯte.& Rof.in agente de ꝯfessoria hoc tractat vbi de ꝯ-
fessoria,pen.col.ver.item quæritur,si ago.
b Posset.¶Secundum Vber.ĩ.vbi s.ver.si agitur de possessione.
c Dicit ti.¶vbi s.circa medium,ver.at si causa.
d Iuxta.¶Hanc remis.dedi, quia Aegid. de omnibus hîc tractauit.
e In fi.¶Vide,quod ibi dixi super gl.hoc ordine.vbi maximè in or-
dinario approbatur hoc dictum.
f §.fi.¶secundum Vber.infrà,vbi suprà,versi.in mistis. ADDE,vt
per Bar. & nouis.in §.Iulianus,in l.si finita.ff.de dam.infe.
g In fi.¶Vide ĩ.de secũdo decreto.§.vidẽdũ.ver.sed qđ.ĩ duplicib.
h Qui.¶lib.vj.
i No.¶secundum Aegi.rub.xcv.
k Olim.¶Allegat Aegi.3.q.9.c.vlt.ext.de deci.suggestum.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia qualiter sit punienda, & an propter solam contumaciam possit quis officio suo priuari.*

Missus in possessionem respectu contumaciæ, an sit vocandus in restitutione possessionis.

2 *Contumax in præstanda mulcta, poni potest in banno.*
Iudex ecclesiasticus an possit mulctare.

3 *Iudex maior mulctam indicens, an possit munera perse capere.*

4 *Onere duob. imposito, si per vnum non stet, quòd fiat, & non fit, an pœnã in duorum detrimentum sit imponenda.*

5 *Contumacia crescente, crescere debet & pœna contumaciæ.*
Trina condemnatio potest in vnius personam inferri, si peccati condemnatio exigat.
Delictum ob aliud delictum pœnam non minuit.
Actionibus pœnalibus de eadem re concurrentibus, vna non consumit aliam.

6 *Vnum factum reputatur, quod fit vno impetu, vel contextu.*

7 *Vulnerans aliquem pluries vno impetu, vnde moritur, an teneatur de vulnerib. & homicidio.*

8 *Iudex maiorem pœnam comminans, vel exigens, an à minori recedere videatur.*

6 *Excommunicatus pro contumacia, an priùs satisfacere debeat de expensis, quã absoluatur.*

10 *Contumax notorius ad quot teneatur.*

11 *Excommunicatus pro contumacia, petẽs se absolui, si cautionem offerat de stãdo iuri, an parte absente & non vocata possit absolui.*

12 *Absolutio dicitur quædam restitutio.*

13 *Excommunicato ob contumaciam parte absente, & non vocata, absoluto, an absens possit appellare.*

14 *Missione facta in possessionem, an possit iudex etiam mulctare non venientẽ ad iudicium, præter interesse aduersarij, in quo absens condemnatur.*

15 *Reus patiens missionem in possessionem, possessionem autem intra annum velit recuperare, si satisfacere velit de expensis, & cautionem idoneam præstare, missus verò obiicit ei quòd est excommunicatus, an sit talis obiectio valida.*

16 *Minor sciens tutoris contumaciam, & eam non purgans, an possit excommunicari.*

17 *Peremptorium contra pupillum indefensum propositum, nullius est momenti.*
Pupillus non debet propter tutoris, vel curatoris contumaciam puniri.

18 *Minor non potest esse contumax, quia non potest se defendere.*

25 uilegio fori sui,vt ibi,ff.qui satisd.cog.quot.¶†Quid si syndicus alicuius capituli veniat ad defensionem feudatarij,vel emphyteutæ? Respon.si clericus est , non admittetur coram iudice laico, vt s̄. si verò vt laicus vult defendere nomine capituli, similiter non admittitur:sicut nec capitulum admitteretur,vt quidam dicunt,ff.de re iud.si cum procuratore.ff.de procur.sed & hæ.§.defendere.& l.minor.§.quoniam.Sed si syndicus laicus velit defendere,vt ipse,non vt syndicus,bene auditur:vt in prædi.§.publicè. dummō aliud non obuiet:& semper debet possessor in suo foro defendi,C.vbi in rem act.l.j.ff.de iudi.venditor.xj.quæst.j.experientiæ. Vtrùm nominans aliud in iudicio,iurabit de calumnia? vide j̄.de iurament.calumn.§.restat.versi.sed illud. ¶ Sed nunquid in seruitutibus , vel cùm negatoria , vel cùm de electione ad dignitatem agit,fit missio in possessionem?de hoc,& de aliis dicam
26 j̄.§.videndum.versicul.quid si electus.& sequent. † ¶ Verùm si petitur hæreditas ex testamento , vel ab intestato , fit missio in possessionem totorum bonorum:C.de petit.hæred.l.hæreditas. C de edi.di.Adr.tollen.l.fin.in fin.& in præ.l.Fulcinius.§.final. & iunge quod est s̄.titul.proxim.§.sequitur.versicul.quòd si fortè.
27 †¶Quid[h] si agatur actione præiudiciali : vtputà petit quis ali-
h quem tanquam filium,& in potestate constitutum:vel tanquam seruum , vel tanquam libertum , vel tanquam vasallum, vel tanquam colonum , vel tanquam adscriptitium, & similes:& vocatus non venit?Respon.generaliter,quia in talibus non potest fieri missio,iudex per remedia generalia & excogitata occurrat: putà per excommunicationem , per bannum , & per missionem in possessionem,vt j̄.§.videndum. versic.in actione autem finium. & versicul.in omnibus tamen personalibus. Item specialiter respond.ad singula.nam si constat,quòd quis sit filius,& ab eo petatur reuerentia,vel pietas,iudex potest ad voluntatem patris procedere:vt C.de pat.pot.si filius.86.dist.non satis.35.distin. sexto. xxx.dist

ADDITIONES.

a Secus,&c.¶Apertius est in præ.c.quicunque.

b Si super.¶ Quomodo autem factum violenti expellentis colonum præiudicat domino , & non factum iudicis possessionem ei auferentis, cùm plus operari deberet actus iudicialis, quàm violentus,ibi plenè scripsi post Inn.& Host.super ver.nominare. Itē ibi super verbo,tardabit. scripsi post Hosti.de illo,qui de præcepto domini sui damnum dedit,& conuentus nominat dominum, qui scit causam præcepti: an sit sibi danda dilatio ad dominum præsentandum:& quid si detur,& dominus non venit,ibi.vide.

c Creditor.¶In isto satis videtur,quòd procedat nominatio,per l. si pigno.ff.de pignor.actio.& de vsucap.l.pign.& quod not.C.de furt.l.vlt.§.pen.

d Versus fin. ¶Dominus meus in legibus sic distinguebat:an tales conueniatur super re,& tunc seruatur prima opin. vt non possint declinare iudicium tales naturaliter possidētes,cùm sibi possideant.ad quod facit in vsib.feud.de contro.feu.inter vas.& al.c.j.Si verò conueniuntur super censu,reditu,vel seruitio quod debetur domino,quod tertius petit ab emphyteuta,vasallo,vel sibi tunc quisque talium denunciare potest domino,& illum nominare:quia principaliter ad eum pertinet huius rei defensio.Si nō vult nominare,ipse litiget:nec nocebit sententia domino,nisi sciat & patiatur,ff.de reg.iur.sæpe.ext.eo.ti.c.pen.alleg.ad prædicta C.de agri.& cen.litibus.lib.xj.& l.in causę.ff.de procu.

e Super.¶Et ibi satis scripsi de hoc super verbo,alieno. Ipse etiam ibi no.nominationem hanc facere posse eum,qui super obedientia conuenitur:& an non veniente nominato,sit tunc locus missioni,plenè scripsi de ma.& obe.quatuor.super gl.vnde sentētia.

f Suscipere.¶Vide quod dixi in §.ꝙ si super.super ver.possidet.

g Emphyteuta. ¶no.quia de habente ius in re loquitur: & vide, quod dixi in §.quòd si super.super ver.excipiat.

h Quid.¶Hic ingreditur verba Vber.de Bo. vbi s̄.& sic ibi,vt hîc, incipit versi.& fit duplex responsio,vt hîc:& quantum durent.j̄. dicam. Adde,quòd quando agitur actione præiudiciali, ꝙ possit dare bannum:quia Spec.nihil alleg.iuncto tex.in l.j.§.quid ergo. ver.multi.ff.de ven.inspi.& gl.ij.in l.j.ff.de admi.tut.& in l.preces C.de suspec.tu.Bald.in c.j.de pace tenen.& Bar.in l.j.ff.si quis ius di.non ob.vbi dicit,hoc esse verum in vero contumace,non in ficto:quia tale bānum habetur pro mulcta:& mulctari non potest fictus contumax,vt habetur in gl.d.l.pen. ¶Adde tu,ꝙ bannum æquiparatur mulctæ,& pro mulcta habetur, & sicut mulcta non irrogat infamiam,ita nec bannum:vt per Pau.de Cast.consi.467. incipient.super hoc puncto,in 2.col.versicu.secundò præmitto. in prima parte consiliorum.Henric.Ferrand.

xxx.dist.c.j.& c.si quis dereliquerit. Si verò negatur filius, nec est
fama, tunc iudex potest recipere probationes patris super filiatio
ne in patria potestate, & super hoc etiam pronunciare, secundum
Vbert. quia extraordinarium negotium est, C.de vsur. pupil. pu-
pillus.ff.de offi.proconsul.nec quicquam.§.de plano.2.q.7.quæ-
ritur. Et est ratio quia non præsumitur patrem filium odire, xxiij.
q.j.paratus.& q.iiij.est iniusta.& c.ea vindicta.v.q.v.c.j.& ij.q.j.nõ
est putanda. Quid econuersò, si filius dicit se non esse filium, vel
se esse emancipatum? Non enim videtur, quòd filius sit mittend⁹
in possessionem libertatis: quia nec ille, qui se patrē dicebat, possi
debat, ff.de acqui.pos.l.j.§.iij. Respon. occurratur per præmissa re-
media generalia, vel recipiantur probationes, vt dixi: vel proceda
tur, sicut in negatoria & confessoria: dicetur in præ.§.videndum.
versic. quid si agatur. Si verò petatur quis in seruitutem: dic, vt ibi
28 in ver. sed is quem. †Quid si agatur contra libertum pro operis
præstandis, vel non præstitis? tunc æstimabũtur operæ, & fiet mis
sio in possessionem bonorum eius pro æstimatione operarum:
vt de verb.obli.in stipulationibus.ff. de oper. liber. quot. Si verò
agatur de ipso iure patronatus, procedetur prout in ꝯfessoria: vt
in causa filiationis dictum est. Sed si de libertinitate proclamet in
ingenuitatem, & vocatus non veniat, iudex saluis præmissis gene
ralibus, poterit procedere: prout habetur C.de inge.ma. diffama-
ri.& C.de remis.pig.si eo tempore. extra.de testi.cùm olim.& qui
fi.sint leg.lator. Porrò si dominus petat à vasallo, vt eum dominũ
vel certam possessionem ab eo recognoscat, vel vt eam dimittat
pro feudo, vel eam vt ab ingrato reuocet, vt C.de reuoc.don.his
solis.ex.de dona.c.fi.xxij.q.vlt.de forma. & si contumaciter absit,
potest dominus mitti in possessionem eiusdem rei, si eam habet:
vel si non habet, in possessionem aliorum bonorum eius pro esti
matione interesse facta, ex eo quòd præmissa non fiunt. Cęterùm
si peto colonum, tanquam seruum, cum peculio, & contumax
sit peculium per iudicem annotabitur. quod intellige, prout ha-
betur ff.de diuer.& temp.præscri.longè.& C.de agricol.& censi.
29 cùm satis.§.fi.& l.cùm scimus.†¶Sed quid si iudicio noxali aga-
a tur? Respon. [a] si agitur ad damnum, videtur quòd fiat missio pro
rata damni petiti: & fortè est actoris electio, in quo velit mitti in
possessionem: super quo vide ff.si ex nox.caus.aga.l.ij.ff.de re iud.
30 miles.§.j.ff.de sol.l.j.ij.& iij.†¶Quid si agatur cõfessoria pro vsu-
fructu, vel aliis seruitutibus personalibus turbatis? Dic, quòd rati-
one illius iuris fiat missio propter contumaciam rei in possessio-
nem eius rei, in qua actor petit illud ius; ff.de vsufr.l.iij. & stabit in
ea vsque ad annum, & postea fiet verus possessor, prout in aliis
realibus ĩ.§.fi.dicetur. Idem iuris est etiam, si agatur de decima, se-
b cundum Vber.[b] imò, secundum Papam, statim est verus possessor
& nõ causa custodiæ, & iudex prohibebit reo, ne illum turbet, do
c nec reus de iure suo ostendat [c]; & super hoc ipse caueat, & faciat
illum interim gaudere quasi possessione pacifica seruitutis, vel al
terius iuris petiti, ff.de oper.nou.nunciat.si prius quàm.ff.si serui.
vend.is cuius famili.ff.de vsufru.cuiuscunque.ff.de opt.leg.man-
cipiorum.C.de inge.ma.diffamari. Et hęc etiam locum habent in
iuribus incorporalibus, spiritualibus & temporalibus: quæ prose
quere, secundum Papam, vt not.extra.de eo, qui mit. in pos. caus.
31 rei ser.c.j.& ĩ.eo.§.vers.j.†¶Item si agatur pro personalibus prę
stationib⁹, putà fructuum, vel interesse nomine, decernetur, mis-
sionem esse faciendam in possessionem rerum ipsius debitoris, ꝓ
rata interesse sui, vt dicunt quidam. Alii contrà, cùm aliud, & non
interesse petitum sit, arg.C.de fideicom.lib. l.fi. nisi fortè petitio-
nem mutet: quod facere potest ante litis contestationem, vt C.
de eden.edita.& iunge hîc, quod est in præ.§.videndum.versi. qd
32 si agatur negatoria.†¶Quid si agatur interdicto de itinere actu-
que priuato, eundo, vel de aqua quotidiana & æstiua? Respon. si
ratione possessionis agitur, & res non capit dilationem, & aduer-
sarius nõ veniat, iudex permittet ire agere, & aquam ducere, sine
præiudicio iuris quærendi possessionem & proprietatem: actore
nihilominus cauente, quòd si apparuerit eum iniustè egisse, resar
ciat damnũ absenti. ff.de testa.tu.l.idem.ff.de dam.infect.hoc am-
plius.§.Alphenus.ff.ad exhi.si quis merces.§.si ratæ.& l.Iulianus.
§.j. Vel procedatur, vt iam dicam in interdicto Vti possidetis: vel,
vt dixi in confessoria pro seruitutibus, secundum Vber. Quid si a-
gatur de damno infecto? Dic, quòd & tunc fiat missio, ff. de dam-
no infec.prætor.§.ij.& per totum: & iunge, quod est infrà §. vlti-
mo. Quid de legatario, vel fideicommissario? Rñ. & hoc etiam est
expeditum: vt C.vt in poss.leg.vel fideicom.l.legati.ff.quando di-
33 es leg.ce.per totum: & ĩ.§.videndum.ver.sed nunquid.†¶Sed qd
si petitur, vt caueat de euictione in duplum? Dic, quòd ibi præmis
sa generalia remedia sunt fortè necessaria: vel dic, quòd fiet mis-
sio in possessionem dupli pretii dati, vel pretii rei, ff. de euict. l. ij.
quod videtur absurdum, cùm hoc non petatur. Vnde dic, quòd fi
et missio in possessionem tanti, in quanto posset periclitari: vt de
act.emp.& ven.l.ex empto.§.j.extra.de eo, qui mit. in possess.causa
34 rei ser. cùm venissent. †¶Quid si agitur ad exhibendum aliquo
iure, putà vt exhibeatur aliqua res, vel scriptura? Dic, quòd non fi
et missio in possessionem rei, vel scripturæ: aliàs plus haberet ex
d contumacia, quàm ex sententia [d], ff.de verb.sig.plus est.extr.de ac
cus.veniens.xj.q.3.certum. Fit ergo missio iuxta æstimationem in
teresse: sicut si diffinitiuè cõdemnaretur, & non exhiberet, fieret
35 missio interesse, ff.de in lit.iur.in actionibus.ff.ad exhi. per totũ.†
¶Quid si agitur cõtra tutorem, vel alium in dignitate, vel officio
constitutum, vt remoueatur, vel deponatur: & contumaciter ab-
est? Respon. procedatur contra eum, secundum præmissa genera
lia, vel etiam per spãlia, vt sibi interdicatur interim administratio,
quasi suspecto, ff.de procur. quę omnia. C.de suspec.tu.l.penul. In
stit.eo.in fin.ff.de solu.quòd si fortè.§.j.extra. de simo. licet Heli.
de accus.c. fi. de offi. deleg. venerabilis. Veruntamen in hoc casu
poterit contra eum procedi, vt suprà tit.prox.§.sequitur.ver.si ve
rò poterunt enim recipi probationes super principali: & procede
36 tur secundum ll. ff. de suspec. tut. impuberes. †¶Quid si agatur
ad thori separationem, & vocatus sit contumax? Rñ. tunc est re-
currẽdum ad sępe dicta remedia generalia, vel etiam ad specialia,
vt præsens absoluatur à debiti coniugalis redditione. Si verò vir,
vel vxor agat possessorio, non fiet missio in possessionem, sed re-
cipientur probationes, ne detur occasio fornicandi. causa enim
e matrimonialis non obest ordinariæ cognitioni, secũdum Vber.[e]
Ego dico, in præmissis casibus absentem excommunicandum, &
non ad sententiam procedendum: extr.de resti.spol.literas. Cùm
autem agitur super fœdere matrimonii, tunc potest etiam lite nõ
contestata procedi: extra.vt lite non contest.c.j.& c. quoniam. §.
porrò. Quid si vxor agat contra virum ad inopiam vergentem? de
hoc infrà de don.inter vi.& vxor.§.formatis.ver.quid si vir. In cri
minali autem causa qualiter procedatur, & infrà de accu.§.sequi-
37 tur.†¶Sed pone, ago contra te coram iudice seculari interdicto
Vti possidetis, quia mihi turbas possessionem tu contumaciter te
absentas: quæritur, qualiter iudex contra te procedet? non enim
potest me mittere in possessionem rei petitæ, cùm nulla petatur:
ita non potest te excommunicare, cùm sit laicus, xcvi.dist. bene q
f dem [f] G. Na. not. extra. vt li. non contest. tuæ. quod iudex assigna-
bit tibi terminum, intra quem venias, vel à mea inquietatiõe ces-
ses: vt extra.de rest.spo.auditas.extra.de natis ex lib.ven.c.vnico.
Quòd si neutrum facies, procedet contra te ex officio suo: vt ex-
trà.de pig.ex literis. Idemque dici potest, secundum eum, in quæ-
stione illa, cùm quis potens aliquem spoliat, nec vult compare-
re, nec excommunicari potest: vel si potest, parum de excommu-
nicatione curat: tunc enim iudex cõtra eum ex officio proceder,
g vt ibi, extra.de postul.c.j.[g] & ij.q.v, quanto.& infrà ver. prox. Pa-
pa not.extra.de eo, qui mit.in pos.causa rei ser.c. j. quòd siue agat
interdicto vti possidetis, siue interdicto Vnde vi, pro incorporali
bus: quia secus, si pro corporalibus, vt infrà in fi. huius §. siue quo
cunque alio modo agatur pro incorporalib. nõ fit missio in pos-
sessionem: quia non potest, cùm dicat se possidere: vt extrà de
probat.licet.& de iudi. examinata. Sed cauebit reus de non mole
stando, secundum ea quæ not. suprà versicu. quid si agatur con-
fess.& in concord.ibi positis: & probatur extrà de sequest. poss. c.
j.& ff.de iti.actuque priua.si pro via.& iunge, quod not. suprà eo.
§.versicul.j.& vide ĩ.eod.§.videndum.ver. in omnibus. Baga. di-
xit, quòd si reus cõtumax est, vbi agitur interdicto Vti possidetis,
vel Vtrobi, iudex ꝓnũciabit actorē ñ esse in possessiõe inquietan-
dum

ADDITIONES.

a Respondeo. ¶Dicit Vber. videtur, quòd iussu prætoris ducendus
sit seruus, ff.si ex nox.cã aga.l.ij.§.vlt. vbi sic iacet tex. subdit, vel si
agitur, &c, & quod sequitur, fortè est actoris elect. dixit Vber. pro
pter cõtumaciam rei, hoc expressè, ne credatur, quòd agēs noxa-
li possit eligere seruum, vel emendam: cùm sola emenda veniat
in petitione, licet serui datio sit in liberatione, Inst.de nox.§.j.& di
xi de emp.& ven.c.iij.super verbo, induxit.

b Secundum Vber. ¶Interponit, quod sequitur: & eius verba reas
sumit ĩ. ver. quid si agatur interdicto.

c Ostendat. ¶Dicebat Dyn.de primo decre.in iiij.q.quod quando
actor possidet, tunc pœna contumacis est, quòd trãsfertur onus
probandi in eum: alle.ff.de no.ope.nun.si priùs. si verò non possi
det, procedit primum dictum, quòd fit missio quasi in possessio-
nem: alleg.ff.de dam.inf.l.à quo fundus. Adde, vt per Bar.& Alex.
in d.l.si priùs.

d Sententia. ¶Incumberet enim hoc possessori, & per sententiam
sufficeret exhibere præsentiam.

e Vber. ¶Et hîc finiuntur eius verba.

f Quidem. ¶De hoc etiam ŝ.tit.j.§. sequitur.ver.sed pone, Titius.

g c.j. ¶Vbi scripsi in glo.magna, versi.hoc eodem modo.

dum à reo, donec reus probauerit possessionē suam esse: & fortè
coget reum cauere se id seruaturum: quemadmodum fit in serui
tute, vt ff. de no. oper. nunc. si priùs. ff. de dam. infect. is à quo. ff. si
seru. ven. is cuius. Nam interdicta licet personalia sint, videntur ta
men in rem scripta, ff. de interdic. l. j. in fi. Diffinitiua enim senten-
tia de non inquietando in perpetuum, ante litis contestationem
ferri non posset: vt extrà vt lite non contest. per totum. Sed nun-
nc hoc casu reus veniens intra annum, recuperabit possessionē,
restitutis expensis, & præstita cautione de lite prosequenda? Et vi
detur quòd sic: C. de bonis auctor. iud. pos. auth. ei qui iurat. extr.
vt lite non contest. c. quoniam. §. in aliis. Sed dic contrà, nisi priùs
probauerit possessionem ad se pertinere: aliàs nil videretur ope-
rari interlocutoria iudicis: imò delusoria videretur, quod esse nō
debet, ff. de iudic. si prætor. ff. ne quid in lo. pub. l. fi. quia & sine ea
idem ius possidendi haberet. nam intentat interdictum Vti possi-
detis: quare non petit, vt adipiscatur possessionem, sed vt in iam a
depta defendatur: vt Inst. de interdi. §. retinendæ. extrà de probat.
licet. vnde nil videtur reuerso restituendum, cùm in nullo de ei⁹
possessione constet. Secus aūt est, vbi agitur de iudicio petitorio,
quia tunc reo missionem passo res est restituenda. Sed quare hoc
38 in possessione potiùs contingit, quàm in aliis casibus? R n. † quia
possessio faciliùs perditur, quàm dominium, ff. de acq. poss. l. 3. §.
domini. Vnde nec à sententia possessionis appellari potest, secun
dum leges, licet aliud sit in aliis, 2. q. vj. sunt etiam, quorum. versi.
ff de pos. & C. si de momen. pos. fue. ap. l. j. Quidam autem dicunt,
quòd in præmisso casu reuersus restituendus est, vt res restituat
in pristinum statum, in quo erat ante latam interlocutoriā, quo
ad hoc, vt idem subducatur decretum, & vt per illud nulla detur
actio, vel exceptio, quæ aliter dari posset: ff. de acqui. posses. iustè.
& ff. ne vis fi. ei, qui in pos. mis. est, l. j. & hoc, cū agitur pro ipsa pos-
sessione, ne quis inquietetur in ea. Si autem agitur pro ęstimatio-
ne possessionis, quod fieri potest, vt ff. vti pos. l. pe. & fi. ff. qđ me.
cau. si mulier. §. qui possessionem. tunc pronunciabitur, vt in aliis
a simplicibus personalibus actionibus [a]. † ¶ Generaliter autem pri
39 mum decretum interponitur, tam in realibus, quàm in personali
bus actionibus, quotiescunque quis non defenditur, extr. vt lite
non conte. quoniam. §. in aliis. & §. fi. C. de iudic. l. properandum.
§. sin autem. C. de præscri. xxx. an. si quis emptionis. §. fi. quod dic,
vt s̃. tit. prox. §. sequitur. ver. si verò agitur. & seq. Item interponit
in his, quę vicem obtinent actionum: vt cùm cautiones postulan
tur de damno infecto, vel de legatis, vel cùm mulier petit se mit-
ti in possessionem causa ventris, nam hę actiones instar obtinent
actionum, vt ff. de act. & ob. l. obligationes verborū. Et quòd his
casibus fiat missio in possessionem, probatur ff. ex qui. cau. in pos.
ea. l. j. 2. 3. & 4. & in præ. l. si quis emptionis. §. fi. & ff. de dam. infec.
b l. 4. §. j. & ff. vt in poss. leg. vel fideicommis. is cui [b]. Item habet lo-
cum, quando agitur interdicto Vnde vi, ad possessionem recupe-
randam. Item in interdictis in rem scriptis, habet locum missio in
possessionem causa rei seruandæ: vt probatur & no. secundum Pa
c pam, extrà, de eo, qui mittitur in possessionem causa rei ser. c. j. [c] Et
scias, quòd quando agitur interdicto Vnde vi, vel actione ex emp
to, de qua infrà §. videndum. versi. sed nunquid. vel alia personali
actione, vbi fit missio pro mensura debiti declarati, decens est, vt
primo fiat missio in possessionem illius rei, de qua agitur: & si rati
one interesse aliquid plus debetur, faciat etiam in possessione ali
arum: licet ex causa aliud fieri possit quandoque. In realibus autē
& mistis actionibus fit missio tm̄ in possessionem rei petitæ, nisi
d qn̄ latitat, vel dolo desinit possidere [d]: vt extra. vt lite non contes.
quoniam. §. quòd si super. & ff. ex quib. cau. in poss. ea. l. Fulcinius.
§. item videamus. & §. seq. & C. de præscri. xxx. an. si quis. §. fin. Sed
nunquid in hypothecaria fiat missio in possessionem? de hoc no.
40 s̃. tit. prox. §. sequitur. ver. sed nunquid. † ¶ Quid si nomine alteri
us rei, plures conueniuntur? quod fieri potest, vt suprà de actore,
ad fi. & vnus tantùm contumax sit? Respon, non videtur, quòd ꝓ
pter eius contumaciam, aliis non vocatis, sit missio facienda, ff. de
mino. l. AEmilius. & ar. ff. ex qui. cau. in pos. ea. hoc autem hîc no.
Papa extra. de reli. do. cùm venerabilis. Sed quid si agitur Commu
ni diuidundo, vel Fami. ercis. iudicio, & reus contumax est? de hoc
infrà §. videndum. ver. sed nunquid in duplicibus. & ver. item quę
ritur. Quòd iussus autem possidere, per se ingrediatur possessio-
nem, vel si formidat impediri, per nuncium iudicis, seu officialē
seu viatorem. in possessionem inducatur: vt in præ. l. is cui. §. miss⁹
41 in possessio. † ¶ In summa no. quòd vbi agitur personalibus acti-
onibus pro temporalibus, non fiet missio in possessionem spiritu
alium pro mensura debiti declarati: vt probatur extra. de excep.
e frequens. §. fi. & in const. Greg. X. de iniur. c. & si pignorationes [e].
tum quia cum eis nequeunt permutari, vt extra. de rer. permu. ad
quæstiones. tum quia spiritualia æstimationem non recipiunt, vt
C. de sacrosan. eccle, nemo martyres. & ff. de var. & extraor. cog.
l. j. §. medicinam. quare cum debito commensurari non possunt.
Sed vbi agitur personali actione pro spiritualibus, putà ex per-
mutatione, vel donatione rerum spiritualium, & huiusmodi, tūc
bene potest fieri missio in possessionem aliorum spiritualium: &
etiam fortè in possessionem temporalium, præsertim si spiritua-
libus erant temporales annexæ, secundum Papam, qui hoc not.
extra, de eo, qui mit. in poss. c. j. Item no. quòd in realibus & mistis
f actionibus fit missio in possessionē rei petitæ tantùm: nisi [f] quan-
g do latitat, vel quando dolo desiit possidere [g]: vt ff. ex quib. caus. in
poss. ea. l. Fulcinius. §. item videamus. & §. sequen. C. de præscript.
30. ann. si quis. §. fin. In personali verò fit pro mensura debiti de-
clarati, vt s̃. ver. & scias.

ADDITIONES.

a Actionibus. ¶ Verba Iac. Bal. ver. hoc autem decretum.
b Cui. ¶ Scire debes, quòd Ia. de Are. in l. si finita. ff. de dam. infec. §.
item videamus. tenuit per ipsum §. & §. ibi præcedentem, ꝙ quo-
ties quis mittitur in possessionem, quia sibi non cauetur, vel ali-
quid ab aduersario non præstatur, non aliter de possessione disce
dit, quàm sit sibi cautum, vel præstitum, etiam si aduersarius pe-
tat vt discedat, & ipse sibi vult expensas restituere: vt ibi: alleg. e-
tiam ff. qui satis. cog. l. de dic. §. hæres quoque. Secus si fiat missio
propter contumaciam aduersarij: quia non venit coram iudice:
quia tunc missus de possessione discedit restitutis expensis, C. de
præscript. xxx. ann. l. si quis sub. & præstita cautione de stando iu-
ri, vt in decret. quoniam frequenter. §. in aliis. Procedit ergo pri-
mum dictum Iac. quando venit ad iudicium, sed ad præceptum
iudicis noluit cauere, vel pręstare, quod petebat actor: & est simi-
le, quod dixi s̃. §. 2. post prin. vbi de appel. loquor.
c c. j. ¶ Et quod sequitur ibi, vide per me in versi. aliqui tamen. ante
fin. magnæ glos.
d Possidere. ¶ Hoc in fi. repetit, & ibi dicam.
e Pignorationes. ¶ Libr. 6.
f Nisi. ¶ Istud Nisi, videtur incongruè poni: quia & tunc fit missio
in possessionem rei petitæ, licet olim in omnia: & patet per leges
sequen. super quo vide, quod not. in §. statim alleg. sed seruatur, si
illud tātùm, quod procedit, respiciat non rem, sed missionem, vt
dicat Missio tantùm: & hoc intellige j̃. §. 2. in prin. ver. est & alius.
g Possidere. ¶ Tunc enim, si pro re corporali agatur, per omnia
proceditur, vt in personali: vt patet per iura j̃. alleg. idem Azo in
Summa, vbi s̃. §. vbi autem. facit, quod nota. & dixi in regula, pro
possessore. de reg. iur. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Primum decretum à quibus iudicibus sit postulandum.*
2 *Iudex Bonon. coram quo quidam Mutinensis conuenitur ratione contractus, vel alia causa, an possit mittere actorem in possessionem bonorum, quæ reus habet Bononiæ, & decernere missionem in possessionem esse faciendam in bonis, quæ conuentus habet Mutinæ, propter eius contumaciam.*
3 *In contractibus & delictis potest fieri remissio ad locum, vbi quis contraxit, vel deliquit.*
4 *Iudex an possit cogi ad iudicandum, si dubitatur vbi sint debitores conuenti.*

1 4. §. Nunc videamus, † à quibus iudicibus primum de-
cretum postuletur. Et quidem à maioribus
& minoribus, & etiam à magistratibus municipalibus, & à dele-
gatis, ff. de damn. infect. dies. §. j. ver. dies. extra, de offic. delegat. ex
literis. extra, de eo, qui mittit. in possess. causa rei seruand. per to-
tum: de hoc not. in §. restat. quod verum est, quòd potest pronun
ciare, si citatus sit de eius iurisdictione. Mittere enim in possessio
nem magis est iurisdictionis, quàm imperij, ff. de officio eius, cui
mand. est iurisdict. l. cognitio. §. fin. Si autem certum est, eum non
esse eius iudicem, non poterit pronunciare: secus autem, si dubi-
um sit. Re autem ipsa mittere non minor, sed maior iudex potest
ff. ad municipal. magistratibus. & ff. de iurisdiction. omnium iudi-
cum. iubere. nisi in causa damni infecti. vt ff. de damn. infect. l.
dies. §. duas. quæ celeritatem desiderant, vt eodem titulo. l. pri-
a ma. Iudex autem delegatus possessionem à se datam tueri debet [a]
vt ext

ADDITIO.

a Debet. ¶ Sic etiam audiet tertium, qui dicit rem, cuius data est te
nuta, ad se pertinere: & eam, si de hoc constiterit, reuocabit, ſm I.
de Deo, lib. 2. q. 12. alle. de re iud. cùm super. & c. seq. de test. veni-
ens. ij. Tertium aūt rem vendicantem delegatus ille non audiet,
de of. del. P. & G. An aūt vendicans agat ꝯ missum, vel contra mis
sionem passum? dixi s̃. dec. contingit. in fi de do. & cont. Adde tu
ad id, quod dicitur hic per Spec. de delegato, videlicet ꝙ non pos
sit, per doctrinam Host. in c. quod ad consultationem. extra. de re
iud. vbi refert eum, & sequitur Ab. Sic. in vlt. col. in fi. ꝙ iudex de-
legatus habens expedire cām intra mensem, si intra ipsum men-
sem ꝯtumacem reum excommunicauit, potest post mensem ab-
☞ solui.

ut extra.de testi.ex parte.vbi de hoc:& de simo.querelam. saltem vsque ad annum,vt extra.de off.deleg. querenti.licet alii dicant il lum functum officio suo esse,vt eo.ti.literis.nisi ei specialiter fue rit mandatum , vt in præ.c.ex parte. quia hoc ad ordinarium spe ctat,vt dicunt.ff.ne vis fiat ei,qui in poss.miss.est,l.j.in prin,&§.j.& ij.& l.si quis missum.respon.j.& vide ĭ.§.prox.versi.& not. quòd si missus.& ĭ.de exec.sen.§.nunc dicendū.prope prin.
2 † ¶Et no.a
a iudex Bononien.coram quo aliquis Mutinen.conuenitur ratione contractus,vel domicilii,vel alia quauis causa,vt extra.de for. comp.c.fi.potest mittere actorē in possessionem bonorum, quæ reus habet Bononiæ:& decernere missionem in possessionem esse faciendam in bonis,quæ conuentus habet Mutinę,propter eius contumaciā: licet quidā dixerint, φ si reus nihil habet Bononiæ,
b iudex Bononieñ.vlteriùs non procedit[b]:quod falsum est:hęc ꝓ
c bāt e.ti.Romana.§.ꝯhentes[c].Et dicunt quidam[d],φBononieñ.iu
d dex,quo ad bona,quæ sunt Mutinæ,exequetur suum officium ꝑ iudicem Mutiñ.& quantum ad hoc,maior est iudice Mutinen.licet aliàs in officio sint æquales,C.de iudic.properandum.§.sin au tem reus.ff.de bo.aucto.iud.pos.cùm vnus.§.pen.& fi.Alii dicunt quòd iudex Bononien.per se dabit possessionem bonorum,quæ
e sunt Mutinæ.quod ego non credo[e],nisi esset à principe delegat⁹, cùm non sint res sub eius iurisdictione,ff.de iurisdic.om.iudic. l. fin.C.qui pro sua iurisdict.l.j.xvj.q.vj.placuit.ad fin.extrà de foro comp.sane. Potest tamen decernere , vt prædixi. Quidam etiam dicunt , quòd si Mutinensis non pareat iudici Bononiensi , tunc iudex Bononiensis mittet literas ad iudicem Mutinensem,vt mit
3 tat ei reum.†Nam & in contractibus & delictis fit remissio ad locum, vbi quis contraxit , vel deliquit: vt dicitur C. vbi de cri. agi opor.authen.qua in prouincia. Et si iudex Mutinensis non miserit, punietur in tribus libris auri, & eius officiales in tantundem: quòd si propter lucrum id Mutinensis faciat , etiam eius cingulo priuetur in authen.vt nulli iudi.§.si verò quis comprehensorum & C.vbi cau.status agi deb.l.j.C.de requi.re.l.ij. Quandoque etiā aliter punitur.ff.de ser.fug.l.j.§.hoc autem. sed hodie stādum est in hoc illi §.contrahentes.
4 †¶Quid si dubium sit, vbi sint debitores conuenti,&ipse compareat,nunquid cogi potest eos indicare? Dicunt quidam,quòd non,arg.ff.qui bo.ce.poss.l.in omnibus.nā hoc committitur inquisitioni executoris, & solicitudini iudicantis,secundum Pileum,argumen.C.de his,qui ad ecclesi.confug.l. fin.§.cùm autem. nec debet hoc eius sacramento committi. Alii tamen contrà. nam & de inquisitione & diligentia erit , vt faciat eum satisfacere de conscientia sua,vt in ea.l.§.fine.&arg.C.de iur. delib.scimus.§.licentia.& arg.in auth.de test. §. si verò deducens.

ADDITIONES.

☞ solui.Vnde à simili dicendum in casu nostro.Posset tamen respō deri,quòd id habet locum in iurisdictione redacta ad certum tempus:hîc verò,de quo hîc, in simplici commissione causæ: de quo tamen vide per Scribentes in c.querenti.extra.de offi.deleg.

a Not.¶Secundum Benedictum,quē in hoc tractatu alleg.auctor: & secundum Iac.Bal.

b Procedit.¶Sed vadat actor Mutinam iustitiam petiturus. & hoc dictum prædicti duo attribuunt Azo.

c Contrahentes.¶Lib.vj.

d Quidam.¶Prædicti duo.

e Credo.¶Idem Ioan.de Deo in vlt.col.

SVMMARIVM.

1 *Effectus primi decreti in personali actione quis sit.*
2 *Missus in possessionem ex primo decreto,an lucretur fructus.*
3 *Primi decreti effectus multiplex est in reali actione.*
4 *Obligationem habere non dicitur quis in re sua.*
5 *Missus in possessionem alicuius rei,si ipsam intra annum alienat, deinde intra eundem annum reus venit,quid iuris.*
6 *Missus in possessionem ex primo decreto,an possideat.*
7 *Possessor rei mobilis an in personali actione debeat expelli.*
8 *Missione facta in possessionem terrarum,quis eas debeat excolere.*
9 *Missus in possessionē ex primo decreto,quō in actione reali dicatur possidere.*
10 *Probare volens de dominio,quamdiu audiendus sit.*
Missus in possessionem,si scit rem esse alienam,an præscribat.
11 *Non domino bona fide tradente,an quæratur vsucapio bona fide accipienti con tra omnem dominum.*
12 *In personali actione missus in possessionem , qua ratione non possideat , in reali autem sic.*
13 *Missus in possessionem verè possidet,& fructus percipit,tanquam creditor conuentionalis.*
14 *Missus in possessionem ex primo decreto,si deijciatur,an possit petere restitutionem,aut agere interdicto Vnde vi.*
15 *Decretum iudicis vbi ad postulationem actoris sibi dedit possessionem reo non citato,an sit validum.*
16 *Prætoris edictum prodi potest,vbi missus in possessionem ex primo decreto nō admittitur,mandato iudicis ad possessionem.*
17 *Auxilium quotuplex surgere dicatur ex prætoris edicto.*
18 *Hæres,à quo legata petuntur,an & quo pacto teneatur legatarijs ex edicto prætoris,si eos prohibuerit in possessionem venire,&c.*
19 *Auxilia ex prætoris edicto surgentia,intra annum datur ad interesse tantùm.*
20 *Remedia competentia misso in possessionem , & non admisso ad possidendum, quæ sint.*
21 *Primi decreti effectus in actione personali quis sit.*
22 *Missionem in possessionem patiens,si intra annum venerit coram iudice,an & quo pacto poterit possessionem recuperare.*
23 *Præscriptio quomodo fiat,aut interrumpatur , vbi quis patitur missionem in possessionem.*
24 *Possessio vsque ad quod tēpus repeti possit post interruptionem præscriptionis.*
25 *Missus in possessionem post interruptionē præscriptionis illius,an poterit præscribere.*
26 *Præscriptio an currat sine possessione.*
27 *Cautionis sola præstatio non restituit possessionem,sed tanùm interrumpit præscriptionem annalem:& cui aut quibus danda sit talis cautio.& nu.seq.*
28 *Decretum c.Pastoralis,coram quocunque factum,an teneat:aut quas personas publicas interpellet.*
29 *Aduersario absente protestari debet is qui præsens est cum solennitate tabellionum,quòd ageret si aduersarius adesset.*
30 *Ordo scripturæ semper est seruandus.*
31 *Missio in possessionem an per iudicis,aut tabellionis actum acquiratur actio cōtra patientem se mitti.*
32 *Annus datus ad recuperandam possessionem,quando currere incipiat.*
33 *Iudex si restituat possessionem rei,non citato actore,an teneat restitutio.*
34 *Excommunicatus, vel missionem in possessionem passus,si intra annum veniat offerens cautionem idoneam & expensas:missus verò vocatus contumaciter se absentat,an iste missionem passus mitti possit in possessionem rerum,de quibus agitur.*
35 *Beneficium iuris nemini est negandum.*

¶Primi decreti effectus quis sit.

5.§.Iam de effectu primi decreti primò videndum restat. Super quo no.quòd aut est actio realis,aut personalis:si quidem est personalis,multiplex est primi decreti effect⁹.
a Et primo[a]. nam per illud habet missus & custodiam, & defensionem rerum quod dicitur iudiciale,vel prætorium pignus videtur enim sibi constitutum , postquam inductus est in possessionē,ff. de pig.act.non est mirum,& C.qui po.in pig.hab.l.ij.C. vt in pos ses.leg.si postea quàm.& l.qui legatum.C.de pręt.pig.l fi.Contrà
b infrà ver.sed quæritur[b].Et hoc dico propter quosdam fatuos nūcios,seu executores iudicum,seu curiarum, qui quando mittunt aliquem in tenutam,seu possessionem causa rei seruandæ,mittūt illum duntaxat in possessionem vnius rei dicentes:Nos mittimus te in possessionem pro ista, & pro omnibus aliis : vel damus tibi hæc,& omnia alia, causa rei seruandæ. Et quandoque ostendunt illa omnia,& quandoque non.Sed quando ostēdunt,videtur posse eorum error subleuari per leges,ff.de acqui.possess.quod meo. § si venditorem.Sed certe illa.l.loquitur in possidente,qui per oculorum inspectionem possessionem transfert: at nuncius nullā
1 habet possessionem,ideoque nullam transfert. †¶Est & alius effectus in personali actione : quia nisi debitor satisfaciat creditori misso in possessionem, poterit ipse creditor sine libello petere à iudice bona vendi,in quorum possessionem missus est, si debitor latitat:vt not.ĭ.§.nunc dicamus.versi.illud etiam.& seq. Alius au
c tem hoc impetrare non posset, vt ibidem. ¶Tertio[c], quia habet custodiam,non tamen veram possessionem: vt ĭ.dicam. Est enim in possessione,sed non possidet.nam longè aliud est possidere, & aliud in possessione esse:vt ff.de acquiren.possessio.si quis autem ¶Quartò,quia pro illius possessionis defensione competit inter dictū Vti possideris: ex quo ꝯpetit ei actio in factū , quanti ea res erit,vt ĭ.ver.&no.φ¶Quītò.vt ipsā possessionē alii,loca&fruct⁹ ei⁹,custodiat,& ĭterdū eos vēdat,& priū seruet:vt s.§. restat. ver. hoc

ADDITIONES.

a Primò.¶Verba sunt Rof.ff.de bonis aucto,iu.pos.versi.in primis quæritur.& hoc vsque ad versi.tertiò. reliqua sumpta de rubrica de primo decre.Dyn.vbi s,ad infrà scriptos effectus addebat istū, quòd ordine peruenitur ad interpositionem secundi decreti , ff. de dam.infec.dies.§.si fortè daretur.vnde tenet de secundo decr. vbi s.q. 14.quòd non teneret secundum non præcedente primo, per l.qui duos.ff.de reb.dub.& C.de exec.rei iud.l.j.& ff.de re iud. si cum nulla.

b Quæritur.¶Sed in reali loquitur.

c Tertiò. ¶Iste versi.fuit additio,vsque ad ver.sed vtrùm.& hoc inducit errorem in ver.sed pone.

a hoc autem a. ¶Sextò, vt ex ipsis rebus alatur: vt in eo. versi. † ¶Se
2 ptimò, quia lucratus fuit fructus, secundum quosdam, vt in l. Fulcinius. §. fi. ff. de leg. j. filiusfamiliàs, §. diuus Seuerus & Antoninus. in fin. Alii contrà: vt ff. vt in poss. leg. vel fideicommis. is, cui. §. qui legatorum. vt in præd. l. Fulcinius. in princip. de hoc in præ. versi. hic autem. ¶Octauò, quia missus potior est aliis postea venientibus, qui nullam habent hypothecam: & etiam his, qui postmodū simili iussu iudicis capiunt: quia qui prior est tempore, potior est iure: vt extrà de iure pa. quod autem. C. qui po. in pig. hab. si decreto. Quod intellige de his tantùm creditoribus, qui non sunt eiusdem tituli, vt in præ. l. is cui. §. si plures. Si enim essent eiusdem tituli, omnes concurrerent eodem iure, scilicet posteriores cū prioribus, vt ff. de priuil. cre. priuil. ff. de bo. aucto. iud. pos. cùm vnus. C. eo. tit. l. fi. in prin. Sunt & alii effectus primi decreti, vt j. ver. est
3 & alius. & ver. porrò. † ¶In reali autem actione similiter multiplex est effectus primi decreti: & primò: quia quæritur misso actio ex illo edicto, ne vis fiat ei, &c. nam hoc edictum pertinet ad omnes missos in possessionem, ff. ne vis fiat ei, qui in pos. mis. est, l. j. §. j. ¶Secundò, quia statim incipit possidere: vt j. ver. si verò agatur. ¶Tertiò, circa fructus eodem modo, vt s. in personali dictum est ¶Quartò, quia loca percipit & custodit, & quandoque vendit fructus: prout in personali actione dictum est. Alii etiam effectus
4 in hoc tractatu inueniūtur. † ¶Sed queritur, an propter hoc contrahatur aliquando prætorium pignus? & videtur, quòd sic: vt s. in prin. huius §. Sed dic, quòd non: quia in re sua non potest quis obligationem habere, ff. de reg. iu. neque pignus. ff. de pig. act. si rem. licet casualiter contrarium obtineat, ff. ad Treb. debitor si pignore. &, secundum quosdam, C. eo. auth. contrà rogatus. De aliis autem effectibus non videtur dubium, quia ad hoc non pertinent. Nō enim ideo potior est, quia missus est auctoritate iudicis, sed quia est rei dominus. Res enim sua eo inscio nō potuit ab alio obligari, C. ad Vellei. si sine. Item in solutum danda non est: quia quod meum est, amplius fieri non potest meum, extr. de fide inst. inter dilectos. prope fi. ff. de reg. iu. ex plurib. Itē ꝙ vendere possit, hoc est ex eo, quòd est dominus: non ex eo, ꝙ est in possessionem
5 missus. † ¶Sed pone, quòd missus intra annum alienat rē ipsam: deinde intra eundem annum reus veniet: quæritur, qualiter ei cōsuletur? Rñ. iudex ex officio suo restituet ei possessionem emptore excluso, vel saltem per triticariam actionem, ff. de tri. act. l. j. §. fi. & l. 2. & ipsum alienatorem qui habebat tantùm custodiam, quia intrauerit alterius possessionem, condemnabit ad omne damnū, quod ex eo reuersus passus est, C. de acqui pos. ex liberis. §. sed ipse. Sed contra hoc, quod dixi de triticaria, facit, quia reuersus tem
b pore alienationis non possidebat: imò missus b: vt j. versi. si verò agatur. Vnde dic, dari actionem in factum ꝯtra illum ratione possessionis, quia æquitas hoc suadet, ff. de præs. verb. l. quoties. j. ver. vlt. not. Alii dicunt, dari vtilem actionem ex lege illa, C. de acq. pos. ex liberis. Sed ibi loquitur, quando tradens alii, vel perdens, habet causam à me, & nomine meo possidet: sed missus in possessionem suo nomine possidet. Item contra alienam rē datur actio
6 in factum ex illo edicto, de ali. iu. mu. causa facta. † ¶Sed vtrùm missus ex primo decreto, possideat? super hoc distingue. nam aut
c agitur personali actione, aut reali c. Si personali, missus non possidet indistinctè, sed detentat, secundum omnes, ff. acqui. poss. possideri. §. fin. ff. vti possi. duo. §. creditores. ff. de dam. infect. si finita. §. Iulianus & dixi s. ti. proximo, §. sequitur. ver. porrò si agatur. & detinebit, donec aduersarius tædio affectus veniat responsurus, vt in præ. l. is cui. resp. j. & extrà, vt lit. non contes. quoniam. §. in aliis. nam licet actor, siue creditor mittatur in possessionem, nō tamē dominus, seu reus eiicitur de illo loco: vt in præ. l. is cui. in prin. & in præ. l. possideri. in fi. & in præ. §. Iulianus. & ff. quorum legat. l. j. §. quæsitum. nisi iudex ex officio suo illum iubeat recedere, ne a-
d ctor & reus ad rixas veniant, si ambo possideant d, arg. ff de vsu. si cuius. §. sed si inter duos aliàs incipit l. æquissimum. & aliàs, si vsufru. & tunc iudex poterit constituere qs bona illa debeat tollere.
7 † ¶Sed cùm in personali actione possessor expelli nō debeat de possessione, vt iam dixi, quæro qualiter fiat missio in re mobili? Rñ. dicunt quidam, quòd cùm fit missio in re mobili, debet expel
e li: sec9, si in immobili: arg. in præ. l. is cui e. vbi dicitur, quòd missus in possessionem custodiet fructus, ne dissipentur: & distrahet eos qui nō possunt seruari: & eodem modo videtur, quòd missus custodiet rem mobilem, ne dissipetur. Veruntamen in ciuitate Boñ. res huiusmodi sequestrantur, cùm inter ciues & scholares est quæstio. quod fieri videtur contra iura, siue agatur reali, siue ꝑsonali actione, vt extra de sequest. poss. c. j. prope fi. Sed hoc ideo fit ibi: quia de scholarium formidatur recessu, ff. qui satisd. cog. si fideiussor. §. fin. Cùm autem est quæstio inter ciues, tunc bene fit missio in re mobili, nec expellitur de possessione, sed possessor habet rei custodiam, & facit tædium super ea. Sed qualiter potest facere tædium super ea, si alius est in possessione rei mobilis? Dic
8 de hoc, & de aliis circa hoc, vt j. ver. porrò in ꝑsonalibus. † ¶Sed quis excolet terras, cùm facta est missio in possessionem? Dico, quòd dominus, & debitor, si vult: aliàs missus id faciat, ff. vt in pos.
f leg. is cui. §. qui legatorum f. † ¶Si verò agatur reali, tunc missus in
9 possessionem ex primo decreto possidet verè, non tamē incommutabiliter: quia si reus intra annum venerit, restituetur ei possessio: vt in præd. dec. quoniam. §. in aliis. & C. de præsc. xxx. vel xl. an. si quis emptionis. §. pe. & extra. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. per totum. Veruntamen licet possideat, non tamen vsucapit, nisi
g post annum, secundum Azo. M. Io. Goff. & Roff. g Alii autem, vt
h Bul. & Iac. h & Hu. & Ber. & quasi oēs Canonistæ, dicunt ꝙ non verè possidet, sed custodit: sicut & in personali dictum est, ff. de acqu. pos. possideri. §. fi. ff. vt in pos. leg. is cui. in prin. & in præ. §. in aliis. & extr. de off. ord. pastoralis. in fi & de do. & contu. contingit. in quibus dicitur, quòd post annum verus efficiatur possessor: ergo videtur, quòd priùs non erat: extr. de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. c. pen. & fin. vbi dicit, causa custodiæ. ad idem facit eo. tit. c. j. &, secundum istos, anno elapso incipit possidere, quasi secundo decreto interposito. Nam tantum operatur in realibus transcursus anni, quantum in personalibus secundum decretum. Prima opinio mihi magis placet: & quod dicitur in præ decr. verus efficiat. debet exponi, id est, incommutabilis: quia verè possidebat intra annum, sed commutabiliter: & hoc probat præ. decr. pastoralis. in fi. ibi, vbi dicit, post annum recuperare pos. &c. ergo patet. ꝙ eam amiserat: & idem habetur in præ. §. in aliis. & ad hoc etiam facit ꝓ. l. si quis emptionis. extr. de seq. poss. c. j. in fi. Si igitur verè possidet anno elapso nō cogitur restituere rem reuerso, nisi probet ille de
10 iure, vel de dominio suo: vt in præ. §. in aliis. † ¶Sed quamdiu audietur, volens probare de dominio? Rñ. vsque ad decem annos inter ꝑsentes, vel xx. an. inter absentes: quia ex eo tēpore fuit possessor dñs, vel saltem habuit iustum titulum possidendi, secundū Bag. ff. de Publ. l. iij. in fi. Si eīm titulū nō haberet, non fieret dñs. C. de præsc

ADDITIONES.

a Autem. ¶Si ponderasset auctor, quod ibi dixit, sed in his casibus non sic miscuisset casus, quib. fit missio ob cōtumaciam ad illos, quibus fit ob fauorem.

b Missus. ¶Suprà proximè dixit contrarium: quare videtur auctor fuisse somnolentus: quod patet etiam ex allegatione sequenti, qua allegat §. in quo sumus. quis dederit illum errorem, dixit s. ver. 3. quia intendit auctor hîc, quòd licet possessio possit condici per triticariam, per illum, qui vi deiectus est, illud tamē locum habet in possidente: vt dicit l. 2. superius allegata. Sed iste passus missionem non possidebat tempore. quo missus alienauit: ergo, &c. Circa triticariam autem sciant Canonistæ, quòd eius conditio irregularis est, id est, certa regula non comprehenditur: quia circa contractus vel quasi, & circa maleficia vel quasi, circa mobilia & immobilia, corporali & incorporalia; suam potestatem extendit: ad quorum alterum regulares restringuntur: & habet locum, vbicunque res petitur, sumpto largissimè nomine Rei, vt corporalia & incorporalia comprehendat, excepta sola pecunia numerata. Sola dico: quia licet non comprehendat ea, quæ consistunt in numero, bene comprehēdit ea, quæ sunt in pondere, vel mensura: quæ licet sub largo nomine pecuniæ comprehendant, j. q. 3. totum. ff. de leg. j. talis scriptura. non tamen comprehēduntur sub nomine pecuniæ numeratæ.

c Reali. ¶Sunt hæc verba Iac. Bal. vsque ad ver. sed cùm. æquè breuiùs ponit in ver. missus autem. Adde, quòd missus in possessionē ex primo decreto, in personali non possideat: quod scripsit Roff. consilio cl.

d Possideant. ¶Idem Ioan. de Deo, iiij. col.

e Cui. ¶§. qui legatorum. ver. in cæteris. & Dyn. dicit ibi esse casum quæstionis, per id, quod hîc sequitur. dicit etiam ibi textus, quòd legatarius missus in possessionem, sic res hæreditarias custodire debet, vt neque hæredi auferantur, neque depereant, deterioresue fiant. Præmittitur tamen, quòd passus missionem illos consumere non poterit, quorum custodiam habet missus.

f Legatorum. ¶Dicebat Dyn. vbi s. q. xij. quòd idem not. in l. prætor. in prin. ff. de bon. aucto. iudi. poss. ad idem eod. titul. in venditione. §. j. Item locabit, vt ibi, de hoc s. eod. §. in prin. ver. v. cū sua ctaret ad creditorem, vt not. ea. l. is cui. §. quòd si. loquitur tamen ibi de die constitutionis, de quo in §. imperator. ead. lege.

g Roffre. ¶Et Gui. de Suz. vbi s.

h Iac. ¶Vbi s. ver. in reali autem.

a de præſc.x.vel xx.an.l.j.ꝟ.ver.ſed vſque[a]. ¶Quid ſi miſſus ſcit rem
alienam eſſe? Dicit Baga. ꝙ præſcribet prædicto tempore, ſi tem-
pore miſſionis habuit bonam fidem: licet poſtea habuerit rei cō-
ſcientiam alienæ, ff.de vſuc.l.is qui.§.fi.C.de vſuca.transfor.l.j. Si
autem à principio habuit malam fidem, ſecus eſſet, arg.ff.de iud.
b ſi prætor.§.fi. Tu dic, vt ext.de præſc.c.fi.[b] † ¶Quid ſi res illa erat
11 tunc alterius, & non rei? Dixit, ꝙ non præſcribet contra eum, ar.
ff.de nox.electio.§.fi.ff.de reg.iur.non debet.& l.quod noſtrum.
Arg contrà, ꝙ non tam facto alterius, quàm iure publico ei præ-
iudicatur, ar.ff.de vſur.l.j.ff.de dam.infe.damnum.§.j.nam & non
domino bona fide tradente, quæritur vſucapio bona fide accipi-
enti aduerſus omnem dominum: vt inſti.de vſuc.§.quod autem.
12 & ar.ff.de re iud.ſæpe.& in auth.vt ſpon.lar.§.rurſus. † ¶Sed quæ
c eſt ratio ꝙ miſſus in perſonali non poſſidet, in reali verò ſic[c]? Re-
d ſpondeo[d], quando ago perſonali, ago contra illum, qui mihi o-
bligatus eſt ex contractu vel quaſi, maleficio vel quaſi. Vnde ſi
mittor in poſſeſſionem pro menſura debiti declarati, vt ſ.titulo
proxim.§.ſequitur.ver.porrò.quodam extraordinario iure mihi
ſubuenitur: quia (vt ita dicam) mittendus eſſem in poſſeſſionem
perſonæ, quæ obligata eſt: & non in poſſeſſionem rei, quæ obli-
gata non eſt. ſicut & aliàs in delictis perſona punienda eſt, nō res,
quæ non deliquit: vt in auth.de man.prin.§.oportet.collat.3.ſed
quia perſona libera poſſideri non poteſt, vt ff.de acq.poſſeſ.cùm
hæredes.§.finali.& extra, de pign.c.2.ideo mihi ſuccurritur in re-
bus, non vt eas poſſideam, ſed vt cuſtodiam, donec tædio affec-
tus, &c. vt in dec.quoniam frequenter.§.fin.& vbicunque ius di-
cit, aliquem mitti in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, & ꝙ cuſto
dit, & quòd tædio affectus, &c. intellige in perſonali loqui, non
e in reali, ſecundum Rofre.[e] Sed certè non eſt ita in præd.decreta.
quoniam.§.in aliis.vbi dicit, tædio affectus. & tamen loquitur in
f reali[f]. In reali autem ideo miſſus poſſidet, quia quando ago in
rem, dico rem meam eſſe, ſicut in rei vēdicatione: vel ius in ea mi
hi competere, ſicut in hypothecaria, & in confeſſoria, & in aliis re
alibus: & ſic tunc agendo cōtra perſonam, ago contra illum, qui
nullo iure mihi obligat[us] eſt: ſed ideo ago, quia tenet rem, vt Inſt.
de act.§.j. & ideo ſi perſona citata non compareat, dignum eſt, ꝙ
mittar in poſſeſſionem rei petitæ: & ꝙ poſſideam, cùm hoc ſit or
dinarium, vt ex quo non eſt qui defendat, quòd rem illam poſſi-
deam: quia dico meam, vel me in ea ius habere, præſertim adhibi-
ta ſolennitate, de qua dixi ſ.§.ſequitur.in prin.ſicut in noxali nul-
lo defendente ſeruum noxium, datur mihi abducēdi facultas, ff.
ſi ex nox.cauſ.aga.l.ij.in fi.& ff.de nox.electio.§.fi.in fi. malè ergo
pronunciant iudices, quando dicūt, Mitto te in poſſeſſionem cā
rei ſeruandæ, ſecundum Rof. quod dic, vt in præ.§.ſequitur.verſi.
13 ſed non videtur. † ¶Miſſus ergo verè poſſidet, & fructus rei per
cipit: ſicut & creditor conuentionalis, vt C.de pig.ac.l.ij. licet hic
non teneatur de percipiendis, vt ille: ſed de perceptis tantùm, ſi
contumax intra annnum recuperet poſſeſſionem: vt ar.ff.de bo.
aucto.iu.poſſ.prætor.§.2.& §.eſt præterea. ſecundum Rof. non ta
14 men facit ſuos, vt dixi ſ.§.reſtat.verſi.hoc autem. † ¶Sed quid ſi
miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, deiicitur: nunquid po-
teſt petere reſtitutionem, ſiue agere īterdicto Vnde vi? Et quidē
g in reali poteſt[g], ſecundum nos, qui dicimus, quòd verè poſſidet.
in hoc concordat Papa, prout no.in præd.c.contingit. Alii verò,
qui dicunt, quòd ſolùm cuſtodit, dicunt, quod petere poteſt reſti
tutionem condictione ea lege illa, C.de præ.pig.l.fin.xvj.q.vj.pla
cuit.3.q.1.redintegranda.non tamen aget interdicto Vnde vi, vt
ff.de acq.poſſ.poſſideri.§.fi.quod non datur, niſi poſſidenti deie-
cto, ff.de vi.& vi ar.l.j.§.non autē alii.& §.hoc interdictum. Et ea-
h dem ratione videtur, ſecundum eos[h], quòd nec condictio.ex l.ſi
quis in tantam.C.vnde vi. De hoc, & an agat interdicto Vti poſſi-
detis, no.in præd.dec.contingit.&, ſecūdum Vin.extr.de ſequeſt.
poſſ.c.j. Si ergo miſſus expellitur, vel impeditur, vel non admitti-
i tur, habet ius, quo ad petitorium & poſſeſſorium, ſecundū Rof.[i]
Quo ad petitorium, quoniam habet hypothecariam, vt ff.de pig.
act.l.non eſt mirum. habet enim ex tali poſſeſſione prætorium
pignus: vt ibi, & ſ.in prin.huius §.quare habet hypothecariam, vt
C.qui po.in pig.ha.l.3 & C.vt in poſſ.le.ſi poſtquam.& l.qui le-
gatis. Poſſeſſorium autem habet, ſiue expellatur, ſiue non admit-
tatur, vt ff.ne vis fi.ei, qui in poſſ.miſ.eſt, l.j.ff. vt in poſſ.leg.is cui.
§.miſſus.ff.de dam.infect.dies.§.2. in quo format libellum, vt in-
frà de eo, qui mit.in poſſ.cauſa rei ſeruet, porrò.& ſeq. In perſo-
nali autem miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, non tenet
rei vendicatione, cùm non habeat facultatē reſtituendæ rei, quia
tantùm cuſtodit, ſecundum Papam. Alii contrà, prout no. in præ.
k c.quoniam.§.ſi autem[k]. ¶Eſt & alius effectus primi decreti. nam
miſſio vnius creditoris prodeſt omnibus, C.de bo.aucto.iud.poſ.
15 l.fin. † ¶Sed quid ſi iudex ad poſtulationē actoris dedit ſibi poſ-
ſeſſionem reo non citato legitimè, nunquid proderit actori tale
l decretum? Dicunt quidam[l], quòd ſic. quia licet decretum ſit iniu
ſtum, tamen tenet, ar.xj.q.iij.c.j. nec miſſus eſt prohibendus: nam
iuſtè poſſidet, qui auctore prætore poſſidet, ff.de acqui.poſſ.l.j. ff.
de reli.& ſump. fu. & ſi quis impediat §.j. & præterea functus eſt
officio ſuo, bene, vel malè decernendo: extr.de off.deleg. in lite-
ris.ff.de re iu.iudex. & conuentus petet in integrum reſtitutionē
contra iniuſtum decretum, arg.ff.de iudi.ſi prætor.§.Marcellus.&
de dam.infec.ſi finita.§.ſi fortè.& de priui.cre.imperatores.& iun
ge, quod eſt infrà ver.quid ſi ipſe. Dic contrà: & reus ſua auctori-
tate poteſt impunè miſſum prohibere, cùm factum iudicis, niſi ſit
legitimum, non teneat, ff.de re.iur.factum à iudice.extr. de conſt.
eccleſia.in fin.C.lib.x.de iu.fiſc.prohibitum. Decretum enim hu-
iuſmodi interpoſitum videtur ipſo iure non valere, ff.de re.eorū,
qui ſub tu.vel cur.ſunt, l.mag.§.ſi æs alienum. ff. de tranſact. cùm
hi.§.ſi prætor. Vnde videtur, quòd iudex illud poſſit reuocare, ex
trà, de accuſ. qualiter. j. Item dicit lex, quòd ſi iudex vendit bona
non latitantis, tanq̃ ſi latitaret, non tenet venditio ipſo iure, vt in
præ.l.

ADDITIONES.

a Vſque. ¶Patet per proximè dicta, quòd ver. iſte loquit[ur] de miſſo
in reali: & de tali Dy. vbi ſ.in x.q.tenet miſſum in reali poſt litem
conteſtatam, vel quaſi conteſtatam, præſcribere ſpatio x. vel xx.
an. vt not. in l.2.C.vbi in rem. Ante litem verò conteſtatam, & an
te lapſum anni, non incipit præſcribere. In perſonali verò, quia
non poſſidet eo tempore, non præſcribit, ſed poſt xxx. annos re-
pellit abſentem, quantumcunque cauere velit, vt not. in authen.
ei qui iurat. & in auth.de exhiben.§.ſi verò.intra xxx. annos redi-
ens & cauens, conſequitur etiam poſſeſſionem, niſi res ſit vendi-
ta vel adiudicata, ſic loquuntur not. in præ.l.2.& in l.conſentane-
um.C.quomodo & quando iud. & ſic intelligas quæ ſequuntur.
Scire debes, quòd Ia.de Ra.& Pet. hæc duo dicta impugnant, dicē-
tes de miſſo in reali, quòd longa præſcriptione, x.vel xx.an.ſe tue
ri non poteſt, cùm illa non procedat ſine titulo, C.de præſc.long.
temp.l.4.& 5. Primum autem decretum non dat titulum, ff.de dā.
infect.ſi finita.§.Iulianus. Secundum decretum non conceditur,
& ſi concederetur, ſolam poſſeſſionem cōcerneret. Ergo ſola tra
ditione, ſi titulus non ſufficit, nec proficit, ff.de acqui.re.do.l. nun
quam.in prin. Dicendum eſt ergo, ſecundum eos, quòd vſque ad
xxx.ann. audietur miſſionem paſſus in reali: quanto tempore ſine
titulo habili compleret præſcriptionem, C.de præſcrip.xxx.an.l.
ſicut.& l.ſi quis emptionis. Cyn. autem, qui hoc dictum poſuit in
l.2.q.12. bene fatetur procedere illud dictum Dyn. quod ſcripſi
j.§.videndum.ver.hoc quoque.in fin. ꝙ poteſt iudex ſtatuere tē-
pus abſenti, poſt quod de proprietate non audiatur: ibi vide. etiā
ſecundum. ꝙ paſſus miſſionem in perſonali poſt xxx. annos non
audiatur, improbat pro eo, quia miſſus non poſſidet, & ſic vſuca-
pere, nec præſcribere p̃t, ff.de acq.poſ.l.3.§.fi.de vſuc.l.fi.de re iu.
li.6. Sed forſan gl. Dy.& alii voluerunt dicere præſcriptionem p-
ceſſiſſe non in re, vel eius dominio, ſed contra ius offerendi. Sed
de hoc ſunt opiniones contrariæ, de quibus de præſcr.xxx.an l.cū
notiſſimi.per gl.& pleniùs per Cy. vt dicit Hieronymus in Chro-
nica, B. libidinem detrahendi, quæ viget in multis, vitare non pōt
niſi qui omnino nihil ſcribit. Eſt mirabile, quòd omnes notato-
res concordant cum glo, detractores diuertunt: ſaltem diſtinxiſ-
ſent, an opponatur præſcriptio contra contumacem miſſionem
paſſum, an verò contra tertium.
b c.fi. ¶Vide j.§.iuxta.verſ.quid ſi alius.& ver.ſeq. qui fuerunt etiā
Baga.& quod ibi remiſi.
c Verò ſic. ¶j.§.videndum.verſi.ſed quæ eſt ratio, quæritur, quare
ſecundum decretum interponatur in prima, & non in ſecunda.
d Reſpondeo. ¶Secundum Rofr.de bo.aucto.iud.poſſ.circa medi
um, verſi.item quæritur, quæ ſit ratio.
e Secundum Rof. ¶Vbi ſ.proximè dixi.
f Reali. ¶Defende Rof. quia locutus fuit copulatiuè, vt hîc, non
alternatiuè.
g Poteſt. ¶Idem Dy. vbi ſ.q.ix. ſecus autem de miſſo in perſonali,
qui nec ciuiliter, nec naturaliter poſſidet: quare tale interdictum
ſibi competere non poteſt, ſecundum eum.
h Secundum eos. ¶Hoc ponit Iac. ſub dubio fortè. Hoſt. vt ſcripſi
in decre.contingit. ſuper vlt.glo.in fi. placet, quod talis detentio,
quam habet iuris & iudicis auctoritate, parit condictionem ex il-
la lege.
i Secundum Rof. ¶De primo decre.§.item quæritur, an.
k Autem. ¶Ibi ſcripſi in glo.ij.
l Quidam. ¶Benedictus & Iac.Bal. verſi. item quid ſi iudex. Ipſorū
& fuerūt allegationes in contrarium, quæ ſequuntur Io.de Deo.
ponit hoc de primo dec.in v.col. Adde, an decretū ex falſa cauſa
interpoſitum, ſit ipſo iure nullum? vide Abb.Sicul.in c.j.in v. col.
extrà de ſententia.& re iud.

ADDITIO. Adde tu Alex.conſi.ix.incip. in cauſa & lite. in j.
col.ver.ſed his.in 3.vol.& per Lud.Roma. conſil. ccccliiij. incip.
iure præſenti.col.2, verſi.tertiò ex regula. Henr.Ferr.

pr.l.Fulcinius.§.si quis bona.Talia enim,quæ in facto consistũt, & præcepta iudicũ, quoties male facta sunt possunt per ipsos iudices reuocari.quod dic,secundum Inno.IIII.vt no.in præ.c.in li-
16 teris. †¶Et no.[a] ꝙ si missus in possessionem ex primo decreto,
a non admittitur ad possessionem iuxta mandatum iudicis, super hoc proditũ est ei auxilium,scilicet prætoris edictum,siue missus sit in possessionẽ causa rei seruandæ,siue nomine legatorum,siue nomine ventris,ff.ne vis fi.ei,qui in poss.missus est,l.j.§.est autem
17 generale.& §.hæc verba.†¶Ex quo nempe prætoris edicto,triplex surgit auxilium. ¶Primũ,ipsum edictum ꝓhibitorium,per quod prohibetur,ne vis fiat ei,qui in possessionẽ missus est,ff.eo.l.j.in prin.§.hæc verba.¶Secundũ est iudicis officium,cuius potestate induci debet in possessionẽ, vel per officiales, seu ꝑ milites
b ad hoc deputatos[b],ff.eo.si quis missum.in prin.& l.suo.& habet actor optionẽ,quod istorũ beneficiorũ malit eligere:vt in præ.l.si quis missum.& ff.vt in poss. leg.is cui.§.missus.& hæc duo dant ei, qui missus est, nondum tamen in possessionem venit, siue sit prohibitus suo nomine,siue alieno,ff.ne vis fi.ei,q in pos.mis.est,l.suo qui.¶Tertium est,actio in factum ex eo edicto procedens, qua fuit prohibitus:&datur misso in possessionem,si expellatur: quia frustra in possessionem mittitur,nisi missus defendatur:vt in præ.§.est autem.& §.hæc verba.extr.de simo.querelam.in fin.& de testi.c.ex parte A.ver.mandamus,quatenus.extr.vt li.non cõtes.c.iij.vers.restituentes.& etiam delegatus potest missum facere,vt no.s̃.§.prox.ver.j.¶ Competit etiam quartò cum ipsa actione interdictum restitutorium,scilicet vt per illud restituatur in
c possessionem:vt in præ.l.si quis missum.§.cùm prætor.Quidam[c] tamen dicunt illud speciale,cùm mulier causa ventris mittitur in
d possessionem[d],quia dicit se prægnantem ex testatore.Competit autem præmissum edictum prohibitorium contra doli capacem vnde pupillus,qui non est doli capax,&furiosus,hoc edicto non tenentur,ff.eo.l.j.§.hoc edicto.& l.suo quis.&ar.xv. q.j.illud per æquè.& §.j.& §.si quis.¶Item competit,siue dominus,siue alter eius noĩe prohibeat,siue expellat:vt in præ.§.est autem.& §.hęc actio.ext.de rest.spo.cũ ad sedem.& ext.de do.& con. cõtingit.si
18 ue qs suo noĩe,siue alieno noĩe prohibit⁹ sit,vt s̃.ver.ꝓx.†¶Porrò heres,à quo legata petuntur,nõ tenetur legatariis ex hoc edicto,si eos prohibuerit in possessionem venire, quando non satisdedit de præstandis legatis, nisi elapsi sint sex menses à tempore, quo satisdatio fuit petita,C.vt in poss.le. vel fideicommis.l.certa est forma.ff.eo.is cui.ff.de iud.sed & si ij.& ff.qui satis.co.de die.ff.
19 ne vis fi ei,qui in poss.mis.si quis missum.§.j.†¶Hoc quoq; notandum est,ꝙ hæc auxilia intra annum dantur ad interesse tantũ, ff.eo.l.j.§. hanc autem actionem. Actio tamen in factum duobus casibus perpetua est.¶Primo quando hæres nolens satisdare de legato præstando,prohibuit legatarios,vt in eod. §. ¶Secundo, cùm prohibitus ex causa damni infecti,fuit missus in possessionẽ vt ff.de dam.infect.si quis missum.§.hęc actio.&l.4.§.non autem. Argument.tamen contrà,quòd perpetua sit hæc actio,3.q.j.red-
e integranda SOL.vt not.extr.de restit.spo.c.ij.[e] ¶Item datur hæc actio hæredibus prohibiti:non contra hæredes prohibentis,nisi in quantum ad eos peruenit,in præ.§.hãc autem actionem.¶Itẽ, secundum Roffr.missus,eiectus,vel non admissus,habet ius,quo ad petitorium & possessorium:quod dic,vt s̃.versicul.sed quid si,
20 †¶Sunt& alia remedia competentia misso,qui non admittitur, scilicet quòd prohibens in expensis punitur:extrà,vt lite non cõtest.quoniam.§.in aliis.extr.de sequest.possess.ca.i. & ad interesse, ff.vti posside.si duo.§.fin.ff.ne vis fi.ei, qui in possess.mis. est,l.j. in princi.¶Item quòd eo non obstante, quòd non admittitur post annum,ipso iure efficitur verus possessor:extr.de do.& contum. contingit.ff.de bo.aucto.iud.pos.quamuis.¶Item quòd non admittens potest excommunicari,vt in prædict.c. quoniam.in fin.
f & eodem titu.tuæ[f].¶Item quod potest aduersarium conuenire, quanti eius interest possessionem non habuisse,ff.vti pos.si duo. §.fin.ff.ne vis fiat ei,qui in pos.mis.est,l.j.in princ.Item quòd manu militari reus eiici potest,ff.eo.si quis missum.& ff.de rei vend. qui restituere.Item quòd pręstet cautionem de iudicio sisti,vt ex
21 tra.de dolo & contumac.ca.j.†¶Porrò in personalibus effectus
g primi decreti est[g],ꝙ missus erit onerosus debitori,propter cuius contumaciam missus est:vt in præd.l.is cui.& in præd.dec.quoniam.§.in aliis.quia si domin⁹ intrabit cameram,&missus similiter: si intrabit cellarium,& iste similiter:& sic erit ei onerosus: non tamen missus possidet, nec dominus de possessione eiicietur, vt s̃. in princ.huius §.In re autem mobili faciet tædium.nam si est missus in possessionem equi,cùm dominus volet illum ad aquam ducere, missus eum poterit deuiare,& eum ad aliam aquam ducere saniorem, cùm ipse habeat equi custodiam. Item si missus est in possessionem libri,cùm dominus volet legere in titu.de treug.& pace,ille volet ad titulum de raptoribus,vel de sagittariis,vel de iniuriis.Seruabit etiam fructus missus,& colet terram,& alia:quę dic,vt s̃.sed non videtur, quòd iste missus hoc tædium debeat facere,cùm sibi non prosit,& alteri obsit,vt ff. de rei ven.in fundo. Respon.imò multùm sibi prodest:quia per hoc cogetur aduersa
22 rius respondere,vel satisdare.†¶Vltimò[h] not.quòd si is qui pas
h sus est missionem,venerit intra annum coram iudice,poterit recuperare possessionem, satisfacto tamen priùs actori de damnis & expensis,quæ propter eius absentiam pertulit,& sine dolo fecit,ff.de bo.aut.iu.pos.l.prætor ait.§.quod ait prætor.& §.itaque. & in prædict.decret.quoniam frequenter.§.in aliis.extr.de offic. ordinar.pastoralis.in fin.extr.de eo,qui mit.In pos.cau.rei ser.per totum,actoris iuramento declarandis,vtC.de iud.sancimus.&authen.post iusiurandum.Expensis dico,vtilibus& necessariis,ff.de bo.aucto.iud.pos.prætor ait.§.quod ait. & factis à tempore missionis,vt extr.de sequest.poss.c.j.in fin.vel etiam citationis,extr.de dolo & contum.cùm dilecti.in fin.de quo dicam j̃.ti.de expensis. ¶Sed si missus fructus rei percepit,vel in ea damnum dedit,datur contra eum actio in factum:quod dic,vt j̃.de eo, qui mit.in poss. causa rei ser.versic.cæterùm.& per eundem etiam actionem missus expensas recuperat,quas fecit in re ipsa:vt ibidem in seq.versicu.& s̃.versic.sed pone.Præstabit etiam reus cautionem de lite prosequenda,C.de bon.aucto.iud. pos.authent.ei qui iurat.& in præd.§.in aliis.etiam si sit possessor immobilium,quòd contingit propter eius contumaciam,quia aliàs non teneretur, ff. qui satisda.cog.sciendum.& etiam si sit clericus,eam præstabit,extr.de sequest.pos.c.j.in fi.licet aliàs sit ab ea immunis,in auth.de sanc.episco.§.si quis.&§.pro pecuniaria. Erit autem sufficiens cautio ista. vt in præd.dec.de sequest.pos.c.j.in fi.& sic dabit pignora,vel fide iussores,ff.man.si mandato.§.fi.& ff.de fideicommis.libe.rogo.§.
i adiici.secundum Ber.[i] Vel dic, sufficere hîc iuratoriam cautionẽ, extr.de dolo & contum.prout.& de solut.Odoardus.Cui autem præstabitur?not.s̃.§.sequitur. versi.porrò.& adde hîc,quòd no.s̃. ti.proximo,§.nunc dicamus.versicul.sed nunquid ex communi. Formam autem huius cautionis ponam j̃.de satisda.§.dicto. vers.
23 porrò.†¶Et not.quòd præmissa coram iudice sunt facienda,qui decreuit actorem in possessionem mittendum, & partibus præsentibus,extr.de offi.archi.ad hæc. Quòd si eius copia nequit haberi:putà,quia absens,vel mortuus est,ne huiusmodi annalis pręscriptio currat,sed eam interrumpat,debet coram alio iudice,vel coram publicis & honestis personis protestari,& offerre cautionem,ac protestari,quòd iuri parebit,vt sic post annum recuperare valeat

ADDITIONES.

a No.¶Secundum eundem Ia.Bal.ver. quia iussus possidere.cuius verba durant vsque ad ver.item secundum Rof.multæ tamen allegationes adduntur.

b Deputatos. ¶Dicit Iac. quòd in Lombardia milites iustitiæ vocantur.

c Quidam.¶Iacobus alternatiuè tamen sub versi.quo s̃.& Rodul. præceptor Rof.vt ipse Rof.not.in tit.ne vis fi.ei,&c.post prin.Et credebat rationem specialitatis: quia cùm mulier in possessionẽ mittitur nomine ventris,debent ei omnia exhiberi,sine quib. ad partum peruenire non potest,ff.de ven.in pos.mit.l.j.§.si mulier. & l. curator. In aliis ergo casibus interdictum fit solum prohibitorium, vt verbum sonat, non restitutorium:sed ad restitutionẽ agatur per actionem in factum,vel per officium iudicis.Sed Rof. tenet contrarium.inducit rubricam,ne vis fi.ei,qui in possess.mis. est:non dicit: missum mitti:licet aliqui sic exponant. Dicit etiam gratia exempli positum fuisse in §. cùm prætor. quod ibi dicitur de misso nomine ventris:dicens,quòd sepe Iurisconsulti,vbi abũdant exemplis,ponunt vnum tantùm,ff.ad leg.Aquil. ita vulneratus.circa fin.de vi & vi ar.l.j.ad leg.Cornel.de fal.l.si quis obrepserit.Hoc dictum Rof.quòd sit etiam restitutorium,placet Accu. in pre.§.cùm pretor.&ibi super rub. Auhor etiam de hoc format libellum j̃.de eo,qui mit.in pos.ver.porro. & est tertius libellus, qui etiam fuit Rof.

d In poss.¶Rerum ipsius hæredis. in hæreditariis enim non habet locum illud tempus semestre,ff.vt in pos.le.l.j.§.j.& no.in l.is,cui statim alleg.§.imperator.

e c.ij.¶In vlt.gl.

f Tuæ.¶Et ibi no.Ber.ver.3.3.gl.in cuius fine addidi tria, secundũ Host.& si aduertis,hîc deficit auctor.Remedium,quod hic sequitur, iam posuerat, & per eadem iura:verum est, quòd secundum ordinem præ.gl.congruentiùs ponitur hîc,quàm ibi.

g Est.¶Secundum Rof.de primo decreto,vltra med.

h Vltimò.¶Secundum Iac. Bal.cuius fuit hoc vltimum dictum in tractatu de primo decr.& hoc vsque ibi,& etiam si fit.

i Secundum Ber.¶ §.in aliis.super ver.cautione. & quod sequitur ibi,scripsi post Host.& Pet.

re valeat possessionem amissam. Quòd si decernens erat delegatus,fiat protestatio coram ordinario. hæc leguntur in præd.dec. pastoralis.in fi.vel coram papa,extr.de eo,qui mit.in pos.causa rei ser.ca.j.de conces.præb.quia diuersitatem. & iunge hîc, quòd est ĩ.versic.sed cui.Si verò plures erant delegati,qui decreuerunt, & vnius, vel duorum copia nequit haberi, coram præsentibus fiat, & illi eam recipiant absente aduersario nomine eius,non tanquã iudices,sed tanquam personæ honestæ,eod.tit.cap.ij. & in præd.
a dec.pastoralis.& ĩ.ver.quid si ipse.&seq.nisi[a] essent dati cum clau
24 sula illa,quòd si non omnes,&c. †¶Sed vsque ad quod tempus poterit repetere possessionem post talem interruptionem:Dic quòd vsque ad xl.annos.secundum canones:secundum leges.verò vsque ad xxx.vt not.in prædict.c.pastoralis.& ĩ.versicul.proxi. Dominus Benedictus dixit,quòd passus missionem,quãdo lis est quasi contestata,recuperabit possessionem post talem interruptionem intra spacium decem annorum inter præsentes, vel xx. inter absentes: postea non, cùm sit res præscripta, & à sciente: vt ff.de noxa.& generaliter.decima sexta.quæstione.iij.§. penultim.
25 †¶Sed nunquid iste missus post talem interruptionem poterit
b præscribere?not.Ber.in eo.c.[b] & in decr.quoniam frequenter.§.
c quòd si super[c]. quod sic:quia iustè possidet,qui auctore prætore possidet,ff.de acquirẽ. possess.iustè. Alij dicunt contrà,secundum canones.Ex quo enim talis annalis præscriptio interposita,vel interrupta est per præmissam protestationem& cautionis præstationem, perinde est, ac si ille nunquam fuisset missus in possessionem, vt infrà versicu. quid si excommunicatus. Vnde verè non possidet,licet adhuc detineat,donec domin⁹ possessionem recuperauerit,ac præscriptio & vsucapio non procedit sine possessione,ff.de vsucap.sine possessione.extrà de probat.ex literis.de præscrip.causam sicut.vide secundum leges,quòd cùm missus ex primo decreto in personali non possideat, sed solum detineat, non præscribit,vt ff.de damno infect.si finita. §. Iulianus. ergo multò minus secundum canones præscribere poterit. secundum P. de Samp.cùm post præstitam huiusmodi cautionem non possideat vt prædixi. Sed certè hæc vltima ratio non procedit,secundum
d Rof.[d]Nam,secundum eum,si missus in actione personali,qui nõ possidet,detineat rem per xxx.annos sine interpositione secundi decreti,dominus postea non auditur: imò missus habet condictionem ex illa lege,C.de bon.aucto.iud.poss.auth.ei qui iurat.&in
26 corpore,vnde illa sumitur. †Et omnis condictio est personalis, vt Institut.de actio.§.sic itaque.& omnes personales ferè durant vsque ad xxx.annos, vt C.de constit.pecu.l.2.vnde non audietur post xxx.ann.Nec obstat, quòd dicitur suprà, quòd iste non possidet,sed detentat,&præscriptio non currit sine possessione:quia
e illud verum est, secundum quosdam[e],in realibus:in personalib⁹ autem bene procedit præscriptio sine omni possessore.Et præterea,quicquid suprà dicatur , sola cautionis præstatio non restituit possessionem, sed solùm interrumpit annalem præscriptionem: imò post eam præstitam est possessio restituenda: vt extra.de eo, qui mit.in posses.causa rei ser.capit.ij.ad fi.& in prædict.c.pastoralis.ad fin. & missus tandiu in reali possidet, donec restitutio fiat. Item non debet missus esse deterioris conditionis, quia iudicis auctoritate possidet,vel detentat. Post secundum autem decretum bene præscribit quis,vt infrà §.nunc dicamuus.versicu.&nota,quòd post. in fin. Hæc autem personalis competit isti ex legis condictione,vt dixi,secundum ea,quæ not.s.versi.quid si missus. Sed esto,quòd missus nequeat post xxx.annos expelli:quod cõmodum habet inde,cùm non possideat?De hoc in lib.Rofred.in
f titu.de secundo decreto[f].†¶Sed cui præstabitur cautio præmis-
27 sa?Dic,quòd iudici: dixi suprà ver.& not.quòd præmissa.& hoc, si potest haberi,extr.de eo,qui mit.in poss.causa rei ser.capitul.ij. & iij.quòd si præsens non est iudex,præstetur parti, eod.titu.cap. j.Si verò vterque absit,præstetur publicis, seu honestis personis, qui recipiant nomine absentis: vt in præ.capi.pastoralis.3.quæst. 3.§.spatium.extr.de app.si iustus.& ĩ.de satisdat.§.viso.versic.sed si quis.Quòd si non sit,qui recipiat,non imputatur ei:argument. ff.de leg.j.si fundus.extr.de appel.ex ratione.extra.de eo qui mit.
28 in posses.causa rei seruan.cùm sicut. †¶Sed nunquid coram ecclesiastico iudice tantùm poterit hæc cautio præstari? Dic, quòd coram quocunque habente iurisdictionem: & quilibet iudex acquirit ipsi misso vtilem actionem,vt ĩ.iam dicetur.Si enim hoc fit coram tabellione,vt in ca.pastoralis.multò fortius coram quolibet iudice,qui est & publica & authentica persona.¶Sed quis iudex recipiet eam,cùm coram delegato causa vertitur,nec ipse haberi potest? Dic,quòd coram ordinario,vt dicit decr. pastoralis. Quod intellige de illo,in cuius iurisdictione res est sita,& qui alias de causa illa cognosceret,nisi specialiter commissa foret,extr. de foro compe.licet.& capitu.sanè. veruntamen coram quocun
29 que factum tenet,vt iam dixi.†¶Sed quas appellat præd.decre.

publicas personas? Dic,quòd tabelliones,qui habent publicum officium.C.de episcop.& cleri.orphanotrophos vel episcopum, C.de episcop.aud.sancimus.& j.distinct. ius publicum.vel defensorem loci,xvj. quæstion.iij.§.potest.C.de anna.excep.l.vt perfectiùs.vel quemlibet, qui est in dignitate , vel officio constitutus, puta archidiaconum,decanum,&huiusmodi,habentes tamen iurisdictionem,extrà de offic.archi.ad hæc.de appel.si iustus.& me
g liùs extrà de vsur.in constit.Greg. X. quanquam[g].Honestas autem dicit,propter testes,quos debet adhibere,qui præsumuntur
30 digni,nisi contrà probetur,extrà de præsump.c.fin.†¶Sed nunquid sufficeret hoc fieri coram vna publica persona?Respon.nõ videtur:quia dicit Publicas,in plurali,quarta.quæstio.iij.versi.vbi numerus.Sed dic,vnam sufficere,testibus tamen adhibitis,vt iam dixi,& probatur.C.de anna excep.vt perfectius.vbi dicitur, quòd cùm solennitate tabellionum debet quis protestari,quòd ageret si aduersarius præsens esset.& exponitur ibi,Tabellionum,id est, Tabellionis.ad idem C.de iure delib.sancimus.§.sin autem dubi-
h us.& in constit.Gregor.X.de elect.vt circa[h].ibi coram personis,
31 &c.†¶Sed nunquid ordo præmissus debet seruari, vt videlicet primo præstetur hæc cautio coram ordinario,& demum coram publicis personis,si eius copia haberi non potest? Videtur, quòd sic:quia ordo scripturę seruandus est,xliij.distinct.sit rector.in fin. extrà de rescrip. cùm dilecta. sed illud de ordine substantiali.Vnde dicit,satis esse,quod corã publicis personis caueat:quia æquè
i per eos misso quæritur vtilis actio, vt per ordinarium[i]. †¶Sed
32 præmissis opponitur,&videtur,quòd nec iudex,nec tabellio deberet huiusmodi recipere cautionem.nam ex facto eorum non videtur queri misso actio:quia per liberam personam nobis non acquiritur obligatio,ff.de verb.obli.si ita stipu.§.j.Insti.per quas person.no.acquir.oblig.Sed dic,quòd ipsi coram testibus idoneis recipiunt huiusmodi cautionem,& stipulabũtur ab illo,& recipiẽt fideiussores,quòd parebit iuri coram iudice,coram quo quæstio agitatur,& qui decreuit actorem mittendum in possessionem ex primo decreto: & ex ista stipulatione acquiritur misso, cessis sibi actionibus,vtilis actio ex stipulatu,vt aliàs contingit: quia magistratus,vel seruus publicus,id est tabellio, C.libr.x.de iure fis.l.facultas.stipulatur à tutore rem pupilli saluam fore,& acquirit vtilem actionem pupillo contra tutorem. cedendo illi actiones,ff. d magi.con l.j.§.exigat autem.ff.rem pu.sal.fo.l.ij.iij.& iiij.in princip.Vtrum sacerdos sit persona publica,quo ad hoc,vide ĩ.de in-
33 strum.edit.§.nunc verò.ver.item pone.†¶Vltimò quæro,quãdo incipit currere annus , qui datur ad recuperandam possessio-
k nem?Respondeo:dicit Vber.[k]quòd ex quo re ipsa ventum est in
l possessionem[l],vt ff.de pig.act.non est mirum.veruntamen si propter dolum & contumaciam rei nequeat nancisci possessionem, nihilominus currit, & missus efficitur verus eo elapso possessor. vt extr.de dolo & contum.contingit.Quid si minor,vel ecclesia post annum veniat,nunquid audietur?Respon.sic,per in integrũ restitutionem,non iure communi.Alij verò audiuntur intra annum iure communi,vt extra.vt lite non contest. quoniam. §. in
34 aliis.extr.de eo,qui mit.in poss.causa rei ser.capit.j.& ij.†¶Quid si ipse iudex restituit possessionem rei non citato actore?Videtur quòd non valet restitutio,vt s.versic. sed quid si iudex. arg.ff. de aqua plu.arc en.in concedendo.C.de auctor.præst.l.clarum.ff. de mino.in causæ.§.causa.extr.de off.archid.ad hæc.Super hoc dicit Vbertus,

ADDITIONES.

a Nisi.¶Excipit ad eo,quod dixit non tanquam iudices.
b In eo.c.¶Pastoralis.in gl.pen.
c Super.¶Ibi nõ loquitur de interrupta. vt patet in gl.sed quãdiu.
d Secundum Rof.¶Vbi statim subdam.
e Quosdam.¶Rof.vbi de primo decret.ante vers.item esto.quod statim allegabo.
f Decreto.¶De primo decreto est penult.col.versicul.item esto. Et hoc solùm dicit, quòd sibi imputet, qui priùs non adiuit iudicem,per quem fieri poterat verus possessor, vel dominus secundum varietatem casuum: priùs autem habeat illud petitorium & possessorium:de quo,secundum eum,dictum est s.versi.sed quid si missus.& illud habet,& nunc contra contumacem exceptionẽ vt est dictum.
g Quanquam.¶Lib.vj.
h Vt circa.¶Lib.vj.
i Ordinarium. ¶Vide,quod scripsi de eo qui mit.in possess.ca.j.super gl.si verò.in fi.
k Dicit Vber.¶Vbi,adhuc non reperi.
l Possessionem.¶Aliter no.infrà §.videndum.ver.hoc quoque.vide quod ibi dicam.

a Vbertus [a], quòd si ille venit in fine anni, putà vltima die, non debet iudex vocare actorem, maximè cùm eius nullum damnũ versetur. si verò in medio anni, tunc debēt vocare, arg. extr. de of. de leg. cõsuluit. Dicunt alij, quòd si præsens sit, debet citari: si absens, non, ff. de vsuris, pendente. eodem, & C. eodem, l. j. & ij. Ego puto semper vocandum, si vocari pôtest, arg. extrà de verb. signifi. dilecto. & de eo, qui mitt. in possess. causa rei ser. cap. j. & c. fi. extrà de elect. quod sicut. §. j. & ꝭ. ver. prox. & in his, quæ not. s. titu. prox. §. nunc dicamus. versi. sed pone, excommunicatus. quæ iunge hîc. Tunc autem dico non esse necesse missum vocari, cùm reꝰ offert cautionem, vel proponit protestationem: de quibꝰ s. præmissum est, vt not. s. ver. & no. quòd. quia ei non nocet, imò prodesse potest, si non intersit. nam aut sufficienter & idoneè cauebit, & tunc nullum præiudiciũ fit misso: aut non idoneè & tunc pro non cauto habetur, ff. qui satis. cog. quoties. Et si pro non cauto habetur, nulla fit interruptio præscriptionis: & sic sibi proderit, quia fiet post annum verus possessor: & nisi alter probet de proprietate: non cogitur rem restituere, C. de rei ven. res alienas. Consulo tamen, quòd vocetur ad cautelam: quia fortè proponet aliqua: merita enim causarum, &c. C. si per vim, vel alio mod. l. fi. extra. de in
35 integ. rest. tũ ex literis. in fi. † ¶ Quid si excommunicatus, vel missionem passus, veniens intra annum, offert cautionem idoneam & expensas: missus verò vocatus contumaciter se absentat? Re-
b spons. not. Ber. extr. de verb. sig. ex parte. ij. [b] quòd iste missionem passus, mittetur in possessionem rerum, de quibus agitur in quarum possessionem actor missus fuerat: & sic earum possessionem recuperabit propter ꝯtumaciam aduersarij, quam perdiderat propter suam. Tu dic, quòd hoc casu, vel etiam cùm multũ missus distat, vel vbi non inuenitur, præmissa satisfactione idonea expensarum, & præstita cautione idonea de parendo iuri, absoluetur, vel possessio ei restituetur, vt extr. de senten. excom. sacro. ver. quòd si absque periculo, &c. ext. de iudi. c. fin. nec aliter postea per transcursum anni verus cõstituetur possessor, extr. de offi. ord. pastoralis. in fi. extr. vt lite non contest. quoniam. §. fi. extr. de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. cap. j. & ij. ne de fraude sua commodum reportet, extr. de rescri. sedes. Nam & si præsens esset, restitueretur isti, vel absolueretur, etiam illo contradicente, extr. de appel. qua frõte. & contumax in nullo debet esse maior præsente, in authen. vt omnes obed. iud. prouin. §. si verò neq;. Collat. vj. extr. de postul. c. 1. 2. q. v. quanto. & de expensis, quas missus fecerat, quas debeat recuperare ob istius cõtumaciam, deducentur, quas fecit iste volens recuperare, ob illius contumaciam. Verùm si missus absens
c sit iusta de causa, dicit G. Na. [c] quòd non est passo missionem restituenda possessio. Ego non puto, quòd eius absentia, quantumcunq; iusta, obsit volenti satisfacere iuri, & possessionem intra an
36 num recuperare, licet vocandus sit, vt s. versic. proxi. † ¶ Quid si postquam quis recuperauit possessionē, interim ꝯtumax est: sicque iterum patitur missionem, & iterum satisfacit, & cauet, & possessionem recuperat, & sic in infinitum facit, ne principale negotium valeat diffiniri? Respon. dixerunt multi, quòd iste satisfacit iuri, quod ei pœnam aliam non imponit, nisi quòd expensas restituat, & satisdet, & beneficium iuris nemini est negandum. xxviij. dist. de his. ext. de sec. nupt. c. pe. & fi. & sic coram me nixi sunt defendere. Videtur tamen, quòd potest excommunicari, ext. vt lite non contest. quoniam. in fin. Vel dici potest, & non improbabiliter, quòd actori iudicis officio prouidebitur, vt extr. de resti. spol.
d frequens. §. solet [d].

ADDITIONES.

a Vbertus. ¶ In neutrius Vberti scriptis voluminũ hoc reperi. Habeo tñ per Vber. de Bobio hãc quæstionē reportatã. super l. si qs emptionis. C. de pscr. trigin. an. in fi. tñ hãc, vel aliã certã solutionem nõ dedit. Quæstionē ēt formauit de iudice, qui cautionē recepit de stando iuri, si expēsas solui fecit tabellioni cãæ. Ad negatiuã inducit ff. de aqua plu. arc. l. in ꝯcedendo. C. quomodo & qñ iud. ea, q̃. ibi, videt̃ expressum. Itē princeps per suum imperiale rescriptũ, vel per suã interlocutoriã non vult absentē sua possessione priuari, C. si p vim, vel alio mod. l. ij. multò minus hoc hoc poterit iudex inferior. Itē ñ valet, si dicat̃, ꝙ eo psente, & ꝯdicente fieri poterat: qa forsan ipse actor psens traxisset iudicē ad suã partem, ff. de arbitris, si in tres. & l. seq. ff. de re iud. duo ex tribus. Item plus nocet vnius cõtemptus, q̃ multorum ꝯdictio, de electio. bonæ. Item sibi caueri debebat, & sibi solui debebant expensæ: vt in dec. qm. §. in aliis. de eo, qui mit. in poss. c. j. C. vbi in rem act. l. ij. in fin. posset eius interesse per resistentiam, vel fugã notarii, vel modis aliis. Ad ꝯriũ allegat. ff. quod metus causa, l. vlt. §. vltimo. Itē hæc est leuis solennitas, cuius omissio non nocet, ff. de vent. insp. l. j. in fi. Sufficiat ergo actori, quòd non fraudetur, vel damnificet, ff. de fideicommis. liber. l. iiij. §. si ante exemplum. Nec habet quis conqueri, si res ad suum statum reuertitur, ff. de pactis, si vnus. §. pactus. in fin. & item lex illa non dicit, actorem citandum: ergo id non supplebitur, ff. de Publicia. de pretio. Nõ obstant præd. ll. C. si per vim, vel alio mod. quę loquuntur in vera possessione transferenda: hic autem sola detentatio, aut reuocabilis possessio. Quid sibi placeat, non apparet, nisi in tantũ: quia primò allegauit ad primam partem, secundò ad secundam, tertiò reuertitur ad primam licet hoc suprà coniunxerim: per quod æstimari potest, quòd sibi placet pars prima, quæ etiam mihi placet, vbi iusta causa non suadeat cõtrarium, vt sequitur. Adde quod communiter Canonistæ in c. j. de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. volunt, quòd in reuocatione, siue primi, siue secundi decreti, sit necessaria citatio partis: idem tenet do. Ant. in c. cùm contingat. de dolo & contu. & Ant. de sancto Georg. in c. cùm cessante, extr. de appe. Adde, quòd Hostiensis in Summa, ext. de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. ver. illud no. dicit notabiliter, quòd quemadmodum in missione in possessionem necessaria est summaria cognitio, vt suprà dictum est, ita & in restitutione facienda: vt scilicet non fiat restitutio absente misso, &c. sed sufficit, quo ad interrumpendam annalem præscriptionem, oblatio facta intra annum: ibi vide.

b Ex parte. ij. ¶ Corrige, dilecto. in gl. 2.

c G. Na. ¶ In dec. dilecto. de verb. sig. & in dec. vlt. de eo, qui mit.

d Soler. ¶ Lib. 6. omnino vide, quod scripsi post Host. de dol. & ꝯtu. c. j. super verbo offerat. & vltra illa certum est ꝙ iste etiã ex prima contumacia satisdat de stando iuri, vt hîc dr̃. Ex illa ergo cautione distinguatur: quæ si secũdò eueniat, aggrauetur taliter, quòd plus non attentet: quòd iustè fiet propter recidiuam. facit de heret. accusatus. in prin. lib. 6.

§ De hac materia vide Bal. in l. de bonis auct. iud. pos.

§ An in primo decreto requiratur latitatio, & quid si quis non latitat, sed præsens non vult respondere. de his not. Bart. in l. Fulcinius. §. quid sit autem. ex qui. cau. in po. ea. & l. non tantum. §. fin. de fideicom. lib.

§ Quid si citatus non venit, & iudex pronunciauit contra ipsum tanquam contra contumacem dandam fore tenutam, postea antequam iudex discedat de bancho, & antequam tenuta esset data comparuit, nunquid dabitur tenuta à modo, & nunquid taliter comparens tenetur ad expen. not. in l. ij. §. 2. ex qui. cau. in pos. ea. per doctor.

§ Nota ꝙ quando capis tenutam ex primo decreto, & tu nõ habes vbi teneas, permittitur tibi alij dare vt teneat: alias secꝰ. ad hoc allegatur l. is cui. §. seruandarum. ff. vt in poss. leg. per Bar. ibi cum gl. sua, quæ est super ver. nulla domus.

§ An iudex possit dare licētiam alicui vt ingrediatur possessionē sua auctoritate. Bart. in l. iustè. de acquir. posses. & d. l. is cui. §. missus. Bar. & Dyn.

§ Nota quòd si iussus mitti in possessionem ex aliqua causa, non possit venire in possessionem, ꝙ perinde est ac si venisset, & constitutum est pignus prætorium. debet ergo nuncius referre se nõ potuisse mittere ex aliqua causa. Bart. in l. eleganter. §. item quæritur. de dam. infect.

§ An missus in possessionem ex primo decreto teneatur stare colono, dic ꝙ sic, l. in venditione. §. j. ff. de bon. au. iu. po. Missio autē in possessionem quædam est reuocabilis, & quædam irreuocabilis etiam ex primo decreto secundum Inn. in c. quærenti. de offi. deleg. & c. ad audien. de rescrip.

§ In l. de eo. versi. sed non satis. de iudi. dicit Bal. quòd ille qui nõ patitur ordinarium, tamē patitur missionem in possessionem ex primo decreto.

§ Quid si aliquis debitor qui erat tutus exceptione odiosa, cõtumax est, ita quòd iudex propter eius contumaciam iubet creditorem mitti in possessionem rerum ipsius debitoris, an per hãc missionem dicatur reus approbare creditum, & renuntiare exceptioni quam habebat. gloss. videtur dicere quod sic in l. j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei.

§ Si iudex pronunciat Titium mittendum fore in possessionem fundi bonorum vicini mei: si ego volo dicere, dictum fundũ me possidere, & sic ipsum defendere, non debeo dicere sententiam iudicis simpliciter nullam, sed nullam quantum ad me, & in mei præiudicium. ita not. Iacob. Butrigarius. in l. loci corpus. ff. si serui tus ven.

§ Quæ differentia sit in modo interponendi primum decretum & secundum inter res quæ pertinent ad debitorem iure dominij & alias, de hoc per Bar. in l. is cui. §. bonorum. vt in posse. leg.

§ Nota ꝙ quando fit id quod si factum fuisset ab initio, possessio non fuisset data: ꝙ reuocatur possessio seu tenuta data, vt notat Bar. in l. si pecuniæ in fi. vt in posse. leg. & domi. Ange. in l. si quis emptionis. §. sed & si quis. de præscript. xxx. an. & Ang. in l. de die. §. placet. qui satis. cog.

§ An passus missionem causa rei seruandæ possit compelli recuperare possessionem ipsam ante annum, ad hoc vt possit in causa procedi. Archid. super rubrica de eo qui mitti. in possession. caus. rei ser. tenet quòd sic. nec contumacia sua sibi prosit.

§ Nota missio in personali est loco pignoris, vt l. vtiq;. de dam. infe. & l. is cui. §. quæri potest. vt in possessione legato. secus in reali, vt l. neque pignus. de regulis iuris. & ideo missus in reali, quæ est de dominio, nō habet hypothecariam nec pignoratitiam actionem, sed in personali sic. Et nota quòd in personali quandoq; missio, conceditur, quando vera possessio, & qñque quis est missus ex causa iudicati, vt l. postquam. §. imperator. j. vt legat. nom. cau. certe ibi istud non operatur vigor sententiæ, quia ab illa sentētia erat appellatum: & quia ibi dicitur quòd idem esset ante sententiam, in verbo quid etiam. sed ratio quare ibi decernitur vera possessio est, quia ibi non speratur secundum decretum vbi agitur pro cautione legatorum, vt dicta l. is cui. in principio, & ideo cum in hoc releuetur reus, grauatur fauore vltimæ voluntatis & odio nimiæ contumaciæ, & in alio videlicet in vera possessione transferenda. fac. quod no. Inn. in c. dilecto. de verb. signi.

§ Quid si ante primum decretum interpositum, post cautionem tamen seu decretum de cauendo fuit res alienata, an ex eadem instantia interponetur primum decretum contra emptorem. Item quid si alienauit ante primum decretum, an vigore eius poterit interponi & veniri ad secundū decretum, Bar. in l. si quis missum. §. iudex. de dam. infect.

§ An primum decretum habeat vim contestationis, vt faciat trāsire actionem contra hæredem. Bar. in l. j. de priuat. de lic.

§ An sufficiat citatio procuratoris quo ad primum & secundum decretum Bar. in l. hoc amplius. & l. seq. de dam. infec.

§ An minor restituet expensas factos in apprehendenda possessione. not. in l. hoc autem. §. non defendi. ex qui. cau. in poss. ea. & Iac. de Are. in trac. expensarum.

§ An bona bannitorum dum sunt in banno possint distrahi propter debita no. in l. ad cognitionē. ex quib. cau. in pos. ea. p Nicol.

§ Nota ille qui possidet ex licentia iudicis debet probare missionem per publica instr̄a. nec sufficit probare per testes. Bar. in l. edicto C. de edic. diui Adri. tol.

§ An ille sit in culpa qui eligit malum procuratorem qui fuit cōtumax. Bar. in l. bonorum. de bon. pos.

§ Si filiusfamil. fuit citatus, & contumax declaretur qualiter fiet missio bonorum. Bartol. in l. à diuo Pio §. si super rebus. de re iud.

§ In l. manifestissimi. C. de fur. Bal. dicit, attēde quia quidam sæpe petunt tenutas concessas eis non citatis reuocari, & petitur ab eis quare interest eorum: & dicunt quòd emerant rē, sed adhuc non receperunt per traditionem. Iaco. Butri. dicit eos non debere audiri, quia solus titulus non dat probabile interesse, sed ius rei vel possessionis, secundum eum in lectura hic. quod est verum, quia quod potest fieri per contractum, vt s̄. de rei vendicatio. l. quotiens. potest & fieri per iudicem, quia in iudiciis quasi contrahitur, l. seruus hac l. de manu. & l. Iulia. §. idem Celsus. de act. emp.

§ In l. si quis emptionis. §. sed & si quis. C. de præscrip. xxx. ann. dicit domi. Ange. nota. quòd spoliatus possessione auctoritate iudicis propter eius contumaciam, purgando contumaciam, intra tempus debitum recuperat possessionem, non obstante missus in eam velit incontinenti probare de dominio. quod nota. & sicut agenti possessorio non obstat exceptio dominij, ita nec hic volenti recuperare possessionem qua spoliat⁹ est per principem seu iudicem, propter suam contumaciam. Angel.

§ In l. prætor. de bonis auctor. iudi. poss. per hanc pronunciatum fuit, quòd restitutio tenutæ factæ absente creditore teneat, licet non fuerit citatus, quia ei est ius saluum ad expensas. hoc verum in actione personali, vt hic, secus in reali, cùm statim missus possideat, & eo absente non potuit status suæ possessionis innouari, vt l. si quis. de præscrip. xxx. anno. & l. j. Si per vim, vel alio modo. & hoc de iure ciuili: de iure canonico secus, vt ca. dilecto filio. de verbo. signific. sed certe hic non loquitur de expensis factis in petitione missionis, seu occasione missionis, sed de factis in re ī qua erat facta missio, vt s̄. quod ait Iac. de Are.

§ In l. ob maritorum. ne vxor pro marito. Bald. dicit ibi in tex. ius publicum exequetur, scilicet reuocando missionem: & sic sicut de facto possederat, sic de facto debet reuocari, & summatim l. j. §. j. si mulier ven. nom. & l. minor. in prin. de euict.

§ Item quæritur quid si debitor habet proprietatem, & alius possidet, an in præiudicium debitoris, salua possessione ipsius tertij, Iudex possit procedere ad primum decretum & ad secundum. Marsi. quòd sic. Bart. hoc verum, si possessor fatetur se dominum illius rei, secus si neget. Dic ergo quòd opinio Mar. est verior, qa est reperire primum & secundum decretum sortiri suum effectū sine missione corporali, l. quamuis. de bo. auct. iudi. pos. quæ alibi non reperitur. vnde si per vim tyranni impediretur corporalis possessionis apprehensio, tunc sufficit quòd primum & secundū decretum verbotenus interponatur. quod nota. Sed quare mulier probat? Respondet, quia vir possidet, ideo præsumitur dominus quantum ad patiendum iudicij processum, argument. l. final. C. de petitio hæredi. fac. quod not. in l. fina. de priuileg. credit. sed nonne res iste erant in domo in qua habitabant indifferenter, & quare potius presumuntur esse viri quàm vxoris? Respōdeo propter eminentiam: vnde oportet quòd vxor probet, l. si ergo. §. dotis. de iure do. & ibi dicitur quòd potest probari per priuatam scripturam mariti, hoc etiam quandoque patet ex qualitate rerum, quia sunt vestes muliebres tanquam res paraphernales, l. hoc legitimum. de leg. iij. nam ea quę sunt ad suum vsum possidet, ergo præsumitur domina, vt l. penult. de condict. institut. & l. prima. familiariter.

§ Item quærit, debitor contra quem fieri debet missio, in fraudem tradidit possessionem, vel prodidit se faciendo expelli: vtrū executio poterit fieri contra nouum possessorem. Cynus quòd sic, in l. j. C. de aliena. iud. mu. cau. fact. Bar. contra. imo est agendū via ordinaria contra talem possessorem, per l. j. §. si necessario. ff. si mulier ven. nom. & l. fina. eo. titu. Bal. fac. idem Bal. in l. si vxor. de condit. infer. & l. Titia. §. Gaius. de leg. ij.

§ An creditor missus in pignore prætorio possideat. Albri. in l. si duo. §. creditor. vti possi. dicit quòd non, secus in misso ex conuētione. nam ipse possidet, vt no. gl. in l. j. de pignor. act. & l. cum notissimi. §. 2. de præscrip. xxx. an.

§ Nota quòd missus in possionem in reali ex primo decreto, per transcursum anni efficitur verus possessor. hoc verum si vere apprehendat possessionem. Albric. in l. per interdictum. §. prætor. ne vis fiat ei. & l. quis emptionis. §. plures. de præscrip. xxx. ann.

§ An missus in possessionem ex re iudicata, vel ex forma statutorum vel ex reali efficitur verus possessor Bart. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudica. Bal. in l. ordo. C. de execut. rei iudi. & l. consentaneum. quomodo & quando iudex Ange. in l. iij. §. genera. de acquir. posses.

¶De secundo Decreto. Rubrica.



Satis clarè ac compendiosè de primo decreto tractauimus. Restat igit, vt d̄ secundo aliqua disputemus: in quo considerandum est, Quid sit secundum decretū: Qualiter interponatur: Quando, & intra quod temp⁹ in quibus actionibus, vel rebus: A quibus iudicibus, & quo iure postuletur interponi: Et quis sit eius effectus.

SVMMARIVM.

1 *Secundum decretum quid sit.*

1 1. §. Videndum igitur prius occurrit. † quid sit secundumdecretum. Est autem secundum decretum, secundus iussus iudicis, quo iubet bona alicuius propter contumaciam possideri, quæ prius ex primo decreto detinebantur: velut ex sequentibus apparebit, & probatur extra, de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. c. j. & ff. de dam. infec. prætoris officium. & l. prætor. & l. si finita. §. Iulianus. & ff. vt leg. vel fideicomm. no. ca. l. j. ff. vt in pos. leg. l. j. & C. eo. certa forma.

SVMMARIVM.

1 *Secundum decretum nunquam interponitur, nisi cum causa cognitione, & vtraque parte præsente.*

2 *Secundum decretū interponi debet, cùm reus non reperitur: & denunciatione facta in eius domo, vel vico, si non venerit, vel si venerit, & nihil rationabile proposuerit, quare non debeat interponi.*

3 *Exceptionem excommunicationis opponens petenti secundum decretum: an sit admittendus.*

4 *Actor petens secundum decretum interponi, qualiter suam petitionem formabit.*

5 *Petens aliquid sibi in solutum dari, quomodo formare habeat suam petitionē.*

6 *Formarum diuersitas in casu interponendi secundi decreti, quo ad dationem in solutum.*

7 *Petente aliquo sibi bona dari in solutum, debet iudex mittere præconem ad citandum partes seu defensores: quòd si nullus appareat, constituet curatorem bonorum, qui sub forma speciali facere habeat illorum inuentarium.*

8 *Forma secundi decreti, seu dationis in solutum.*

9 *Creditoribus pluribus in petitione secundi decreti cōcurrentibus, quæ & qualiter faciēda sit narratio: & si non sint tot bona, quæ sufficiant creditori posteriori, quid sit agendum. & num. seq.*

11 *Ad data in solutum, quo pacto quis possit habere recursum.*

12 Dom

12 *Dominium non acquiritur per primum decretum, sed sola custodia.*
13 *Iudex quib. verbis vti debeat in secundi decreti prolatione.*
14 *Iudex quomodo se habere debeat circa secundi decreti interpositionem in personali actione.*
15 *Sententia de vendendis rebus debitoris, quo casu sit solùm interlocutoria.*
16 *Missio in possessionem, & venditio, an locũ habeant contra ecclesiam, sicut cõtra pupillum.*
17 *Venditio bonorum ecclesiasticorum qualiter sit in actione personali facienda.*
18 *Curator voluntarius dandus est iudicis auctoritate bonis debitoris vendendis vel creditori assignandis.*
19 *Emptore non inuento de re diu subhastata, qualiter habeat iudex de illa prouidere.*
20 *Differentia inter rem vendi, vel in solutũ dari ex secundo decreto, vel per interlocutoriam sententiam: vel diffinitiuam executioni mandatam.*
21 *Missus in possessionem ad hoc, vt petere possit venditionem, quatuor sunt necessaria.*
22 *Aduersarius reo absente probans debitum, non autem proponit exceptionem reo competentem, an si iudex tunc pronunciat venditionem, possit illa retractari.*

¶Qualiter interponatur secundum decretum.

2. §. Nunc dicamus, qualiter interponatur. Super quo notandum est, q, secundum quosdam, secũdum decretum locum habet tantùm in personalibus. Alij dicũt, quòd in personalibus, & in realibus locum habet: vt dicetur. j. in §. videndum. versi. hoc quoque. Vnde secundum vtramque opinionem aliquas formas subiiciamus: & primò prosequamur, cùm
1 personali actum est. †¶Scias ergo, quòd si quis missus est in possessionem aliquarum rerum pro modo debiti declarati, nec veniat absens intra tempus, de quo habetur j. §. iuxta. tunc veniat missus ad iudicem, & petat bona, in quibus fuit missus, sibi in solutum dari. Ad quod hoc ordine procedetur. Iudex enim ad-
a huc illum citabit [a]: vt C. de iudic. auth. iubemus. Nam secundum decretum vtraque parte præsente debet interponi, ff. de dam. infect. dies. §. si fortè. & probatur & not. secundum Papam, extra. de eo, qui mit. in poss. c. j. & j. §. restat. in princ. cùm debeat interponi cum causæ cognitione, vt ff. vt in pos. leg. l. si is à quo. & extr. vt lite non contest. quoniam. §. quòd si super. & ff. de dam. infect. l. si finita. & in præ. §. si fortè. & vbi desideratur causæ cognitio, debet
b fieri vtraque parte præsente [b], ff. de re iudic. de vnoquoque. ff. de mino. in causæ. ff. de bo. pos. l. 3. §. penul. extr. de causa pos. & propri. c. j. ff. de adopt. nam ita. ff. de mino. verùm. §. causa. & iudex admonebit illum, quòd caueat, vel iuri pareat. Et si respondeat, volo, cessat secundum decretum. Si autem dixerit, nolo, vel comparére nolit, tũc interponitur: vt j. tit. prox. ver. pen. quia contumacia pro præsentia habetur, extra. de do. & contu. veritatis. ff. de re iud. contumacia. Et quòd iterum sit faciẽda monitio, dicit l. C. de iudi. auth. iubemus. ff. de iudi. & post edictum. In causæ autem cognitione vertitur. an sit pupillus, vel absens causa Reipublicæ: vt j. §. prox. & s. §. restat. vers. sed pone. & seq. & similia, vt j. §. videndum. Quod si probetur, non debet iudex properare ad secundũ decretum: alioquin datur restitutio. vt in præ. l. si finita. §. sed si fortè. & §. postea. & l. si quis missum. & l. eorum. ff. ex qui. cauf. ma. ab hostibus. §. si damnum. quòd dic, secundum Rof. iij. lib. in tit. de se-
c cundo decre. [c] & iunge, quod est j. §. restat. †¶Quòd si reus non
2 reperitur, debet denunciari in domo sua, vel in vico eius præconizari, si quis eũ defendere velit: vt dixi s. de citat. §. sequitur. versi. illud etiam nota. & si non venerit, vel si venerit: sed aliquid rationabile, quare interponi non debeat, non posuerit, iudex secun-
3 dum decretum interponere debet. † ¶ Quid ergo, si opponatur exceptio excommunicationis petenti secundum decretum? Respondeo, dico admittendum: vt extr. de excep. pia. lib. vj. & ca. exceptionem. Adhuc tamen post secundum decretum poterit recuperare possessionem. vt dicam j. eo. §. vj. Si verò in sua perdu ret contumacia, potest actor impetrare, quòd possit bona vendere, vel quòd sibi dentur in solutum, vt infrà dicetur.
4 †¶Actor igitur petens secũdum decretum interponi, sic suam petitionem formabit: FORMA. Coram vobis domino tali, propono ego talis, quòd cùm nuper M. ad meam instantiam citauissetis peremptoriè. vt veniret tali die, in tali causa responsurus mihi, prout ordo exigeret rationis, ipse tamen die ipsa per se, vel per alium non comparuit, nec etiam post, diutius expectatus propter quod ob eius contumaciam missus fui per vos ex primo decreto in possessionem talium rerum ipsius. Cæterum cùm ipse continuè in eadem contumacia perstiterit, tantumque tempus sit elapsum, quòd sufficit ad interponendum secundum decretum, peto mihi dari & adiudicari in solutum dicta bona, in quorum fui possessionem causa rei seruandę inductus: Et hoc, cùm actum est
d reali actione [d], j. versicul. verum. si verò personali, dicat, vt s. per omnia, & hoc saluo, quòd post illa verba, talium rerum ipsius, iungatur, pro modo debiti declarati Vel dicat sic: FOR. Peto mihi dari, & adiudicari in solutum in bonis, & de bonis eiusdẽ. Martini tantum, quod valeat centum, vel nomine sortis, in quib. mihi tenetur, & duplum nominæ pœnæ, & expensas factas, & faciendas. & hoc peto ex vigore plurium instrumentorum, vel ex vigore talis instrumenti, & sententiæ & tenutæ. Vel breuiùs concipe, vt j. in tract. lib. de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. versi. cæterùm.
5 †¶Aliquando autem vxor alicuius, seu pater vxoris petit sibi dari in solutum pro dote de bonis viri ad inopiam vergentis: & tũc dicat centũ libras, quas ei dedit in dotẽ, & peto expensas factas & faciendas, cùm malè vtatur sua substãtia, & ad inopiam vergat. ex trà de consuet. ex parte. C. de iure dot. in rebus. & l. vbi. & sic in similibus casibus, in quibus petitur aliquid dari in solutum. ¶Porrò à iudice huiusmodi petitione recepta, citetur reus iterum: & si venerit, ordinario iudicio procedatur, vt fiat litis contestatio, & iuretur, vt dixi s. in prin. & s. §. sequitur. versic. interposita igitur. Quòd si non venerit, faciat per publicum præconem proclamari quòd omnes alij creditores, & ius habentes in bonis illis, vel ea defendere volentes, compareant coram eo.
6 †¶Cuius nuncij, seu præconis relatio hoc mõ scribatur: FORMA. Titius præco, seu nuncius communis Viterbien. proclamauit, vel retulit se præconia voce proclamasse in palatio in ciuitate Viterbieñ. quòd si quis habet, vel habere creditur ius aliquod in bonis M. vel ea defendere vult, veniat vsque ad talem diem coram iudice tali. Similis quoque fiat proclamatio in contrata debitoris, & relatio eodem modo scribatur.

¶Cæterum si aliquis ius habens in bonis, vel ea defendere volens corã iudice, in pręfixo termino compareat: eius comparitio hoc modo scribetur: FORMA. Anno, mẽse, & die talibus, talis in talis iudicis præsentia constitutus, dixit, & protestatus fuit, se habere ius in bonis M. ex causa debiti quinquaginta librarum: in q. b[9] idem M. tenetur eidem: vel ex alia tali causa. Vel sic: FORMA. Anno, &c. vt s. vsq;, constitutus. iunge, talem sibi petitionem porrexit coram vobis, domine, &c. ponatur tota de verbo ad verbũ. quòd si plurium plures sint petitiones, per ordinem vna post aliam scribatur.

Si verò aliquis se offerat, volens bona defendere, eius comparitio & oblatio sic scribatur: FORMA. Anno, &c. talis, coram tali iudice constitutus dixit, & protestatus fuit, quòd bona M. contra talem, & contra quemcunque petitorem, & contradictorem vult defendere, ne eis insolutum dentur, tali ratione: Et no. quòd vbi sunt plures petitores, nihil interest, an alij habeãt tenutam de bonis debitoris, vel non, dummodo prius habebat, & si venerit aliquis, dicens, se i[9] habere in bonis ipsis, vtpote quia illa bona ad se spectẽt, vel quòd ea velit defendere, scribetur eius narratio, & ius quod se dicit habere, quare illa defendere velit. Huiusmodi ergo protestatiõe scripta, defensor ipse satisdabit, prout dicetur infrà de satisd. §. expedita. ver. porrò. & postea petitores, seu actores cõtestabuntur litem, & iurabunt de calumnia cum ipso defensore, & procedetur in lite, prout infrà dicetur. Quod si nullus defensor appareat, constituetur curator ipsius bonis, vt j. eod. §. ver. cũ autem.

ADDITIONES.

a Citabit. ¶Et est casus expressus ff. quod cuiusq; vniuer. l. j. §. quib[9] autẽ. Quod ergo dicit lex, consentaneũ. de perseuerante in cõtumacia, supple, q apparet per nouam citationem. Nec mirũ: quia l. pręsenti. C. de his, qui ad ecc. confu. ante medium, secundũ decretum vocat sententiam: ergo ad illam necessaria est præsentia, vel contumacia, ff. de re iudic. de vnoquoque. & C. quomodo & quãdo. l. ea quæ.

b Præsente. ¶Et à iudice pro tribunali sedente, vt dixi s. §. secundo. post princ.

c Secundo decreto. ¶Dat hanc remissionem propter ꝯriũ, quod ibi signat de l. ignorare. ff. de resti. mi. & eorũ, qui Reipublicæ causa absũnt: vbi ꝯtrà sic absentis bona possidentur, si non defendun tur. Respondet, q verũ est, bona possideri, si nõ defenduntur: sed allegata ipsorum absentia non coguntur se defendere, ff. eo. cum qui in prouincia. l. j. sed ibi gl. contra, scilicet quòd bona possidebuntur, si non defendantur. Dicit autem ibi Rofr. quòd quando nõ allegatur causa absentiæ, & sic possidentur bona, bene contrahitur ibi pignus: non tamen tale, quale in rebus aliorum. Hoc intelliges per vers. sed pone. s. proxi. allegatum: & sic intelligitur l. eum qui. ff. de priui. cred. quæ dicit ibi pignus non contrahi: vt etiam ibi nor. de hoc pleniùs scripsi, de eo, qui mit. in possess. c. fi. post prin. magnæ glossæ.

d Actione. ¶Miror de hoc dicto, q excusari ñ patitur de litera corrupta remissio sequens, nec verba, quę sequuntur. Somnolentus ergo erat hìc auctor. Vel dic, q loquitur de reali mista, & in qtũ sapit naturam personalis: de quibus j. §. videndum. & s. tit. j. §. sequitur. ver. quid si fortè.

tem.sicut diximus s.de cur. § vt autem.ver.item nota,quòd quãdoque datur.Et qualiter petentur curatores:dic, vt j.in tract.lib. de iu.§.generalia.ver.item bonis.& seq.Qui curator bonis absen
7 tis,&indefensi perquisitis,de illis †faciet inuentarium,quòd scribetur in actis iudicis in hac forma: ¶FORMA.Hoc est inuentarium factum à P.curatote constituto bonis M. absentis & indefensi.In primis quidam dixit se inuenisse in dictis bonis vnam domũ in tali contrata sitam,intra tales confines: item vnam petiam terræ positam in tali loco:item vnum scrinium.De hac forma vide infrà de instr.edi.§.edicto.versic.huius autem.& seq.His peractis curator bona illa defendet, & contestabitur litem, & iurabit de
a calumnia cum petitoribus[a], & procedetur in lite cum curatore, vel defensore,hoc modo:Producentur enim instrumenta &probationes hincinde,& iudex secretè eliget aliquos viros idoneos qui sciant bona debitoris: & hi sacramento priùs ab eis præstito, æstimabunt fideliter illa,scilicet in inuentario scripta:quę ęstimatio singularum rerum iudici secretè dabitur,& in actis redigetur, & postea bona ipsa vendantur:vt infrà versi.emptore.parte,quæ absens est,citata ad audiendum sententiam peremptoriè partib[9] præsentibus,vel vna præsente,altera absente citata:tamen sentẽ-
b tia in scriptis [b]sub hac forma proferetur: ¶FORMA†Secundi
8 decreti,seu dationis in solutum: In Christi nomine,amen. Cùm nos talis iudex nuper ad instantiam H.primò, secundò & tertiò peremptoriè M.citari fecissemus,vt coram nobis certo termino comparéret,eidem H.responsurus, prout iustitia suaderet. idem M.comparére per se,vel per procuratorem idoneum contumaciter recusauit:propter quod eundem H.in possessionem talium rerum ipsius M.causa custodię inducendum decreuimus pro modo debiti in eius petitione contenti. Verùm eodem M.in sua cõtumacia perdurante,idem H.coram nobis comparuit,& petitionem huiusmodi obtulit coram nobis: Coram vobis,&c.posito toto eius tenore:postea iungat sic:Nos verò in quantum potuimus per iustitiæ semitam incedentes,per talem præconem communis in palatio ciuitatis Viterbij,& cõtrata einsdem M.publicè fecimus proclamari,quòd si quis haberet,vel se habere crederet ius in bonis ipsius M.aut illa defendere vellet,vsque ad talem diẽ in nostra præsentia comparéret. Verùm nemine comparente,P. curatorem constituimus ipsius bonis,qui de bonis inuentis inuẽtarium fecit: & ea per viros expertos & iuratos fecimus fideliter æstimari, & æstimationem rerum in actis redigi. Lite igitur inter præfatum H.& ipsum P.curatorem legitimè contestata,præstitoque à partibus calumniæ sacramento, quo dictus H.asseruit se rationabiliter credere,petere,& in nullo eorum,quæ in eius petitione continentur,sibi satisfactum esse,conclusoque in dicto negotio,visis instrumentis,& auditis,ac intellectis rõibus,& allegationibus partium earundem,deliberatione nobiscum,& cum peritis super his præhabita diligenti,Christi nomine inuocato,partibus præsentibus decernimus,pronunciamus,& iudicam[9],in solutum dandum,seu dari debere eidem H.& sibi damus & assignamus per hoc secũdum decretum,in solutum talem domum pro tanta summa:sicut fuit à præfatis æstimatoribus æstimata,scilicet pro xx.&talem vineam pro tanta summa,sicut à præfatis fuit ęstimatoribus æstimata, scilicet pro c.& talem hortum pro tanta summa,quanta fuit æstimatatus,s.pro decem sol.nomine expensarum taxatione à nobis facta, & iuramento præmisso:quæ quidem res sibi per primum decretum fuerant assignatę.Hęc forma vtilis est,quamuis non vbique seruetur:& probatur extra. de eo qui mit.in pos.causa rei ser,c.j.
9 †¶Si autem plures creditores simul concurrant in petitiõe huius secundi decreti, narrabitur, qualiter ipsi missi fuerunt in possessionem ex primo decreto propter rei contumaciam,vt iam dictum est:& qualiter quilibet eorum suam obtulit petitionem,& quælibet earũ in libello inseratur:postea incipias sic:¶FORMA, Nos Verò quantum,&c.vt s.vsque,inter præfatum.vbi dic,præfatos,&c.verba sequentia singularis numeri resolue in pluralem decenter:& sic prosequere vsque, partibus præsentibus. & postea iunge,quia dictum H.inter creditores ipsius M.inuenimus priorem tempore:& ideo iure potiorem: primo loco decernimus, pronunciamus,&c.vt s.vsque in fin .postea subiunge:& quia secundo loco post dictum H.inuenimus N. aliis crediroribus eius-
10 dem M.potiorem,decernimus & pronunciamus,&c.vt s.†¶Si autem non sint tot bona,quę sufficiant creditori posteriori,post præmissa sic dices:prædicto verò Sempronio,quia nihil aliud in bonis dicti Antonij potuit reperiri,quod ei possit adiudicari in solutum,eidem contra eundem M.& eius bona,&bonorum possessores,&etiam contra eius futura bona,si quando eum ad pinguiorem fortunam peruenire contigerit,integra iura reseruo. Lata fuit hæc sententia,&c.¶Præmissa probantur C.qui po.in pigno, hab.assiduis.C.de iure do.per totum,& extrà.de sol.ca.si.de resti. spol.

ADDITIONES.

a Petitoribus.¶Qui petierunt sibi dari in solutum bona debitoris. Quærit autem Richar. Malum.si post processum huius causæ veniat debitor parat[9] satisdare,& expensas restituere,&petit sibi de nouo libellum offerri:dicens,curatoris processum sibi non præiudicare : in contrarium dicitur : quòd causam recipere debet in eo statu, in quo est: quid sit iuris? Et propter nouitatem solutionis breuiter totum colligam,quod allegat.Pro parte debitoris allegat fauorem,quem iura dant defensioni in vniuerso, C.de procurat.exigendi.ff.eodem titu.seruum.§.publicè.Ista autem fauor respicit omnem defensionis partem,ff.de reg.iur.semper specialia.&l.sequenti.Pars autem potissima defensionis est,libelli oblatio,& receptio:quę etiam substantialis dicitur,de quo satis in clemen.de verbo.signific.sæpe.in gloss.datur.Per hoc ergo, ex quo debitori conceditur defensio, ergo & libelli oblatio. ¶Secundò inducit contra processum factum cum curatore, quòd ipse non egit mandato debitoris,sed legis:& sic resistit processui regula ff. de regul.iur.nemo alieno nomine agere potest.Ille igitur processus nullus non impedit inchoãdum.¶Tertiò inducit,quòd causa cessante,vel remota cessat,vel remouetur effectus.Cùm igitur à contumacia debitoris processerit datio curatoris, & illa cesset in satisdare,satisfacere,& obedire parato,ff.de re iudic.contumacia.ergo cessabit processus inchoatus cum illo:facit ff. de regulis iuris.nihil tam.¶Quartò inducit ff.de noui operis nunci.prætor. §.penult.vbi dicitur, ius quæsitum nunciatori cessare, si per eum postea steterit,quò minus ei satisdetur:ergo & cessabit,&c.ad idẽ ff.iudic.solu.l.3.§.penult.vbi dicitur,ob rem non defensam stipulationem non committi, quandiu potest existere, qui defendat. Si hoc est in eo,qui promiserat:fortiùs in illo, qui non promisit. Inducit ad idem l.senatus.ff.de accusa.vt scilicet iste punitus onere satisdationis& condemnatione expensarum,in plus non puniatur.Item eius fauore datus est curator:ergo, &c.l.quod fauore. ff.de legibus.Item quòd per litis contestationem non solet alicuius conditio fieri deterior,ff.de reg.iur.non solet. specialiter allegat C.de præscript.xxx.annorum.si quis emptionis.& authentic. ei qui iurat.C.de bon. aucto.iud.pos.& authen. qui semel.C. quo modo & quando iud.& decr.quoniam.§.in aliis.vt lite non contesta.& specialiter l.si pupillus.ff. de priuileg.cred.In contrarium inducit l.secunda.ff.de curat.bo.damn.quæ expressè dicit,omnia acta, facta, vel gesta, rara fore. ad idem l.penulti.eodem titulo.& l.vltima,in fine,de fideiuss.tutor. Inducit etiam materiam regulæ factum legitimè.de reg.iur.libro sexto.& l.sancimus.C.de administratione tuto.Item actus iudiciales non debent pendere, ff.de iu.non quemadmodum.cuius contrarium hîc esset.Item de qua re iudex cognouit,&c.ff.de iud.de qua re.quod hîc cessaret.Item iudicium elusorium fieret contra l.eodem titu.si prætor.Item acta tunc solùm circunducuntur,cùm vtraque pars consentit,ff.de re iudic.l.acta.Item contumacia afficit damno litis,vt in prædic.l. contumacia. ergo non obtinebit acta cum curatore reuocari:sicut nec obtinebit per suam appellationem gesta rescindi,C. quorum app.non reci.l.j.Soluit,vt dicit,pro vtraque parte:vt scilicet obtineat creditor per rationes allegatas pro eo. Debitor etiam obtinebit ista præcipuè ratione : quia processus dationis in solutum,fit propter contumaciam debitoris indefensi:non cõtra defensum per se,vel per alium,ff.ex quibus caus.in pos.ea.l.hoc autem.§.j.in fin.& §.prætor ait,& §.fin.Sed debitor hîc defensorem habebat curatorem datum bonis, qui litem suscipere & mouere debebat,sicut ipse debitor:vt prædict.l.2.de curato.bo.dan. Non poterat ergo pro eo tempore dici contumax:vt in prædict.l.hoc autẽ.in fi. Cessabit ergo processus dationis in solutum: quia debitor suscipiet causam in statu, in quo erat:& excipiet contra creditorem de inepto modo agendi:quia debuit dari curatori libellus super personali actione,non super datione in solutum:&contra creditorem pronunciabitur propter ineptitudinem, & de nouo super principali actione offeretur libellus. Nec obstat contestatio litis:quia post eam bene opponitur talis exceptio,ff.de excep. l.exceptiones.§.fi.& si mensor fal.mod.dix.l.j.
b In scriptis. ¶Dicebat Iacobus in fine sui tractatus differentiam hanc inter primũ&secundum decretum:quia sm oportet fieri in scriptis, primum non. Adde tu ad hunc versiculum,in quatũ tractat de curatore bonis dand.&c.quòd absente debitore,si debitũ est liquidum,qualiter sit creditoribus satisfaciendum.& qualiter hic curator bonis datur,& an sit dandus,vide Bald.in l.curator.ff. de cur.fur.dand.& ad quod ibi dixi,debito liquido,adde hunc j.e. §.ver.vltimò nota,

11 spo.olim.2.& j.versi.illud autem.† ¶Sed pone,quòd vnus tan-
tùm ex pluribus creditoribus egit contra debitorem,& tenutam
de bonis suis habuit,& demum ex secundo decreto illa in solutũ
recepit: postmodum veniens alius creditor nihil inuenit de bo-
nis debitoris:nunquid,si sit potior,poterit ad data in solutum ha
a bere recursum [a]? Videtur,quòd sic:vt ff.de nox.actio. electio.§.si
absente.ibi enim secũdum decretum interpositum erat, vt patet
ibi,vt in integ.rest.&c.& in fi.dum dicit,dominij acquisitiõe, &c.
Tamen dicit creditorem audiendum.Non enim potest ibi de pri
mo decreto loqui : quia tunc sine restitutione audiretur de iure
communi:vt ext.vt lite non contest.quoniam.§.in aliis.& sic re-
12 stitutio cessaret:vt ff.de mi.in causæ.2.†Et quia per primum de-
cretum dominium non acquiritur,de quo ibi dicitur,sed sola cu-
stodia,vt in præd.§.in aliis.ff.de acquir.pos.l.3.§.pe.Sed dic,quòd
aut creditores fuerunt admoniti,vel erant præsentes & scientes:
vt tunc non audiantur , quanquam potiores: quia iura sua remi-
sisse videntur,vt C.de remis.pig.si eo tempore.& l.si hypothecas
& extrà de re iud.quamuis.Aut non fuerunt moniti,nec præsen-
tes,nec scientes, vt tunc audiantur post secundum decretum : vt
suprà.nam licet præ.l.electio.in causa noxali loquatur,eadem ta.
men ratio est in aliis.Vnde idem esse debet,extr.de constit. trans
lato.ff.ad l.Aquil.illud.& facit ff.de nox.act.in noxalibus.& l.si no
xale. vbi præsentia à iure suo remouet creditorem. item facit C.
de iure do. impe.l.fin.§.& postquam.vbi etiã ipse debitor post se
cundum decretũ audiri videtur.ff.de pœnis.diui.in prin.& ff.qui.
mo.pig.vel hypo.sol.sicut.§.non videtur.& quod no. C.qui po.
13 in pig.ha.cùm tibi.†¶Sanè licet præscripta forma secundi decre
ti in personali bona sit, iudices tamẽ pro maiori parte faciliùs se
expedire consueuerunt. Præmissa enim decreti narratione dicũt
sic:FORMA. Ab isto die in antea assigno tibi res illas,quas tenes
ex secundo decreto,in solutum:vel,tibi concedo ex secundo de
creto,quòd res illas possis vendere,vel distrahere: vel, concedo
tibi, quòd in bonis omnibus, in quorum possessionem es induc
tus,auctoritate nostra de cætero veram habeas possessionẽ. hæc
bene probantur ext.de eo,qui mit.in pos.causa rei ser.c.j. de hoc
s.tit.prox.§.sequitur.ver.porrò si agatur.Innoc.Papa IIII.verò
b dixit [b],quòd sic debet dicere iudex in decreto,Constituo,vel de-
cerno , vel iubeo te esse verum possessorem talis rei. Et licet iste
in veritate non possideat,tamen iura possessoris habet.nam facit
fructus ipsius possessionis suos,vt s.§.restat.ver.hoc autem.& p-
c scribit,ac si possideat,vt s.e. [c] §.fi.Vel sic:Iubeo tali cõtumaci,vel
condemno ipsum vt tibi tradat possessionẽ talis rei:& si tali sen-
tentiæ nõ obtemperauerit,manu militari res ab eo auferatur : vt
in eo.§.ver.& not.q si missus.& hoc satis cũ præmissis cõcordat.
¶ Et no.quòd post huiusmodi sententiam,seu decretum,iudex
præcipiat dari actori corporalem possessionem:quod præceptũ
in actis sub hac forma rediget:¶FORMA, Talis iudex præcepit
Titio nuncio,seu cursori talis curię,vt inducat H.in corporalem
possessionem talis domus sibi ab eodem iudice datæ & adiudica-
tæ in solutum ex secundo decreto.

Sed & de datione possessionis,quã facit nuncius,fiet instrumẽ-
tum publicum sub hac forma:FORMA. Titius nuncius commu
nis Viterbij , de mandato , seu præcepto talis iudicis , induxit H.
in corporalem possessionem talis domus positæ in tali loco , in-
frà tales confines,sibi datæ & adiudicatæ in solutum ex secundo
decreto,per sententiam ab eodem iudice latam,manu talis nota
rij scriptam.

Verùm secũdum eos,qui dicunt in reali necessarium esse secũ-
dum decretum,sic poterit formari:præmissa enim iuxta prædicta
narratione decenti,concludet iudex sic:¶FORMA. Vnde ex se-
cundo decreto te verum constituo rerum prædictarum possesso
rem.vel,concedo tibi,&c.vt s. ver sanè.vel pronuncio te veram
possessionem huius rei habere,in cuius fuisti possessionem causa
d custodiæ missus [d]:vt probatur ext.de eo , qui mit.in posses. causa
14 rei ser.c.j.vel dic,vt iam dictum est.†¶De præcepto autem in ɔ
fessum facto,qualiter fiet,& de eius executione,vide j.de senten
tia.§.vt autem.versi.nunc dicamus.¶Illud autem circa secũdi de
e creti interpositionem in personali actione notandum est [e]. nam
tunc iudex primò pręcipiet bona vendi,si debitor latitet.Dicitur
autem latitare debitor, quando turpiter & fraudulenter se occul-
f tat,vt euitet cursum creditorum [f],C.de bo.aucto.iudic.pos.cùm
proponas.& l.pro debitore.& illi creditores tantùm possunt vẽ-
ditionẽ fieri impetrare quos debitor voluit defraudare.vt ff. qb.
ex cau.in pos.ea. Fulcinius.§.quid sit.&§. vtrùm. Si autem voca-
tus non latitat,vt creditores fraudet,nec contumax est, sed abest
ex quacunque probabili causa, vel non probabili,necessaria , vel
voluntaria,creditores mittentur in possessionem bonorum:non
tamen bona vendentur:vt ff.ex quib.cau. ma. in integ.rest. item
ait.§.hoc autem.Nam si quis vendit bona tanquam latitantis, cũ
non latitat,nulla est vẽditio:& reuocabitur,vel ipso iure,vel per
beneficium restõnis in integrum.ff.de dam.inf.si finita.§.si fortè
g & in præ.l.Fulcinius.§.si quis possederit.Raròq ergo fiet vẽditio
nisi reus latitet fraudulenter,vt in præ.§.hoc autem.& in præd. l.
Fulcinius.§.j.& 2.Raro ideo dixi, quia contra puberem,minorẽ,
& contra furiosum,& contra pupillum,si ex alieno facto conue-
niantur,fit venditio,si eis expediat,vel si debitum vrget,vel si di-
latio est damnum creditori allatura:vt in præ.l.Fulcinius.§.adeo.
& l.si minor. & l.apud Iulianum.resp.j.& l.in poss.respons.j.ff.de
bo.aucto.iud.pos.si verò ex.respon.j. & tamen istæ personæ lati-
h tare non possunt [h].Imò etiam plus videtur ex præd.l. secundum
i Inno.IIII.licet multi [i] contradicant, quòd etiam in aliis perso-
nis à prædictis,vbicunque iusta causa mouerit iudicem, fiet ven-
ditio,si enim fit ɔtra has non latitantes,quæ fauorabiliores sunt:
quare multò magis non fiet contra alios?Et si dicis,quòd contra
prædictas fiet ex iusta cã, quia scilicet latitare finguntur,propter
tutores & curatores eorum latitantes:certè hoc verũ ñ est,vt pa
tet in concord.quæ sunt s.ti.prox.§.fi.ver.sed nunqd.Imò lex di-
cit expressè,quòd etiam si nullus latitet,tamen contra prædictas
personas fit venditio,vt in præd.§.adeo.¶Item si missio & vendi
tio fiunt in reali,vbi fit solùm missio in re petita,vt s.§.restat.ver.
& scias.quare non fiet etiam in personali ? Sed dices , quomodo
tam grauis pœna infligetur absenti non contumaci absque ordi-
ne iudiciario?Respond.hoc fit propter malitiam latitatis:fit eti-
am contra alios,propter multa mala,quę venire possent,nisi hec
fierent:licet rarissimè fieri debeant,nisi contra latitãtes,vt suprà.
& tunc etiam adinuentum est remedium competens, quia si fac-
ta sit venditio,debito non existente, agitur actione præiudiciali
in rem ad recuperandã rem venditã: sed certè indecẽs esset,post
quam res vendita est per iudicem,inquirere,an subfuerit debitũ,
propter

ADDITIONES.

a Recursum.¶Albertus Galeo.extra volumen fortificabat quæsti
onem,scilicet quando in platea,& in vicinia,palàm & publicè fu
it præconizatum:quòd si aliquis in bonis illius ius haberet,vel il-
la defendere vellet,veniret intra certam diem,& nullus venit: &
tamen etiam eo casu dicit priorem creditorem audiendum,ad re
uocãdum illud secundum decretum, ex quo personaliter, vel ad
domum non fuit citatus.missio enim contra vnum non pręiudi
cat alteri,ff.ne vis fi.ei,qui in poss.l.j. Forma autẽ citationis à iure
data,seruanda est,ff.de dam.infe.l.4.§.prætor.de qua vide d do.&
cont.causam.in 3.gl.& de eo,qui mit.in pos.c. fi. à qua recedi nõ
licet,ff.manda.dili genter. & l. si quis pro eo. & proclamatio illa
non nocet:quia vox præconis paucis innotescit,C.quõ & quan-
do iud.l.consentaneum.& authen.qui semel.ff.de in integ. resti.
l.diuus.& sic dicit tenuisse dominum suum,secundum hoc,quod
in solut.j.de admonitione dicitur:Item leges personaliter,vel ad
domum,& in aliis,sit etiam vera solutio.Adde, quòd quæst.Alb.
Gal.potest fortificari per ea,quæ consuluit Pet.de Anch.consili.
cccvij.incip.efficax ratio, quòd si episcopus faciat fieri proclama
generale,quòd si quis prætendit habere vsuras à tali, compareat
intra tale tempus,alioquin non audietur:quòd nihilominus ab-
sens,vel impeditus elapso etiam termino debebit audiri.Et si fu-
erit is in ciuitate,tunc non possit agere contra vsurarium, sed cõ
tra pauperes, ad quos bona vsurarij peruenerunt , non obstante
proclamate generali.Pro constanti tamen non ponit,quòd pro-
clama generale præiudicet non comparenti ad docendum de iu-
re suo,licet fuisset in ciuitate,quin possit etiam contra vsurarium
agere,ex quo personaliter citari debebat,tanquã descriptus in li-
bro ipsius vsurarij.
b Dixit.¶De eo,qui mit.in pos.c.j.
c Vt s.e.¶Scilicet de primo decreto.
d Missus.¶Nec debet addere abdicationem proprietatis in reali: si
tamen hoc faceret,tenet adiudicatio in possessione, licet in pro-
prietate non teneat,vt dixi de regul.iur.ea,quę.libro sexto.super
glossa.
e Notandum est.¶Secundum Iac.Bald. de secundo decreto , post
princ.
f Creditorum. ¶Canonista videat suffragium dec.consultationi-
bus.quam statim allegabo.
g Raròq.¶Interponit ad verba Iac.quæ scripserunt Inno.& Hostiẽ.
in decret.dilecto.de verb.signif.Sed ego illa posui de offic.deleg.
consultationib.super 2.gl. vbi ad literam vide totum,quod seq-
tur.vsque adversi.sed qualiter.
h Possunt.¶De furioso & pupillo ɔceditur.de minore adulto du-
bitatur.tamen gl.in l.si minor. videtur hoc tenere,ff.de bo.au.iu.
poss.
i Multi.¶Vt ipse dicit.

propter quod vendita est. Vnde dic, ꝙ reuocari poterit, si illæ causæ, propter quas facta est, nõ subsint: vt quia non subsit vtili ille, cui vendita est, vel debitor nõ erat grauatus debitis, vel non erat damnosum creditoribus, vel quia iudex nimiùm festinauit. ff. de dam. infe. si finita. §. si fortè. & sic loquitur l. ff. de priuil. cre. Impe-
15 ratores. vel quia non latitabãt, vt s. Imò etiam plus videtur: † quia cùm hæc sententia de vendendis rebus debitoris, sit solùm interlocutoria: & quia tunc summatim tantum cognoscitur, C. de bo. aucto. iud. possi. l. fi. §. si autem. &. & s. in prin. huius s. si postea iudex cognoscit, ꝙ non sit debitum, ipse idem venditionem & possessionem huiusmodi reuocabit, & etiam solutionem debitori factam: argu. ff. de re. eo. qui sub tut. & cur. sunt, l. magis. §. si æs. s. de transa. cum hi. §. si prætor. quia quod iussit, vetuitúe prætor, &c. ff. de re iudic. quod iussit. extr. de accusat. qualiter. j. licet sit arg. con-
a trà extr. de cleric. coniug. diuersis fallaciis. in fin.[a] Is etiam contrà quem lata est, poterit secundum Inno. IIII. appellare, cùm in veri
16 tate non latitauerit, C. quom. & quando iud. l. j. † ¶Item scias ꝙ missio in possessionem & venditio locum habent contra ecclesiam: sicut & contra pupillum. Intra quod tempus facienda est venditio, vel missio in possessionem ex secundo decreto, dicam infrà
17 §. proxi. † ¶Sed qualiter fiat hæc venditio in personalibus? Respon. hoc iudicis officio expeditur sine libello: & seruabitur fortè talis modus, qualis in venditione prædij tributarij. Præco enim clamabit publicè per ciuitatem sic: Talis debet Titio decem: vnde bona illius pro rata illorum decem vendi debet: qui vult emere, emat: & fortè subhastabitur, vt C. lib. x. de fi. instr. & iure hastæ fiscal. per totum: de rescin. ven. si quis. C. si propter pub. pensitat.
18 & vide s. de cita. §. sequitur. ver. si verò. & j. §. prox. † ¶Cùm[b] au
b tem bona debitoris sunt vendenda, vel creditori assignanda, curator voluntarius, non necessarius, debet bonis iudicis auctoritate dari: & consensu maioris partis creditorũ, qui aget & conuenietur, nec cogetur satisdare, si litiget per se: sed si per procuratorem tunc sic, ff. de cur. bo. dan. l. j. §. j. & §. item quæritur. Instit. de satisda. §. si verò. extra de offic. deleg. coram. ipse etiam vendet bona,
19 vt ff. de cur. bo. dan. l. penu. † ¶Emptore autem non inuento de re diu subhastata, vt s. versic. sed qualiter. iudex per secundum decretum dabit illam rem, seu bona debitoris in solutum actori. vel pro debito sibi adiudicabit, vt præmissum est. de re iudic. à diuo. §. si pignora. C. de excep. rei iud. ordo. x. qu. 2. hoc ius. Non dico, quòd iudex assignet per secundum decretum eorum dominium
c sicut quidam scripserunt[c]. quod falsum est, vt C. si pign. in cau. iudic. l. vlti. sed etiam iura cuiuslibet emptoris actor emere potest,
d vt C. si pig. in cau. iudi. l. ij.[d] Et licet prædicta iura loquantur in executiõe diffinitiua, idem est de interlocutoria, quo ad hoc, ff. de priuileg. cre. pater. §. penult. ff. ex quib. cau. in pos. ea. apud Iulianum. in princip. & l. Fulcinius. §. j. C. de his, qui ad eccl. confug. præfert.
20 §. cùm autem. ff. de bon. auto. iudic. possi. cùm proponas. † ¶Sed quę est differentia, vtrùm vendatur res, vel in solutum detur, vel alienet ex hoc secundo decreto, vel per interlocutoriam sententiam, vel diffinitiuam, cùm eã iudex mandat executioni? Respõ.[e]
e hæc est differentia, secundum quosdam: quia post factam venditionem ex sententia diffinitiua nunquã reus auditur, vt C. de iud. properandum. §. fin autem reus. xj. q. ij. quicunque. & s. tit. prox. §. sequitur. ver. porrò. sed post dationem in solutum actori facta adiudicatione, adhuc audietur reus volens de iure suo probare: secus, si alienata essent bona rei, seu debitoris, non in actorem, sed in extraneum: vt arg. C. de iure do. impe. l. fin. §. fin autem. Si verò non fuerit res creditori data, vel adiudicata, vel vendita, vt dictũ est, debitor posset recuperare rem suam in actione personali vsq; ad xxx. annos, solutis impensis actori. Et est ratio: quia creditor non possidet ex primo decreto, vt s. §. iam de effectu. ver. sed nunquid iste missus. nec etiam in reali, secundum quosdam, vt in eo.
21 prope princip. † ¶Vltimò nota ad hoc. vt missus in possessionẽ petere possit venditionẽ, quatuor necessaria fore. Primũ, quòd missionem passus latitet. Secundum, quòd fraudãdi causa latitet, vt in præd. l. Fulcinius. §. cùm hoc edictum. & s. versic. illud. Tertiũ, quòd de debito constet. Quartum, quòd tempus sit præteritum: vt C. de bon auto. iud. poss. cùm proponas. Et si quod horum defuerit, facta venditio non tenebit, arg. in præd. §. cùm hoc edictũ. & arg. ff. de transact. cùm hi. §. si prætor. ff. de itin. actuque priua. l. vnde etiam. §. vlt. C. de testi. si vnus. arg. contrà C. de iure deli. po-
f tuit. ff. de ven. in pos. mit. l. ij.[f] † ¶Sed pone, me absente aduersarius meus probauit debitum, non tamen proposuit exceptionem mihi competentem: puta pacti, vel similem: & sic iudex pronunciauit venditionem faciendam: ego vero rediens volo probare exceptionem: nunquid retractabitur venditio? Dicit Albe. quòd
g non: possum tamen repetere pretium ex re vendita habitum[g].

ADDITIONES.

a In fi. ¶Ibi soluitur in gl. arg. quod.
b Cùm. ¶Reassumit verba Iac.
c Scripserunt. ¶Dicit Iac. quidam ignorans scripserit.
d L. ij. ¶Sic posuit Iac. & sic leges allegatæ bene conueniunt.
e Respon. ¶secundum Iac. cuius est iste versic. fi. & incipit, sed quæri solet.
f L. ij. ¶§. quoties. sed diuersi sunt casus.
g Habitum. ¶Vide, quod dixi post Innoc. de dila. capit. ij. in magna gloss. ver. vel dic melius.

SVMMARIVM.

1 *Venditio bonorum, vel datio in solutum, vel adiudicatio, an fieri possint ante litem contestatam.*
2 *Venditio post quod tempus post missionem in possessionem sit facienda, vel post quod tempus interponetur secundum decretum de re danda in solutum.*
3 *Reo post missionem primam in possessionem veniente & responsuro ante venditionem, siue dationem in solutum, an & quo pacto sit possessio restituenda, & num. seq.*
6 *Debitor veniens post venditionem rerum suarum, vel post dationem in solutũ, & creditori referens quæstionem de ipso debito, an & quo casu sit audiendus.*
6 *Debitore petente restitutionem in integrum, vbi eo absente sunt eius bona vẽdita, &c. & pronunciatum est eum restituendum, an ipsa bona euincet ad emptore.*
7 *Emptori possidenti non debet alterius factum nocere.*
8 *Pauper exoneratur à lege, & satisdatione: nec videtur in contumacia satisdandi, cùm hoc facere non possit.*
9 *Secundum decretum debet sine dilatione contra contumacem interponi.*
In certis non est locus coniecturis.
10 *Secundum decretum propter rei contumaciam quandoque ante litis contestationem, quandoque post, interponi potest.*

¶Secundum decretum quomodo, & intra quod tempus sit interponendum.

3. §. Iuxta propositionis ordinem videre sequitur, quãdo, & intra quod tempus secundum decretum sit interponendum: & certè, quando apparet contumacia respondere
1 vel cauere nolentis, vt ff. de dam. infe. dies. §. si fortè. † ¶Sed quæritur, an venditio bonorũ, vel datio in solutum, seu adiudicatio, de quibus s. §. prox. ad fi. dictum est, fieri possint ante litem contestatam, vel aliquis ad hoc condemnari? Et videtur, quòd nõ: nam ante litis contestationem non fertur diffinitiua regulariter: extr.
a de elect. dudum. ij. Sed dic[a], quòd ex interlocutoria ante litis contestationem fit talis venditio, vt C. de his qui ad eccl. confug. pręsenti, §. sed si hoc. ff. de bo. auto. iud. poss. si minor. ff. de priuil. cre. pater. ibi, quemadmodũ, &c. & ff. ex quib. causis in possess. ea. apud Iulianum. j. §. proxim. ver. in omnibus tamen. nam & hoc secundum decretum ante litem contestatam, & post, interponitur, &c.
2 † ¶Sequitur videre, post quod tempus post missionem in possessionem interponetur secundum decretum de re danda in solutũ siue venditio fiet? Et dicunt quidam, quòd post decem dies à die prolationis primi decreti numerandos, ff. de consti. pec. l. promissor Stichi. §. j. Alij dicũt, quòd post tempus, quod datur condemnatis ad soluendum: quod est hodie aliud, quàm olim, ff. de iud. si debitori. ff. de re iud. si debitori. C. de vsur. rei iud. l. ij, extr. de offic. deleg. querenti. & de re iudic. quod ad consultationem. Tertij di
b cunt, ꝙ anno elapso à tempore primi decreti: quod puto[b], quia & hoc tempus statutum est ad recuperandum possessionem in reali, C. de iur. do. imp. l. fi. C. de præscrip. xxx. vel xl. annor. si qs emptionis. §. fin. extr. de eo, qui mit. in possess. causa rei ser. c. penul. & per totum, extr. de officio ordin. pastoralis. in fi. extra. vt lite non contest. quoniam frequẽter. in fi. §. in aliis. & in fi. Quarti dicunt, quòd post bienniũ, ad exemplum conuentionalis pignoris, vt C. de iure

ADDITIONES.

a Sed dic. ¶secundum Iac. cuius fuit ad literam iste ver. dicit tamẽ, quòd sic tenebat Azo. Dicebat Dy. secundum dicentes, quòd secundum decretum sit diffinitiua, necessariũ esset respõdere, ꝙ nõ posset, C. de temp. appel. l. fi. §. illud. Ipse autem dicit, sm decretũ esse interlocutoriam: vt dicit hìc auctor, & patet per iura j. allegata, quòd ante litem contestatam interponitur. Ipse autem allegat l. præsenti. hìc alleg. & C. de bon. auto. iudic. poss. cùm proponas, in fi. Patet etiam ex eo, quia tenet contra minorem indefensum, ff. de dam. infec. l. si finita. §. si fortè. ff. de bo. auto. iudi. pos. l. si minor. sed si esset diffinitiua, non teneret, ff. de re iud. acta. §. vlt. & C. si aduer. rem iud. l. vlt. Concluditur ergo, quòd ante litis contestationem interponi potest, vt in prædictis legibus s, præsenti. & cùm proponas.
b Puto. ¶Concor. Inno. de verb. sig. dilecto. vt sequitur. & Host. in Summa, vbi s. §. sed quæro.

de iure do.imp.l.fi.ij.q.vj.ei,qui.& in præ.l.debitori.ff.locati,quæro.Quinti dicunt,quòd post triennium,vt C.de iure emphyt.l.ij. Sexti dicũt.quòd post quinquennium,vt in præ.l.si quis emptionis.Septimi dicunt,hoc tempus iudicis arbitrio esse statuendum,
a ff.de dam.infec.si finita.§.non autẽ a.ff.de acquir.possess.possideri. §.finita.cùm non sit lege diffinitũ,ff.de iure delib.l.j.ad fi.de pœn. dist.j.mensurã.& l.solicitatores.extr.de deci.c.j.ext.de offi.deleg.
b de causis.vt no.C.de bon.auto.iud.possi.cùm proponas b.& arbitrabitur,vt ipsum interponat,postquam diu in contumacia perseuerauerit,ff.de acquir.poss.possideri.§.fin.Rof.verò,cui non pla-
c cent prædicta tempora c,dicit,quòd arbitrabitur secundum personarum qualitatem,& quantitatem petitam,ff.de re iud.l.j.ff.de iud.nonnunquam.Lex autẽ dat aliquod spatium,sed non diffinit
d vt ff.de dam.infec.si finita.§.non autem d.quod magis intellectu quàm elocutione exprimi potest,ff.de sol.ratum.extr.de donat. ad apostolicæ.prope fi.ff.rem rat.hab.l.j.verùm in re pupilli spectatur tempus pubertatis,intra quod non potest peti venditio rerum ipsius:sicut dicitur in absente reipublicæ causa,vt s̃.§.proxi. in princip.ff.ex quib.cau.in pos.ea.l.iij.Inno.Papa IIII.no.extr.de
e verbo.sig.dilecto e.quòd postquam actor missus est in possessionem causa rei seruandæ,debet iudex expectare per annum antequam fiat venditio,vel missio in possessionem ex secundo decreto,vt in præd.l.si quis emptionis.§.fi.& in pr.§.in aliis.Nec obst. C.in quib.cau.non est nec.in integ.rest.quia loquitur in his,quæ fiũt extra iudicium:secus autem est in his,q̃ fiunt in iudicio,C.de euic.properandum.in fi.ergo.secundũ præmissa,potest secundũ decretum interponi post annum pro venditione facienda.Sed si iudex nolit in tantum grauare absentem,potest decernere,quòd missus tantum possideat,& fructus suos faciat,donec reus probauerit indebitum illud,cuius causa facta est missio in possessionem:vel,si velit minus grauare,quia fortè minùs liquet ei de debito,reseruet misso in possessionem onus probandi debitum.Nã si potest facere quòd plus est,scilicet finalem venditionem:potest,& id,quod minus est,scilicet facere prædictas prouisiones,ff. de reg.iur.non debet.4.q.1.miramur.de consec.dist.ij.re vera.ix. q.2.nullus primas.Alij dicunt,tunc procedendum esse ad venditionem,vel missionem in possessionem ex secũdo decreto,cùm passus missionem visus est habuisse possessionem pro derelicta. Alij etiam dixerunt,hoc iudicis arbitrio relinqui,vt s̃.versicu.septimo.Quando autem fiet venditio rerum pro pignore captarũ,
3 vide ĩ.de execu.sent.§.videndum.versi.sed quando.†¶Quid f si
f reus post missionem primam veniat responsurus,ante venditionem,siue dationem,in solutum?Respond.restituenda est ei possessio,restitutis tamen primò aduersario litis expensis,& damnis,quæ propter eius contumaciam pertulit,sacramento ei' declarandis.C.de iud.sancimus.C.qũo& quand.iu.auth.qui semel. ff.si serui.vend.is cuius.facta tamen priùs per iudicem taxatione, in auth.de iud.§.oportet.Idem est,si ante præmissa fideiussorem de lite prosequẽda præstiterit,vt C.de bo.aucto.iud.possi.auth.ei qui iurat.ff.de priuil.cred.si pupillus.§.defendere.quæ satisdatio præstatur propter contumaciam,vt ff.qui satisda.cog.sciendum.
4 †¶Quid si actor fecit aliquas expensas vtiles & necessarias?Respon.illas primò resarciendas,& generaliter omnes sine dolo factas,ff.de bon.auct.iud.poss.prætor ait.§.quod ait.&§.ipsi itaque
5 creditori.extr.vt lite non contest.quoniam.§.in aliis.†¶Quid si ille redeat post venditionem factam,vel dationem in solutũ,referens quæstionem de ipso debito?Respondeo,si velit petere in integrum restitutionem,quia fuit absens,& indefensus omnino vel ex alia iusta causa,audietur:vt ff.de dam.infec.si finita.§.vbi.& §.postea.secus si fuit præsens,vel absens ex voluntaria causa,vel si absens redierit,iudice adhuc pro tribunali sedente,ff.de in inte.
6 restit.diuus.2.quæstio.6.biduum.versicu.palàm.†¶Quid si pronunciatum est,eum restituendum,nunquid rem euincet ab emptore?Respon.sic,si tamen creditor,pro quo venditio facta fuit, soluendo non sit:aliàs esset iste solus primò cõueniendus ad pretium,ff.de minor.in causæ.§.interdum.& §.fi.& l.planè.quæ omnia vera sunt,solennitate per iudicẽ seruata:aliàs suo cõmuni iure rem ipsam à possidente liberè vendicaret,C.si propter pub.pẽ
7 si.l.ij.C.vnde vi,meminerint.†¶Quid si alius veniat,dicẽs se dominum,& rem ab ipso debitore sibi datam esse in solutum?Dicit Bagarot.quòd non nocet emptori possidenti alterius factum,ff. de contrahend.emp.rem alienam.ff.de euic.si plus.§.& si iussu.& hoc nisi creditor ille possederit decem,vel xx.annis:quia si re vsucapta titulo pro soluto,excludetur iste,vt ff.pro solut.Sed an idẽ est,si ipse sciuit esse alienũ:Respon.vtiq;,secundum Bag.argu.ff. de nox.act.generaliter.in fin.ff.de relig.& sump.fu.&si quis.§.sed si addita.ff.de acqui.pos.iustè.ff.de reg.iur.qui actore.Tu dic,hoc verum esse in realibus actionibus:secus autem est in personalib' simplicibus,vt hîc.Vel dic veriùs,illud verum esse in noxali actione,super qua præiudicatur vero domino,quia & ipse hac noxali actione teneretur,si constaret eum dominum?quod non est in
g aliis personalibus actionibus,vel realibus g.†¶Quid si pauper
8 est,quem lex exonerat à satisdatione?vt ff.de col.bo.l.j.§.cùm duobus.& sic non videtur in contumacia satisdandum,cùm hoc facere non possit,ff.de re iu.contumacia.extra.de sol.Odoardus.& de restit.spol.olim.ij.nunquid hoc casu interponetur secundum
h decretum?Dicit Roff.q̃ sic h.†¶Quid si vocatus dicit,non satis-
9 dabo,& ita est verè contumax?Dic,non expectare aliud tempus ad interponendum secundum decretum:cùm in certis non sit locus coniecturis,ff.de verb.oblig.continuus.& s̃.§.prox.in prin.& s̃.de contumacia,§.j.¶Ex præmissis autem & sequentibus patet,
10 † quòd hoc secundum decretum propter contumaciam rei interponitur quandoque ante litem contestatam,quandoq; post. nam cùm petiit rem aliquam,quam dico ad me iure dominij spectare,aut lis est contestata,vel quasi contestata,vel nullo modo contestata:item aut liquet de causa,vel liquere potest,aut non liquet,nec liquere potest.Quæ dic,vt s̃.tit.prox.§.sequitur.versi.si
i verò agitur.& seq.i

ADDITIONES.

a Autem.¶Vbi hoc not.
b Proponas.¶Ibi,& vbi s̃.Accu.hanc tenet:& communiter seruatur in foro ciuili:& placet Dy.in 4.q.
c Tempora.¶Quæ omnia posuit de secundo decr.in prin.& cum eo concordat Gui.de Suza.vbi s̃.
d Autem.¶Dicit ibi text.quòd aliquod interuallum intercedere debet.
e Dilecto.¶Sed illud scripsi in decr.quoniam frequenter.in fi.&totum,quod sequitur vsque ad versic.quando.fuit eius:&quod ibi etiam vide:& ibi hodie per omnes scribentes,& præsertim per nouissimos.
f Quid.¶Iste ver.qui fuit additio,satis potuit omittere p ver.vltimò no.s̃.in §.iam de effectu.vltra mediũ:idẽ dico de sequẽti.Adde ver.quid si ille redeat.q̃ Bar.in l.si finita.§.Iulian'.tenet,quòd absens ex causa voluntaria,intra biennium rediens,audiatur.Tamen ibi opi.Specul.tenetur,tanquam communior & verior.
g Realibus.¶Vide,quòd dicam infrà §.prox.super versic.sed nunquid in actione.
h Sic.¶De secundo decreto vltra princip.vbi etiam continuatur ver.sequens.
i Seq.¶Quæ hic prosequitur Iac.Bal.

SVMMARIVM.

1 *Minimum damnum timens,an tantum habere debeat ex secundo decreto,quãtum qui timet maximum.*
2 *Secundum decretum an in stipulationibus vicem actionum obtinentibus,sit interponendum.*
3 *Secundum decretum an sit interponendum,vbi mulier nomine ventris in possessionem mittitur.*
4 *In Carboniano edicto,cùm videlicet agitur,vt puero alimenta præstentur,non est opus secundo decreto.*
5 *In duplicibus iudicijs,si aduersarius ad diuisionem venire detrectat,an præsens possit mitti in possessionem.*
6 *Citato non veniente in actione finium regundorum,quid & quomodo iudex disponere debeat.*
7 *Officium iudicis in duplicibus iudicijs,& possessorijs interdictis,quod sit.*
8 *Agens ad factum,petere factum,vel interesse,præcisè censetur.*
9 *Lapsus anni in possessorijs interdictis faciant possessorem.*
10 *Lapsus anni in personalibus interdictis an faciat aliquem possessorem.*
11 *Asserens se possidere,an possit petere se mitti in possessionem,si agitur de retinenda possessione.*
12 *Electus in rectorem alicuius loci,si litigat de sua electione:an & quomodo mittendus sit in possessionem illius iuris.*
Ciuitati non expedit sine rectore esse.
13 *Secundum decretum an sit in actione exempto interponendum.*
14 *Secundum decretum qualiter sit in seruitutibus vrbanis,vel rusticis,interponendum.*
15 *Decretum qualiter sit interponendum,vbi is,qui petitur in seruitutem,vocatus non venit.*
Seruitus perpetua an possit ex anni cursu in persona libera constitui.
16 *Secundum decretum an locum habeat in omnibus actionibus personalibus.*
17 *Secundum decretum an locum habeat in spiritualibus.*
18 *Reo absente in personali actione conuento,si nõ habeat nisi feudum,vel vsumfructum in rebus alienis,quæ subiacent restitutioni,quale decretum interponi debeat.& num.seq.*
20 *Lapsus anni an in personalibus actionibus faciat possessorem missum,sine secundo decreto.*
21 *Quod suum est,amplius suum fieri non potest.*
Superfluum est petere,quod de iure communi competit.

21 *Secundum decretum qua ratione interponatur in personalibus, non in realibus actionibus.*
23 *Annus elapsus quare in realibus actionibus non transfert dominium, quasi secundo decreto interposito.*

¶Secundum decretum in quibus actionibus, vel rebus locum habeat.

4.§. Videndum restat, in quibus actionibus, & rebus locum habet secũdum decre-
tum. Et quidem regulariter in omnibus personalibus actionibus
locum habet, vt C. de iudi. properandum. §. sin autem. & ff. de re
a iud. à diuo Pio. §. j.[a] ext. vt lite non contest. quoniam frequenter.
§. fi. non tamen vniformiter, vt dicam j. §. vlt. Hoc tamen fallit, vt
dicam j. ver. quod autem. Item locum habet in causa dãni infecti
in qua si quis nolit cauere, fit missio in possessionem bonorum
ex primo decreto: & si sic in contumacia pseuerat, fit missio ex se
cundo decreto. vt ff. de damn. infect. prætoris officio. & l. prætor.
& l. si finita. §. Iulianus. & §. pen. & ff. vt leg. no. ca. l. j. & ff. vt in pos.
leg. l. 2. & C. eod. certa. ff. de acquir. poss. possideri. in fi. & si plures
sint timentes omnes mittentur, vt in præ. l. si finita. §. cùm autem.
quod ita pcedet. Postulata enim cautione damni infecti, & non
præstita, mittitur quis in possessionem: ꝙ si dicatur nõ caueri, ali-
quo spatio priùs intermisso pro arbitrio iudicis, sequet secundũ
decretum: quia iubet prætor missum amodò possidere in præiu-
dicium non cauẽtis, illo prorsus à possessione excluso: vt in præ.
1 concord. † Sed nunquid tantum habebit ex secundo decreto, q
minimum damnũ timet, quantum qui maximum? Respond. non
b imò pro rata damni, vt ff. eodem. ex damni. §. 2.[b] quod dic, vt not.
in prædict. §. cùm autem. Item locum habet in noxali actione, vt
ff. de nox. ac. electio. §. si absente. & ff. si ex nox. cã ag. l. 2. §. fi. & tũc
missus statim fit dominus rei ex secũdo decreto, si absens erat do
c minus. Vel dic. vt not. j. e. §. vlt.[c] Quidam autem dixerunt[d], nun-
d quam interponi secũdum decretũ, nisi in causa damni infecti tã-
tùm, cùm eo casu solùm, vt dicunt, cautum reperiatur. Si enim p-
tor in aliis interponi voluisset, hoc dixisset: arg. C. de cadu. tol. l. v
nica. prope fi. & ext. de deci. ad audientiã. qđ non est verũ: imò in
omnib. personalib⁹ locũ habet, vt dixi. Hæc est maior ratio in cã
e damni infecti, quàm in aliis[e]. & ideo quia nõ omnes articuli pos-
sunt in iure comprehendi, vt ff. de leg. & sena. cons. non possunt.
est de similibus ad similia procedendum, ff. eod. tit. & ideo. & extr.
de rescript. inter cæteras. Præterea hoc expressum est in noxali
actione. vt suprà. Cum tamen omnes noxales sint personales, id
est, ex maleficio serui nascuntur, vt ff. de noxal. action. l. j. & nul-
2 la est realis. † ¶Sed nunquid in illis stipulationib. quæ vicem ob
tinent actionum, de quibus fit mentio ff. ex quib. cau. in pos. ea. l.
j. & s. §. restat videre. interponetur secundum decretum? Dicunt
f quidam[f], quòd in causa damni infecti certum est, quòd sic: vt s. &
etiam in causa legatorum interponitur secũdum distinctionẽm
& qualitatem actionis, qua petuntur: vt s. de act. seu petit. §. se qui
tur. ver. illud verò. Si enim petatur personali actione ex testamẽ-
to. tunc idẽ iuris est in ea, quod in aliis personalibus actionibus: si
verò actione in rem, tunc ẽt procedatur, vt in actione reali: si hy-
pothecaria, quasi res sit obligata, tũc idem, vt s. e. §. sequitur. ver.
quid si agatur. & seq. & s. tit. proximo, §. sequitur. versic. sed nun-
3 quid. vbi de hypothecaria dictum est. † ¶ Vtrùm cùm mulier in
possessionem nomine ventris mittitur, secundum decretum nõ
interponitur: quia tũc non agitur, vt dominium, vel possessio ac-
quiratur, sed vt mulier nomine ventris alatur: vnde tũc debet da-
ri bonis curator, qui eam alat: vt ff. de vent. in posses. mit. l. j. §. mu-
4 lier autem. vsque in fi. l. & l. habitatio. & l. curator. † ¶Idem quo-
que dicẽdum in Carboniano edicto, cùm videlicet agitur, vt pu-
ero alimenta præstentur, vsque dum de filiatione cognoscatur:
quia tunc non agitur, nisi vt puer alatur. Quidam tamen dicunt,
hoc speciale, vbi missus in possessionem ex secundo decreto, ha-
beat veram possessionem alimenti causa, ff. de Carbo. edict. l. 3. §.
missum autem. sed fortè ibi possessio ponitur pro detentatione.
Premissa obtinẽt in actionibus merè realibus, vel merè persona-
libus: nam licet multę sint actionum diuisiones, quoad hoc, tamẽ
non est opus alia diuisione, nisi his: xvj. q. 3. §. potest. versic. neque
decennij. Nam quicunque agit, aut agit personali, aut reali, peten
do seruum, vel sibi debitum: aut agitur pro reb⁹ corporalibus, aut
incorporalibus, putà seruitutibus: vt Inst. de action. in principio,
5 §. 2. extrà de renunciat. cùm inter P. † ¶Sed in duplicibus iudici-
is, scilicet in Familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium re-
gundorum, si aduersarius ad diuisionem venire detrectat: nun-
quid præsens mittetur in possessionem? Dicũt quidam, quòd sic,
pro ea parte, quam pręsens iurauerit suam esse pro diuiso, & non
pro indiuiso: absurdum enim esset, quòd plus ei concedatur, quã
petat. vnde cùm solùm partem petat, non sibi assignabitur tota
res pro indiuiso, sed solùm pars: arg. ext. de accus. qualiter. 2. in fi.
Et si dicatur, quomodo iudex diuidet terrã? Respõdeo, bene po-
test diuidere quibusdam ex pluribus hæredibus præsentibus: vt
ff. famil. ercisc. l. 2. §. dubitandum. extr. de probat. ex literis. & hoc,
quando constat iudici rem esse communem, nec cohæres diffite
g tur hoc[g]. Si verò diffiteretur, iudex non deberet per se diuidere,
ne per hoc fiat præiudicium petitioni hæreditatis, quæ in hoc ca-
su locum habet, ff. famil. ercisc. l. j. & ff. de excep. fundi. ¶Et nota, ꝙ
diuisio facta cum non legitimo hærede, non præiudicat, vt j. q. 4.
h §. notandum. ad fi. Vel dic. secundum Vbertum[h], quòd potest
super hoc arbiter assumi, ff. famil. ercisc. arbitrium. ff. communi di-
uid. & si non omnes. qui iuratus faciet partes, & sortem pro præ-
sente adiiciet, & absente, C. fi. regund. si quis. C. libr. xi. quando, &
quibus quar. pars. de le. 2. hoc saluo, ꝙ si absens venerit intra tem-
pus à iudice statutum, & voluerit probare rem non esse commu-
nem, vel non ex toto, vel aliud, audiatur refusis expensis, vt ff. de
dam. infect. à quo. Alij verò, quorum sententia magis frequenta
i tur[i], dicunt, quòd actor debet mitti in possessionem totius rei cõ
munis pro indiuiso: & missus medietatẽ fructus percipiet ĩ re sua
alia verò medietas seruabitur arbitrio iudicantis: non enim vide-
tur, quòd iudex possit diuidere in præiudicium absentis, C. famil.
ercisc. cohæredibus. sed hæc. lex non loquitur in diuisione per iu
dicem facta, sed quando quidam cohæredes inter se diuiserunt.
Alia tamen ratione videtur, quòd non debet iudex diuidere. Nã
per diuisionem, vel adiudicationem, transfertur dominium, Inst.
de offi. iud. in fi. & quia sic ferret diffinitiuam sententiam lite non
cõtestata: quod fieri non debet. Cùm igitur ad rei diuisionem fa-
ciendam in communibus iudiciis, ff. de iudici. in his tribus. extra.
de probat. ex literis. Cùm autem agitur pro personalibus præsta-
tionibus, vt quia vnus impedit in re communi, vel quia vnus per
cepit omnes fructus communes, idem iuris est, quod in simplici-
k ter personalibus actionibus[k]. Nam istæ actiones, & aliæ mistæ, si
cut petitio hæreditatis, quantum ad hæc, personales dicuntur, ff.
famil. ercisc. item Labeo scribit, si vnus. ff. famil. ercisc. & l. inter co
6 hæredes. §. si cohæredes. & l. si famil. erciscun. † ¶In actione autẽ
finium regundorum, videtur, quòd si citatus non venerit, iudex,
priùs causa summatim examinata, debet mittere agrimensores
ad fines distinguendos, vel ipse debet personaliter ire, & loca o-
culis suis subiicere, & fines diuidere, ff. fin. regundo. si irruptione.
C. eo. si constiterit. extr. de præscrip. quia iudicante. Vbert. autem
l de Bobio dixit[l], quòd in huiusmodi diuisoriis iudiciis, si reus nõ
veniat, postulabit actor p mensura debiti declarati, id est, interes-
se sui. quanũ sua interest reum ad diuisionem venisse, se mitti in
possessionẽ. Nã cũ eum vocat ad diuisionẽ, ergo ad factũ vocat,
ff. de vsufruct. qđ ergo. in fi. ff. de cur. furio. cõsilio. in fi. & sic tene-
tur ad interesse, ff. de re iud. si qs ab alio. qđ interesse pbabit p iu-
iurandum suum, vt in prædict. l. si quis ab alio. vel quia talis mis-
sio non

ADDITIONES.

a §. j. ¶Idem Dy. vbi s. addens l. præsenti. C. de his, qui ad eccle. con
fug. §. j.
b §. 2. ¶Per quam l. gl. statim alleg. hoc tenet ex eo, quòd missio ha
betur loco cautionis, & ex cautione ageretur pro rata: vt ibi.
c §. vlt. ¶Ibi est dictum Iac. Bal.
d Dixerunt. ¶Vt refert. Roff. in prin. huius tractatus: de hoc ẽt est
20 sancimus. §. sed quia. †¶Sed pone duos libellos offers coram iudice:ĩ vno petis,quòd aliquod collegium cogatur seruare sententias in ipsum latas,quia te non recipiunt: item petis eos de ir regularitate puniri,quia excõmunicati se diuinis temerè ingesserũt.In alio verò libello petis eos cogi,vt te recipiant: iudex præfigit:capio diem lunæ ad docendum sententias fore iniustas,diem Iouis verò ad deliberandum super secunda parte libelli, diẽ autẽ sabbathi ad proponendum exceptiones contra secũdum libellũ: nunquid valẽt tres termini?Respondeo,non videtur:vt in præ.l.

e siue pars.&in præ.dec.significante[e].Contrarium tamen obtinuit quia diuersæ erant causæ , & ideo diuersi termini eodem tẽpore

21 dari potuerunt,ff.de mino.etiam.†¶Sed pone, quòd causa intra

f xv.dies[f]decidenda mandatur , nunquid tunc induciæ xx. dierum

g concedentur?Respon.Papa no.extr.de off.del.de causis.[g] quòd ĩ

22 præsenti casu dilationes non auferuntur,sed arctantur.†¶Pręparatoriæ sunt quæ dantur post litem contestatam& etiam ante,v. q.2.si primates.volenti per testes,vel instrumenta probare,ad q̃rendos testes,vel instrumenta præparanda , vel aduocatos inueniendos,vel consilia amicorum petenda,vt s̃.de præparat.iud.& sunt in causa criminali ad minus sex mensium:ad plus verò, vni⁹

h anni.sic potest intelligi 3.q.3.de induciis[h].In ciuili verò sunt triũ mensium,si probationes ex eadem prouincia postulẽtur : si verò

i ex conuicinis prouinciis,vel insulis, modico , aut nullo freto[i] distantibus,vt ff.de verb.obl.l.continentes.§.continentes. erunt sex mẽsium:si ex transmarinis,nouem,vt 3.q.3.§.spatium.C.eod.l.j.& l. fi.& hæ dantur tam actori,quàm reo,tam accusatori, quàm accu-

k sato,secundum Accur.[k]& Gofr.xv.q.2.si autem.†¶Circa indu-

23 cias pro quærendis aduocatis nota,quòd si reus aduocatum con duxit,& quandoq; cum eo in iudicio comparuit, & postea eum habere non potest,imputet sibi,qui talem cõduxit.Si verò nondũ cõduxit,danda est dilatio ad quærendum aduocatum:non tñ sæpe,si id malitiosè petat.sic itelligo ex.vt lite ñ ɔte. c.j.&d do.&

l ɔt.put.C.de postu.velamẽto[l]. ¶Dubitatoria ẽ,si fortè facta positione,

ADDITIONES.

Ar ctis,si quis in conscribendo.de regul.ad apostolicã. Dicit etiã,ꝙ ista deliberatoria sæpius dari poterit cũ causę cognitione,de qua ff.de iure delib.l.3.An autẽ detur ad quærendum aduocatum, & ɔsilia amicorum?au ctor ponit sub specie,quæ sequitur , quæ sub ista ponebat Cyn. Adde,quòd nec datur deliberatoria, si in citatorio est insertus libellus,secundum communiter Legistas in authẽ.offeratur.C.de lit.contest.& Cano.in c.ij.ext.de dilat.& dilationes deliberatoriæ ideo sunt de substantia iudicij,ꝙ earũ omissio est potens ad reddendum iudicium nullum,cùm petuntur,vt voluit gl.xvij.q.4.vxor felicis.gl.in cle.sæpe.in verbo,necessario. de verb.sig.

a Criminalibus.¶Ratio istorum,quia accusatus debet esse certus, an sit reus,vel non.facit extr.de rescript.ab excommunicato.Sed vt dixit Host.saltem circa personam accusatoris,an repelli possit deliberare habet:ibi vide.Adde,quòdAb.in d.c.ij.de dilat.dicit,ꝙ in criminalibus,si in citatorio ẽ insertus libellus,& reus habuit tãtum tempus,ꝙ deliberare potuit,tam super principali, quàm super substãtia libelli,quòd nõ sunt dandæ deliberatoriæ, saltẽ magnificæ:aliàs secus.&hoc dicit esse de mente Host.ibi , de quo & per Bal.& Sal.in d. auth.offeratur.&Bal.in l.j.C.qui acc.non pos. do.Ant.in c.j.de litis contest.

b §.i.¶Io.illud no.3.q.ij.in summa.Gof.in sum.huius tit.§.sunt & induciæ.Sed ipse Io.no.contrarium.ij.q.8.per scripta. conc. hoc vt scripsi.e.ti.præterea.super 2.gl.in prin.

c Prorogari.¶Contrà C.eo.ti.l.fi.Solue,vt ibi no.s.sine causa prorogationem fieri nõ posse:cum causa potest:& id tenet etiã Pla. & Simo.allegat l.nonnunquam.de iud.ff.de re iud.l.ij.

d Arbitrio.¶Super quo vide s̃.de cita.§.nũc de temporum.in fi.& quod ibi dixi:& idem Aegid.vbi s̃.nec est ipse Aegi. cõtrarius au ctori in eo,quòd dicit istas nõ esse in vsu,intellige sub hoc noĩe, nam,vt dicit,reo veniente offertur libell⁹,& danĩ induciæ ad respondendum,tunc deliberat.

e Significante.¶Vide,quod ibi no.in 3.gl.& quod super ea scripsi. Adde,vt per Bar.in l.ij.ff.de re iud.&Pręposi.sancti Ambrosij in d. c.significante.

f Dies.¶Si statutum,vel commissio diceret à tempore litis contestatæ,tunc de momento in momentum à tempore contestatę litis curret illa dilatio. Si verò diceret à die contestatio.li.tunc dic contestationis, excluso ꝓ monosyllabam:de quo remi.dedi.s̃.de cita.§.viso.ante fi.totũ tẽpus dilationis habebit.ad vtranq; partẽ sufficiant no.j̃.de app.§.restat.ver.sed nunquid dies.Et sic intellexisse puto dominũ meũ ĩ legi.in quæstione, q̃ incipit:pone,verba.qui vltra allegata in præ. ver.induxit.ff.quando dies vsusf.vel leg.ced.l.vni.Adde,vt perdo.An.de sancto Geor.in c.significante.ext.de app.Ang.cons.ccc.in c.Paulus Condoni.

g Causis.¶Vide,quod ibi no.etiã Ber.in j.gl.& quod super ea dixi. & de app.super eo.ij.& vide j̃.de sen.prol.§.nunc videndum.ver. illud aũt scias,quòd Lambertus de Ramponibus disputauit hãc quæstionem:& incipit,statutum est.Ad partem,ꝙ dilatio iuris sit danda,inducit multa iura.¶Primò l.petendæ in fi. C. de temp.in integ.rest.vbi reo datur dilatio,etiam metas excedens.¶Secũdò mistim inducit l.vlt.eo.ti.cõiunctam cum l.intra vtile.in prin.ff. de mino.¶Tertiò inducit l.si quis filius.C.de inoff.test. iunctam cum l.contra maiores.e.ti.¶Quartò l.quinquennium.ff.de adu. ¶Quintò l.oratione.ff.de feriis.¶Sextò C.de iud.ꝓperandum. §. sin aũt in medio.¶Septimò,vt omnes tam ciui.quàm milita.l.vni.in fi.¶Octauò,de inuentario, C.de iure del.l.fi.§.fin aũt locis. ¶Nonò,quod no.ff.de fer.l.1.s.differre causæ cognitionẽ cõtẽplatione testiũ.¶Decimò,in auth.de his,q ingred.§.si verò neuter.¶Vndecimò inducit,propter absentiam sæpe solennia relaxari,ff.de iu.l.si longiùs.& l.ij.§.pen.ex q.cau.in pos.ea.in hoc autem.& illud generale, probationum facultatẽ nõ angustandam, C.de hære.l.quoniam in fi.& l.j.C.hoc eo.ti.¶Ad cõtrarium inducit primò eandẽ l.petendæ.in prin.¶Secundò,quia cõis est ꝓhibitio litigatorũ & iudicum,ne excedãt,&c.C.de iud.properãdũ.circa prin.& quod in d.l.no.de soluto per sententiã latã post metam,quod repetitur,& ꝙ talia ẽt de consensu partium non ꝓrogantur,C.de legi.non dubium.& de iur.cal.l.ij.§.sed quia.Item quod habetur in authentic.de testib.§.1.& §. quia verò. Item C. vt intra cert.tem.l.j.&ij.& videtur expressum eod.titul.l.vlti.ibi, nec vlla occasione,&c.Itẽ si dilationes iuris dari deberẽt,derisoria essent talia statuta,vel tales cõmissiones.Soluebat,dilationes abbreuiandas.allegat Azo.in Sum.huius ti.in prin.Subdit tñ,ꝙ si æstimauerit iudex dilationẽ dandam,quæ excedat metas,ex iusta cã,id poterit per priùs allegata.& no.quia non loquitur disputãs d̃ termino dato ab homine,sed à statuto.hoc dico ꝑp id, q̃d post Host.dixi in præ.dec.de causis.super j.gl.de termino dato ab homine:circa quem etiam vide de termino per partes apposito ĩ cõpromisso,vel dato à delegante:q̃d no.Cy.in præ.l.petendæ.in vl. q.Adde,quæ scripsit Pau.de Cast.in l.j.ff.de re iud.&.d. Anto. de sancto Georg.in c.cùm sit Romana.ext.de ap. Ale.in l.properandum.in prin.C.de iud.Ab.in c.de causis.s̃.allegato.

h Induciis.¶Vbi de his,& C.e.ti.l.j.& ext.e.ti.c.2.vbi vide.

i Freto.¶Fortè maris spatio.Vnde versus:

Cùm fremit,esse fretum:mare dicas,cùm sit amarum.

k Secundum Accur.¶in præ.l.fi.& Gof.in Sum.e.tit.ver.spatium.

l Velamento.¶in præ.c.j.no.de hoc in 3.gl.quæ incipit,si aliquis. & quod ibi no.refert Cy.in l.ista,velamento.tenuisse Odof.Gul. de Suz.in l.j.C.e.ti.licet,quòd si aduocatus infirmatus est , vel in legationem suæ ciuitatis missus,si creditur infirmitas vel legatio parum duratura,expectetur:aliàs quæratur alius aduocatus,l.pe. §.fi.ff.de va.mu.facit ff.de iud.si lõgiùs.C.in qui.ca.tu.ha.tu.des.l. j.& Insti.de excus.tut.§.item si reipublicæ.Super infirmitate aũt credetur medicis,C.eo.lib.xij.de re mil.semel. & patet ext.de homi.significasti.ij.

a stione,quis[a] dicit se dubitare,& petit dilationem:& hoc commit
titur iudicis arbitrio,cùm non sit lex diffinitiua.ff.de inter.act.qui
interrogatur.& l.seq.ext.de off.del.c.de causis.j.de depos.§.vj.versi.
b item no.[b] ¶Probatoria est,quæ datur volẽti probare de iure suo
c & est ix.mensium,C.de dila.l.fi.3.q.3.§.spatium[c]. ¶Diffinitoria,
est in criminali biennium,C.vt intra cert.tem.l.fin.in pecuniaria,
d trium annorum,C.de iud.properandum.extr.eo.c.pen.[d] †¶Exe
24 cutoriç sunt,quç dantur reis condemnatis in personali,ad satisfa
ciendum prius quàm sententia executioni mandetur:& sunt qua
tuor mensiũ,ext.de off.del.querenti.C.de vsur.l.3.ext.de re iu.ꝙ
ad consultationem.ff.de iud.l.si debitori.Sed hæ non habent lo-
cum in reali actione,in qua datur modicũ tẽpus iudicis arbitrio,
ei qui condemnatus est ad rei restitutionem, Institut.de offi.iud.
in prin.vel in causa criminali,in qua executio non differtur post
x.dies,nisi in casib.Inst.de off.iud.in prin.& ij.q.1.sicut.quod dic,
e vt in præ.dec.querenti.& xj.q.3.cùm apud[e]. ¶Appellatoriæ sũt
quæ dantur ad appellandum:& sunt x.dierum,ij.q.vj.anteriorũ.
ext.de elec.cùm dilecti.in fi.de testi.significauerunt.C.de ap.eos.
in fi.& in auth.ibi posita:& hæ non currunt ignoranti,vt j.de ap.
f §.restat.ver.sed nunquid[f]. †¶Prosecutoriæ sunt, quæ dantur ad
25 appellationem prosequendam:& sunt annus[g].vel ex iusta causa
g biennium,siue ante sententiam,siue post appelletur,ext.de app.
cùm sit Romana.ij.q.6.ei qui.nisi iudex ex causa tempus recisius
moderetur,vt in præ.dec.cùm sit Romana.¶Supplicatoria est x.
h dierum,C.de prec.Imper.offer.auth.quæ supplicatio[h] ¶Soluto
ria est,quam executoriam diximus.¶Restitutoria est,si quis con
demnatus est mihi rem restituere:quam ẽt executoriã diximus.
26 †¶Sunt & aliæ induciæ nõ iudiciales,videlicet Electoriæ:vt ex
tr.de conuer.coniu.ex publico.ff.de opt.leg.mancipiorum.extr.
i de elect.ne pro defectu.¶Aliæ confirmatoriæ[i]:quia electus à tẽ
pore cõsensus debet intra tres menses petere confirmationẽ, vt
in constit.Greg.X.de elect.quàm sit.lib.6.¶Aliæ,quç dantur ele
cto ad ꝯsentiendum,s.vnius mensis.vt in eo.c. ¶Aliæ quæ dant̃
ad petendum ꝯsecrationem, & pallium:quæ sunt trium mensiũ,
vt c.dist.quoniam.& lxxv.dist.quoniam.de quibus dicam in prę.
k constit.quàm sit[k]. ¶Aliæ experitoriæ:extr.de frig.& male.lauda
l bilem.¶Aliæ ordinatoriæ,ext.de elec.cùm in cunctis[l]. ¶Aliæ p̃-
paratoriæ:de quibus habetur extr.de app.præterea.¶Aliæ pœni
m tentiales[m]:quæ arbitrariæ sunt,xxvj.q.vij.tempora.ext.de poe.&
remis.c.ij.¶Alia constitutoria,s.si constituisti te soluturum x.vel
speciem præstaturum, non adiecto die:statuitur enim modicum
tempus non minus x.dierum,ff.de const.pec.promissor Stichi.§.
j.¶Alia emendatoria,s.damni infecti, secũdum ꝯsuetudinẽ loci
si non sit consuetudo cõmittitur iudicis arbitrio, ff.de dam.infe.
dãni infecti.& l.si finita.in prin. ¶Alia excusatoria,s.quòd is.qui
datus est tutor,se potest excusare intra quinquaginta dies,Inst.d̃
excus.tu.§.qui autem.¶Alia inuentoria,s.quæ datur ad inuenta-
rium faciendum:& est lx.dierũ,si res sunt præsentes:alioquin an
nus,C.de iur.deli.scim⁹.§.fin autem.j.& §.fin autem.2.¶Alia au-
xiliatoria, quæ datur ei,qui petitur in vasallum ad quærendũ ad-
uocatũ,ff.ex quib.cau.ma.ab host.b.§.sed quod simpliciter.¶Est
alia,quæ datur ex bono.& æquo:& hæc est in arbitrio iudicis,ff.d̃
27 verb.oblig.continuus.§.j.ff.de iur.del.l.j.& sic de aliis.†¶Et bre-
uiter no.quòd ius,siue iudex,dat dilationem,seu præfigit termi-
n nũ,quandoq; ad testes producendos,vt extr.de prob.licet[n]. ext.
de causa pos.& propri.c.ij.qui fi.sunt leg.lator.quandoq; ad dila-
torias ꝓponendas,vt extr.de exce.pastoralis.& C.eo.ti.l.pe.& fi.
quandoq; ad peremptorias proponendas,vt j.de excep.§.nunc
videndum.ver.cæterùm.quandoque ad solutionem faciendam,
vt C.de vsu.rei iu.l.2.& 3.quandoque ad se purgandum,vt extr.
de testib.tam literis.quandoq; ad accusandũ & agendum,ext.de
accus.licet.qui ma.ac.pos.cùm in tua.C.qui accus.non pos.si ea,
quæ.extr.de clan.despon.c.fi.C.de inge.ma.diffamari.quandoq;
ad intrãdum religionem,extr.de cõuer.coniu.ex publico.quan-
o doque ad optandum legatum[o],seu eligendũ[p],ff.de op.leg.man
p cipiorũ.extr.de elec.cùm in veteri.quandoque ad agendum, C.
de inge.ma.diffamari.quandoque ad prosequendam appellatio-
nem,vt s.quandoque ad consecrandum & purgãdum,ext.d̃ trãs
lat.episco.c.2.§.sed neque.ext.de test.tam literis.§.demũ.& seq.
q & in dec.Alex.IIII.de sacra vnct.[q] quandoque ad negotium de-
cidend

ADDITIONES.

a Quis.¶Actor,vel reus.hæc enim est vtrique communis contra
positiones alterius.

b No.¶Et ver.seq.& ver.sed nunqd.& vt pdixi,hic inseruit Cy.liti
gatoriam,quę est ad incipiendã litem per contestationem:ad qd̃
nõ tenetur reus,nisi prius satisdet actori,secundũ auth.quod fie-
ri.C.e.sed non insto,quia hoc hodie nõ seruatur,vt patet j.de sa-
tis.Itẽ hic sequitur de probatoria,in qua multùm instat Cy.qrens
de trib⁹.¶Primò,quæ requirant̃ ad hoc,vt det̃.¶Secũdò,quo te
pore moderetur.¶Tertiò,quoties ꝯcedatur. De primo videbit
iudex,qd ille vult ꝓbare:quod si est ĩpertinẽs,vel ĩpossibile,vt ca
lumniose dilatio iure petitur,cũ ꝓbatio sit perẽpta,illam denega
bit:aliàs concedet,eam moderando secũdum qualitatẽ ꝓbatiõis
& loci distantiam,de qua requiritur ꝓbatio.De s͠o dicit,modera-
tionẽ fieri s͠m distantiam loci,& cõditionem personarũ,& quali-
tatem cãe.arctare enim poterit illas tres species dilationũ,de qb.
in ipsa l.j.C.eo.ti.& iij.q.3.§.spatium.Vt enim ex litera patet, lex
illa non dicit simpliciter tantã dilationem dandam:sed dicit,non
amplius dandam.cui concor.l.vlt.eo.ti.hoc etiam scripsi in decr.
vltra tertiam.vbi statim remittam.Vnde lex 3.C.e.dicit,quando
que integram dilationem,quandoque eius partem tãtùm. Et ad
uerte,quia auctor breuiter hîc assistit ei, quod recitat ibi Cynus
post Petr. improbando Innocentium, quem dicit voluisse ha-
bentem testes in prouincia, & extra prouinciam, & vltramari-
nos,pro singulis habere sua tempora integra:quod est dicere,tres
menses pro primis,sex pro secundis,nouem pro tertiis:& sic 18.
menses:quod esset absurdissimum. Confundentur ergo dilatio-
nes,& tempus in tempore computabitur. Hoc ergo voluit auc-
tor,recipiendo id,quod plus potest extendi.Super hoc autem vi
de,quod clarè scripsi,ponens,quo casu vtrunq; dictũ procedere
p̃t,de testi.vltra tertiam.sub 6.q.In tertiò,quod Cynus prosequi
tur s.quoties detur dilatio probatoria,circa qd̃ ꝓsequitur mate-
riã l.vltimæ,ff.e.sufficiat remissio ad eũ,& ad no.s.de teste,§.qua-
liter.& dicetur j.de proba.§.ij.& scripsi ext.d̃ testi.ĩ causis.& vide
j.§.vidẽdũ.in prin.Subdit ẽt Cy.ꝓ quinta specie,dilationem alle
gatoriam:sic dictam,quia datur ad allegandum,quod fieri debet,
C.de iud.l.iudices.& hæc datur iudicis arbitrio,si partes sunt præ
sentes:si absentes,obtinet auth.iubemus.ibi posita.sic ponit ad li
terã.Mihi sufficit remittere ad ea,q̃ plenè scripsi j.de dispu.& alle
ga.in prin.Subdebat Cyn.de dilatiõe expectatoria:quia dat̃ ad ex
pectãdũ:quæ,s͠m eũ,datur q̃nque præsenti in certis casibus:Vn⁹,
in auth.de fideiuss.§.j. Scd͠s,C.vbi in rem act.l.ij.Tertius,C.vbi de
cri.agi opor.auth.qua in prouincia.quãdoque absenti actori, C.
quom.& quan.iu.auth.qui semel.& reo,e.ti.ad peremptorium.
& l.seq.C.de iud.properandum.§.sin autem reus. In iure nostro
habemus multas tales iudiciales,& extraiudiciales:vt lite non cõ
test.quoniam.§.si verò aliter.cum sua gl.de cle.non resi.ex tuæ.
de spon.in præsentia.de frigi.laudabilem.& vj.lib.de consue.c.fi.
de elect.c.j.& c.vbi periculum.ver.hoc sacro.& c.cupientes.§.ꝙ
si.& cle.de hæretic.c.j.post prin.Sequitur,secundum auctorem
& Cynum,de diffinitoria:quam tamen aliter ponit Cy.quàm au
ctor,s.pro termino,quem iudex partibus ad diffinitiuam audien
dam facta conclusione,&,vt dicit neutra parte veniente,illam ñ
proferret,ff.de re iud.de vnoquoque vtroque verò præsente ve
rè,vel altera verè altera interpretatiuè,illam ferret,vt ibi no. C.
quomodo & quand.iud.consentaneum.& necessaria est talis di-
latio.ẽt in his,qbus ꝓcedit̃ simpliciter & d̃ plano,vt in cle.de ver.
signifi.sæpe.ad fi.ver.sñiam.licet in illis nõ sit necesse exprimi pe
reptorium,vt ibi.Est &,s͠m Cy.octaua species,iudicatoria:hãc au
tor vocat executoriã,de qua statim sequit̃:& d̃ illa intellexit Cy.
in qua ñ insto,maximè pp remissiõem,quam dat hic finis.Addit
demum Cy.de appellatoria,& persecutoria,de qbus statim seq̃t̃

c Spatiũ.¶Putat Gui.de Suz.ꝙ licet d̃ dilatiõe ix mẽsiũ tã modicũ
sufficit,ꝙ habẽs dilationẽ,q ñ misit vltra mare,amodò mittere ñ
poterit,ñ tñ ꝓcedet iudex ante finẽ dilatiõis,nisi priùs ex iusta cã
dilationẽ abbreuiet.ꝓ materia remitto ad dec.ꝯmissa.j.tñso,d̃ re
le.li.6.Sed an illa sit iusta cã d̃curtãdi,ñ dicit.Ego ñ video,ꝙ d̃cur
tatiõi sit loc⁹ hoc casu:sed si iudex esse͂,ex hac iusta cã reuocarẽ,
ñ obstãte dec.ꝯmissa.q̃ loquit̃ ĩ mero termino iuris,& ei⁹ pœna.

d c.pen.¶Et dic,vt ibi.

e Apud.¶Secundũ Tanc.vbi s.Adde pro hac materia,d.Ab.Sic.&
alios,præsertim nouissimè scribẽtes,in d.dec.quod ad ꝯsultatio-
nem.ext.de re iud.& aliqd p eũdẽ Sic.in c.bona fides.ext.de d̃po.

f Nunquid.¶Et de ap.concertationi.lib.6.

g Annus.¶Computandus,vt in cle.de app.sicut.

h Supplicatio.¶De hoc j.de supplicatione.

i Confirmatoriæ.¶Hanc præcedere debuisset j.prox.

k Quàm sit.¶De his pleniùs no.de elect.si electio.lib.vj.in gl.pe.

l In cunctis.¶Et c.licet canon.lib.6.& cle.de æta.& qual.vt ij,qui.
& de of.vic.c.vno,& de sta.mo.ne in agro.§.cæterum.

m Pœnitentiales.¶Has Host.vbi s.vocat saluatorias.Adde,quòd di
lationes pœnitentiales sint arbitrariæ,tex.in c.Deus,qui.de poe.
& remis.Item sacerdos plurimum potest prodesse ipsi pœnitenti
circa huiusmodi imponẽdas:per tex.diui August.in c.quem poe
nitet.de poen.dist.j.Ab.Sicul.in d c.Deus,qui.extr.de poe.& remi.

n Licet.¶Vbi de hoc in j.glo.& super ea.

o Legatum.¶Vel præbendam vacantem,de consue.c.fi.lib.6.

p Eligendum.¶Seu præeligendum,de post.c.vno,lib.6.& de præ.
si pluribus.eo.lib.

q De sacra vnct.¶quàm non habemus,in vj.

cidendum,extr.de off.dele.de causis.quandoque ad excessus puniendum,extr.de off.ord.irrefragabili.§.excessus. & §. cæterùm. quandoque ad restitutionem petendũ,extr.de resti.spo.freques. lib.6.quandoque ad excommunicationis exceptionem proban
a dum,extr.de excep.pia.lib.6.[a]quandoque ad litem contestandũ,
b ff.de pet.hære.si quis libertatem.§.j.in fi.&C.de remis.pig.si eo[b].

ADDITIONES.

a Lib.6.¶Quandoque ad probandam ipsius culpam manifestam, de sent.exc.solet.libr.6.

b Si eo.¶Horum aliqua notauit Vinc.de except.pastoralis.licet.s. allegata sint,& addiderim aliqua iura noua,prosequar tamẽ,quo ad illam materiam inchoatã, & quia iste ver. vltimus in prin.permiscet dilationes iuris & iudicis,has concepi diuidere,de secũdis primò tractando:& p̃misso,ꝙ papa quandoque dat dilatiões finitiuas gratiarum suarum, de resc.si gratiosè.& c.si propter.lib.6. fac.e.ti.c.fi.subdo,ꝙ dilationes,quæ iure nouo iubentur,vel permittuntur dari per iudices,habentur lib.6.de electi.quamuis.ĩ fi. e.ti.cũ ex eo.& c.vlt.de of.ord.de arb.c.fi.de rest.spo.frequens.§. solet.de testi.præsentium.§.testes.& §.si verò.de appe.c.cordi.& post hoc eod.tit.legitima.de vit.& hon.cler.c.j.versi.si autem.de præbend.si tibi absenti.de conces.præb.si capitulo.de reb.eccles. non alien.hoc consultissimo.in fi.de priuil.cùm personæ.de sen. excom.c.constitutionem. ad idem cle.de stat.regu.attendentes. in fin.& de iure pat.c.j. Item per ipsa iura noua habemus dilationes sine ministerio iudicum.Et hę quandoque sunt vitatiuæ poenarum:quandoque ipsarum duratiuæ:quandoque determinatiuæ casuum.De primo,de elect.vbi periculum.§.in conclaui. & c. cupientes.§.cæterum.in prin.dec.quàm sit.& c.licet canon. allegatæ sunt s.de vit.& hon.cle.c.vno,in prin.de sepul.c.j.§.si verò. de iure pat.c.vno,de censi.exigi.ver.statuentes.de hæret.cùm cõtumacia.de vsuris,vsurarium.ver.sed huiusmodi.& ver.quã sit.d̃ iniur.& dam.da.& si pignorationes.in fi.de poenis,felicis.in fi.de sen.exc.c.j.ver.exemplum.& c.quicunque.ver.nisi.j.& 2. & in fi. ad idem cle.de æta.& qualit.vt ij,qui.de vi.& honest.cle.c.2.ver. sed & tales.de deci.c.j.ver.nisi post.de sta.regul.ne in agro. §. cæterùm.de vsuris,c.j.ver.eandem.Est & vna vitatiua sequestrationis per possessionem triennij,in cle.de seque.c.vno.¶De secundis dilationibus,s.duratiuis poenarũ,de ele.c.j.§.qui verò.& c.cupientes.§.cæterùm.post prin. vtrobique de suspensione beneficiorũ per triennium,cum aggrauatione.de supensione verò annali,à diuersis tamen actibus,loquuntur de elect.prouida. in fin. de temp.ord.eos.& c.fi.de off.dele.c.fi.ver. vt autem.de re iud.c.j. §.si quis de triennio.de reb.eccl.non alie.c.2.vers. & nihilominꝰ. de suspensione vnius mensis,de sent.ex.cùm medicinalis.versi.si quis autem.De anno, & de sex mensibus, in clem.de vita & honest.cle.c.ij.De anno& biennio,de sta.mo.ne in agro.§.si quis.Et in his plus non insto propter xxv.species suspensionum,quasno taui in cle.de poenis,cupientes.in magna gl.¶Venio ad tertium, s.de dilationibus iuris noui,quæ sunt principaliter ad determinationem casuum:& dictum,vel additum est s.de dec. vlt. de cons. de postu.c.vno,de ele.quàm sit.& c.licet canon.& aliis cle.piũctis.decr.frequens.ver.sed si.de resti.spo.de exce.pia.de sent.exc. solet.de præben.si pluribus.ad fi.vltra quæ habemus de elect.c.j. determinatum tempus,quo appellans in beneficialibus ad papã debet iter arripere,& se præsentare.hîc statĩ instabo. cui cõuenit suis casibus dec.cupientes.e.ti.& quo ad illa duo,conc.decr.quãuis.de off.ord.Decr.nemo.e.ti.de elect. determinat tempus.quo durat commenda parochialis ecclesiæ:dec.si electio.tempus eligẽdi,cũ prima electio nõ processit:dec.j.&ij.de resti.in integ.d̃. terminat tẽpus restitutionis in integrum dandum ecclesiæ:cui ꝯuenit cle.e.ti.dec.ij.de præscr.determinat duo tempora præscriptionum contra Romanã,vel alias ecclesias:dec.ab eo.de app.tp̃s petendorum apostolorum:cui conuenit cle.eo.ti.quamuis.dec. statutum,de præb. tempus ꝯferendorum beneficiorum in curia vacantium:decretalis vnica,de iure pat.tp̃s pręsentationum faciendarũ per patronos clericosvel laicos:dec.eos qui.de reg.determinationem facit circa annum probatiõis.Qñ etiam incipiat currere tp̃s datum in literis gratiæ ad acceptandum, determinat cle. de conc.præb.c.j.in fi.Propter id,quod s.dixi subver.venio ad terminum.dec.j.de ele lib.6.quero,si episcopus,à cuius prouisione appellatur ad papam,statuit appellanti certum terminum ad ꝓsequendum,vel ad aliquam prosecutionis speciem, an per id sit recessum à prouisione illius dec.Et dicẽdũ est,ꝙ non:quia iã ꝑ hoc sequeretur,constitiõem papalem per inferiorem particulariter tolli posse.quod est falsum,vt in cle. Romani.de ele. cũ ꝯcor.Itẽ est certum,quòd quando duo disparis potestatis concurrunt ad idẽ,minor cedit maiori,ext.de of.del.volentes.de ap.si duob. posito,ꝙ episcopo ius ignorare non liceat.ad idem ff.de duo.reis,l. si reus de fideius.l.generaliter.Concurrẽtibus igitur termino, vt qd̃ plus est,deuolutiõe iuris & iudicis,cũ potestas iudicis pẽdeat à iure:ergo patet terminũ & deuolutionẽ iuris potentiꝰ operari cũ sit primus agens,&iudex secundarius.Itẽ à ponderatione tp̃is est ẽt iuris terminus prius agẽs in momento enim appellationis factæ ligat terminus iuris:per quod patet,ꝙ terminushominis sequitur.Et sic ꝯcluditur,ꝙ ius est primũ agens,&priùs agens:ergo prouisio eius durat:& hominis ꝓuisio ñ deuoluit, quod iã inuenit deuolutũ:facit ff.de procur.licet.§.ea obligatio.& qd̃ ibi not. in gl.pe.p̃cipuè cũ terminus hominis sit proditus in defectũ,s.qñ ius nõ statuit terminũ.Imò potestas data iudicibus per iura vetera de tali termino statuẽdo in illo bñficiali casu,vr̃ esse sublata.patent exempla in dec.quàm sit.& decr.licet canon.& similib.superiùs allegatis.Itẽ ꝯstat,ꝙ licet per iura vetera possit iudex à quo, statuere temĩnũ appellãti ad iter arripiẽdũ,vel ad se præsentãdũ, de ap.personas.vbi de hoc,& c.seq.non tñ terminus ille arctabat appellatũ,nec deuoluebat negotiũ: quod facit terminꝰ dec.illiꝰ, q̃ arctat nõ solũ appellãtẽ & appellatũ,sed ẽt alios,quorũ ĩterest qd̃ ergo tali iudici olĩ nõ licuit,multò minus hodie.Vñ videmus ẽt ĩ nõ beneficialibus terminũ datũ à iudice à quo,nõ arctare appellatũ, nec deuoluere negotiũ,licet appellatꝰ se arctare,& illud deuoluere possit,si hoc petat, ꝑ dec.cordi.de ap.li.6. Cõcluditur ergo, cũ ep̃s nullã potestatẽ habeat deuoluẽdi per terminũ datũ ab eo inutiliter,de prouisione illius dec.nil immutatũ. Adde,quę no.per Bar.& nouissimos,in l.cùm stipulatus sim.ff.de ver. ob.vbi ponitur,an terminus datus ab homine,tollat legalem.

¶Dilationes concedere cuius sit.

2.§.Sequitur videre quis cõcedat eas.Et quidem ius,vt patet in præ. concor. veruntamen repræsentatorias,& reuocatorias,& exceptorias,& quasdam alias concedit iudex,vt in præ.conc.& breuiter omnes dilationes iudiciales,præterquam apppellatoriæ,arbitrariæ sunt:qd̃ dic,vt in Sum
a ma do.mei e.ti.§.quis ipsas.& no.extr.de app.cùm sit Romana[a].

ADDITIO.

a Romana.¶Vide,quod no.extr.de sen.exc.solet.in gl.dixit Ber.& quod ibi dixi & de reg.iur.indultum.libr.6.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio petenda est & danda iudice pro tribunali sedente, causa cognita, & vtraque parte præsente.*
2 *Processus nullus non potest ratihabitione confirmari.*
3 *Stipulatio iudicio sisti, an committatur, vbi iudex statuit terminum partibus, quem postea ad petitionem rei prorogauit actore ignorante: qui actor conuenit primo tetmino, reus autem non. sed secundo.*
4 *Termino peremptorio ad dandum omnes exceptiones peremptorias dato, an eo elapso possit eum iudex prorogare.*
5 *Termino dilationis elapso, an possit iudex altera parte inuita alium assignare.*
6 *Reo volente aliquam dilatoriam proponere, quid actori incumbat petere.*
7 *Auth. offeratur, an per decretum, pastoralis, tollatur.*
8 *Iudex semper potest ante litis contestationem recusari.*
9 *Volens exceptiones proponere die ad eas proponendum assignata, si terminus labatur, & iudicis præsentia non possit haberi, qualiter se debeat habere.*

¶ Dilationes quando sint concedendæ.

3.§.Nunc videamus quando concedantur.Et quidem cũ bona fide,& nõ ex malitia, causa s.prorogandi litem,petuntur.Materia enim dandarum dilationum amputanda est,C.de temp.app.l.ij.in prin.Præsumuntur aũt peti bona fide in casibus à iure cõcessis,& postquàm iuratũ est in causa: ꝙ si nõ est iuratum,& iudex dubitat an malitiosè seu calumniosè petuntur,exigere potest super hoc iuramentum.Prima tamẽ facie p̃sumit ꝯ petentẽ dilationes,& contra accipientẽ: & ꝯceduntur etiã ante litis ꝯtestationẽ & post, & ante sententiã, & post.quæ dic, secundum do.meum in Sum.eo.ti.§.& quãdo.Itẽ hoc scias, ꝙ dilatio petenda & danda est iudice pro tribunali sedente, & causa cognita,& vtraque parte præsente, C.de dila.à procedente. quæ
1 est 3.q.3.§.spatium.†¶Sed pone, ecce reo absente iudex actori præsenti,vel econtrà,præfigit terminũ ad producendũ instrumẽ
a ta,vel ad docendũ de suo interesse,vel similia[a]: præsens verò respõdet,domine id nõ potestis facere parte absente:dicit iudex,bene habebit absens hoc ratum:demum absens veniens ratificat talem terminum apud acta:quæritur,an valeat talis assignatio? Et videtur,

ADDITIO.

a Similia.¶Stando in his terminis simpliciter tenuit Gui.de Su.dilationẽ nõ tenere.hoc no.in l.à procedẽte.ꝑ ipsam l.& ꝑ l.fi.C.si per vim.& l.de vnoquoq;.inferiùs alleg.& C.si vt ab hære.se ab. auth.si omnes.& ff.de min.in causæ.§.causa.

videtur,ꝙ nõ,per præ.l.à ꝓcedente.cùm enim talis actus sit iudicialis,vt ibi,extr.de proba.quoniam contra.non potest fieri parte absente,extr.de cau.pos.& propri.c,j.C.si per vim,vel alio mo
a do pos.tur.fu.l.fi.extr.de ma.& obe.inter quatuor.†quia quæ cã cognitionem desiderant,per libellũ,id est, per sententiam partibus absentibus latã,nequeunt expediri,ff.de regu.iur. omnia. ad idem facit ff.de re iud.de vnoquoq;.ff.famil.ercis.in hoc iudicio ff.quæ sent.sine app.resc.l.j.§.item ex eo. Si ergo nullus est talis processus,non potest ratihabitione confirmari,xvj.q.3.§.potest. extr.de elec.auditis.In contrariũ probatur. nam hoc peremptoriũ habet vim interlocutoriæ, vt ff.de arbit.qualem.aliàs incipit, dicere.prope fi.& interlocutoria ferri potest parte absente,vt ff. eo.diem proferre.in prin.præ.autem.l.de vnoquoque.quæ est ꝯ loquitur in diffinitiua,cum multis concor.Item dicit lex,ꝙ iudex monita parte per se,ꝙ sententiæ adsit,potest sententiare,licet ab sit:nec dicit,quòd vtraque pars debet interesse huic monitioni, C.quom.& quand.iud.l.ij.Præterea hic de facto absentis non agitur,nec sibi terminus assignatur, nec sibi in aliquo præiudicatur: quibus casibus eius præsentia requiritur: & sic loquuntur prima iura:sed solùm præsenti terminus præfigitur.Siue ergo absens ratificet,siue non,valet quod agitur,si non contradicit.Ar.extr.de in integ.rest.ex literis.& c.sequ.prope fi.& de dila.c. 1. in fi.& de dolo & contu.c.fi.de off.del.consuluit.Item multum operatur, ꝙ iudex posuit spem in ratihabitiõe rei,vt ix.q.2.Lugd.& no.ea. q.c.j.Hoc vltimũ approbauerunt multi sapientes à me consulti. cùm enim in fauore eius inductũ sit,ne eo absente detur dilatio. vt in præ.l.à procedente.non debet hoc io eius læsionem retorqueri,C.de legi.quod fauore.quod fieret,si hæc assignatio facta fortè in eius fauorem,non valeret.Valet igitur & arctat,secundũ eos,talis termini assignatio,præsertim absentis ratihabitione secuta,dummodo huius ratihabitio ante ipsius termini lapsum fiat & ei,cui datur insinuetur,ff.rem ra.hab.bonorum.quidam tamẽ
3 contradixerunt.†¶Sed pone iudex statuit terminum aliquem partibus,quem posteà ad petitionem rei prorogauit:actor verò venit in priori termino:reus autem non venit in illo, sed in secũdo:quæritur,an sit commissa stipulatio iudicio sisti? Et videtur,ꝙ non,propter iudicis auctoritatem,arg.C.qui admit.ad bo.poss.l. bonorum quidem.in fi.C.de iur.delib.si infanti.§ fin. ff. ad Treb. seruo.§.cùm prætor.ff.de re iud.si conuenerit.ff.de arbit.diem.ꝓ pe fi.Arg.contrà in præ.l.à procedente.in prin. & extr. de rescri. cæterum.in fi.C.quom.& quan.iud. ea, quæ. Distingue aut reus suggesto mendacio obtinuit dilationem: & tunc committitur, C.si ex fal.alleg.l.j.& per totum. Aut ex vera & iusta causa: & tũc excusatur,ff.de excus.tut.qui testamento.ff.de aqua plu.arc.l.quamuis.extr.de rescrip.super literis.tamen si reus interim præscripsisset ius actoris,nihil debet sibi imputari,vt dicũt quidam.Iudex autem,vt dicunt,restituet damnum parti læsæ,vt C.de testibus.si
4 quando.in fi.†¶Et sunt hæc in arg.ad quæstionem, quæ sæpe ꝺ facto occurrit:si datus est terminus peremptorius, vel ad dandũ omnes exceptiones peremptorias,vel ad aliud,an eo elapso pos
a sit iudex eum prorogare [a]? Et videtur quòd sic, secundum præmissa,& ar.ff.de re iud.quòd iussit.extr.de ap.cùm cessante.de officie.dele.consuluit.Dic tamen contrà.nam terminus peremptorius vim habet interlocutoriæ,vt ff.de arb.qualem.in fin. nec eo elapso debet quis audiri,cùm perimat articulum,super quo assignatur.aliàs enim nullus esset litium finis,xxiiij.q.iij.de illicita.ext. de prob.licet & de in integ.rest.coram.C.de inge.& ma.diffamari.extr.qui matr.accus.pos.cùm in tua.Cùm ergo iam intersit partis,non potest sine causa prorogare,quàm debet in prorogando exprimere,vt s.de citat.§.viso.ver.primo:maximè vbi reus termini assignationi non contradixit.Præterea lapso termino,non est terminus.vnde quod non est,prorogari non potest:extr.de despon.impub.ad dissoluendum.cum suis concor. De nouo autem ex causa concedi posset.Sed ante quàm lapsus sit,bene posset ꝓrogare,iuxta præmissa:quia tunc non tantùm interest actoris,ar. extr.de officio deleg.de causis. ff.de iud.l.2. §. sed iudex. & iunge
5 hîc,quod est j.prox.§.vers.sed nunquid terminum.†¶Sed nunquid post lapsum terminum potest iudex altera parte inuita aliũ assignare?ar.quòd sic,ext.de app.cùm cessante.ff.de re iud. quod iussit.C.de dilat.siue.præsertim,vbi non est eius damnum,vt ff.de opt.leg.l.mancipiorum.Iudex tamen sine causa legitima hoc facere non debet,vt in præ.l.quòd iussit.& vide,quod no.ff.de testa tu.l.antepe.†¶In summa nota,quòd si actor videt reum velle aliquam proponere dilatoriam,petat à iudice sibi assignari terminum ad dilatorias proponendas:quia hoc introductum est in eius fauorem,& in odium fugitiui,qui hodie vnam, & pòst cras aliam proponere vellet:extr.de excep.pastoralis.& nunquã hũc terminum peteret,licet sit ar.contrà,quòd id fiet ad petitionem
6
b rei,extra de appellat.cùm causam [b]. Sed & si non petatur,iudex ex officio suo statuet eum,vt malitiis obuiet,vt j.de except. §.ij.

vers.cæterùm.quod verum est,si reus aliquam proponit,& non aliter:quia possibile est,ꝙ nullam velit ꝓponere,cùm fortè nul-
c la sibi competat [c].†¶Nũquid ergo per decre.pastoralis.tollitur
7 auth.offeratur.quæ dat.xx.dies ad proponendum declinatorias, vel an iudex habet necesse præfigere illos xx.dies? Respon. non tollitur,sed per decre.illam iudex potest restringere tempus xx. dierum, ext.de ap.cùm sit Romana.ff.de re iud.l.ij.extr.e.ti.quod ad consultationem.ff.de ver.ob.continuas. §.2.nec habet iudex necesse præfigere illos xx.dies, alioquin inutilis esset prouisio illius dec.Quod ergo dicitur in præ.auth.xx.dierum gaudeat indu
d cijs:supple,nisi iudex tempus breuius fuerit moderatus [d].†¶Sed
8 nunquid post prædictos xx.dies iudex poterit recusari? Respon.
e vtique semper ante litis cõtestationem,vt in præ.dec.inter mo.[e] nisi datus fuerit terminus ad dilatorias proponendas,post quem nõ audietur,nisi cum solennitate,quæ traditur in præ.dec. pastoralis.& in decr.Greg.X.de elec.vt circa.lib.6.& vide s.de recus.§. si aũt.vel nisi sit minor,vel ecclesia:& tũc bñ ꝑ beneficiũ restitutiõis in integrũ:quod dic,vt j.de resti.in integ.§.qs aũt.vers.illud
9 quoque.& seq.†¶Quod si terminus labatur,nec possit præsentia iudicis haberi, volens exceptiones proponere die ad proponendum eas assignata,ante noctis tenebras protestetur coram discretis viris,& coram notario in hunc modum:

¶FORMA. Cùm in causa tali.quam talis aduersus me coram tali iudice mouet,& mouere intẽdit,idem iudex mihi die hodiernam statuerit ad exceptiones dilatorias & ad declinatorias proponendas,nec possim dicti iudicis habere præsentiam: nolens ꝑ ipsius absentiam mihi præiudicium generari,cùm paratus sim coram eo proponere exceptionem,si eum videre possem, coram vobis talibus exceptiones ipsas propono,quæ tales sunt:quia periculosum,&c.& te notarium rogo de hoc publicum ꝯficere instrumentum,ij.q.6.c.biduum.extr.de of.ord.pastoralis.ad fi.j. in trac.libel. de ap.§.j.ver.j.illud quoque. Sed si datus fuerit terminus ad dandum in scriptis,expedit quòd eas scriptas reddat tabellioni,qui scribit in causa,vt s.§.1.ver.sed pone.

ADDITIONES.

a Prorogare.¶j.reprehenditur hoc verbum.Adde,quòd Rom.ꝯsil. ccccxiiij.tenet contra hanc determinationem Specu. contra quam dicit esse casum no.per Bald.in l.Titio centum.ff. de cond. & demon.Et in quantum Specu. dicit, quòd ante quàm elapsus esset terminus,bene posset prorogare:adde,quòd idem velle videntur Ang.& Paul.de Castr.in l.fi.ff.de fer.sed Ful.& Alex.ibi tenent ꝯrium:quia si in abbreuiando requiritur causæ cognitio,vt l.ij.ff.de re iud.quantò magis in prorogando? Adde tu, an & qñ pẽdẽte vna dilatione,possit dari altera,vel possint dilationes accumulari? vide no.per Bal.in l.quandiu.in ver.in ea.gl.ibi,&c.ff.ꝺ acqui.hæred.

b Causam.¶Ibi factum narratur,nec ibi ille articulus examinat: & vide,qđ dixi in c.pastoralis.in gl.pone,ꝙ. & s.§.j.vers.& not.& j. de excep.§.ij.post prin.

c Competat.¶Dicebat G.Na.e.ti.c.2.quòd iudex inserto libello actoris in citatorio,dabit ei dilationem cõpetentẽ mandãdo peremptoriè, ꝙ veniat tali die oppositurus exceptiões dilatorias & recusatorias,vel respõsurus libello,dicẽs ꝙ sic fuit factum, ĩ dec. vltima,de iud.in parte decisa. & verum dicit. tñ,vt ibi pater, syndicus reorum protestatus fuit se velle exceptiones opponere:& sic facit pro Gul.auctore,& forsan.sic etiã fuerat s.§.j.ver.sed qd ecce.Dicit etiam ibi G.Na.ꝙ non cogitur iudex recipere exceptiones,nisi priùs reus recipiat libellũ,per auth.offeratur.alleg.ẽt, de libel.obla.c.j.& si recipere nollet,procedet contra eum,vt cõtra contumacem,nisi asserat se paratum respondere sine libello: & tunc iudex libellum & responsionem talem faciet scribi in actis,de prob.quoniam.Et puto eum intellexisse, quòd deficiente reo in exceptionibus,respondere cogetur,vt obtulit:& vide j. ꝺ excep.§.ij.ad fi.ver.illud quoque.

d Moderatus.¶Vide s.de citat.§.nunc de temporum.in fi.& quod ibi dixi.

e Inter mo.¶Ibi plenissimè scripsi super gl.quicũq;. Adde ad vers. seq.quia terminus legalis non currit impedito propter factum iudicis,vel aduersarij,l.si cum ipse.& ibi Bal.ff.de excus.tut.c.si autem.extr.de rescr.cum si.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio quotiescunque opus est,& bona fide petitur,dari debet.*
2 *Assignatio termini in dilationibus qua forma tradenda sit.*
3 *Termini omnes dati in causa post litẽ contestatam,intelligendi sunt perẽptorij.*
4 *Cùm præfigitur terminus ad respondendum libello,an reus tunc veniens poterit obiicere contra formam libelli,& contra personam iudicis,vel actoris.*

5 Proe

5 *Procuratori quando assignatur terminus ad aliquid faciendum, debet semper dici, Et ad omnia quæ facienda occurrent.*
6 *Dilationes cùm dantur tam actori, quàm reo, quæ sint priùs adimplenda.*
7 *Testes non possunt produci, cùm datur dilatio ad producenda instrumenta.*
8 *Probationes sine dilationis assignatione productæ, an valeant.*
9 *Termino dato ad probandum elapso, an possint fieri positiones.*
10 *Exceptio peremptoria proposita post datum peremptorium ad producendum instrumenta, an per instrumenta possit probari.*
11 *Iudex potest arbitrio suo dilationes arctare, & ex causa prorogare.*
12 *Vbi attestationes, vel alia instumenta parata eduntur, danda est dilatio ad describendum.*
13 *Terminus dilationis statutus, an possit à iudice decurtari.*
14 *Dilatio impetrata à reo pro requirendis probationibus, quomodo prosit actori. Aequalitas semper est in iudicijs seruanda.*
15 *Testes possunt generaliter circa quemlibet articulum produci.*
16 *In fauorem alicuius introductum, non debet in eius læsionem retorqueri.*
17 *Procurator dimissus ab aliquo, quam dilationem habere possit consulendi dominum.*
18 *Iudice alicui simpliciter terminum assignante ad aliquid certa die faciendum, cedit tota dies.*
19 *Dilatio semel tantùm regulariter indulgetur: ex causa tamen pluries.*
20 *Dilatio non datur sine causæ cognitione.*
21 *Dilatio an sit danda à procedente iudice.*

¶ Quibus, quoties & quando dilationes dentur.

4. §. Videndum restat, quibus, & quoties, & qualiter dilationes dentur. Et quidem dantur actori & reo, & accusatori & accusato. Quot autem dantur actori, & quot reo in criminali causa, vel ciuili, vel ad testes producendos, & cui denegetur, & quando, plenè dic secundum domi-
1 num meum in Sum. eo. ti. §. & quib. † ¶ Et no. quòd quotiescunque opus est, & bona fide dilatio petitur, danda est, nisi tempus triennii, quo causa perit, instet, C. de iud. properandũ. §. & si quidem pars. vel tempus, intra quod causa expediri iubetur in rescripto, extra. de offi. dele. de causis. & c. pastoralis. §. fin. Regulariter tamẽ vna dilatio datur: quod dic, vt in præ. §. & quib. etiam cùm actori obiicitur excommunicatio, eo. ti. prudentiam. §. vj. intra quam nisi reus probauerit, actor admittetur: imò videtur, quòd duæ den-
a tur in excommunicatione, vt ext. de excep. pia. §. prouisio. [a] prosequere, secundum do. meum in Sum. eo. ti. §. & quoties.
2 † ¶ Termini autem assignatio hoc modo scribitur. FORMA. Statuit iudex terminum, vel statutus fuit tali terminus ad proponendum, vel ad dandum in scriptis omnes exceptiones declinatorias & dilatorias, vel ad respondendum libello per talem porrecto, cuius tenor talis est. Cautela est tenorẽ inseri, ne re⁹ volens habere dilationem ad deliberandum, dicat se libellum non vidisse, vel habuisse. Vel statuit vtrique parti terminum octo dierum ad suas probationes inducendas, siue ad docendum de iure vel interesse suo vel ad iurandum de calumnia, seu de veritate dicenda, vel ad faciendum testes iuratos deponere, vel ad sententiam audiendũ, & huiusmodi: & si terminus peremptorius statut⁹ fuerit ad aliq̃d præmissorum, tunc dicatur, statutus fuit terminus peremptorius
3 octo dierum, &c. ¶ Quidam tamen dicunt, † q̃ omnes termini da-
b ti in causa post litem contestatam [b], intelliguntur peremptorii, licet hoc nõ exprimatur in eis, vt s. de citat. §. viso. ver. dicũt. quod iure cautum expressè nõ memini reperisse: nisi cùm ter super eodem articulo terminus assignatur, C. quom. & quando iud. l. tres
c denunciationes [c]. veruntamen licet nihil tunc de peremptoriis dicatur, certum est, quòd nisi quis termino satisfaciet, procedet contra absentem, ac si fuerit peremptoriè assignatus. Si verò tũc post terminũ termino satisfacere velit puta articulos, vel instrumenta offerre vel aliud huiusmodi, ad quod terminus assignatus fuerat, facere admittetur, cùm sibi peremptorium non obstet: &
d vide in præ. §. viso. ver. aliàs autem [d]. † ¶ Et attende, quòd cùm p̃
4 figitur terminus ad respondendum libello, reus tunc veniens poterit obiicere contra formam libelli, & contra personã iudicis, vl̃ actoris: arg. in præ. auth. offeratur. quod est verũ, nisi priùs ad hoc spãlem terminum habuerit. Qualiter autem assignetur dilatio ad
5 probandum, vide j. de prob. in prin. † ¶ Hoc quoque diligenter notandum est, quòd quando procuratori assignatur terminus ad aliquid faciendum, debet semper dici, & ad omnia, quæ facienda occurrent. quod dic, vt s. de procur. §. ratione autem. ver. illud er-
6 go. † ¶ Et no. q̃ cùm dantur communiter dilationes tam actori, quam reo, putà ad ponendum, vel ad iurandum, vel ad testes producendũ, & huiusmodi: priùs debeat hoc actor adimplere, & priùs debet sibi terminus assignari, ar. C. de iuramen. cal. l. ij. in princ. & iiij. q. iiij. c. j. ff. de iud. qui prior. Vnde seruatur in curia, q̃ priùs datur terminus actori ad ponendum, vel ad dandum articulos: secundò sibi pro secundo, & reo pro primo: rursus datur secundus soli reo: tertiò datur vtrisque communiter pereptorius: & sic vicissim quodammodo ponent, vel articulos dabunt, extr. de causa possess. c. ij. de ord. cog. c. ij. Si enim vltimus terminus soli reo daretur, & aliquid nouum proponeret, actor cõtra illud se defendere non posset, nec aliquid dicere, peremptorio termino sibi obstante, xxiiij. q. iij. de illicita. extra de excep. pastoralis. de hoc no. j. de positi. §. iiij. vers. sed pone. & fin. de proba. §. primo, versic. sed vbi.
7 † ¶ Item nota, q̃ cùm datur dilatio ad producendum instrumenta, non possunt testes produci, licet instrumentorum nomine testes contineantur: vt extr. de test. cog. peruenit. j. & de fide instru. cùm Ioannes. & est ratio: quia instrumenta possunt etiam produci post apertas attestationes, cùm in eis subornatio nõ timeatur: vt ext. de fi. instr. cùm dilectus. qđ non procedit in testibus, vt ext. de testi. c. de testibus. Quid si data est dilatio partib⁹ ad probandũ & peremptoriè, licet de iure talis dilatio peremptoria intelligat̃,
c quamuis non fuerit dictum [e], ff. de fer. l. in pecuniariis. nunquid altera pars post hunc terminum poterit producere instrumenta, & per ea probare Ar. quòd sic, C. de iud. iudices. ff. de eden. l. j. §. edenda. vbi de hoc, & C. de iud. authen. iubemus. nam hoc licet etiam post apertas attestationes, vt C. sent. rescin. non pos. peremptori-
f as. extrà de fide instru. cum dilectus [f]. Quidam tamen contrà. nam talis dilatio compræhendit etiam probationem instrumentorũ, vt in præal. c. peruenit. & C. de dilatio. l. j. ff. de fide instru. l. j. de relig. & sump. fun. & si quis. §. plerique. aliàs edictum iudicis delusorium esset, quod esse non debet, vt ff. de iudic. si prætor. & facit in authen. vt cũ de appel. cog. §. sed hoc præsenti. infrà versi. ij. Et idẽ iuris est, si datus sit terminus ad probandum, & ostendendum, q̃cquid voluerit: arg. extrà de off. deleg. super quæstionum. §. quem verò. & extrà de ap. cùm speciali. Hæc enim duo verba pro eodẽ poni videntur in authen. vt ij, qui obli. se ha. perhi. §. vt autem. itẽ ff. de compen. l. si. ponitur monstrare, producere, seu allegare. Vtrùm valeant probationes sine dilationis assignatione productæ,
8 vide C. de iud. properandum. §. & si quidem. † ¶ Quid si datus est terminus ad producendum omnia instrumenta, quibus partes vti intendunt, nunquid post terminum audietur volens producere? videtur, quòd sic: quia non est cogendus quis edere instrumẽta, nisi quando vsurus est, vt in præ. §. edenda. Sed dic contrà, vt p̃batur & not. ff. de opt. leg. mancipiorum. & C. de inge. ma. diffama
g ti. & j. de edit. instru. §. nũc dicam⁹. ver. licet aũtg. [g] † ¶ Item qđ si da-
9 tus ẽ termin⁹ ad p̃bãdũ, nũqđ illo elapso poterũt fieri positiões? Credo quòd non per partem, per præ. iura. nam hoc est genus p̃bationis, & probationibus succedunt. Iudex tamen ex officio suo bene poterit interrogare, vt extra. de fid. instru. cùm Ioannes, pro pe fi. xxx. q. vlt. iudicantem. Quidam tamen contrà. C. de iudic. l. iudices. ff. de accu. si ea. & sic dicunt de consuetudine in aliquibus
h locis seruari [h]. de hoc j. depositi, §. iiij. versi. sed & si ante. † ¶ Quid
10 si post datum peremptorium ad producẽdum instrumenta, proponitur aliqua exceptio peremptoria, nunquid illa probari poterit per instrumenta? Dicunt quidam, quòd non: tu dic, q̃ talis terminus dãdus non est, nisi postquam p̃posita sunt, quæ probanda sũt: & quo ad illa, talis termin⁹ p̃iudicat: si aũt post terminũ aliqua đ nouo ad ei⁹ notitiã p̃uenerũt, & illa p̃ponit, vt j. đ exce. §. d. ver. sed pone. illa probari poterunt per instrumenta: arg. ext. de elect.
11 in cõst. Greg. X. vt circa. §. si. lib. vj. † ¶ Itẽ nota, q̃ iudex dilationes arctat

ADDITIONES.

a Prouisio. ¶ Ii. vj. hoc non dicitur ibi, q̃ super vna oppositione excõmunicationis probanda detur duplex dilatio, sed bene permittitur, q̃ fiat duplex propositio: tertia non, nisi ex causa euidenti & prompta. Adde tu ad materiam versic. seq. quid si iudex statuit terminum alicui, putà decem dierum, ad respondendum positionibus, si ille respondeat prima die, an propter hoc tota dilatio sit p̃sumpta? Dicas, quòd sic, ex mente Bal. in l. si quis hæres. ff. de acqr. hære.
b Litem contest. ¶ Supple, præter datum ad sententiã audiẽdã: de quo in cle. de verb. sig. sæpe. ad fi. ver. sentẽtiam. vbi vide in glo. ij.
c Denunciationes. ¶ Vide j. ver. quid si data.
d Autẽ. ¶ Vide, quod scripsi de off. dele. consuluit. in prin. & in fin.
e Dictum. Vt no. s. §. i. vers. & no. Adde Bar. in l. mancipiorum. ff. de opt. leg. & consilio incip. ex facto proponitur, quòd causa pecuniaria. Adde tu, quòd hæc dilatio probatoria, dicatur pereptoria: tenet Ab. Sic. in c. licet. in iiij. no. extra. de prob. per illum text. itẽ idem tenet in c. quoniam contra. in vj. col. eo. tit. idem tenet Lanfr. in rep. d. c. quoniam contra. in xiiij. col. ver. circa. ex mente Bar. & Ang. in l. fin. ff. de feri. idem tenet idem Bar. in l. j. C. de dilat.
f Cùm dilectus. ¶ Alb. Pap. cuius fuit iste ver. cum duob⁹ seq. quasi ad literam in l. diffamari. inferiùs allegata.
g Aũt. ¶ Ibi vide, & in cle. đ ver. sig. sępe. ver. eo saluo. in gl. vbi ergo
h Seruari. ¶ Hoc dicit Albe. Pap. super præ. l. diffamari.

arctat arbitrio suo,& prorogat ex causa, ff.de iudi.nonnunquam.
ff.de re iud.qui pro tribunali. extrà eo. quod ad consultationem.
& de appel.cùm sit.C.de dila.l.iij.Si tamẽ hoc iniustè fecit,& sine
12 causa,appellatur,extr.eo.c.j.ff.de re iudic.si se.§.iij.† ¶Vbi attesta
tiones,vel alia instrumẽta parata eduntur,dabitur ei dilatio ad des
cribendum,vt ff.de eden.l.j.§.edere. & etiam ad deliberandum su
per eis,inspecta qualitate scripturæ, C.de dila.l.j.in prin.ff.quem-
admo.testa.aper.l.ij.§.fi.ff.de iudic.l.nonnunquam.ff.de re iud.l.ij.
13 extrà de prob.licet.& c.quoniam.† ¶Sed nunquid terminum sta
tutum potest iudex decurtare? Non videtur:extrà de appel.l.signi-
a ficante[a].Vincen.contra,arg.ff.de arbit.qualem.§.si de pluribus.cũ
commoditate tamen partium, & ex causa euidenti: tamen præ.l.
qualem.loquitur,cùm prolongatio & decurtatio eodem tempo
14 re fiunt:& vide s.§.prox.versi.sed pone.& seq.† ¶In summa no-
ta,quòd si reus impetrat dilationem pro requirendis probationi-
bus,illa etiam actori prodest,vt C.de temp.in integ.restit. peten-
dæ.in fin.& sic habet actor per alium,quod fortè per se nõ posset
habere,vt C.de temp.appe.per hanc.& de appel.l.fin.Et est ratio,
vt in iudiciis seruetur æqualitas,vt extr.de excep.cùm inter.& iii.
q.ix.c.fin.& extrà de iudi.nouit.§.pen.C.de prox.sacror.scri.in sa-
cris.& de fruct.& lit.expen.l.final.Hinc est,quòd si datus sit termi-
nus partibus peremptorius ad probandum,vt extr.de prob.licet.
prope princi.& intra illum pars altera testes producit,altera verò
legitimè impedita non producit,propter quod pars impedita ob
tinet per beneficium restitutionis in integrum, putà quia est mi-
nor,vel ecclesia,aliam dilationem ad probandum,seu testes pro-
ducendum:certè pars altera, quæ iam produxerat testes, vtetur
hac eadem dilatione,vt iterum alios producat, non obstante pri-
mo termino peremptorio.& sic obtinuit,per præ.l.petendæ.Qđ
verum est,si testes producti nondum fuerant aperti:aliàs non,ꝓp
ter periculum subornationis.Hoc autẽ sic intelligo: nam si actor
ex facto rei huiusmodi beneficium acquirat,vt testes iterum pro
ducat,producet super eodem articulo tantùm, & non super aliis
ab illo:vt si reus velit probare illum fuisse maiorem tempore cõ
tractus,ideoque nõ esse restituendum,ille poterit probare se tũc
b fuisse minorem,vt ff.de minor.etiam.§.i.[b]Vbert.autem de Bo.in
telligit, quòd generaliter circa quemlibet articulum poterit te-
15 stes inducere:& sic,secundum eum,poterit reo prodesse.† Vt si
minor,qui est actor, postquam didicit testificata,petit in integrũ
restitui ad testes ꝓducendos,ꝙ & aduersarius tunc possit probare
circa eundem articulum.Videtur tamen obstare, ꝙ non fuit pro-
positum prætoris subuenire maioribus,vt C.si in com.eademque
16 caus.l.vnica.Prius dictum mihi placet.† ¶Quid si reus, petita &
obtenta dilatione ad probandum,videt quòd actor omnes dila-
tiones habuit, & nil probauit:& ideo timens, quòd actor probet
suam intentionem ex beneficio præ.l.petendæ. pœnitet, nolens
vti dilatione obtenta? Et videtur,quòd pœnitere possit.Cùm enim
hoc in fauorem eius sit introductum, non debet in eius læsionẽ
retorqueri,vt C.de leg.quod fauore. Item cuique, licitum est re-
nunciare iuri pro se inducto:extr.de reg.ad apostolicam.ff.de mi-
nor.si iudex.Nam & si libellum appellationis porrexit,pœnitere
potest,2.q.6.si quis libellos.C.de app.si quis.Item licitum est an-
te litis contestationem pœnitere,ff.de nox.electio.§.neque,ff.de
rei vend.is qui.& de inter.act.de ætate.§.fi.Ar.contrà:nam hoc in
præ.l.actori conceditur:vnde non est sibi ab homine auferendũ,
xxviij.dist.de his.ff.de donat.si patronus.& l.si arrogator.Item sæ
c pe consequitur quis ex alterius persona,quod ex sua non potest[c]
ff.quemad.ser.amit.si communem.ff.quæ res pig.ob.pos.Aristo.
C.de appel.l.fin.& de temp.app.per hanc.& C.si aduer. transact.
l.i.& ii.& videtur casus l.ff.de bo.poss.contra tab.si post mortem.
d §.fin.[d]& ad idem ff.de inof.test.posthumus.§.si quis ex his. ff. de
17 ædil.edic.cùm autem.in fi.† ¶Sed quæro, ecce aliquis dimisit ꝓ-
curatorem:nunquid procurator ille habebit dilationem,vt con-
sulat ipsum dominum? Videtur,quòd sic,vt C.vbi de cri.ag.opor.
authen.qua in prouincia prope prin. & extrà de procur. dilectus
e filius[e].Sed illud intelligitur, quando quis ante citationem se ab-
sentauit.vnde dic,quòd non habebit.nam cùm dominus priùs es-
set citatus,bene potuit deliberare dominos, secundum Vin. arg.
extra de off.deleg.consultationibus.extrà,de eo,qui mit.in poss.
causa rei ser.c.fin.Vel dic,quòd si dominus distat multùm,non ha
f bebit:secus,si prope sit.Argumen.contrà,C.vbi in rem ac.l. ii.[f] †
18 ¶Illud quoque non est ignorãdum,ꝙ si iudex mihi simpliciter
terminum assignat ad aliquid certa die faciendũ, tota dies mihi
cedit,Inst.de ver.oblig.§.in diem.ver.ac.nec eo.secus si dixit, vt il
lud certa diei hora fieret,putà mane,vel statim audientia facta,vel
19 in nonis,vel dum sedebit,& huiusmodi.† ¶In summa no. quòd
regulariter semel tantùm dilatio indulgetur: ex causa tamen dan
tur plures, sed prima cum leui causæ cognitione, scilicet eo ipso
quòd petitur:secunda cum graui,scilicet præstito sacramento,ꝙ
g fuit legitimè impeditus in prima, tertia & quarta[g] cum grauissi-
ma.nam tunc non sufficit sacramentũ:imò alia probatio requiri-
tur.Quinta verò non datur,vt legitur & not.ff.de fer.orationẽ.§.
20 fin.C.de dilatio.l.i.iii.q.iii.§.spatium.prope prin.† ¶Vltimò no-
ta,ꝙ secundum quosdam,nulla dilatio datur sine causæ cognitio
ne,vt C.eo.l.j.& l.à procedente.& in præ.§.spatium.Est.n. dilatio
num materia amputanda,vt C.de temp.& re.l.ii.in prin. extra. de
h dol.& contu.finem.& de excep.pia.respon.i.[h]Ego dico,quòd in
duciæ citatoriæ dantur sine causæ cognitione,qđ patet,quia dan
tur parte absente,vt extra.eo.præterea.ibi,ex rescripto sibi trans-
misso,&c.Idem etiam est đ deliberatoriis,secundũ Papam,vt ibi-
dem probatur quod non credo:cùm illæ in iudicio dentur, vt in
auth.offeratur.Præparatoriæ autem & instructoriæ causæ cogni-
tionem requirunt,iii.q.3.§.spatium.ver.ei autem.& seq.Item po
test iudex augere, & minuere dilationes sine causæ cognitione,
21 secundum Papam.† ¶Sed cùm à procedente iudice dilatio dan
da non sit,vt in præal.l.à procedente quid erit,si eundo per locũ
vbi ius redditur, dilatio ab eo detur? Et videtur, quòd non valet,
nec arctat,per præal.l.ad idem.in auth.de test.§.& quoniam.Qui-
dam tamen contrà,arg.ff.de interrog.act.voluit.in fin.& in his,q̃
ibi no.super rubrica:quia siue stando,siue sedẽdo,siue eundo de-
tur, dummodo in loco, vbi seruato more maiorum ius redditur,
bene valet:arg.ff.de iust.& iur.l.pe.non.n.est,vt dicunt,de spãlib
sed de solennitatib.iudiciorum,sedere.Sed contrà in præal.l. à ꝓ
cedente.ibi,à concedente iudice,&c.sed ideo dicit hoc quia,vt di
i cunt,iudices plerunque sedere consueuerunt[i].Item contra,ff. de
tutel.qui habet.§.penul. & ff.ad Treb. recusare. j. de sententia, §.
mista. versi. item est nulla ratione modi. Sed tu distingue, vtrùm
sit dilatio talis,in qua requirit causę cognitio,vel nõ,vt s.Quid si
iudex dedit dilationem, & ciuitas, vel dominus in dixit ferias re-
pentinas:& in eis dilatio incidit, an ad id tempus debet fieri resti-
k tutio? Dicit Gui.quòd nõ[k]: tum quia tales feriæ improbatæ sunt
vt C.de fer.à nullo.tũ quia is,cui datur dilatio,prospicere potest,
ne in eis incidat,vt ff.quib.ex cau.ma.sed & si.§.solennium.In cõ
l trarium tamẽ suadet æquitas[l].Hoc autem iudex obserua,vt adue
niente die termini assignati facias legi termini assignationem, vt
sciatur, super quo & ad quid fuerit procedendum.multos enim
m errores contingere ex hoc vidi[m].Item no.ꝙ si tibi concessa est di
latio ad aliquid agendum, & per partem alteram diuersas dilatio-
nes petentẽ impediaris facere intra illã,audieris post illã id facere
volens,vt C.de inoffic.test.contra maiores.in fi.& ff.de mino.in-
tra vtile.C.de rei ven.more.extrà de iudic.c.pe.extrà.de in inte.re
sti.ex literis.

ADDITIONES.

a Significante.¶Vide quod ibi not.in 3.gl.& quod super ea dixi.

b §.i.¶Per quam l.& per l.patri.eo.tit.§.j.& per l. quòd si minor. §. restitutio.dixit Azo in Summa de rest.in integ.ver.pe.quòd vbicũque restituitur minor,& eius aduersarius, etiam maior restituitur in eodem tantum capitulo,& non in alio. remittit autem ibi ad not.per eum in sum.de reputationibus:idem Mart. de Fano in suo trac.de quo dixi j.de resti.in integ.in prin.&hoc sub v.q.alle. xii.q.ii.Vulteranæ.de re.ecc.non alie.ad audientiam.de rest. in integ.c.j.liiij.dis.generalis.vide glo.in sum.de resti.in integ.§.&qualiter.in fi.

c Potest.¶De conces.præben.c.pe.&vlt.

d §.fi.¶Per quam l.hoc tenet Vber.& Gui.de Su.in præ.l.petendæ. & ff.de fer.l.vlt.vide j.de reconuen.in fi.

e Filius.¶Vide,quod ibi dixi super vlt.glos.

f L.ii.¶Vbi non loquitur de procuratore,sed de colono.

g Quarta.¶Non erant sic istæ duæ miscendæ.Adde,vt per Alex.in l.fi.ff.de fer.& Rof.cons.ccxxv.& seq.

h Respon.i.¶lib.vi.

i Consueuerunt.¶Hucusque fuit Gui.de Suz.in l.à procedẽte.vbi dicebat sic per quosdam sapientes iudicatum.

k Quòd non.¶Gui.de Su.ponit hoc dictum in l.à procedẽte.in fi.

l Aequitas.¶secundum Gui.vt s.alleg. ꝙ per iudicem stetit, inducit præ.l.sed & si.§.si feriæ.

m Hoc vidi.¶Concludit hîc,ꝙ debuit priùs scribi dilatio: sed Gui. de Suzar.extrà volumina sup.l.iureiur.C.de testa.quęrit,an credatur iudici super dilatione, q̃ dicit se dedisse, nec reperitur scripta & diffuse hanc prosequitur.tenet autem,ꝙ sibi in leui causa credetur,in ponderosa non.Tu tene,quod dicit dec. quoniam contra. de prob.& vide,quod ibi dixi in vlt.gl.

ADDITIONES NOVAE.

§ An dies feriata possit assignari ꝓ termino.In.i.c.exposuit,đ dil.

§ An citatus ad diem feriatã teneatur comparere ad diem sequẽtem non feriatam. Bal. in reperto. super Inno. in titulo de feriis. Quid eẽ si citet die feriata pro non feriata.Bald.vbi s.& Cyn.in l. in minorum.C.in quib.cau.in inte.resti.nõ ẽ nc,in q.v.& Bald. in l.i.ff.si quis cautio.

An hab

§ An habens dilationem octo dierum ad comparendum, possit ꝯparere prima die, vel debeat expectare vltimam diem: vide Bal. in l.j. si quis cautio. & nunquid si compareat, an ad aliquem actum faciendum teneatur facere citari aduersarium: Bal. vbi s. & Bar. in l. in illa. de verb. oblig. & l. qui ante kalen. eo. tit. Archi. in c.j. de ap. lib. vj. Compostell. in c. cum nobis. de elect. & ibi Inno. & Ber. fac. l. si ita relictum. §.j. de leg. ij. Bal. in l. eos. §. apostolos. de appel. & Auth. hodie ibi posita. Bal. in l. si quis heres. de acquiren. heredi.

§ Nouus iudex nouam dilationem debet dare, l. edictum. de iud. & no. s. in titu. de cita. & nouus litigator nouã dilationem. Ange. in l. cum ratione. de feriis.

§ Quanto breuius est tempus instãtiæ, tanto debent esse breuiores dilationes, Inno. & Hosti. in c. de causis. extra. de offi. deleg.

§ An propter contumaciam amicorum vel absentiam sit danda dilatio, not. in l.j. C. de dilatio. & l. sciendum. de vsuris.

§ In l.j. C. de dilationibus, Bald. quærit an Iudex partibus præsentibus, & non petentibus, possit dare dilationem ad probandum quicquid incumbit: & dicit quòd sic, per l. properandum. C. de iudi. quia potest abbreuiare lites, Bal. in l. fina. si quis cautio. Iac. Butriga. contra.

§ In Auth. si quando. C. de dila. not. quòd inpetranti rescriptum à principe non est danda dilatio ad ipsum producendũ: & ex hoc dicimus quòd actori facienti citari reum non est danda dilatio ad producendum mandatum: ideo debet in expen. condemnari. Bal. vbi s.

§ Nota quòd interdum statuitur terminus litis instantiæ, & non prorogatur ratione feriarum, dicta l. properan. interdum litis sustinen. & tunc non potest prorogari ratione solennitatis feriarum sed ratione alterius impedimenti sic, l. ij. de tempore ap. & l. petendæ, de tempo. in inte. resti. peten. interdum actionis substantiæ, & non prorogatur propter ferias repentinas, vbi petitur remissio, l. sed & si per prætorem. §. si feriæ. ex quib. cau. ma. interdum præfigitur terminus comparitioni: & tunc si est taxata certa dies, non prorogatur, l. ex quacunque die. Si quis in ius vo. non ie. in fin. si autem non est taxata certa dies tunc prorogatur, l. ij. §. si quis. ff. si quis cautio. interdum statuitur terminus probationi, & tunc si se adstrinxit, imputet sibi, quia diligens debuit esse. arg. dicti §. sed si ferię. & hoc in dilatione hominis: sed in dilationibus statuti vel ꝯstitutionis sunt tẽpora vtilia, vt l. siue pars. de dila. cum simil. Bald. in l. si quando. de testib. Quærit similiter Bal. pone ꝙ est data dilatio quindecim dierum pridie palmas oliuarum id est die sabbathi præcedenti (certum est enim quod dies xx. immediatè sequẽtes sunt omnes feriati in honorem Dei) an isti dies computentur in dilatione. Hostiensis circa hoc dicit, ꝙ quando feriæ in honorem Dei introductę redderent dilationem inutilem in totum vel pro maiori parte, ꝙ tempore feriato non incipit dilatio, sed post ferias: sin autem essent feriæ in vtilitatem hominum, tunc pro parte consentiente termino videretur renuntiatum feriis: sed si altera pars contradixit tunc aut debet dilatio prorogari, aut quia periculum imminet, ꝙ probatio pereat, recipiuntur testes non obstantibus talibus feriis qui ita notauit in c. licet causam. extra. de proba. & ita no. ibi in nouella Bal. dicit hoc verum, si dilatio assignatur à iure à iudice nõ valet, nisi esset princeps qui pro suo motu potest prorogare dilationem, vt in c. pia. de excep. lib. vj. & in c. frequens de restitutione spo. & de testib. c. præsentium. Alii ꝙ imputet sibi qui terminum acceptauit vel incidit sua culpa, l. sed si feriæ. ex q. ca. ma. non est enim subueniendum ei qui &c. vt in l. ij. §. quod diximus. si quis cautio. & ideo caueat ille qui opponit exceptionẽ excommunicationis, ꝙ non opponatur tali die ꝙ postea tot ferię sint ꝙ non possit probare infra octauam diem, vt dicto c. pia. sed per hoc non tollitur id quod supra dixi, quãdo princeps proprio motu assignat dilationem, vt puta papa sicut est in terminis Hosti.

§ Si iudex statuat terminum octo dierum parti, quę dilatio statuatur pe legem vel statutum, quid iuris, no. in l. 4. §. si quis. de re iud. fac. quod not. Barto. in l. 3. de leg. 4. De die expressa ab arbitro, an impediat purgationem moræ, facit Bar. ff. qui satis. cog.

§ Vtrum dies termini computetur in termino, Iac. Butri. & Bald. in l.j. si quis cautio. Iac. de Are. in l. fina. de sena. & similiter an dies contractus debeat in termino cõputari, in l.j. de libe. agnosc. per Iac. de Are. Bar. & Guil. de Peru. l. melius. ibi Bal. in l. eos. §. fin aũt. de appel.

§ Nota quòd quando terminus datur à die ipsa, dies excluditur, de quo in clem. iij. de appell. saluo. præterquam in termino interponend. appella. qui computatur de momento ad momentum, vt in c. quod ad consultationem. de re iudicata. secus autem si detur à tempore, quia tunc dies ipsa termini cõputatur. de hoc not. in c. quam sit. de electio. lib. vj. in nouel. super ver. subaudi quod facit vt dies litis contestatæ computetur in termino triennii. Guil. de Perusio vbi s. & Bal. in l.j. si quis cautionib.

§ Si citatus est quis vt compareat tali die, & illa dies est feriata, an possit sequẽti die comparere. Guiliel. de Cu. in l. siue pars. de dilatio. & Inno. in c. conquestus. de feriis. eo. ti. fac. Bar. & Bald. tangit in l. tempora. C. de tempor. appellat. Spec. in titulo de dila. §.j. & in tit. de citatio. §.j. tangit. in titulo de quæstio. circa dilatio. §. 9. in fi.

§ De dilatione & termino qui dantur sub isto verbo intra & infrà, not. in l. si ita fuerit libertas relicta. de manumi. testa. Bal. in l.j. si quis cautio.

§ Quid si datur terminus reo ad faciendum aliquid infra octo dies ad petitionem actoris, an actor debebit requiri per ipsum reũ, si reus infra illud tempus veniat, & velit facere: Bar. ponit in l. quoniam ante Kalen. de verb. obli. Arch. in c. i. de appel. li. vj. Bern. Cõpostel. & Innoc. in c. cum nobis. de electio. & Bar. in l. sed si alia. de constit. pecun. hoc dictum limita, vt dicit Bald. in l. si ita relictum. de leg. ij.

§ An probationes fieri possint nulla data dilatione, no. in l. in crimine. de adulte. per Bar. in l. interdum. de iudi. & in constitu. ad reprimen. per Bar. Bal. in l. fin. si quis cautio. Iaco. Butrig. contra.

§ Si omnes dilationes perẽptoriæ sunt elapsæ, actor dicit se habere quædam instrumenta pertinentia ad ius suum apud aliquem ꝙ est in longissimis partibus, an debeat sibi dari, Ray. in l. interdum. ff. de iudiciis, dicit quòd sic.

§ De tempore cõtinuo & vtili quomodo accipiatur. no. in c.j. de in integ. restl. in clemen. & in dubio præsumitur continuum, nisi probetur vtile, vt no. in rub. de domi. & tempore præscrip. & Authen. qui semel. C. quomodo & quando iu. Bal. in l. genero. de his qui notan. infa.

§ Lex petendæ. de tempore in integ. resti. habet locum vbi terminus pręfigitur partibus, non iudici. Inno. in c. de causis. de offic. de leg. not. in l. fi. de adulte. & l. intra vtile. de mino. & l. arbitrio. §. fin. de dolo.

§ In l. si cum ipse. de excu. tuto. allegatur quòd si iudex statuat terminum actori ad producendum omnia iura sua, & reo statuat dilationem quæ excedat illum terminum, ꝙ non pręiudicat actori. Ray. in dicta l. petendæ. & dicta l. fina. de adulte.

§ Statutum si dicit quòd reus habeat in prima dilatione decem dies, & si non comparet adhuc bis citetur, & non repetit aliquid de dilatio Dicit Bar. quòd omnes dilationes debent esse æquales, in l. si legatum. de ann. leg.

§ An vltima dies sit de termino, Bal. in l.j. si quis cautio. si statuat terminus vnius mensis quot erunt dies Bal. vbi s. dicit quòd si data est dilatio vnius mensis die tertio februarii, finietur die tertia Marti. & sic de singulis probat per l. qui ętate. de testa. & l.j. de manu. licet glo. in c. quam sit. de elect. & c. si propter. de rescri. lib. 6. aliter sentiant. Bal. in l. cum bissextus. de ver. sig. Bal. in l. eos. §. fin autem. de appellationi. domin. Signorolus in consiliis suis in prima parte.

§ An iudex possit simul & semel dare plures dilationes, puta ad opponendum testibus, & ad examinandum testes, Bar. in l. quandiu. ff. de acquir. hered. & l. qui pro tribu. de re iudi. Bald. in l. siue pars. de dilatio.

§ Quid si datus est terminus ad opponendum exceptionem excommunicationis, an post terminum poterit opponi, Ioan. And. quòd sic per cap. pia. de excep. lib. vj.

§ Si iudex statuat terminum alicui decem dierum ad aliquem actum, & ipse alium actum faciat prima vel secunda die, quòd iudex potest à modo procedere, ac si dicta dilatio statuta non fuisset: nec habet necesse expectare terminũ. vt not. Bar. in §. si qs ita. Insti. de acquir. heredi. & l. à filia. §. alumno. ad Trebelli. Bal. in l. siue pars.

§ Si est data dilatio alicui actori ad probandum vsque ad decem dies, an dictio vsque, ponatur exclusiue vel inclusiuè, Bart. in l. de die. in prin. qui satis. cogan.

§ An iudex possit dare terminum reo ad proponẽdum exceptiones peremptorias, Iac. Butr. & Bar. in d. l. de die.

§ An iudex possit simul & semel dare dilationem actori & reo, Bal. in l. liber. de peti. hæredi. dicit quòd non. & l. excep. de prob.

§ Nota quòd in dilationibus hominis vel legis non debet expectari ille qui dicit, nolo venire: quia dilatio datur ad deliberandũ & ad probandum. modo talis videtur renuntiasse delationi, Bald. ar. l. Arethusa. de statu homi.

§ Si statuatur dilatio vnius mensis, quomodo debet accipi mensis & quot dies. no. in l. cum bissextus. de verb. sig. & not. in l. ii. de diuer. & tempor. præscrip. ar. in c. quam sit. de ele. lib. vi. Domi. Signorolus in consiliis suis. Bal. in l. 1. ff. si quis caut.

§ In l. dicere. ff. de arbitr. notat Bald. quòd dilatio quæ datur in causis, potest prorogari & reuocari: nec obstat quòd dilatione

tione pendente,&c.l.siue pars.de dilatio.quia est verum, nisi dilatio mutetur vel reuocetur. nam super hoc non conquiescit officium iudicis.cū enim sit interlocutoria,ergo potest reuocari,nisi esset de consensu partium dilatio assignata,& tunc non posset nisi de consensu partium reuocari,argu.eius quod no.in l.j.in fine. ff.de prætori.stipu. vt etiam ibi dicitur quòd sicut in assignanda dilatione requiritur causæ cognitio,ita etiam requiritur in mutāda Bal.de quo etiam vide Bar.in l.quod iussit. ff. de re iudi. versi. vlterius quæro.

Sententia lata pendente appellatione,non tenet,no.glo.in l. j. ff.de feriis.

An statutum puniens producentes falsa instrumenta,puniat ꝓducentes falsos testes,Iac.Butrig.l.i.C.de fide instru.

Iudices non tantum ad vnum actum debent dilationes statuere,sed etiam ad omnia quæ facienda occurrent,c. constitutus. de procurato.per Inno.

Si iudex statuat dilationem sine causæ cognitione , an illud qđ fit sub illa dilatione sit nullum ipso iure vel debeat annullari per appellationem,Bar.in l.ij.de re iudi.

Spec. quærit si data est dilatio ad producendum omnia instrumenta,quibus vti voluit an post terminum audietur.Cynus ꝙ sic in l.iudices.de iudi.Ray.contra,per l.oratione. & l.fin.de feriis.& l.j.de dilatio. tamen contra eius opini. fac.l. & si post tres. si quis cautio.

In l.j.C.de dilatio.dicit Iac.Butrig. pone quòd in prima die primæ dilationis feci citare testes,& non venerunt: secūda die nihil feci:in tertia die feci eos banniri,nūquid quia fui negligens in secunda die denegabitur secunda dilatio dicit quòd non:neque enim requiritur quòd quis faciat quicquid potest,l.ij.ff.si quis cautionibus.

Si reus obtenta dilatione ad probandum , videt quòd actor nihil probauit,& ideo vult renunciare dilationi, an possit?Bal. in l. petendæ.C.de tempore in integ.resti.&l.postquam liti.de pac.& j̄.de renuncia.& dicit Bal.quòd aliquando quis habet fauorem q meus est:& ipse contra me vti non potest,l.si post mortem.de ꝯ. aliquando quis habet fauorem propter me,& tunc pone tres casus:quia aliquando habet gratiam exequēdæ,& sequendæ æqualitatis &me inuito etiam si renuntiem vti potest,l.ampliorem.de appella.& ex hoc hic infert quòd in dilatione quæ datur etiam a actori gratia æqualitatis sequendæ vti potest: aliquando datur fauor alteri propter me gratia tollendæ inquitatis: & loquitur l. si iudex.ff.de minoribus.aliquādo gratia inducendę pœnalitatis,vt in ti.qđ quisq; iuris. & tunc etiā me inuito vti pt beneficio. Bald.

In l.j.de glande legen.& l.si prius.de operis no.nunc.dicit Bart. ex illa l. j. coniuncta gloss. nota quòd ex natura rei statuitur breuior terminus : quod facit ad quæstionē,si quæstio est prioratus vel consulatus,qui durant duobus mēsibus,quòd quæstio debet expediri ita cito quòd tempus currere non incipiat, nec transire: quia dilatio esset causa ex qua periret res de qua agitur.igitur citius debet expediri.quod nota.

Quid si notarius scripsit datam dilationē,nec dicit iudice sedente,an præsumatur,not.in c.potuit.de eo qui furtim or.susce.

In l.de die.§.iubetur.in fin.qui satisd.cog.dicit Bar.ꝙ volens trahere rem in longinquum,dicens se habere testes vltra mare,qualiter debeat prouideri ponitur cautela per c.secundum. ext.de fide instrum.& ponitur etiam alia per c.statutum, §. plures. de rescrip.libr.vj.

In eadem l.§.hoc autem.dicit Bar. quòd si scholaris conuentus coram potestate,petit se remittit ad episcopum,quòd non possit postea petere se mitti ad potestatem.Item nota quòd mora tollit beneficium remissionis. & sic est arg. quòd si quis potuit producere in loco iudicii,& non fecit,postea testes se absentent,& ipse petit quòd committatur examinatio ad locum vbi sunt,quòd nō potest,per hunc tex.Bart.

An citatus à lege teneatur comparere die feriata,vide Bal. in l. veteranis.quando prouoca,non est nece.Ioan.monach.in c.cupientes.de electio.lib.vj.

An post assignationem termini pars audiatur,Bar.in l. diffamari de ingenu.manu.& l.ea quidem.C.de accusa.

An pendente dilatione iudicis officium conquiescat Bal.in l.Aristo.de iure delibe.

Si iudex pendente vna dilatione dat aliam,vt secunda dilatio incipiat demum finita prima,an valeat.Bar.in l.quandiu. de acquir. hæredi,& l.qui pro tribunali.de re iudicat.Bald.in dict.l.quandiu,

An prima dies computetur in termino,Bald.in l.eos.§.fin autē. de appel.distinguit,& ibi etiam ponit de vltima die termini an cōputetur in termino.

An in dilatione fiat computatio de monitorio , & quotuplex sit dies.Ange. in l.moræ.de feriis.& l.j.si quis cautio.

Ioan.faxoli in quodam suo consilio dicit quòd secunda dilatio debet peti per partes à iudice j̄.primam dilationem.

An si terminus est datus parti ad capitulandum,intelligatur datus ad ponendum & articulandum,Bal.in l.gñaliter.§.j.de iureiu.

De dilatione quam habent ciues signati , an confundatur cum dilatione cōuentionali, vel etiam alia dilatio eis concedi debeat. de quo per Cy.in l.fi.C.de repu.hære.& ibidem etiam Bal.& Guli.de Cu.

Nota quòd vbicunque terminus seu dilatio potest alium lędere,debet ei notificari,Bal.in l.eos.§.apostolos.de appel.& fac.ꝙ si est data potestas arbitro prorogādi compromissum,illa prorogatio non astringit partes,nisi eis notificetur.Bald.vbi s̄.fac.idē Bal. in l.j.& auth.ei qui.de temp.appel.&l.ij.C.vbi in rem actio.&l.generaliter.§.his.de iureiur.per docto.

Si dilatio data ad producendum testes impediatur per iudicem vel receptorem dubitatum,debet ei restitui tempus sublatum.In no.in c.vltra tertiam.de test.circa medium. Apparatus:expressius Ioan.An.ibidem in 4. seu 5. q. quòd si iudex in hoc sit negligens, tenetur ad interesse,secundum Speculum in tit.de teste. §.qualiter.iux.fi.

Quod solet dici quòd quælibet dilatio est peremptoria , etiam si non dicatur , intellige verum de dilatione data ad probandum, secus in aliis.Bar.in l.si finita.§.Iulianus.versi.quæro.de dam.infe. Item data ad probandum.Limita cum datur sine causa,secus cum causa.ita sentit Bar.in constit.ad reprimen.super versi.super dicto crimine,nam ex causa etiam millesima potest dari secundū Azo. in titu.de dilatio.& Albric.in l.j.C.eo.& Spec.in ti.de actio.§.qualiter.versi.quarta.ex quo sequitur quòd vbi venit danda ex causa nulla est peremptoria.

¶Bald.de Dilationibus.

IN dilationibus iudicialibus si dictio Vsque.terminatur in diem feriatam,ponitur exclusiuè,§.j.ver.pone ita.G.¶Item si dilatio ꝯtineat dies taxatos,vt mēsem,vel annum,nō differetur in sequētem diem,C.de temp.appel.l.ij.in fi. Si autem non sint dies taxati in specie,sed in genere,vt octo dies, tunc dicunt quidam, differri ipso iure per legem:alii dicunt,quòd differtur de benignitate iudicantis:quia non debet properare,id est,festinare,sed expectare in sequentem diem,ff.si quis in ius vo.non ic.l.ij.si quis cau.l. ij. §. si quis.in verbo,differre,Bal.vide s̄.de citat.§.vbi ponitur,& j̄.eo.§. etiam vlt. ¶Habens octo dies ad excipiendum, potest etiam prima die excipere,nec tenetur expectare,ver.sed pone. G. secꝰ si ad comparendum.nam debet expectare aduersarium, vel iudicis licentiam,ff.de verb.oblig.l.item illa.per Bar.vide j̄.de ap.§.qui cōparuit. ¶ An in curia detur dilatio ad probandum extra curiam, ver.illud quoque.plenè per G.¶Assignatio termini peremptorii includit tacitam exclusionem post terminum,in vers.& not.ꝙ si. G. ¶ Terminus statutus à iure ad probandum exceptionem non currit, nisi cum iudex excipientē ad probandū admisit:quo facto statim currit,licet iudex non præfigat terminum,vers.sed nunqd currunt,quod est no.¶Dilatio data ad probandum, non requirit publicationem testium,ver.sed quid si.j̄.G.vide j̄. de sen. §. pone sententiam.¶Etiam vltima hora termini admittuntur probationes, ver. ꝑterea.G.quia nulla pars termini debet esse frustra. ¶Et an dato termino ad probandum, debeat pars citari ad videndum produci instrumēta,Bal.in l.fi.C.qui admit.ad bo.pos.dicit, quòd sic,nisi in vltimo dilationis die producantur.¶Vna dilatione pendente,alia assignari non potest, nec duæ simul,nisi sint contiguæ. ver. deliberatione.G.scilicet super eodem:sed super diuersis capitulis sic,ver.sed pone,duos.nam lex,siue pars super eodem debet intelligi:vide j̄.de app.§.dilationes non sunt. ¶Vbi tempus instātiæ est breue,dilationes non auferuntur,sed arctantur,versic.sed pone,quòd causa.G.¶An parte absente possit iudex ꝑsenti præfigere terminum?Dic,quòd nō,secundum quosdam,ff.de confes. certum.§.si quis,facit quod not.ff.de rei ven.l.fructus.Contrarium tenet in §.nunc dicamus.ver.sed pone,reo.arg.ff.de arbi.l.diem proferre.not.Hîc est ratio,de qua s̄.de contuma.§.antepe. in fin.quia cùm sit actus iudiciarius , videtur requirere citationem: & vide j̄.de sen.§.terminus.&Inno.in c.cùm contingat.de rescri. & j̄.eod.§.pe.¶Lapso termino peremptorio non potest opponi exceptio:quia lapso termino,non est terminus,& quod non est, prorogari non potest.vers.super hoc.G.Sed potest nouus terminus assignari,vers.seq.G.¶Post litem contestatam omnis dilatio est peremptoria,ver. termini autem assignatio. quod est verum ad probandū in ciuili.vbi est statutum vnicum tantum dari:secus in criminali,l.fi.ff.de fer.Est tamen differentia,quando partib.pręsentibus,vel ab sentibꝰ præfigit de cōsensu partium terminus,de quo vide j̄.de sen.§.terminꝰ.& vide s̄.de citat.§.ante litē. ¶Sētentia,q̄ imponit alicui silentiū ex lapsu dilationis,ē interlocutoria: tamen ab ea potest appellari, ff.de appel.l. Titia. Bald. ¶Dilatio, quæ

quę assignatur alicui ad ɔparendum, protenditur vsque ad mediã noctem: secus ad sententiam, no. ff. de fer. l. moræ. & no. Inst. de ver. ob. in prin. aliàs §. j. & de off. deleg. c. consuluit. per Inno. ¶ Primò respondetur articulis actoris, quam rei, ver. & no. quòd B. quia agens est prior & nobilior patiente, vide ĵ. de pos. §. si positio. ¶ In dilationibus nomine instrumentorum cõtinentur probationes scriptæ, non testes, ver. item nota, quòd cum. G. ¶ Lapso termino ad probandum, non possunt fieri probationes positionum, versi. item quid si datus. G. C. de non nu. pe. l. in contractibus. §. illo. G. ¶ Dilatio est communis, etiam si detur per restitutionem in integrum, nisi altera pars didicerit testificata, ver. in summa no. quòd. G. etiamsi is, cui principaliter est indulta dilatio, renunciet ei, ff. de contra tab. l. si post mortem. §. fi. vers. quid si re°. vbi videas. G. hoc verum, si dilatio nititur iuri communi: secus si nititur restitutioni in integrum: quia minor non potest renunciare, ff. de min. l. si iudex. Bal. ¶ Iudex potest citare sine causæ cognitiõe, ver. vltimò nota. G. ¶ Iudex deambulans potest assignare dilationem in causis quę non exigunt sessionem, ver. sed si cùm à procedente. vide ĵ. de instr. edi. §. iudex potest. in fin. & Inno. in d. c. cùm contingat. de rescr. ¶ In termino iuris mitiùs agitur, quàm in termino hominis, ĵ. de iur. cal. §. pen. ¶ Peremptorium non ligat iudicem: vnde post ipsum ex officio potest exercere, ĵ. depos. §. post conclusionem. ¶ Terminus assignatus absenti, non currit nisi à die notitię, ĵ. depos. §. no. quòd termnus. ¶ Nihil facienti in primo termino non debet dari secunda dilatio ad probandũ, nisi, &c. ĵ. de prob. §. nihil. ¶ Potest assignari terminus peremptorius per iudicẽ, post quem non audiatur. ¶ Item peremptorium est quædam interlocutoria: & ideo vt interlocutoria à iudice mutari, corrigi & emẽdari potest, ĵ. de instru. edi. §. iudex potest. ¶ Terminus assignatus de consensu partium, vel à iure, habet vim peremptorii, ĵ. de sen. §. terminus. & ex peremptorio potest ferri sentẽtia, vide ĵ. & vera sententia potest ferri. & Inno. in c. super eo. de appell. An statuto termino ad probandum, sufficiant testes intra illum iurasse, vide ĵ. de sen. §. pone, quòd post sententiam. & per Bar. in l. damni. §. Sabini. de dam. infect.

a De Feriis [a]. Rubrica.

IN præcedenti titulo de dilationibus quæ à iudice conceduntur, præmisimus: dicendum ergo est de his, quæ à iure indulgẽtur: scilicet de Feriis aliqua subiiciamus: In quo attendendum est: quot sint genera feriarum
b quid in eis agi possit, vel non: & quibus feriis possit renunciari [b].

ADDITIONES.

a Eodem ordine Tan. posuit hanc rubricam, & tria, quæ distinguit auctor, prosequitur, licet in prĩcipio solùm exprimat prima duo. Roffr. rub. x. qualiter iudicium declinetur ratione feriarum. Io. de Deo iij. lib. Iudic. post prin. valde parum. alij nominatim in proœmio per auctorem non posuerunt hãc rub. licet Pileus aliquid de ipsa tractauerit sub rub. de in ius voc. habuit ergo auctor recurrere ad Summistas. An executioni sententiæ obstet exceptio feriarum, scripsi ĵ. de libel. concep. §. nunc dicendum. super ver. xxv.

b Renunciari. ¶ Præmittendum est, quod Azo eo. tit. dicebat, ꝙ feriæ hîc dicuntur quasi foriæ, id est, extra forum. præbent enim immunitatem à foro iudiciali: vel secũdum eum, feriæ, id est, festiuę. Hoc dico, quia propriè feria ponitur pro qualibet die septimanę, de treu. & pa. c. j. de cel. mis. cùm creatura. & cle. de reli. & ven. san. si dominũ. ver. nos itaque. per quæ patet, quod dicimus, feria prima, secunda, &c.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ solennes sunt, quæ ad Dei & sanctorum reuerentiam sunt introductæ.*
2 *Criminale iudicium non est in Quadragesima exercendum.*
3 *Feriæ repentinæ dicuntur, quas solus princeps ob publicam gratulationem indicit.*
4 *Feriæ indictæ, siue rusticæ, sunt, quæ propter rem rusticam & publicam vtilitatem inducuntur.*
5 *Actore & reo diuersarum prouinciarum coram iudice conuentis, cuius loci cõsuetudinem debeat iudex obseruare, & n. seq.*
7 *Iudex si circa iudicia suam consuetudinem non sequatur, sequi debet ius commune, nullius inspecta consuetudine.*
8 *Feriæ publicæ, seu rusticæ, quibus concedi dicantur.*
9 *Nulla lex potest curiam principis ita coarctare, quin possit etiã quolibet tempore ius reddere.*
10 *Princeps dicitur lex animata in terris.*
11 *In assignatione termini ad conueniendum in iudicio, an feriæ partium sint attendendæ, an regionis tantùm iudicis, coram quo causa tenetur.*

¶ Quot sunt genera feriarum.

1 I. §. Feriarum ergo aliæ sunt solennes, aliæ repentinæ, aliæ indictæ, siue publicæ, seu rusticæ.† Solennes sunt, quę ad Dei & sanctorum reuerentiam introductę sunt, vt extrà eo. c. fi. ff. eo. l. pridie. C. eo. l. fi. & l. omnes. ii. sicut est Natiuitas Domini, festum sancti Stephani. sancti Ioannis euangelistæ, Innocentium, sancti Syluestri, Circuncisionis, Epiphaniæ, septem dies Dominicæ passionis, festum Resurrectionis cum septem sequentibus diebus, Rogationes cum tribus diebus, festum Ascensionis, festum Pentecostes cum duobus diebus sequenti-
a bus [a], natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ, omnes festiuitates Virginis gloriosæ: non dico de festo Conceptionis eius, quia concepta fuit in peccato, licet in multis locis celebretur, nec talem deuo
b tionem reprobo [b]: festiuitates omnium apostolorũ, festum beati Laurentii, dedicatio beati Michaelis, & cuiuslibet oratorii, siue lo
c ci [c]: festum omnium sanctorum, & sancti Martini, qui fuit par apostolorum, omnes dies dominicæ, C. eo. l. fi. xv. q. iiij. nullus. & omnes aliæ festiuitates, quas singuli episcopi in suis diœcesibus cum clero & populo duxerint solenniter venerandas, & quas moris est ibidem seruari. hæc omnia habentur extra. eod. c. fi. & de consec. dis. iii. c. j. & c. rogationes. C. eo. l. ii. & l. omnes dies. & xv. q. iiij. placita. Item in festo Inuentionis sanctæ crucis, de consec. dist. iii.
d crucis [d]. Veruntamen de diebus Rogationum, & de festo Crucis, nil statuitur hodie in præ. dec. vnde videtur ex certa sciẽtia omissum credo tamen in hoc standum prædictis cc. sic C. eo. l. ij. quod n. expressè non mutatur, quare stare prohibetur? C. de testa. sanccimus. Consuetudo tamen aliud in plerisque locis interpretatur. Item de festo beati Martini no. contrà C. eo. omnes dies. & malè, vt in præd. c. j. de consec. dis. iij. Quod autem dixi de festiuitatibus, quas episcopi in suis diœcesib. statuunt, intellige de festiuitatibus sanctorum canonizatorum vigilias non habentium, secundum Io. vt extr. de reli. & ven. san. c. i. qui. n. nõ sanctum dicit esse sanctũ vel econtrà, abominabilis est Deo, cuius societati eum iungit, & Christum violat, vt xj. q. iij. si quis dixerit. & c. seq. & facit bene l. dist. si quis præpostera. Et no. ex hoc, episcopos posse in suis diœ-
2 cesib. indicere solẽnitates.† ¶ Porrò inueniunt & aliæ feriæ solẽnes, in quib. est à placitis abstinendum. nam in Quadragesima nõ est criminale iudicium exercendum, C. e. quadraginta. Item alibi dicitur, ꝙ in his diebus, in quib. legitima celebrantur ieiunia. & à septem diebus ante natale Domini, vsque ad octauas Epiphanię, & à Quinquagesima vsque ad octauas Paschæ, & septem dieb. an
e te natiuitatem sancti Ioannis Baptistæ [e], iudiciaria potestas neminem ad placitum vocet, vt in præ. c. placita. alibi dicit, à Septuagesima vsqua ad octauas Paschæ: & ab aduentu Domini vsque ad octauas Epiphaniæ, & in ieiuniis quatuor temporum, in dieb. litaniarum & rogationum, vt xxij. q. v. decreuit. Veruntamen istæ feriæ non habentur in vsu: & per contrariam consuetudinem Romanæ ecclesiæ & aliarum prouinciarum derogatur prædictis iuri
f bus, præmissis feriis in suo robore duraturis [f]. Quod autem dixi de septem dieb. ante festum natalis Domini, dignum esset ob reue-
g rentiam tanti festi seruari [g]. † ¶ Repẽtinæ feriæ dicuntur, quas so
3 lus prĩceps ob publicã gratulationẽ indicit: putà ob diẽ natalis sui, vel filii sui, vel suę coronatiõis, vel qa vxorẽ duxit, vel ob res ꝓsperè
h gestas: putà pp gaudiũ victoriæ de inimicis habita. C. e. à nullo [h]. ff. ex

ADDITIONES.

a Sequentibus. ¶ Hîc adde festũ corporis Christi feria quinta post octauas huius festi, per constitutionem Vrbani. quæ habetur in cle. de reliq. & ven. sanct. si dominum.

b Reprobo. ¶ Vide, quod scripsi in præ. c. fi. eod. tit. in gl. quæ sunt. Et aduerte, quòd non vtitur auctor verbis decr. in eo, quod statĩ subditur. ibi enim dicit text. xij. apostolorum, & pręcipuè Petri & Pauli: hîc dicit omnium apostolorum: & sic includet eos, qui nõ fuerunt de numero duodeno, sicut Paulus. hoc patet Lucæ vj. & no. de reliq. & ven. san. c. vno, li. vj. in gl. ij. per quam dec. hîc addas de quatuor Euangelistis, licet duo ex illis per apostolatum essent inclusi: & de quatuor doctoribus.

c Loci. ¶ Istud Siue loci, non est in canone: & intellige, quod dicit canon, Cuiusque oratorii, quod ad festiuandum, & solenniter officiandum per clericos illius loci, non quo ad ferias causidicas, de quibus tractamus, nisi forsan episcopus loci, &c. vt sequitur. Dedicatio autem basilicę beati Michaelis, quæ est penultima Septembris, bene est feria causarum, vt in c. fin. eo. ti. & c. j. de consecr. dis. iij. sed Bononiæ non est feria operarum: quia tunc mutantur hospitia, propter quod illa dies, & sequens, quæ est festum beati Hieronymi, non bene coluntur.

d Cruci. ¶ Ad quod oppone, & solue, vt ibi no. in j. gl.

e Baptistæ. ¶ Hoc declaratur eod. tit. capellanus.

f Duraturis. ¶ Secundum Tan. vbi s.

g Seruari. ¶ Dicit Simon in l. omnes. C. eo. tit. quòd cùm omnes dies debeant esse iuridici, præter exceptatos, vt ibi in prin. satis est illos exceptatos non esse, vt dicantur iuridici.

h Nullo. ¶ Secundum Tancre. & respicit hoc lex, quod suprà dicit Solus.

ff.ex qui.cau.ma.in integ.rest.sed & si.§.si feriæ. Sunt etiam aliæ repentinæ, quæ indicunt ob honorem insignium ciuitatum, putà Romæ & Constantinopolis, scilicet dies natalitii earum, C.eod. omnes.ij. Dicuntur autem repentinæ, quia incertæ sunt, imò repentæ & subitò indicuntur.
4 †¶Indictæ, siue rusticæ, seu publicæ, sunt, quæ propter rem rusticam, seu propter publicam vtilitatem conceduntur, scilicet pro messib. & vindemiis colligendis: quæ etiam quandoque solennes vocantur, ff.eo, l.j.resp.j.& hîc restituuntur à iure hoc modo, scilicet in AEstate pro messibus ab octauo cal.Iulii vsque in cal. Augusti: in Autumno verò pro vindemiis à x.cal.Septemb. vsque in idus Octob. Medio autem tempore, scilicet à calendis Augusti vsque in x.cal.Septemb. possunt causæ agitari, vt C.eo.l.ij.& l.omnes dies. in prin.& lex vocat hoc tempus duorum mensium, licet plus contineat, vt ibidem, & eod. tit. publicas, veruntamen feriæ istæ indicuntur secundum qualitates & consuetudines regionum quandoque tardiùs, quandoque citiùs, ideoque dicuntur indictæ, vt ff.eod.præsides.& ff.de offic.proconsl.l.si in aliquam.in princip.nam in quibusdam locis tempestiuiùs fructus maturãtur, quàm in aliis: putà in maritimis, quàm in montanis, & in calidis, quàm in frigidis regionibus.
5 †¶Sed pone in loco vnde est reus, prius indicuntur, quã in loco vnde est actor vel iudex, vel prius, quam in loco, vbi res, de qua agitur, sita est: quæritur, cuius loci iudex cõsuetudinem obseruabit? Et videtur, quòd loci actoris, cùm ex eius persona ius metiatur, vt ff. si pars hære.pet.l.ij. ff.si mens.fals.mo.di.l.j. Econtrà videtur ꝙ rei, cuius forum actor sequi debet, extra.de for.com.cùm sit.& C.vbi in rẽ ac.l.j.xj.q.j.experientiæ.& qui fauorabilior est, ff.de reg.iur. fauorabiliores. Imo videtur, ꝙ iudicis, seu eius loci, in quo causa dicit̃, vt ff.de testib.l.iij.§.fi.ff.de var.& extraor.cog.l.j. §. in honorariis. & extra.de eo, qui mit.in pos.causa rei ser. cùm venissent. de pœ. di. j.nemo. Sed videtur attendi debere consuetudinẽ loci, vbi res, de qua agitur, sita est. nam eius ratione quis forum sortitur, extra de fo.comp.sanè.& c.licet.& c.fi.& de testa. Raynutius. vbi quarta deducitur secundum consuetudinem ciuitatis Tuscanellæ; in qua res, de quib.agebatur, erant sitæ. ad idem extra.de re iud.cùm causam. Sed dic, loci rei consuetudinem seruandam, in cuius fauorem indictæ sunt huiusmodi feriæ, ne à suis negotiis euocetur, ff. de fer.l.j.
6 Actor †enim & iudex sibi præuidere potuerunt, ne aliquem vocari facerent tempore feriarum, quæ in suis locis seruãtur: & non reus, C.de dil.si quando. quæ est iij.q.iij.§.spatium.& facit C.de temp.in integ.rest.petendæ. Præterea eo quòd actor tẽpore suarum feriarum reum vocari facit, eis renunciare videtur: quod facere potest, vt ĩ.dicetur. Contra hoc tamẽ videtur, quod no.secundum Papam, ĩ.ver.illud etiam no, sed ibi loquitur, quando iudex & litigatores sunt diuersarum, & remotarum regionũ, vt patet in his qui litigant in curia Romana: hîc autem loquimur, cùm sunt diuersorum locorum, non tamen valde remotorum.
a Quidam [a] autem dicuntur, ꝙ vbi quæritur de causæ ordinatione, tunc consuetudo loci iudicis consideratur, vt in præ.l.ff.de testib.
7 †¶Et si iudex circa iudicia suam consuetudinem non sequitur, sequatur ius commune, nullius inspecta consuetudine: quia aliena consuetudo eum non ligat, licet sit arg.contrà, xii. dist. illud [b].
b Vbi verò quæritur de causæ decisione, tunc loci, vbi contractum fuit, vt arg.ff.de eui.si fundus, extra.de testa.Raynutius.& extr. de eo, qui mit.in poss.causa rei ser.cùm venissent.ff.de vsur.l.j.resp.j. Alii dicunt, ꝙ vbi vna est consuetudo in foro rei, alia in foro actoris, alia in foro iudicis, quòd seruanda est consuetudo rei, vt in l. fauorabiliores. Alii, quòd est actoris, ex cuius persona ius metit̃ forum, vt s̃.ff.de iud.solemus, & l.si quis Alii, ꝙ regionis, in qua ꝯtractus celebratus est, ff.de reg.iur.semper.& in præ.l.si fundus. Alii, ꝙ loci, in quo iudicatur, vt in præ.l.de testi.& no.C. quæ sit lõ. consuetu. Alii distinguunt: quia consuetudinem ciuitatis potest iudex seruare contra forenses, sed statuta non; quòd non placet. vnde dic, vt s̃.ibi, quidam autem dicunt.& dic, & quære circa hanc materiam, prout no.extra.eo.c.fi.& de consue.super rubrica, secũdum Papam.
8 †Item no.ꝙ feriæ publicę, seu rusticę, conceduntur non solùm rusticis, vel agricultoribus, imò etiam omnibus aliis: putà militibus, clericis, burgensibus, artificibus, & aliis, ff.eod.l.j.ĩ prin.vbi de hoc: quia licet personaliter his non intendant, tamen intendunt per alios, putà per procuratores, colonos, & huiusmodi: & licet per se non occupentur, possunt tamen per alios occupari, putà per ꝓcuratores, testes, vel aduocatos, quos habere non possunt. Licet ergo causa cesset, non ideo cessabit effectus, vt ĩ.de disput.& alleg.§.post hoc.ver.vel illud statutum.& est q̃o venerealis [c].
c Veruntamen in Romana curia procuratores remotarum partium, qui non læduntur in aliquo, si feriæ ibi non concedunt̃, bene sunt cogendi respondere, vt not.Papa extra.de fer.c.fi.procuratores autem eorum, qui sunt de loco, vbi est curia, vel de vicinis, feriis, gaudent: & sic de mãdato sanctissimæ recordationis domini Clem.papæ IIII.seruauimus. ¶Est autem argu.secundum
9 Mar.de Fano,† ꝙ nulla lex potest curiã principis coarctare, quin possit quolibet tempore ius reddere, etiam diebus feriatis, C.de his, qui ad ec.con.præsenti.in prin.ibi, præsentanea cõstituta.&c.
10 †Nam ipse est lex animata in terris, vt in auth.de consul.§.penul. in fi. Et per hoc potest excusari consuetudo curiæ regis Franciæ, qua tempore parlamentorum omni die ius reddit, vt venientes de longinquis partibus citiùs expediantur.
11 †¶Illud etiam nota, ꝙ in assignatione termini nõ sunt attendendæ feriæ partium, sed regionis tantùm iudicis, coram quo causa agitur. Nec est vis, si feriæ sint, quando parti assignatur terminus, vel quando incipit iter eundi ad iudicem, vel etiam si in via incidat, ar.ff.de adul.miles. §. sexaginta.ff.qui.ex cau.ma.sed & si per pretorem.§.pe.secundum Papam, vt no.extrà de fer.c.fi.

ADDITIONES.

a Quidam. ¶Odoff.scilicet vt dicit Alb.Gal.rubr.de sent.vers.pe.ibi etiam ponit vltimum dictum hui⁹ ver.quod auctor improbat.

b Illud. ¶Ibi dicit hoc satis, nec contrà dicit. dum dicitur hîc, ius cõmune sequendum: ibi, per vnius consuetudinem non tolli consuetudinem alterius.

c Veneralis. ¶Et est xxv.vbi hoc tenet Bar. allegans Pileum, cuius fuit q.xcvj.& idem dixit in libellis rub.de in ius voc.idem Tanc.vbi s̃.ver.rusticæ.& Rof.vbi s̃.in prin.& Host.in sum.huius tit.§. fi. ver.sed nunquid milites.

SVMMARIVM.

1 *Agi potest diebus feriatis, si necessitas vrgeat, vel pietas suadeat: & quæ tunc dicatur necessitas.*
2 *Appellari potest quolibet tempore feriato, & in qualibet causa: non autem potest appellationis causa tractari.*
3 *Receptio testium quo casu tempore feriato possit fieri.*
4 *Tempore feriato potest causa scholas conducentium tractari.*
5 *Instrumentum in ferijs ob reuerentiam Dei indictis per tabellionem super aliquo contractu confectum, an sit validum.*
6 *Testis dictum tempore feriato depositum, an teneat.*
7 *Ad voluntariam iurisdictionem spectantia quæ sint, & an quolibet tempore fieri possint.*
8 *Tutor dari potest quolibet tempore.*
9 *Causa matrimonialis an, & quare possit feriatis diebus tractari.*
10 *Causa vsurarum repetundarm an feriato tempore sit agitanda.*
11 *Decimarum causa an tempore feriarum possit ventilari.*
12 *Causa, quę committitur intra certum tempus decidenda, si die feriato euenerit, an procedatur.*
13 *Decretum super alienatione minoris diebus solennium feriarum interpositum, an valeat.*

Quid in ferijs agi possit, vel non.

2.§.Sequitur videre, quid in eis agi potest, vel non. Et quidem in omnibus prædictis feriis non debent tractari ea, quæ ad contentiosam spectant iurisdictionẽ: putà non debet quis ad causam vocari, nec causa tractari, nec sententia ferri: quod si fiat, non valet quod agitur, ĩ.§. prox. & xv. q. iiij.c.j.& ij.& C.eo.per totum, extra.de iud.c.fin. ff. eod. si feriatis. extra. eo.c.fi.in fi.& talis sententia, vel processus non posset ratificari, cùm sit ipso iure nullus, xvi.q.iii.§.potest.extra.de elect. audi
a tis.licet sit argum. contrà, ff.rem ra.hab.cùm minor.§.fi. [a] C. com. vtriusque iu.l.ii. C. de fi.instru. l. ii. Item non potest tunc quis ad mortem, vel pœnam damnari, nec placitum, nec mercatum fieri, nec sacramenta præstari, nisi in casibus extra.eo.c.i.xxii.q.v.decreuit.
1 †¶Potest autem his diebus agi, si necessitas vrgeat, vel pietas suadeat. Necessitas est, vt si res sit tẽpore, vel morte peritura, ext. de iud.c.fi.C.eod.actus.quod exemplifica, vt ff.eo.l.i.ii. & iii. & ĩ. subiicietur. Pietas autem suadet, si sit causa debilium, vel miserabiliũ ꝑsonarũ: qa in operibus mĩæ dierũ non est habẽda distinctio, arg.lxxvii.dist.vtinã.de ꝯsec.dist.v.nũq̃.imò illis magis est insistẽdũ his diebus, arg.extr.de sta.monach.cùm ad monasterium.§.in refectorio. Vnde quæ ad pacem & concordiam pertinent, tractari & terminari tunc possunt, extra.eod.c.i.& pacta in his loquantur, & transactiones conferant, C.eo.l.fin. Idem fortè in causis, in quibus appellatio non admittitur, ff.de appel.recip.vel non, l.fin. quod dic, vt ĩ.de appel.§.in quibus.& in his, quæ dilationem non recipiunt, vt absolutio ab excommunicatione, extra.de app. qua fronte.
2 †¶Item quolibet tempore feriato appellari potest. & in qualibet causa, sed non potest causa appellationis tractari, C.e.l.i. Et nota, ꝙ ferię ꝯtinuę sunt. nã ꝯputãtur in anno, vel biennio, q̃d datur ad prosequendam appellationem, C.de temp.app.l.ii.§.pe. Item quolibet tẽpore libellus offerri potest, ff.de adul.l.miles. §. sexagin

ADDITIO.

a §.fi. ¶Lex iii.est, quam solue, vt no.extr.de re iudi.c.i.in gl.ii, & vt super ea dixi in l.seq.tenet diuisio ex consensu sociorũ, licet non ex auctoritate diuidentis, l.ii.de fi.inst.procedit ex eo, quia res inter alios agitur.

a sexaginta [a]. Item si actio sit tempore, vel morte peritura, his temporibus lis potest contestari, vel executoris conuentio fieri: & fieri quod commodè differri nō potest, & liberale iudicium exerceri. Item in eum, qui feriarum, vel nundinarum impediendarum nomine, vel ne frumentum ad eas ferretur, aliquid accipit, omni
3 tempore ius dicitur. ff. e. l. j. §. excipiuntur. & solet. †¶Item fit fortè testium receptio, cùm timetur verisimiliter de ipsorum morte, vel absentia diuturna, ext. vt lit. non cont. quoniam. in prin. & arg. ff. de fer. solent. & in auth. de test. §. fin. C. de aduoc. diuer. iud. laudabilem. §. quot. Item causæ insignium latronum, & maximè Isaurorum, omni die & tempore expediuntur, C. eod. l. pen. xxiij. q. iiij. est iniusta. Item publicæ & fiscales, saltem in feriis rusticis, C. eo. publicas. non tamen in solennibus, vt eod. ti. omnes dies. in fi.
4 & l. fin. in fin. & extr. eo. c. j. †¶Sed magister conducit alias de vicino, ita quòd voces adinuicem se cōfundant, primus vltimum depellere potest: quæ causa die tractabitur feriato, C lib. xj. de stud. liberal. vrbis Ro. & Constan. l. vnica. Item tempore feriarum rusticarum cogitur quis litigare, ne tēpus alicuius electi inutiliter elabatur, extr. de iu. c. fi. Item tpe messium & vindemiarum possunt agitari causæ ad eas spectantes, ff. eod. l. j. & iiij. & C. eod. omnes.
5 †¶Quid si in feriis ob reuerentiam Dei indictis fit instrumentū per tabellionem super aliquo contractu? Dicunt quidam, quòd non valet. nam dicit lex, actus omnes, seu publici, vel priuati, xv. diebus paschalibus conquiescant, vt C. de feriis, actus. Sed dic cōtrà, & quòd ibi dicitur Actus publici, vel priuati, expone, id est iurisdictionis contentiosæ: voluntariæ autem bene possunt exerceri, prout in eadem lege dicitur, vt emancipare, contractus inire, in
6 strumenta scribere, testamēta facere, & huiusmodi. †Quid si tūc testis dictum suum deponit? Et videtur, quod non valet, quamuis die non feriata iurauerit, vt C. eod. dies festos. circa med. & hoc q dā dicunt. Contrà credo, cùm habeatur pro precepto, postquam iurauit, ar. C. de testib. l. pen. vt s. de testib. §. qualiter. ver. is quoq;. & examinatio non est iudicialis actus. imò secretè fieri debet, Danielis exemplo. Sunt etiam, qui dicunt, quòd partibus & testibus volentibus hoc fieri potest: aliàs non, vt in præd. l. dies. ibi, à cunctis executoribus, &c. & ibi, nulla quenquam vrgeat admonitio, &c. Recipi autem, seu iurare non debent testes die feriato: quia
b testium receptio est de processu [b], extr. de probat. quoniam contra. nisi fortè, quando recipiuntur valetudinarii, & de quorū morte, vel absentia diuturna timetur, cùm tunc extra iudicium reci-
c piantur, vt extra, vt lite non contestata. quoniam. responso j. [c]
7 †¶Porrò ea, quæ ad voluntariam iurisdictionem spectant, quolibet tempore fieri possunt: vt adoptare, emancipare, manumittere, excommunicare. & absoluere, vbi causæ cognitio requiritur,
d C. eod. actus [d]. Ergo tutores & curatores dabuntur, & vt gerant, monebuntur, alimenta constituentur nomine ventris, vel legatorum, & causa damni infecti possessio dabitur: item fiet cognitio exhibendi testamenta: curatores dabuntur bonis, & vt liberi parētes alant, & econtrà præcipietur: atrox iniuria æstimabitur: & fideicommissaria libertas præstabitur, ff. eo. l. ij. & iij. ff. de dam. infect. l. j. ff. quemad. test. aper. l. j. & licet præ. l. loquatur in feriis rusticis, Azo tamen dicit hoc fieri posse, etiam in solēnibus, cùm pietas hoc
8 suadeat, vt prædixi. †¶Quod autem dixi de tutoribus dādis, probatur etiam ff. de tutel. qui habet. §. pen. vbi dicitur, quòd tutor dari potest quolibet tempore. §. quod intelligit Vber. cùm ad vnam causam dari debet, vt ea. l. in fi. fiscus si ad plures: cùm tunc dari debeat cognita causa, & iudice pro tribunali sedente, ff. de cōfir. tut. vel cur. in confirmando. sed prius dictum placet, cùm prima iura non distinguant, arg. ij. quæst. v. consuluisti. extrà de translat. inter corporalia. Quid si vxor mortuo viro petit alimenta? Dic, quòd
e hæc causa potest die feriata agi, quia id pietas suadet [e]. †¶Quid
9 de causis matrimonialibus [f]? Ioan. not. xv. quæst. iiij. in sum. posse
l famari.Ber.& do.meus not.contrà ibidem,& bene [l].nam hæc exceptio semper poterit ante sententiam proponi, huiusmodi termino non obstante:& etiam post sententiam contra executionẽ vt in præd.c.pia.Qui enim talem assignat terminum,intelligit,solùm de dilatoriis,quæ ante litis contestationem proponi habẽt: & non de exceptione , quæ anomala est, & semper proponi potest,vt dixi:maximè propter periculum cõmunionis,vt xj.q.3.cũ excommunicato.extr.de cle.excom.illud. de sent.excom. solet.
m & in præd.c.exceptionem [m].†¶Sed nunquid reus scienter omit
17 tens proponere hanc exceptionem in termino assignato ad pro ponendas

ADDITIONES.

a Pastoralis.¶In 3.gl.Adde Bal.in l.j.C.de iur.& fact.ign.& ibi Bar. & Bal.in l.licet.& in l.nihil.C. de proc.& sicut ignorans admittitur ad exceptionem proponendam,ita dubitans pòst certificatus ita Cy.& Bal.in l.fi.C.de fur.

b Vber.¶de Bo.mihi charta vij.in fin.ver.caue tibi.

c Prope fin.¶Et vide,quod scripsi eod.tit.dilecto.super ver.appellatum.

d Opponi.¶Et etiam post terminũ,vt sequit̃ in vers.sed nunquid. Adde, quòd exceptio excommunicationis potest sæpius ꝓponi in vim dilatoriæ,non peremptoriæ,vt tenet Feder.cons.cxviij.

e c.Pia.¶libr.vj.

f Nonnulli.¶Quam non habemus:sed de primo dicto dec. ipsius habetur de sen.exc.decernimus.lib.6.de secundo habemus decr. Bonifac.hoc eo.tit.cùm quidam.eodem lib.

g G. Na.¶non inueni:sed in dec.sciscitatus.de rescr.ipse fatetur exceptionẽ etiã post sententiã admitti in publicè excõicato, in occulto ñ.Adde, ꝙ Abbas post Cal.in d.c.sciscitat⁹.dicit,ꝙ gesta ab excõicato sunt retractãda,quãdo acta sunt in fauorem partis scientis illum excommunicatum:quod dicit esse notabile ad limit. l.Barbarius.de offic.prætor.& vide per Abb.in ca.exceptionem. & ibi,an malitiosè differens opponere contra personam iudicis, sit condemnandus in expensis. Quid autem,si contra iudicem fuit exceptum,nunquid poterit statuere hunc terminum?Host.tenet quòd sic:Abbas, quòd non rationibus, de quibus per eum in c.pastoralis.extr.eo.

ADDITIO.Adde circa primum dictũ præced.Addit.Fel.in ca. post cessionem.col.7.ver.ij.cõclusio.extr.de proba.vbi determinat,an gesta cum procuratore excõicato, ẽt oculto,sint nulla, ẽt si cõstituens hoc ignorasset: & an ꝓcessus factus cũ actore excõicato,valeat:vide do.de Ro.decis.718.inc.dic,ꝙ si agatur. in antiquis:vbi dicit,quòd sic, si non opponatur.Et adde,quòd excommunicatus non potest petere executionem sentẽtiæ,secundũ Inno.& Host.in c.venerabilem.extr.eodem,de excep.vt refert Archi.qui ita videtur tenere in c.sicut.ij.q.j.& ponit Guid.Papæ,sin. 422.inci.consules.Hen.Ferran.

h Pastoralis.¶Vt ibi scripsi super j.gl.

i Tolerari.¶Imò non posset,vt ĵ.ver.sed nunquid.

k Inquisitionis.¶Hic de rescri.c.j.lib.vj.in gl.quid si.& ĵ.de inquis. §.j.ver.quid si impetrator inquisitionis.

l Bene.¶Et hoc est approbatũ per cle.de except.c.vno.Idẽ tenuit Vber.de Bo.vbi s̃.de exceptione excõicationis:vbi ẽt dicebat de ea parum in iure ciuili haberi:habetur tamen in auth.de san.epis. §.nullum autem.ibi,soluta excommunicatione.& de interdic.hęret.colle.ante fin.ibi,anathematizentur.& no.C.de sacr.sanct.eccles.l.placet.&C.de sum.trin.l.ij. Adde, quòd idem tenet Abb.in d.c.pastoralis.

m Exceptionem. ¶Tu dic idem, etiamsi hoc intellexisset iudex,& expressisset:vt no. in præ.cle.in fi.pen.gl.

ponendas dilatorias, est condemnandus in expensis? Et dicunt quidam simpliciter, quòd sic: & videtur expressum in præ.c.exceptionem.versi.quid si eam Tu dic^a, quòd aut competit contra iudicē, aut contra actorem: si contra iudicem, & reus scienter omittit eā proponere in termino, vt actor sumptib^9 & laboribus inutiliter fatigetur, si postmodum in pcessu eam opponit, siue añ litis con testationem, siue post, locum habet condemnatio in expensis. & est rō: quia ea probata non tenet processus: & sic actor inutiliter laborauit: præsumitur enim malitiose subticuisse, extr. de re iudi. ad probandum. Et secundum hoc potest intelligi præd. dec. exceptionem. Si verò contra actorem^b, nō proprer hoc reus scienter eam in termino omittens, & postea probans, est cōdemnandus: quia licet actor in sequentibus excludatur, valent tamen, quę cū eo acta sunt, in præd. dec. pia. & ita non interest actoris, quia non inutiliter laborauit, argum. extra de offic. delegat. prudentiam. §. sexta. & præterea actor, contra quem probata est excommunicatio, non debet cum dispendio probantis impugnari, nec de ex-
18 communicatione sua commodum reportare. † ¶ Quid si probatur exceptio, & ex aduerso probatur absolutio? Respondeo: Aegid.^c non credit excipientem condemnandum, cùm malitia nulla appareat, quam requirit decretal. pia. in principio. cùm enim absolutiones non fiant publicè, non imputatur reo, si non diuinauit: arg. in præd. decr. exceptionem. in fin. & vt ecclesi. bene fic. c. vnico, & arg. extr. de elect. statuimus. in fi.^d ff. de leg. ij. qui so
19 lidum. ij. qu. iij. Paulum. † ignorantia enim probabilis est in facto alieno, vt ff. pro suo, l. fin. & argu. ff. de probat. verius. Item qui semel fuit excommunicatus, semper præsumitur excommunicat^9, arg. extr. de cleric. excom. proposuit. & de senten. excom. sicut. & c. cùm desideres. Sed opponitur, quia licet ille probauerit excommunicationem, certum est tamen quòd non probauit actorem excommunicatum esse, & ab agendo repellendum, ad quod intēdebat: quia verba cum effectu sunt accipienda, vt ff. quod quisque iur. l. j. §. hæc autem. extra. de cleric. non resident. relatum. & sic tanquam in probatione deficiens, est in expensis legitimis cōdemnandus. debuit enim diligenter inquirere, vtrùm ille absolutionem obtinuisset: quod potius præsumere debuit: quia non est verisimile, quòd tanto tempore fuerit immemor propriæ salutis, vt 1. quæst. 2. sancimus. alioquin liberum erit cuilibet de qualibet excommunicatione, quantumcunque antiqua, excipere: & per consequens litem impunè protrahere, contra mentem prædictę const. pia. Vnde dico, quòd nisi iuratum fuerit de malitia super ipsa exceptione, vt s. versicu. porrò. vel etiam de calumnia in principali, vbi post litis contestationem opponitur, bene condēnabitur excipiens in expensis, vt in prædict. decr. proposuit. & ad hoc facit lex: quia nihil refert an ipso iure quis non habeat actionem, an habeat, sed per exceptionem repellatur, vt ff. de regu. iur. l. nihil. Si autem iuratum fuerit, obtinet prius dictum: quia tunc vna præsumptio per alteram tollitur, argum. extra. de elect. cùm inter R. seniorem. & facit ad hoc j. de expen. §. si ante. versicu. sed nunquid. & j. in tract. libel. in tit. de calum. versicu. quid si accusator. ¶ De probatione autem huius exceptionis, & quando prædicti octo dies currant: & an sine iudicis præfixione: & quid iuris sit, si intra illos octo dies testium dicta non publicantur. vide s. de
20 dilat. §. j. versi. sed & si. & seq. † ¶ Sed si hæc exceptio contra iudicem opponitur, quis cognoscet de hoc? Respondeo: not. dominus meus in præd. const. pia. quòd si sit ordinarius, tunc superior & ordinarius: si verò sit delegatus papæ, tunc arbitri cognoscent: & de hoc s. de recusat. §. fina. versic. nunquid excommunicatio^e.
21 † ¶ Sed quid si iudex pronunciat exceptionem non esse probatam, non tamen condemnat opponentem in expensis, nunquid actor poterit petere, quòd in processu, vel in sententia eum condemnet? Dicunt quidam, quòd non: & imputet sibi, quòd non petiit eum condemnari: arg. de verb. sig. dilecto. & arg. C. de fruct. & lit. expens. terminato. finito exceptionis articulo, qui principalis est articulus condemnationis, qui est accessorius. vt patet ex verbis condemnationis, per consequens finitus est, C. de vsuris, eos. & eo ipso quòd iudex non condemnauit, videtur absoluisse, argum. C. si plures vna senten. condem. fu. l. 1. & 2. & C. si ad uer. rem iudic. l. 1. Alij contrà, arg. C. quando prouoc. non est necess. l. fin. ff. de excep. rei iudic. euidenter. & dicunt, quòd prædicta iura loquuntur in sententia super principali lata: secus dicunt in interlocutoria. de hoc dic, vt j. de expen. §. postremo. versi. illud^f. Sed nunquid exceptio excommunicationis tolletur per replicationem alterius excommunicationis? Respon. non: vt eodem tit. dilecti^g. dicam j. §. fin. versi. item no. † ¶ Sed de qua cognoscetur
22 prius, de exceptione, an verò de replicatione? Ioan. de Deo not. hanc inter suas quæstiones^h, & dicit, quòd de replicatione: argu. præ. dec. intelleximus. & extr. de offic. deleg. prudentiam. §. sexta. quod reprobo per præ. dec. dilecti. Argu. tamen pro eo, eo. titu. à nobis. à contrario sensu. Sed hæc quæstio non procedit, secundū ea, quæ no. s. ver. prox.^i † ¶ Licet autem secundum præmissa lata
23 via reo patet dilatorias proponendi, non consulo tamen quòd sint multùm prompti aduocati ad perdendas animas, & ad exceptiones dilatorias proponendas: imò diligenter cōsiderent, vtrū possint eas probare: nam si eas affirmatiuè proponunt, eis incumbit onus probandi, vt dicam j. §. viso. in princ. nisi fortè in quæstione mēdacij, per quod dicitur rescriptum impetratum: quia tūc, secundum Vbert.^k impetrans habet probare se illud per veras preces impetrasse: sed & opponens, si velit, potest contrariū ostēdere, C. si contra ius, vel vtil. public. præscriptione. quæ est xxv. q. ij. C. de dilat. si quando. quæ est iii. quę. iii. §. spatium. Si igitur reus, qui habet probare, deficit in probando, condemnabitur in expensis, maximè si sint friuolæ, C. de iudic. properandum. §. fin autem. C. de app. à proconsulibus. ff. de proba. in exceptionibus. in princ. in authen. de iud. §. oportet. C. de aduoc. diuer. iud. l. j. ext. de dolo
24 & contu. cæterum. & de pœnis, calumniam. † nisi forte reus probet se habuisse iustam causam, siue occasionem credendi sibi cōpetere illam exceptionem, vt C. de calumn. qui non probasse. ad quod facit in authen. de iud. §. oportet. ij. quæst. iij. Paulum. ext. de elec. statuimus. ad fin.^l † ¶ Hoc quoque notandum est, quòd per
25 emptoria non debet inter dilatorias proponi cum effectu, licet possit protestari.^m Et est ratio, quia diuersos habent effectus. dilatoria enim differt, sed nō aufert principalem actionem, nec ei opponitur: peremptoria sic: vnde oportet, quòd præcedat actio, cui opponatur, & quam auferat, vt probatur & not. extr. de lit. contest. exceptionis^n. Sed ante litis contestationem non dicitur quis agere velle, vt s. §. prox. in fin. Arg. tamen contrà, extr. de renunc. veniens. vbi lite non contestata super principali, scilicet super petitione præbendæ, probationes fuerunt admissæ super exceptione peremptoria: quia exceptum fuit, quòd ille Io. renunciauerat literis. sed dic, quòd ibi fuit lis contestata, vt ibi no. gloss. Item & exceptio renunciationis impedit litis contestationem, vt not. s. § j. versi. defensiones. Si quis igitur exceptionem peremptoriam conuertat in dilatoriam contra rescriptum, non debet admitti in vim dilatorię: aliàs quælibet peremptoria posset reduci in dilatoriam: & econtra: quod ridiculum esset. Argum. tamen contrà, extra. de donat. inter vir. & vx. per vestras. vbi exceptio rei iudicatæ reducitur in dilatoriam contra rescriptum. Sed dic, secundū Gof. quòd ibi non proponebatur exceptio rei iudicatæ. sed proponebatur exceptio dilatoria contra rescriptum: quòd videlicet in ipso non fiebat mentio de processu: vt ext. de re iud. inter monasterium. & de fide inst. inter dilectos. Hodie autem exceptio rei iudicatæ contra literas opponitur, vt dicam infrà §. prox. vers. rursus. Peremptoria autem in vim dilatoriæ proponitur^o: putà, si quis dicat, non potest esse iudex in hac causa, quia T. aduersarius meus fecit mihi pactum de non petendo in perpetuum: vel mihi detulit iura

ADDITIONES.

a Tu dic. ¶ Secundum Aegid. rub. 32. vltra medium.
b Actorem. ¶ intellige, ita quòd non contra rescriptum: nam tunc secus, propter rationem præmissam, vt etiam scripsi in decr. exceptionem. & super gloss. etiam fin. adde, vt plenè per Abb. in d. ca. exceptionem.
c Aegid. ¶ continuatur dicto s. prox. vide, quod scripsi in ca. pia. super ver. not. probauerit.
d In fin. ¶ lib. vj.
e Excommunicatio. ¶ Vide quod satis dixi in pręd. c. pia. super ver. iudex.
f Illud. ¶ Vide, quòd scripsi in dec. pia. super ver. in expensis.
g Dilecti. ¶ Idem Goffred. in sum. huius tit. in fin. per eandem decr. dicit autem, quòd olim tenebatur contrarium, per decr. à nobis. eodem titu. Adde quod scribitur per Abb. in d. cap. cùm à nobis. & capit. dilecti. & Bald. & An. Bartol. & nouiss. in l. cum mulier. ff. solu. matr.
h Quæstiones. ¶ Lib. ij. q. vj.
i Ver. prox. ¶ Hoc repetitur j. §. vlt. in fi. sed quomodo dictum Ioā. de Deo defendetur, vide quod scripsi in præd. decr. à nobis. sub v. membro summæ, quam ibi posui.
k Secundum Vber. ¶ de Bob. charta mihi xij. ver. licet quasdam. in fi. vide, quod dicam j. de clan. despon. super rubrica.
l Ad fin. ¶ Lib. vj.
m Protestari. ¶ De hoc & his quæ sequuntur, scripsi post Inn. de rescri. super literis. post expeditas glo. & de fo. compe. ex parte B. in gl. not. arg. & scripsi s. de rescri. præsen. §. ratione formæ. ver. porrò licet. & sequentibus.
n Exceptionis. ¶ lib. vj.
o Proponitur. ¶ Secundum Bonagui. titu. quot modis sumatur exceptio. in fin.

lit iuramentum, & ego iuraui me nil sibi debere, & sic de similibus. Dilatoria verò proponitur in vim peremptoriæ: vt si quis dicat, non teneor tibi dare decem, quæ à me petis: quia iudex, coram quo me trahis, est tuus amicus: vel quia rescriptum tuum est subreptitium. Hæc igitur stare non possunt. nam cùm diuersos habeant effectus, vt dixi in præmissis exemplis, quod est dilatoriæ, scilicet differre, attribuitur peremptoriæ: quæ habet auferre, & econtrà: quod esse non debet, nec etiã sic debent permisceri.
26 † ¶ Sed quæro de his exceptionibus, scilicet quòd iudex est infamis, vel seruus, vel fœmina, & similibus, quando debent proponi? Respondeo, ante litis contestationem, cùm sint dilatoriæ: & etiam probari, argum. extrà de arbi. dilecti. C. de exce. l. penult. licet quidam contradicant. Secus fortè in his, qui natura ꝓhibentur, vt furiosus: cùm iura naturalia sint immutabilia, v. distinctione. in principio. Item secus in his qui iudicio carent, vt impuberes. Tamen quantum ad fœminam, obtinuit contrà. Nam sententia fuit retractata, quia fœmina fuerat iudex in causa [a], licet hæc exceptio non fuisset ante litis contestationem ꝓposita, sed post. Et hoc ideo dicebatur: quia idem foret in seruo, nisi publice publicis officiis fungeretur, vt ff. de off. præt. Barbarius. Fœmina eñ & seruus, quo ad hoc impedimentum, similes sunt, ff. de iud. cùm prætor. §. moribus. Sed primum verius, secũdum quosdam, vt solùm ante litis contestationem proponantur, vt no. C. de procur. ita demum. Vber. de Bob. [b] distinguit. Nam aut opponitur iudici, quod ipse iure non habet iurisdictionem: & tunc post litem contestatam, & ẽt post sententiam, quandocunque potest hęc exceptio proponi: & idem est, vt dicit, in qualibet exceptione, quæ ꝓbata facit iudicium apparere nullum, vt j. prox. versic. hoc tamen ibi, & nouus, &c. & hoc, nisi probetur scienter pars litigasse sub eo, & sponte, ff. de iur. om. iud. l. j. C. de episco. aud. l. episcopale. Si verò iurisdictionẽ habet, sed ei aliquid opponitur, vt repellatur, tunc dicit, quòd siue scienter, siue ignoranter omittatur, vsque ad sententiam, & non post, valet opponi, C. de iur. & fac. ignor. er
27 ror. Ego dico, hoc inter dilatorias debere opponi. † ¶ Sed nunquid hæ exceptiones, videlicet quòd iudex, vel impetrator est infamis, vel criminosus, possunt contra rescriptũ opponi? Respondeo, non: quamuis si papæ fuisset dictum, non dedisset infamem iudicem. Nam tales exceptiones competunt, vt dilatoriæ contra iudicem, vel etiam contra impetrantem: sed literæ bene valent, licet non faciant mentionem de his, quæ nec processum negotij. nec principalem causam contingunt, nisi tales sint exceptiones, quæ rescriptum afficiant. Nam tales bene admituntur contra rescriptum, licet non contingant processum causæ, vel negotium principale: vt si dicatur, rescriptum non valere, quia pro excommunicato fuit obtentum, vt extrà de ætа. & qual. cùm bonæ. vel falsum, vel obreptitium: vel si dicat reus, se priuilegium habere, extr. de rescript. cùm ordinem. vel si dicitur, quòd impetrator renunciauit literis impetratis & impetrandis præter assensum cõmunem, vt eo. tit. ex parte. iii. vel quod literæ sunt nimis generales, eod. tit. ad hæc. ad idem eo. tit. ex tenore. extr. de confir. vti, ad nostram. Quia ergo dilatoriæ exceptiones ante litis contestationem proponuntur, meritò litis contestationem impediunt, siue sint contra iudicis iurisdictionem, siue contra eius personam: de
28 quibus dictum est s. tit. de deleg. §. superest. & §. excipi. † ¶ Quandoque etiam aliquis allegat priuilegium, quòd non tenetur coram illo respondere [c]. & priùs est de priuilegio cognoscendũ, C. de excep. l. fi. ff. de in ius voc. l. ij. ff. de iudic. si quis. extra. de appel. cùm parati. Siue etiam competant contra actorem, de quib. not. s. in tit. de actore: siue ex persona rei, de quibus no. s. in tit. de reo: siue contra procuratorem, de quibus no. s. in titu. de procur. siue contra citatorem, de quibus s. in tit. de cita. & sic de aliis dilatoriis
29 3. q. vi. §. exceptio fori. † ¶ Illud quoque no. dignũ est [d], ꝙ iudex non debet exceptionẽ dilatoriam recipere prius quam reus libellum receperit, vt 3. q. 3. offeratur. extrà de libelli oblat. c. 1. & hoc, vbi ordinariè agitur: secus si extraordinariè: & sine libello: vt extrà de prob. quoniam contra. & de acc. qualiter. §. debet. ꝙ si reus nolit libellum recipere, potest contra eum, tanquam contra contumacem, procedi. In nullo enim sibi præiudicat libelli receptio, maximè protestatione præmissa, quia non videtur in iudicem cõsentire, qui genus sibi edi postulat actionis. vt ff. de iud. non vide-
30 tur. de hoc dic, vt s. de libel. oblat. ver. quo facto. ¶ Illud quoque non est ignorandum, quòd aduocatus dilatoriam exceptionem post litem contestatam proponens, punitur in vna libra auri, C.
31 de excep. l. pen. † ¶ In summa nota cautelam, vt si velis, ꝙ iudicium cum procuratore [e], vel tutore, vel curatore, vel syndico, vel aliis huiusmodi personis, firmum sit, oppone, qcquid poteris, cõtra eas ab initio: & fac, ꝙ iudex pronũciet illos admittendos, nõ obstantibus exceptionibus propositis contra eos: & sic postmodum non reuocabitur iudicium, ne agens cum eis videaris iudicis auctoritate circumueniri. Hæc cautela probatur C. de his, qui veni. ætat. impe. l. j. in fi. & C. qui admit. ad bo. pos. l. bonorum. sententia enim talis facit ius inter partes, extr. de re iudic. cùm inter.
32 † ¶ Qualiter superior, ad quem appellatur propter exceptiones non admissas, formabit literas commissionis, quando causam appellationis committit, vide j. de ap. §. de officio quoq;. vers. nunc
33 dicam'. & seq. † ¶ Hoc etiam nota, quòd vbi proponitur aliqua exceptio dilatoria, aduersarius petere potest sibi cautionem pręstari de soluendis expensis, vel aliqua certa pœna, si proponens defecerit in probando: quod quidam obseruant, nec aliter exceptiones admittunt. Nos tamen hoc non seruamus, nisi fortè euidenter de proponentis fuga, dolo & malitia præsumatur ex causis verisimilibus: & tunc sic, extr. de elect. cùm dilect. ad fin. de resspo. literas. de accusat. super his. 38. dist. quanquam. in fi. Aliquando verò tam violentæ possunt esse pręsumptiones contra excipientem, vel etiam contra exceptiones, quòd non admittuntur. j. §. prox. ver. sed pone. in fi. [f]

ADDITIONES.

a In causa. ¶ Cõpost. in decr. sciscitatus. de rescri. dixit, procuratrix: vt ibi scripsi super glo. 2. Adde ad id, quod hîc dicitur de prohibito impedimento naturæ, quòd etiam si non opponeretur, nõ valeret processus, vt per Inn. in c. sciscitatus. in prin. & ibi scribentes post ipsum, extr. de rescript. Rom. in repet. rub. de arbit. in viij. col. post princ.

b Vbert. de Bob. ¶ vbi de aduocato rei, charta mihi ix. versic. opponentur.

c Respondere. ¶ de priuil. c. j. lib. vj.

d Dignum est. ¶ Secundum G. Na. vbi & plus circa hoc dixit: vide s. de dilatio. §. nunc videamus. super versicul. in summa. Non est ergo sufficiens procurator ad opponendum dilatorias, qui non habet mandatum recipiendi libellum: de hoc dixi de procur. constit. in prin.

e Procuratore. ¶ Omnino vide s. de rescript. præsenti. §. primò igitur. l. fi.

f In fin. ¶ Vbi remittam ad Compost. ibi enim auctor hunc ver. re assumpsit.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dilatoria ante litis contestationem est proponenda & probanda.*
2 *Peremptoria exceptio ante litis contestationem est protestanda, sed pòst proponenda & probanda.*
3 *Reus volens ante litis contestationem opponere, & probare exceptionem peremptoriam, an sit audiendus.*
4 *Terminus ad omnes exceptiones peremtorias proponendas, an possit statui.*
5 *Exceptiones peremptoriæ possunt vsque ad conclusionem causæ proponi.*
6 *In criminibus, vel defectibus, non est laxanda licentia, sed restringenda.*
7 *Excipiens super crimine, non admittitur, nisi super eo, quo aduersarius publica laborat infamia.*
8 *Restitutio an sit in criminibus deneganda.*
9 *Violentæ præsumptiones contra exceptiones propositas, qualiter, & quare possint repelli.*
10 *Exceptio peremptoria, an possit per reum proponi post attestationem publicationem, & examinationem. & per testes probari, &c.*
11 *Exceptionib. publicatis, an possit exceptio peremproria proponi talis, quæ non destruat principale, quin tenuerit.*
12 *Exceptio peremptoria an possit post sententiam proponi.*
13 *Exceptio peremptoria an, & quo casu possit proponi, vbi à sententia non est appellatum, sed transiit in rem iudicatam.*
14 *Exceptio peremptoria contra executorem potest post sententiam, quæ in rem transiit iudicatam, septem casibus opponi & probari.*
15 *Procuratore minoris, vel militis suas exceptiones omittente, debet actio communi & speciali iure contra procuratorem dari.*
Exceptio procuratoria an sit dilatoria, & quot modis dicatur.
16 *Soluens si tutus sit exceptione perpetua, an iure communi possit repetere.*
17 *Exceptio feriarum scienter omissa, an post litem contestatam possit proponi.*
18 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, debet ante litis contestationem proponi, & aliquo casu potest etiam pòst.*
19 *Exceptio beneficij epistolæ diui Adriani, ante litis contestationem est proponẽda: & quo casu pòst.*
20 *Exceptio, quam proponit fideiussor, vel pignorum possessor, de cõueniendo principali, an semper ante litis contestationem sit proponenda.*
21 *Exceptio competens tutori, vt inter se & contutores actio diuidatur, an sit temporalis, aut perpetua.*
22 *Exceptio illa, non habens patris consensum: cùm sit filiusfamiliás, an sit dilatoria, & ante litis contestationem opponenda.*
23 *Opponens post litem contestatam duas partes vniuersitatis in constitutione syndici non affuisse: an sit audiendus.*
24 *Dicens post litem contestatam tutores inuentarium non fecisse, vel non satisdedisse, an sit audiendus.*
25 *Exceptio post sententiam proposita, an valeat.*
26 *Exceptiones peremptoriæ debent ante sententiam opponi.*

27 *Muliere agente pro dote contra hæredes mariti, an exceptio adulterij contra ipsam sit admittenda.*
28 *Exceptiones contra rescriptum beneficiale opposita: quando sint proponendæ.*
29 *Exceptio quæ tantùm contra literas competat, qualiter & quando sit in iudicio proponenda.*
30 *Iuramentum temerarium, aut per fraudem extortum, an possit quis sua auctoritate infringere.*
31 *Papa gratiam alicui sine literis dante, an obijciens contra talem de veritate incognita, sit audiendus.*
32 *Negotium principale non dicuntur contingere ea, quæ sunt de processu.*
33 *Tenor rescripti apostolici in quibus loco libelli dicatur haberi.*
34 *Exceptio peremptoria seu defensio ante litis contestationem proposita, an & quo casu retardet, aut impediat litis contestationem.*
35 *Exceptiones peremptoriæ an possint ante litis contestationem admitti.*
36 *Iusiurandum à parte parti delatum, non est minoris auctoritatis, q̃ res iudicata.*
37 *Consuetudo est optima legum interpres, nec de ea præscriptionis exceptio est admittenda.*
38 *Exceptionum peremptoriarum quædã perimit naturalem exceptionem tantũ, quædam ciuilem tantùm, quædam vtranque, & quædam neutram.*
39 *Exceptio peremptoria quo casu ciuilem tantùm, & non naturalem, dicatur perimere.*
40 *Exceptio solutionis an perimat ciuilem aut naturalem. Solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
41 *Negotium principale an impediat litis contestationem, vbi peremptoria exceptio contingit.*
42 *Exceptio peremptoria quo casu impediat litis contestationem.*
43 *Controuersia per sententiam finita, non debet lis iterum resuscitari.*
44 *Petitione proposita, si quis dicat se non teneri respondere propter pactum de non petendo, an sit audiendus.*
45 *Exceptio iurisiurandi an impediat litis contestationem, & sit contra literas admittenda.*
46 *Contra exceptionem rei iudicatæ, & contra transactionem, quæ possit oppositio fieri.*
47 *Super peremptorijs ante litis contestationem probatis, contra quas nihil extitit replicatum, qualiter pronunciabitur.*
48 *Forma proponendi exceptionem peremptoriam.*

¶Exceptiones peremptoriæ quando opponantur.

a 3.§.Dicto de dilatoriis, quando proponantur, dicẽdũ est de peremptoriis [a]: super quo dicendum est, ꝙ peremptoriæ exceptiones, quæ causam & intẽtionem actoris perimunt, seu elidunt, opponi possunt ꝑpetuò, vt j̃.§.viso.ver.item not.quòd. Item possunt opponi, hoc est protestari, sed nõ probari, semper ante sentẽtiã: verũtamen probari habent tantũ post litem cõtestatã, C.de præscri.long.tem.emptor.C.senten.rescin. nõ pos.peremptorias.C.de prob.exceptionem.C.de excep.præ-
1 scriptionem.&ext.de in int.rest.auditis.3.q.6.§.exceptio.†¶Ordo enim proponendus est, vt dilatoria proponatur ante litis contestationem, & probetur, vt s̃.§.prox.peremptoria verò post litẽ contestatam, vt in præ.l.peremptorias.C.de ap.eos.§.j.ext.de præscri.auditis.&postquam actor suã probauit intentionẽ, vt s̃.de teste, §.qualiter autẽ.ver.sed opponitur. Vnde is ordo non est confundendus, C.de test.consulta.C.de sen.&interlo.om.iu.prolatã. xj.q.j.peruenit in fi. Si enim peremptoria ante litis ꝯtestationem probaretur, nihil probanti accresceret: quia lite non contestata non absolueretur, vt in præ.l.prolatam.& ext.vt lite non contes. per totum. Hoc tamen fallit in quibusdã exceptionibus, quæ impediunt litis contestationem, vt j̃.dicetur. Quidam autem dicunt quòd cùm reus contra libellum proponit peremptoriam exceptionem, eo ipso intelligitur litem contestari: ideoq; poterit confestim eam probare: quod reprobo, vt j̃.de lit.contes.§.ij.ver.sed
b nunquid per exceptionem [b]. & ſm hoc intellige, quæ iam dicta
a sunt s̃.§.prox.ver.hoc quoq;.& seq.†¶Peremptoria ergo exceptio ante litis contestationem est protestanda, sed post proponẽda, & probanda: vnde si petis à me decem, quæ tibi debebam, sed mihi fecisti pactum de nõ petendo ea: vel petis à me fundum, qui fuit patris tui, & ego habeo exceptionem præscriptionis, vel rei iudicatæ, vel aliã similem: hanc, si volo, possum protestari ante li-
c tis cõtestationem, sed probare debeo post, secũdum T. [c] Sed hoc hodie falsum est: quia hæc exceptio de re iudicata impedit litis cõtestationem, vt j̃.dicetur: quòd si exceptio omissa fuerit, potero iterum id proponere & probare, quando voluero, dummodo ante sententiam, secũdum T. vt in præ.concor.nisi terminus peremptorius, vel aliqua interlocutoria, vel conclusio in negotio mihi obstet. Hanc materiam plenè prosequere, vt j̃.ver.vt autem.hic, & seq.& ver.& pleniùs.& se.& ver.rursus.& seq. Arg.tamẽ, quòd in causa criminali exceptio peremptoria sit ante litis contestationem tractanda, C.ad le.Flauiam, de pla.preses. Si autem eadem sit peremptoria solutionis, & declinatoria iudicij, illa n on opponetur in initio, sed in ꝓsecutione quæstionis principalis differetur, secundum Papam, vt extr.de fo.com.ex parte.ff.ad exhib.l.3.§.ibi dẽ.nisi talis sit, per quam sentẽtia ipso iure nulla dicatur, vt est exceptio rei iudicatæ, vel quæ elisis literis etiam quæstio principalis sit elisa, quæ tantùm ex literis innuitur, vt j̃.versi.sed quæro.&
3 seq.de hoc no.Papa ext.de exce.pastoralis.†¶Sed an reus volẽs ante litis contestationem opponere, & probare exceptionem peremptoriam, audiatur? Respon. non, secundum præmissa. omnia enim suis debent temporibus conuenire, 23.q.4.si de ecclesia.C. de feriis, l.ij.ff.de pe.here.ei qui.§.j.ff.loc.si merces.§.colonus. nullam enim vtilitatem ex hoc potest consequi, cùm ante litis cõte-
d stationem non possit absolui: protestari tamen potest, vt dixi [d].
4 †¶Vtrùm autem possit statui terminus ad omnes peremptorias proponẽdas? planum est, quòd sic, secũdum do.meũ, sicut & in dilatoriis dictum est s̃.§.prox.ver.cæterum.& ar.ext. de ꝓb.licet, respon.j.& §.j.de test.cùm causam, quæ.& de fide inst.accepimus, C.de tem.ap.l.ij.in prin.C.de excus.tut.quinquaginta.&ff.de iud. nonnunquam.24.q.3.de illicita.ibi, aut vno pro omnibꝰ peremptoriè.idem etiam no.Papa extr.de exce.pastoralis.arg.C.eo.præ
e scriptione. Tamẽ videtur ibi notare cõtrà [e].arg.pro eo C.de iud. auth.iubemus.extr.de testibus, vltra.ff. quod cuiusque vni.nom.
f item eorum.§.si decuriones [f]. Pone, datꝰ est terminus peremptorius partib.ad dandum omnes articulos, in quib.exceptiones peremptoriæ ꝓponuntur: vel ad ꝓponẽdum, quicquid ꝓponere voluerit, sicut & moris & iuris est, vt ĩ ꝓmissis ꝯcor. s̃.ver.ꝓx.& ext. de in

ADDITIONES.

a De peremptoriis.¶Vber.de Bon.rub.de peremptoriis exceptionibus, sic ꝑ modum summæ aggreditur ipsam materiam: dicit enim videndum, quid sit peremptoria exceptio, & vnde dicatur: & hæc expediuit auctor, ipsius verba proponendo, s̃.§.j.post prin.ibi, est aũt ꝑemptoria: secundò, de ipsarum exemplis: & ipsius verba vide ibi in prin.ibi.& congruentius. reliqua membra patent hîc, & j̃.§.proxi.
b Exceptionem.¶Et patet de lit.contest.c.ij.lib.vj.
c Secundum T.¶Vbi s̃.ver.si vero.
d Dixi.¶Hanc q̃stionẽ, quæ fuit Alber.Gal.in tit.de lit.contest.auctor ponit sub illo tit.§.2.ver.sed quid si reus.& ibi, qd dixerit Alber.habes ad literã. Sed sciẽdũ, ꝙ Vbert.de Bob. plenè ꝓsequitur hunc articulum, vbi tractat de obiectis ꝯ agentes nomine ꝓprio, ver.sed quid si velis.mihi char.xj.inducit l.hac cõsultissima.C. de test.quia ꝓmiscuis actibus nõ sunt rerum officia turbanda. Item, vt dicit, reus non cogitur confiteri ante litis ꝯtestationẽ, vt actor fundet intentionem suam, ff.de interrogat.act.l.j.ergo nec actor cogetur ante litis contestationẽ r̃ndere, vt reꝰ fundet suã, qui excipiendo dr̃ agere. seruetur ergo æqualitas omnino: alle.ff.de except.l.j.de prob.in exceptionibus.C.de eden.l.j.& vlt.de fruct.& lit.expen.l.vl.cùm his, quæ ibi no. In contrarium si offeras, quod petitur, ante litis contestationem, relaxãdus es, ff.si cer.pe.quidã. Inst.de per.& temp.act.in fi.æquè igitur audiri debes, volens ostẽdere te non debere. Item quandoque sententia pro actore fertur lite non contestata, multò magis pro reo, C.vbi de cri.agi oporr. authen.qua in prouincia. C.quom.& quand.iud.auth.qui semel. facit ff.de reg.iur.l.fauorabiliores.& l.non debet. Item quod nõ licet post litem contestatam, licet ante, C.de iud.apertissimi de iurisd.omn.iud.l.nemo. Dici potest, ex quo actoris intentio fundata non est, superuacuum est peremptoriam opponere: & sic audiri non debes: C.de edend. qui accusare.cum his, quæ ibi not.ff.vt leg.vel fidei.hæc stipulatio. Subdit, ꝙ si reus sine interrogatione actoris ostendit instr̃m, per quod peremptoria sua probatur, & actor non reclamat, vel reclamare non potest, reus non est cogendus litem contestari, cùm euidens sit actoris calumnia, quę etiam esset in expensis, vel aliter punienda: vbi hoc non occurrit, contestari cogatur, salua exceptione sua. Incidit ad primum. ff. ad exhi. l.iij.§.ibidem.cum similibus ibi no.& C. de pœnis, qui sententiã. extr.de calum.c.fin. Ad id autem quod allegatur, quòd absolui ñ poterit, responde per not.j̃.eod.§.in fin. Adde, quòd si reus ostendat instrumentum, ñ sit cogendus litem contestari, sequitur Ab. in c.exceptionem. extr.e. Et idem dicit esse, vbicunque exceptio concludit actori ius non competere: quia sine actione nemo experitur, l.si pupilli.de neg.gest.& hoc etiã sequitur Bart.in l.cùm quærebatur.ff.iudi.sol.& ibi Alexan.in apostil,& Abb.in c.super consi.cxcj. vbi, quando exceptio est notoria, Paul.de Castr.
e Contrà.¶In j.gl.& vide quod super ea dixi de Comp.qui concor. primus in decre.quòd sicut.de elect.& de Dyn.qui distinguit, an fiat causa cognita, vel non, in regula indultum.
f Decuriones.¶Iste versicu.quasi ad literam fuit Compost.vbi remittam j̃.

de in integ.reſt,coram.& C.de inge.& ma.diffamari,&C.qui acc.
non poſſ. ſi ea. pars verò alterutra poſt hũc terminum excipit de
aliquo,ad quod probandum aliàs admitteretur,ſi termin⁹ huiuſ-
modi non obſtaret: ſed ne ſibi obſtet, proponit hoc de nouo ad
eius notitiam perueniſſe:quæritur, an debeat admitti? Dic, quòd
ſic, multò fortiùs, quàm in dilatoriis, in quibus admittitur, vt ſ.
§.prox.ver.ſed quid ſi.& in præd.ver.cæterum.arg.in decr.Greg.
a X.de ele.vt circa[a].ff.de no.ope.nun.de pupillo.§.qui opus.& ext.
b de teſti.præſentiũ.& de exce.pia.prope fin.[b] & maior ratio eſt in
his,quàm in dilatoriis,propter maius periculum,xlij.diſt.quieſca
5 mus.& vij.q.ij.c.ſi.Nam † & peremptoriæ poſſunt vſq; ad cõclu-
ſionem proponi,vt ſ.dictum eſt:ideoq; non eſt talis iuris licentia
nimium anguſtanda,C.de hære.quoniam. 14.q.2.quãq.& 28.di.
6 de his.†¶Si ergo procurator, qui factus eſt dominus litis per li-
tis conteſtationem,poſt talem terminũ iurare velit,quòd ad eius
notitiam exceptio de nouo peruenit,admittetur ad eam propo-
nendam& probandam,ſi aſſerat ſe ex nouo mandato domini ab-
ſentis illam proponere:iurabit etiam, quòd credit eam ad notitiã
domini perueniſſe poſt terminum huiuſmodi procuratori ſtatu-
tum:quia & ipſum dominum arctat: quodque dominus idipſum
iurabit, & ſic obtinuit. Imò etiam plus dicunt aliqui, quòd licet
dominus de nouo ſibi non mãdauerit, ſemper tamen iurabit ſe
credere ad notitiam pueniſſe domini illam de nouo, & illum pa-
ratum eſſe hoc iurare: alioquin imputet ſibi dominus,qui procu
ratorẽ non inſtruxit,ſciens ſibi competere exceptionem:non au
tem iurabit ſimpliciter perueniſſe, alioquin anceps ſubiret periu
rium. Vel dic,vt dixi in prædict.capit.vt circa.& hoc verum eſt in
aliis exceptionibus, quàm ſuper criminibus, vel defectibus, in
quibus non eſt laxanda licentia, ſed potiùs reſtringenda.argum.
2.quæ.3.c.j.& qu.7.ſi quis epiſcopus.& c.criminationes.& q.viij.
7 qui crimẽ.& l.ſciãt.ext.de accuſ.licet.ad fin. †Cùm enim non ad
mittatur excipiens,niſi ſuper crimine, ſuper quo aduerſarius pu-
blica laborat infamia,vt ext.de accu. accedẽs.& c.omnipotens.di
cendo,quòd ad eum de nouo peruenit:oſtendit per conſequens
non eſſe de hoc infamiam publicam:& ſic,tanquam ſibi contra-
rius,repelli debet,extr.de ap.ſolicitudinem.Gof.& B.Cõpoſt.di-
cit,ſic pronunciatũ fuiſſe in curia[c]. cùm enim huiuſmodi termi
c nus ſit quædam interlocutoria,vt ff.de arb.qualem.in ſi.& per eã
ius partib.acquiratur.vt extr.de re iud.cùm inter.non debet,vt di
cit, ſine cauſæ cognitione per quandam quaſi reſtitutionẽ reuo-
8 cari, vt in præd.ca.coram. †¶Sed in criminibus reſtitutio dene-
gatur,vt ĩ.de reſt.in integ.§.quis autem.ver. ſed pone.nec ſubeſt
cauſa rationabilis reuocationis huius. Præterea cùm cauſarum
vſus, & iura vſum peremptorij inuenerint, vt eſſet litium finis,ſi
poſt illud quis in talibus audiretur,vix lis aliqua finem haberet &
malitiis & periuriis via daretur, vt in præ.verſi.cæterum.Nec ob-
ſtat,ſecundum eum,extr.de excep. paſtoralis.quia non loquitur
de termino peremptorio, nec de exceptionib⁹ peremptoriis, ſed
d de non perẽptorio[d], & de dilatoriis: ideoque non debet ad hoc
trahi, cùm ſit contra rationem iuris inducta, vt quis poſt perem-
ptorium admittatur, & quòd ſuo iuramento in cauſa ſua ſtetur.
Item in præd.l.de pupillo.& in præd.decr.præſentiũ.non fuit par
tibus per iudicem terminus aſſignatus.†¶Et not.[e] quòd ſi con-
9 tra excipiẽtem præſumatur,debet eum obligare ad certam pœnã
e vt ſ.§.prox.ad ſi.imò etiã ita violentæ præſumptiones eſſent cõ-
tra exceptiones propoſitas,& contra prouiſionem, ſeu collatio-
nẽ beneficij,quòd eis repulſis prouiſio,ſeu collatio,executioni mã
dabitur,C.de fal.l.ij.extr.de reſtit.in integ.ſuſcitata.extr.de cõceſ.
præb.poſt electionẽ.ſecundum ſanũ intellectum eius.& hæc re-
pulſio præcipuè locum habet cõtra exceptiones criminũ,vel de
fectuum:quæ cùm ſint odioſæ,magis debet in eis probatio reſtrĩ
10 gi,ff.de lib.& poſthu.quidam.de pœn.diſt.j.pœnæ. †¶Sed nun-
quid atteſtationib.publicatis & examinatis,reus poteſt exceptio-
nẽ peremptoriã proponere,& per teſtes probare,vel actor repli
cationẽ opponere, & probare contra exceptionẽ peremptoriã
probatam? Et videtur quòd non, cùm teſtificata didicerit, vt ſ.de
teſte,§.ſatis vtiliter.verſi.hoc etiã not.& quia ſic daretur occaſio
ſubornandi teſtes,quòd fieri non debet,ff.de eden,l.j.§.editiones
ff.quemad.teſt.aper.l.ij.& de iureiur.ait prætor.in prin.ext.quod
met.cau.cùm dilecti.extr.vt eccle.beneſi. c.vnico,in fin.Econtrà
videtur,quòd poſſit,ff.de rei vẽdi.officiũ.ff.de probat.cùm de in-
debito.in prin.C.de præſcri.ſiue.C.de excep.ſi quidẽ.quæ loqui-
tur,quando didicit dicta ſuorum,& extr.de teſt.ex tenore.vbi de
f hoc,ſecundùm Vinc.& c.de teſtibus[f]. & c.ſeries. Vel poteſt dici,
quòd non eſt audiendus,& quòd dictæ ll. veteres ſunt correctæ,
&in cauſa appellationis eſt aliud,vel loquuntur quãdo actor vel
reus probat,nõ per teſtes.ſed aliter,ext.de fide inſt.cùm dilectus.
Vel diſtingue:quia ſi nouiter poſt aperturã teſtiũ emerſerit,tunc
admittetur,extr,de excep.paſtoralis.& iidem, vel alij teſtes pote-
runt induci:quia ad diuerſa inducuntur,ext. de teſtibus,veniens.
& c,cùm cauſam.& c.cùm in tua.ſuper veteri verò non,ext.de te
g ſtib.fraternitatis.ſecundum Vber.[g] †Vin.doctor egregi⁹,dixit[h],
11 quòd publicatis exceptionib. poteſt exceptio peremptoria op-
h poni, ſi ſit talis, quæ nõ deſtruat principale,quin tenuerit[i]:ſecus
i ſi dicerem,quòd teſtes dixerunt falſum.tunc enim non audiar,ni
ſi velim teſtes,pducere ſuper corruptione:quòd dic,vt ſ.de teſti.
12 §.qualiter autem.ver.ſed opponitur.†¶Poſt ſententiam autem
an poſſit pponi exceptio peremptoria,diſtingue:quia aut fuit ap
pellatum,aut non:ſi fuit appellatum,poſſum exceptionem omiſ
ſam in principali proponere,&probare in cauſa appellationis.nã
in cauſa appellationis poteſt non oppoſitum in principali oppo-
ni,& non probatum probari,vt C.ſen.reſcin.non poſſ.l.ij.& ff.de
exce.exceptio.extrà de fide inſtru.cùm Ioannes.in ſi.& de teſtib.
fraternitatis.vbi de hoc:extr.de re iud. inter monaſterium.in fin.
13 †¶Sed nunquid ſi in principali excepi de pacto de non petẽdo,
vel de præſcriptione,& ſimilibus: iudex verò per ſuam interlocu
toriam repulit hanc exceptionem,&nihilominus poſtea me ſen
tẽtialiter condemnauit:nunquid in cauſa appellationis interpo-
ſitæ à diffinitiua,potero adhuc illam exceptionem opponere? In-
no.papa IIII.no.extr.de re iudic. quod ad conſultationem.quòd
ſic,vt ff.de ap.l.j.quando ap.ſit,l.j.circa princ.& arg.ff.de in integ.
reſt.l.iiij.§.j.ſ.eod.quòd ſecundum legem ab interlocutoria non
potuit appellare,ij.q.vj.non ita.extr.de appellat.ſuper eo.ij.Aliis
autem hoc durum videtur,cùm in interlocutoria in rem tranſie-
rit iudicatam,à qua appellatum non extitit,& poterit ab ea ſecun
dum canones appellari,& etiam ſecundum leges,vbi per eã prin
cipale abſorbetur:vbi enim à ſententia appellatum non eſt,ſed in
rem tranſiit iudicatam, non poteſt regulariter vlterius exceptio
peremptoria proponi,niſi per in integrum reſ. vt quia eſt minor
vel eccleſia,vt in præ.l.C.ſenten.reſcindi non poſ.l.2. & extra.de
priuil.cùm olim.& ff.de re iud.poſt rẽ.ff.de adul.ſi maritus.§.præ
ſcriptione.& extr.de in integr. reſt.ſuſcitata.ff.de minor.l.minor
k 25.anno. ſi omiſſa allegatione[k]. †¶Hoc tamen fallit in ſeptem
14 caſibus[l], in quibus poſt ſententiam, quæ in rem tranſiit iudica-
l tam,poteſt exceptio peremptoria contra executorem opponi&
probari. ¶Primò, in filiofa.qui habet exceptionem ſenatuſcon-
ſult.Macedoniani,ff.ad Mac.l.tametſi.¶Secundò,in muliere quę
habet exceptionem Velleiani,ff.ad velle.quod vis.§.ij. ¶Tertiò,
in milite cõdemnato,qui exceptionem omiſſam poteſt etiã poſt
m ſententiam opponere,C.de iur.& fac.igno.l.1.in ſi.vbi de hoc[m].
¶Quartò & quintò,in marito,& donatore,& aliis,qui conueni-
endi,ſunt,in quantum facere poſſunt, & non vltrà, ſcilicet habi-
ta ratione ne egeant:quòd ſi non fiat,poſſunt de hoc excipere e-
tiam poſt ſententiam,ff.de re iudic.patronus.ff.ſolu.mat.ex diuer
ſo.§.primo. C.de rei vxo. act.§. cum autem. & ff.de re iudicata.
Neſen

ADDITIONES.

a Circa.¶Lib.vj.
b Prope fin.¶Lib.vj.
c In curia.¶Eius dictũ vide in dec.qđ ſicut.de elec.vbi ſcripſi in pe.
col.ver.ſed pone ſicut.Adde,vt per Abb.in c.paſtoralis.vbi plenè
de hoc,verſi.vtrùm.& ibi dicit Archi.dicere.13.q.j.ſuper ſumma
quòd ẽt reſpectu criminum proponendorũ ſtandum eſt iuramẽ
to partis,per c.vt circa.de elec.in vj.&hoc ipſe ſequitur cõtra Spe
cul. Tenet etiam ibi, ꝙ ſine cauſæ cognitione non poſſit præfigi
terminus ad opponẽdas peremptorias,tam reſpectu rei,quàm re
ſpectu actoris:arg.l.diffamari.de ingen.ma.& l.cùm Titia.ff.de ac
cu.&l.ſi ea.qui acc.non poſſunt.
d Peremptorio.¶Contrarium ibi ſcripſi ante ſi.& no.ſ. de dila.§.j.
ver.exceptoriæ.ſed hæc ſunt verba Compoſt.
e Et no ¶Secundum Comdoſt.cuius ſunt hæc verba in dec.quod
ſicut.de elect.in ſi.vt ibi ſcripſi in prin.ver.ſed po ne.
f Teſtibus,¶Vbi de hoc in vl.gl.& vide remiſſionem,quam ponit
finis huius ver,
g Secundum Vber.¶Sub §.deinde fac.mihi chart. viii.verſicul.ſed
quid ſi producis. Subdit tamen,quòd conſuetudo in his attendi-
tur:& ſic eſt propter diuerſitatem opinionum,quæ in diuerſis fo
ris ſeruantur.
h Dixit.¶De teſtibus,ſeries.
i Tenuerit.¶Ac ſi dicat,quòd non ſit directè cõtraria:facit cle.de
teſtibus,c.ij.vide,quod dixi ſ.§.ij.in prin.
k Allegatione.¶Expeditum eſt hoc de app.c.vl.lib,vj.Vber. diſtin
guit,an interlocutoria pararet præiudiciũ negotio principali,nec
ne:& primo caſu eſt vera prima opinio ſecũdo ſecundo quatuor
autem opiniones de hoc ibi not.in gl.hoc dicit.
l Caſibus.¶Hos poſuit Tanc.vbi ſ.ver.quod autem.
m De hoc.¶Ibi no.iſti caſus.

Neſennius.in fi.& l.inter eos §.fi.& in multis aliis legib.eiuſdem
tit.& j̃.de concluſ.verſ.item beneficium.& in Summa do.mei,đ
do.inter vir.& vxo.ſub tit.de dotis promiſ.§.quis conſtituat.ver.
de legatione ¶Sexto,in fideiuſſore,qui habet priuilegium de ce
denda ſibi actione à tutore,vt ff.de fideiuſſ.ſi fideiuſſores.§. idem
a reſpondit.& j̃.de concluſ.verſ.poſtremò [a] ¶Septimò,in tutore,
ff.de cõtrar.act.tutelæ.l.j.§.præterea poteſt etiã eſſe.¶Octauò,in
falſo ꝓcuratore,C.de procur.licet.ext.eo.in noſtra.ſecus ſi ſen-
tentia dicatur lata per falſas allegationes,C.ſi ex falſis allega. per
totum.¶Nono,vbicunque dico nullum fuiſſe iudicium,quia iu
dex erat incompetẽs, vel excommunicatus,& ſimilia,C.de pro-
bat.licet.C.quando prouoc.non eſt nec.per totum,& C.ſi à non
comp.iud.l.j.& 2.& ext.de re iud.ad probandum.& de excep.pia.
§.fi.lib.vj.& s̃.§.prox.ver.porrò.Tamen hoc caſu, & in falſo pro-
curatore non dicitur propriè exceptio,cùm nullum ſit iudicium
vt in præ.dec.in noſtra.in fin. & eſt ſpeciale in his duabus excep-
tionibus,cùm ſint dilatoriæ,& ante litis conteſtationem propo-
b nendæ,vt etiam poſt ſententiam ꝓponi poſſint [b].† ¶Quid ſi ꝓ-
15 curator minoris, vel militis omiſit exceptionem?Videtur com-
muni & ſpeciali iure contra procuratorem actio dari,ar.ff.de do-
lo,eleganter.§.penul.In citatore verò eſt electio minoris, vt C.
ſi tut.vel cur.l.penul.& fi. Vtrùm exceptio procuratoria ſit dila-
toria,& quot modis dicatur,& quid iuris ſit,ſi etiam fideiuſſor o-
mittit,dixi s̃.de procurat.§.ratione aũt formæ.verſicu.vlt. & ſeq.
16 † ¶Quid ſi quis tutus exceptione ꝑpetua,ſoluit?videtur,quòd
poſſit repetere iure communi,ff.de cõd.inde. qui exceptionem.
Dic contrà,ſecundum Vber.quia res iudicata inhibet hoc,C.eo.
l.j.ff.man.ſi fideiuſſores in omnibus.ext.de re iudic.quod ad con-
17 ſultationem.in prin.† ¶Quid de exceptiõe feriarum?Dic,quòd
poſt litem conteſtatam nõ poteſt ꝓponi,ſi fuit ſcienter omiſſa,
arg.ext.de his,quæ fi.à maior.par.ca.ex ore.C.de iure do.imp.l.2.
c quod intellige de feriis ruſticis,non de ſolennibus [c].† ¶Quid de
18 exceptione non numæratæ pecuniæ,de qua habes j̃.de conclu.
d & renun.verſ.item exceptio non nu.[d].Dicit Io.de Deo [e],ante li-
e tis conteſtationem debere ꝓponi:ſi tamen reus velit iurare,eam
ſe priùs neſciuiſſe, poteſt opponi etiam poſt litem conteſtatam,
cum ſit ꝑemptoria,ex officio ſuo:quia perimit petitionem acto
ris,vt C.de non nu.pec.per totum,Inſtit.de exce.§.j.Eſt tamen di-
latoria temporalis,quo ad hoc:quia ad tempus datur ,ſcilicet vſ-
que ad biennium,vt in præd. conc.Alij dicunt eam ꝓponendam
poſt litem conteſtatam:ſed antea ꝓteſtandam,vt in aliis ꝑempto
riis cõtingit.Eſt autem quædam exceptio,quę miſta dicitur.quia
poteſt eſſe ꝑpetua & temporalis,vt s̃. §. j. verſiculo, eſt quoque.
19 † ¶Quid de exceptione beneficij epiſtolæ diui Adriani,de qua
j̃.de concluſ.verſ.in primis.& videtur,quòd ante litis conteſtatio
nem ſit ꝓponenda:ff.de fideiuſ.inter eos.§.penul.Sed videtur,ꝙ
etiam poſt litem conteſtatam poſſit opponi,C.eod.ſi fideiuſ. vbi
f de hoc [f].Vbert.de Bo.[g] dixit,tutius eſſe eam ante litem conteſta
g tam ꝓponi:& idem dixit in beneficio nouæ cõſtitutionis de du-
obus reis,vt ſequitur:& in conuentione officialium,qui ſunt per
nominationes,ſeu electiones,ad honores, ſeu munera deputati,
C.de conſtit.pec.l.fi.C.de fideiuſ.auth.hoc ita.& C. de conue.fiſ.
20 debit.l.quoniam.† ¶Quid de exceptione,quam ꝓponunt fide-
iuſſores,vel pignorum poſſeſſores,ꝙ primò principalis ꝑſona eſt
h conuenienda:de qua j̃.no.de cõcluſ.ver.viſo [h].Et videtur, quòd
ante litis conteſtationem ſit ꝓponenda,tanquam dilatoria,ff. de
præuaric.ita.Arg.contrà,quòd ſit ꝑemptoria , ſeu ꝑpetua.nam ſi
debitor eſt ſoluendo,perimit inſtantiam iudicij, & fideiuſſor ab-
ſoluitur,ff.de cond.inde ſufficit.& cùm dubium ſit , an ſit dilato-
ria,vel ꝑemptoria,videtur ꝓ reo interpretandum,& ꝑpetua cen
ſetur,Inſt.de interdic. §,retinendæ,ext.de prob.ex literis. ff. de re
i iud.inter partes.Alb.Gal.dixit [i],quòd exceptio,quæ competit fi-
deiuſſori,vel etiam pignorum poſſeſſori,eſt ꝑpetua.nam ratione
futuri facti,vel accidentię,poterit eſſe temporalis,vel ꝑpetua:qđ
ſufficit ad hoc,vt ſit perpetua.ff.de condic.indeb.ſufficit, & no.ff.
k eo.except.Ioan.de Deo tamen,& Vber.de Bonacur.dicunt [k] hic
& in p̃cedenti exceptione tutius eſſe in tali dubio ante litem cõ-
teſtatam opponi:& ideo ſeruandum,extrà de ſponſa.iuuenis, de
pœnit.diſt.7. ſi quis. Negligens enim beneficium legis,non po-
teſt redire ad illud,extra.de re iudic. inter monaſterium.& c. ſeq.
C.de iure delib.ſcimus.§.ſin autem hoc. ꝓpe fin.§.7. quæſtion. j.
quod periculoſum. Idem etiam dicit do.meus in exceptione cõ-
petenti poſſeſſori pignoris,vt ante litem conteſtatam opponat,
in auth.de fideiuſſo.§.ſed neque.col. j. & vtrunque horum pro-
ſequere,ſecundum eum,in Summa de excep.§. hoc quando.ſub
§.hoc de dilatoriis.¶Quid de exceptione illa , Non es prælatus,
vel in poſſeſſione prælaturæ,vel non es dominus rei quam petis
vel non es hæres,vel non eſt tibi ius ceſſum,vel non habes man-
datum,& ſimilibus.de hoc dic.vt s̃.de actore, verſic. item contra
21 prælatum.& ſeq. † ¶Quid de illa exceptione,quæ competit tu-
tori,vt inter ſe & contutores actio diuidatur:nunquid eſt tempo
ralis,vel perpetua?De hoc dic,vt s̃.in exce.fideiuſſori competen
l te:de hoc dic,ff.de tutel.& ra.diſt.l.j.§.nunc tractemus [l].† ¶Quid
22 de illa,non habes patris conſenſum,cùm ſis filiusfamil.C.de bo.
quæ liber. cùm oportet.& videtur,quòd ante litem conteſtatã,
cùm ſit dilatoria,3.quæſt.6.§.excep.C.de prob.exce.C.de excep.
l.penul.& fi.Sed dicit Vber.quòd quandocunque,& ante ſenten
m tiã,& poſt:quia facit apparere iudicium nullum [m].Quid de falſi ꝓ
curatoris exceptione?de hoc extra.de procur.in noſtra.C.eo.tit.
n licet [n].† ¶Quid ſi poſt litem conteſtatam opponitur , duas par-
23 tes vniuerſitatis non affuiſſe in conſtitutione ſyndici ? dic, quòd
24 audietur,vt,in ꝓcu.ibi no.† ¶Quid ſi poſt litem conteſtatam di
co,tutores inuentarium non feciſſe,vel ſatiſdediſſe?dic,quòd au-
diar:quia per hoc contendo iudicium non valuiſſe , & ſententia
contra minorem lata,ipſo iure non valeret,C.in quib.cau. in in-
teg.reſt.ñ eſt neceſ.ſi tutor.C.de tut. & cur. non dubiũ.C.de eo,
o qui ꝓ tuto.l.2.[o] & ideo etiam poſt ſententiã poteſt opponi, ſe-
25 cundum Vber.ff.de re iud.Neſennius. † ¶Sed p pone ædificaui
p in ſolo tuo bona fide tandem condemnor tibi ad reſtitutionem:
non recepi de ſumptibus:quæritur,an in executiõe ſentẽtię poſ-
q ſim opponere de ſumptibus?Reſpon.ꝰnon eſt queſtio,ſecundũ
Mar.qui dixit,vtilem actionem dari pro expẽſis,vt not.ff.de con.
r inde.ſi in area [r].& j̃.de expen.§.j.de iure meo non fuit quæſitum,
vt ff.de excep.rei iud.duobus.& l.pe.§.fi.Sed Ioan.contrà,vt non
competat actio: & ideo non videtur,quòd poſt ſententiam poſ-
ſit opponi exceptio.Dic tamen contra,vt ff.de reſcin.ven.fund.
26 † ¶Sed pone [s],peto à te decem actione ex empto ꝓ p̃tio vini,qđ
s tibi vendidi:fertur pro me ſententia,nunquid in executione ſen-
tentiæ poteris opponere,quòd res vendita non fuit tradita?Vide
tur,quòd non.nam exceptiones ꝑemptoriæ debẽt ante ſententi
am opponi,vt s̃. Ar.ꝯ,& ꝙ actor habeat actionẽ ad rẽ petendam,
nec de iure eiꝰ fuit q̃ſitũ,vt ff.đ exce.rei iu.duobꝰ.& l.pe.§.fi.& ad
t hoc ff.fa.erc. ex parte.ff.de reſcin.vendit.fundus. 2.Sed dic, quòd
27 ſic,per præ.l.& ff.de iureiur.ſi duo.§.antepenu.& pen.[t] † ¶Item
quæri

ADDITIONES.

a Poſtremò.¶Ad hunc etiam verſ.remittit auctor j̃.de fideiuſ.§.j.
verſ.poteſt etiam.
b Poſſint.¶Verba Acc. vbi s̃. & in l.exceptionem.C.de probatio.
in fin.glo.
c Solennibus.¶Vide s̃.de fer.§.vlt.in fi.
d Non nu.¶De hac Alberic.Gal.remittit ad ſummam Az.eodem
titul.§.j.
e Ioa.de Deo.¶Cauil.li.3.rub.quando opponatur dilatoria.in prĩ.
& ibi proſequitur dicta Vbert.qui de omnibus,quæ hîc & j̃. ver.
prox.tractantur,proſequitur char.mihi xj.ſuper alle. ver.quid di-
ces.& ver.ſe.
in his, quæ not. suprà versiculo, tu ergo. s. de teste, §. qualiter. ver.
c sed opponitur[c]. † ¶ Porrò in proponendo declinatorias iudicij
14 diligens aduocatus hunc ordinem obseruabit, vt si qua reo ex ip
sa iurisdictione competit, illam priùs proponat: putà nõ es iudex
meus, ext. de iu. at si. vt quia clericus vocatur ad iudicium secula-
re, extrà de foro com. si diligenti. vel aliquis ad iudicem non suũ,
xj. quæst. j. in clericorum. & similia. hæc ergo est proponenda: nã
si ea omissa accederetur ad alias, in iurisdictionem iudicis ꝯsenti-
re videretur, C. de iurisdic. om. iud. l. j. vnde postmodum non po-
test ad eam quis vlteriùs redire, C. de iudic. sancimus. in fin. Quod
intellige. si scienter omittatur: secus si ignoranter, ff. de iurisdict.
om. iud. si per errorem. Hac verò deficiente, vide si competat ali-
qua ex persona iudicis, vt quia est suspectus, vel seruus, vel infa-
mis, vel excommunicatus: & sic de aliis, §. j. versiculo, dilatoriæ. &
inter omnes dilatorias dicunt magistri illam de suspecto ꝓponẽ-
dam: quod dic, vt suprà de transact. §. fit autem. Sed ego dico pri-
mò ponendam securim ad radicem, scilicet ad iurisdictionem, vt
d 3. quæst. vj. §. exceptio. & infrà dicetur[d]. † ¶Quòd si reus nullam
15 habet exceptionem, nec cõtra iurisdictonem, nec ex persona iu-
dicis, opponat, si habet contra rescriptum, quæ multæ sunt, inter
quas possunt esse aliquæ ad iurisdictionem ꝑtinentes: putà quòd
est obtentum per falsi suggestionem, vel veri suppressionem, &
huiusmodi. Quòd si nulla contra rescriptam competat, opponat
si habeat aliquam ex persona actoris, vel procuratoris. quod fit mul
tis modis. Vltimò autem proponat ꝯpetentes sibi ratione sui, vt
quia est legatus, & huiusmodi: vel ratiõe causæ, vel loci, vel libel-
li, & sic de aliis. quæ omnia dic, vt præ. versiculo, dilatoriæ. & hic
est verus ordo proponendi exceptiones fori declinatorias.
16 † ¶Et nota, quòd omnes dilatoriæ sunt simul proponendæ.
vnde secundum quosdam sic ꝓponentur: FORMA proponen
di exceptiones: Coram vobis domino T. qui vos dicitis iudicem
in tali causa, quæ vertitur, seu verti speratur inter me ex parte v-
na, & talem ex altera, excipiẽdo propono ego talis dicens, quòd
non estis iudex meus ex tali causa. Item dico, quòd estis mihi su-
spectus: quia fuistis in hac causa aduocatus aduersæ partis: vel e-
stis infamis, vel excommunicatus. Item dico, literas apostolicas
ad vos directas non valere, pro eo ꝙ sunt tacita veritate, vel exꝓs-
sa falsitate obtentæ. tacuit enim se filium sacerdotis: vel dicit se
doctorem legum, vel decretorum, cùm nõ sit: quo tacito, vel ex
presso, literas minimè habuisset. Item dico actorem nõ posse sta-
re in iudicio, cùm sit excommunicatus excommunicatione ma-
iori per talem iudicem, vel ex tali causa. Item dico, quòd procura
tor aduersæ partis est constitutus ab excommunicato. Item dico
quòd habeo ius reuocandi forum: & sic de similibus. Sed hæc
forma videtur stare non posse triplici ratione. Prima est, nam ex-
ceptio suspicionis non concurrit cùm aliis: quia cum recuso, no
lo quòd iudex de causa se intromittat, vt 3. quæst. v. quia suspec-
ti. Cùm verò obiicio contra literas, vel aliam exceptionem ꝓpo
no, volo quòd interloquatur, vtrùm valeant literæ, vel non: & an
sit admittenda exceptio, vel non, quod facere debet etiam cum
de iurisdictione dubitatur, extra, de rescrip. dilectus. de off. deleg.
significantibus. & sic sum, tanquam petens contraria, repellẽdus,
vt extra, de appell. solicitudinem. imò etiam cùm peto, quòd ꝓ-
nunciet super literis, vel sup alia exceptione, & coram eo ꝓcedo
facio eum iudicem: & tacitè videor renunciare exceptioni suspi-
cionis, & in eum consentire, extra. de off. deleg. gratum. de iudic.
ca. j. Hinc est, quod dixit Io. quòd si quis excipiat, vt dictum est, &
iudex interloquatur super literis, vel super alia exceptione pro
eo non poterit amplius recusari, vt not. s. de recusat. §. fit autem.
Secunda ratio est: nam in præscripta forma videntur omnes ex-
ceptiones sub copulatiua coniunctione ꝓponi, & ideo tenetur
omnes probare: & si succumbit in vna, debet succumbere in om
nib9 aliis, ext. de resc. inter cæteras. & c. ex parte. & c. olim. Tertia
ratio est: nam exceptio de suspecto naturaliter alias præcedit: vn-
de per se est sine aliis ꝓponenda, vt s. His rationibus fortè moti
alij præscriptum proponendi ordinem non seruant, sed vnam so
lùm proponunt, & protestantur saluum sibi fore debere benefi-
cium cæterarũ: vt si in proposita defecerint, possint ad alias habe
re recursum. Sed cum malitiosè hoc faciunt, vt lis protrahatur,
iudicis officio his occurritur, vt dixi s. §. nunc videndum. versicu.
cæterùm. & sic eis sua protestatio parum ꝓdest. His ergo omis-
sis sic tene: vide enim si potes declinare eius iurisdictionem, tan-
quam non tui iudicis aliquo modo: & primò illam obiicias, vt di
xi s. eo. versi. porrò. Si verò hoc tibi non competat, quia constat
eum iudicem esse, considera, vtrùm ex aliqua causa rationabili ip
sum possis, vt suspectum, recusare, & omnib9 aliis exceptionibus
si quæ competunt, prætermissis, protestans tamen nominatim il
lam proponas, & in illa sola procede. Qualiter autem ꝓponatur,
& formetur libellus recusationis, dicam infrà, in tractatu libello
rum, & in tit. de off. deleg. Qualiter ꝓcedatur in exceptione per-
emptoria probata, & qualiter formetur, & qualiter super ea pro
17 nuncietur, dixi, s. §. proximo, ꝓpe fi. † ¶Sed qualiter nominatim
debet aliàs protestari, vt iam dixi, & suprà §. nunc videndum. ver.
potest etiam. & versi. sed illud. respondeo, proposita recusatione
in fine subiungat sic: ¶FORMA. Hoc autem ꝓpono ad præsens,
saluis aliis dilatoriis mihi competentib. quæ tales sunt, s. quòd re
scriptum est ab excommunicato obtẽtum: item quòd est subrep
titium, & de aliis: quib. sic specificatis, subiungat: quas exceptiões
vel alteram, quæ per se sufficiat, me offero ꝓbaturum loco & tẽ-
pore oportunis. Post quã ergo fuerit cognitũ de suspitione, post
talem ꝓtestationem poterit eas opponere, etiam post terminũ
datum ad omnes exceptiones ꝓponendas, vt extr. eo. pastoralis.
nec sufficit in genere ꝓtestari dicendo sic, saluis exceptionib. mi-
hi competentib. alioquin nulla videretur ꝓuisio illius dec. pasto
18 ralis. de hoc in ꝑ. versi, sed illud. † ¶Sed nunquid iudex ꝑt me co
gere libellum offerre sup dilatoriis exceptionibus? Videtur quòd
sic: quia excipiens agere videtur, cùm reus sit in exceptionbus ac
tor, vt ff. de excep. l. j. & nullus debet sine libello experiri, 3. qu. 3.
e offeratur. Dicit Vber.[e] quòd non. Tamẽ ne possim variare, dbeo
eas in scriptis offerre, vt actor sup eis possit deliberare, an eis velit
contradicere, & qualiter eis debeat respondere. Et idem dicit de-
bere fieri in casibus, in quibus libellus non offertur. Canonistæ
autem dicunt, libellum sup exceptionib. dandum, & de calumnia
iurandum: sed si omittatur, non ideo ꝓcessus vitiatur. quod dic,
vt no. ext. de of. dele. prudentiam. §. sexta. & j. de litis contes. §. pe.
versicul. j. Sed quod dixit Vber. in curia, & quasi vbique seruatur.
& bene, vt finis litibus imponatur, ext. de do. & contu. finem. ex-
f tra. de resti. spo. frequens[f]. † ¶Facta igitur recusatione, iudex dele
19 gatus consideret, an manifestè sit sufficiens causa recusationis
quod si est, statim supersedeat, & fiat, prout dicitur ex. de ap. cùm
speciali. & de off. deleg. suspiciõis. & compellat partes eligere ar-
bitros, qui de causa suspicionis principaliter cognoscant, extr. de
for. com. si quis contra. de appel. ad hæc. Si verò iudex dubitat an
causa sit sufficiens: putà quia non exepressa in iure, statim eligant
arbitros secundum formam, quę habetur in ꝑ. cap. suspicionis. &
c. cùm

ADDITIONES.

a Huius §. ¶Vbi ponitur dictum Pilei.

b Considera. ¶Secundum Vber. de Bo. sub versi. quem in princip. huius §. allegauit.

c Opponitur. ¶ Caueat ibi in foro seculari, vbi seruaretur opinio Io. & Azo. vt dixi s. §. 2. in prin.

d Dicetur. ¶In vers. & not. Ibi: his ergo. & idem Tancre. vbi s. post principium: licet in apparatu tenuerit, exceptionem de suspecto præcedere, vt no. in dec. de re iud. inter monasterium. in glo. quicunque. & vide, quod super ea plenè scripsi.

e Vber. ¶de Bobio, chart. pen. §. cùm autem. versi. sed nunquid actor. & Io. de Deo libr. 4. rub. de exceptione libelli.

f Frequens. ¶Libr. 6. ADDE, quòd hîc sequitur Abb. in d. §. 6. Io. de Lig. Bal. in c. j. de lit. contest.

c.cùm speciali,ꝙ si sit manifestè friuola:putà quia dicit,recuso te
quia semel comedisti cũ aduersario meo:vel, quia fuit tecum ad
sanctum Iacobum:vel,quia intrastis simul easdem scholas:tũc iu
dex nõ admittet eam,sed procedet in causa,vt ext.de app.pastora
lis.de iud.qualiter.etiam si appellauerit,vt ibi,& e.tit. vt debitus.
Hoc prosequere, vt s̃.de recus.§.qualiter.& §.effectus.

20 † ¶ Porrò si reus nõ potest ex causa aliqua iudicem recusare
proponat alias tam cõtra rescriptum,quàm ꝯ alia cõpetentes,in
hac forma:¶FORMA.Corã vobis dño tali iudice,ego talis exci
piendo ꝓpono,ꝙ literæ per talem ad vos obtentæ,nõ valẽt:nec
possum per eas cõueniri,quia sunt impetratæ ab excõmunicato.
Item sunt subreptitiæ quia non faciũt mẽtionẽ de ꝓcessu coram
ordinario super hoc negotio habito:& sic de aliis exceptionibus
præter quàm de suspiciõe. quod prosequere,vt s̃.ĩ prima forma,
& in fine subiungat: Has aũt exceptiões per vos admitti peto,&
eas sub alternatiõe propono,vt altera probata,quæ sufficit, alte-
ram probare cogar:nec ad omnes probandas me astringo,sed ad
vnam solam, quæ sufficit ad intentionem meam fundandam. Et
hæc eadem protestatio debet fieri in peremptoriis ꝓponẽdis. Et
hæc probantur ext.de prob.licet.ver.ideoque testes.de iudi.exhi
bita.ad fi.& ff.de iur.dot.plerunque.& ꝓpter hanc vltimam clau
sulam nõ compellitur reus probare omnes exceptiones alterna
tiuas.Secus aũt est in copulatiuis,vt prædixi extr.de rescrip.olim.
ad fi.& de hoc,secundum Papam,ext.de in int.rest.ꝯstitutus.De-
bet in scriptis porrigere,& petere,quòd redigantur in actis,extr.
de præb.quoniam contra.

21 † ¶Sed quoniam excõicationis exceptio frequẽter opponi
tur,adhuc formam exceptionis huius specialiter supponamus,q̃
a talis est: ¶FORMA[a].Corã vobis dño tali,q vos dñi papæ asseri-
tis delegatũ,ego talis excipiẽdo ꝓpono,ꝙ ad petitionẽ T.in cau
sa tali ꝓcedere nõ potestis,nec ipsum admittere ad agẽdum,pro
eo ꝙ ipse excommunicatus est maiori excommunicatione per
talem iudicẽ ordinarium,vel delegatum,vel talis canonis autori
tate.& exprimatur canon:sicut & nomẽ excommunicatoris, se-
b cundum do.ex tali causa.hoc probatur extr.de except.pia[b].& in
versi.porrò.Sed quod dixi,maiore excommunicatione, videtur
superfluum. nam cùm dico aliquẽ excommunicatum ab homi-
ne,de maiori excommunicatione intelligitur,extra. de sent.exc.
c c.si quem[c].& quia ab agendo repellitur,ext.de iud.intelleximus.
Vnde meliùs dixisset prædicta cõstitutio causam ipsius,quàm spe
ciem ipsius.nam & causa exprimi debet in sententia,vt e.tit.cùm
medicinalis.p expressionem enim causæ apparebit,an pro illa,an
pro alia causa sit excommunicatus, vt ext.de off.delega.pruden-
tiam.§.sexta.& an ab homine,vel à canone,& an maiori, vel mi-
nori sentẽtia sit ligatus.¶Item nisi causam exprimat reus,nõ po-
test actor certus esse,de qua excommunicatiõe intelligit reus.q̃d
si esset,actor statim fortè de absolutione doceret, nec reus octo
dies haberet ad probandum.Quare ex his dixit Aegid.non debe-
re admitti exceptionem excommunicationis sine causæ expres-
d sione.& hæc,vt dicit,fuit mens conditoris illius constitutionis[d]:
& exponit ibi speciem,id est causam. Tamẽ conditor ipse ibi ali-
ter not.quicquid de eius mente diuinetur:& Ber.& do.meus, &
Goff.& præmissa expositio est extorta.Nec est verum,quod dicit
per expressionem causæ apparere posse,an sit maiori,vel minori
excõmunicatione ligatus:quia possibile est,quòd causa requirit
maiorem excommunicationem,sed iudex ex causa inflixit mino
rem,v.quæsti.2.præsenti.& extra.de iudic. cùm non ab homine.

22 † ¶ Et minor non repellitur à iudicio, seu à participatione fi-
delium,sed maior duntaxat, vt ext.de sen.excom.si quem.3.q.4.
Engeltrudam.Non tamen nego,quin iudex possit quandoque a
liquem tantùm à communione fidelium,&non à sacramentorũ
participatione separare,si velit,vt v.q.4. in loco,in fin. 18.distin.
placuit.& 34.distinct. quorundam.ad fi. Debet ergo exprimi spe
cies excommunicationis, scilicet vtrùm sit maior, vel minor. Is
enim,qui excipit,non debet vagari cum discrimine alienæ excõ-
municationis,ff.de iniur.prętor edixit,ff.de dolo,l.item exigit.Et
est simile,quod aliàs dicit lex,denegari oportet,cuius dolo factũ
sit,ff.de dolo;si ex dolo.§.fi.

¶Si verò contra iudicem opponitur,sic dicetur: ¶FORMA.
Coram vobis domino tali, qui vos iudicem in tali causa asseritis,
propono ego talis, quòd coram vobis non teneor respondere,
vel procedere, vel aliquid probare, pro eo videlicet, quia vos e-
stis ex tali causa per talem iudicem maiori excommunicatione
ligatus:ideoque non potest in vobis iurisdictio esse. Hoc proba-
tur in præd.capitul.pia,& in gl.ibi posita,quæ incipit,sed mirum.
Sed quia hîc & in præcedenti forma de causa dicitur,bonum est,
licet necesse nõ sit.Quis autem de hoc cognoscat,not.s̃.§.2.ver.
sed si hoc.

23 † ¶ Notarius autem propositis exceptionibus ita scribet:&
primò,si dilatoria sit proposita: ¶FORMA.Titius ad petitionẽ
talis,coram tali iudice citatus,in ipsius iudicis præsentia excipien
do proposuit,& proponẽdo excepit, ac protestatus est,quòd cũ
non sit de ipsius iudicis foro,vel quòd cùm ipse iudex sit aduersæ
parti affinitate coniunctus,ipsius declinando iudicium non vult
nec rationabiliter cogi debet sub ipso iudice respondere: vel,ex-
cipiendo proposuit &c. talem procuratorem esse non posse, eo
quòd est minor xxv.annorum, & cum hui⁹ procuratore nullum
esse iudicium: & propterea cum eo iudicium declinando, non
vult, nec de iure se teneri credit sibi in iudicio respondere.

24 † ¶ Porrò si proponatur dilatoria solutiõis, vel peremptoria,
sic scribet:¶FORMA.Titius,&c.vt s̃.vsque,protestatus est.iun-
ge,quòd cùm terminus quatuor mensium,qui de iure datur his,
qui sunt sententialiter condemnati,transactus nõ sit, non debet
adhuc cogi soluere Seio illas centum libras,in quibus idem T.ei
dem extitit condemnatus.Vel sic:Titius.&c.protestatus est non
esse procedendum contra eum super eo, quòd Seius petit ab eo
centum:quia idem Seius fecit ei pactum de non petendo in per-
petuum:vel quia idem T.fuit in ipsis centum libris per sententi-
tiam,qua appellatum non extitit,absolutus:& sic in aliis excepti-
onibus.Qualiter autem proponatur illa exceptio,quòd testis,vel
accusator fuit socius criminis,vel alia quælibet contra testes.no.
s̃.de teste,§.sæpe.versic.hanc igitur.& de accusatore,versic. item
25 repellitur.† ¶Quidam autem notitij aduocati,propositis omni
bus exceptionibus,appellationem interponunt dicẽtes: Si verò
ipsas non admiseritis,ex hoc sentiẽs me grauari,in his scriptis ap-
pello.Sed fatuè agunt:tum quia iudicem exasperant,vt l.dis.si qs
præpostera.extra.de off.deleg.suspicionis.tum,quia talis appella
tio nulla est,vt pote à nullo grauamine comminato,vel illato in-
teriecta,licet exceptiones ipsæ legitimæ sint, vt extra de app.c. 2.
& ca. dilecto.& c.vt debitus.¶Si autem non potest haberi copia
iudicis,& terminus specialiter datus ad omnes proponendas, la-
batur,procede,prout not.s̃.de dilat.§.non videamus.ad fi.Propo
sitis autem exceptionib⁹ cautus sit iudex,vt iurare faciat ꝓponẽ-
tem,prout not.infrà. de iuram.cal.§.j.versic.secundum est.Dein-
de consideret, an exceptiones validæ sint, vt quia robur habent
à iure, & illas admittat:an verò inualidæ,seu friuolæ, scilicet quæ
nullo iure fulciuntur,& has non admittat:extr.de app.pastoralis.
quòd si quædam sint validæ,quædam friuolæ, iudex per interlo-
cutoriam,repulsis friuolis,validas admittat,extra.de offi.dele.ca.j.
26 & c.fi.de præb.dilectus.& in præ.c.exhibita.† ¶Punitur enim iu-
dex,qui exceptiones legitimas non admittit,25.quæst.2. puniri.
& hoc quantumcunque sibi præcisè scriptum fuerit,vt extra. de
off.deleg.ex parte.2.de ætat. & qual. accepimus, & potest ab eo
e appellari,non interloquendo,vel etiam eis omissis procedẽdo[e],
eas non admittat,vt extr.de appel.dilecto.& c. ex parte. & c.cùm
cessante.&C.si sæpiùs in integ.restit.postul.l.j.in fine.C.de app. si
quis prouocatione.ff.de minor.ait prætor.§.permittitur. ff.quan
do app.sit,l.j.§.si quis tutor.ff.de admin.tut.tutores,qui post.§.tu
tor datus.quarum appellationum formas in tractatu libel.in titu
f lo de app.§.j.& 2.supponemus.Cautus ergo sit excipiens[f],quòd
prius quàm appellet,expectet responsionem,vel interlocutoriã
super propositis exceptionibus,vt ĩ causa appellatiõis possit hoc
ostendere:quia non sufficit ad hoc vt valeat appellatio,excepti-
ones fuisse propositas,nisi negauerit eas admittere,vt in præd. c.
dilecto.Vnde non valet talis appellatio,appello,si non admittis
27 vt pdixi. † ¶Quid si iudex nec recipit,nec repellit exceptiones?
Rñdeo, expectet,donec iudex ei aliquid præcipiat:putà,quòd li-
bello respondeat,vel huiusmodi.nam iudex tunc ꝓcedendo eas
g non admittit,vt dixi[g]:& ideo appellari potest,vt in præd.capitu.
ex parte.ext.de re iud.suborta.de offi.del.cùm causa.ff.de his,qui
28 not.infamia.Lucius.C.si ex fal.instrum.l.1.¶† Sed si sit iudex se-
cularis, nunquid poteris ab eo appellare propter exceptiones
non admissas?Videtur,quòd non.C.quor.appella.non reci.l.pe-
nul.& extr.de appel.super eo.2.& 2.q.6.non ita.& l.ante senten-
tiam

ADDITIONES.

a Forma.¶Aggreditur formam & verba Aegid.respon.32.
b De except.pia.¶Lib.vj.
c Si quem.¶De hac decretali,& de hac materia vide,quod dixi in dec.pia.super gl.hoc ideo.
d Constitutionis.¶Dicens se hoc habuisse à fratre Iacobo episcopo Bono.qui fuit cancellarius Innoc.IIII.
e Procedendo.¶vt j.ver.prox.
f Excipiens.¶secundum Bonagui. vbi de libello recusationis in fine:ibi etiam est sequens versiculo,& monet,quòd vtroque casu habeatur scriptura,per quam fiat ostensio,de qua sequitur.
g Vt dixi.¶suprà versiculo,prox.& suprà §.nunc videndum.versiculo,& nota secundum.& infrà da appellat.§.qualiter.vers.item quòd faciat.

tiam.sed poteris iudici dicere, vt ex officio suo interloquatur,vt ff.de no.oper.nunciat.si prætor.ff.de re iud.quod iussit. Argu.tamen contrà,quòd etiam iure ciuili admittenda sit appellatio, si pronunciatus sit idoneus,qui non est,ff.qui satisdar.cog. arbitro
a ff.de min.intra vtile.in prin.[a]ext.de ætat.&qual.ex ratione.& ali-
29 is casibus,qui no.in præ.c.non ita.& c.super eo.†¶Item cautus sit iudex,vt proposita exceptione,quæ si non admitteretur,pars appellaret,dicat sic,vt viam præcludat appellationi: Ergo hanc
b exceptionem admitto, si probata fuerit[b].vnde ea non probata, non poterit pars appellare:vel si appellet, appellatio non admittetur.hæc cautela elicitur extr.de excep.olim.ver.dis.vestræ mā. ¶Validis autem exceptionibus admissis, statim præfigat terminum congruentem peremptorium suo arbitrio reo,intra quem probet eas,& actor pro expensis protestetur,si fortè reus,qui in exceptione sit actor,deficeret in probando:verùm in probando exceptionem excommunicationis dantur octo dies, die, in qua proponitur,non computata.quod dic,vt s̄.§.ij.vers.porrò exceptio.Item in exceptione spoliationis probanda statuuntur xv.dies die,in qua proponitur,non computata,extr.de rest.spo.frequēs. §.sed in ciuilibus.libro vj.& vltima die termini poterit exceptio proponi & probari.de hoc s̄.de dilat.§.j.ver.sed nunquid. & seq.
30 †¶Præfixo igitur termino ad probandum, reus postulet statim actorem per iuramentum super ipsis exceptionibus interrogari formatis super hoc per ipsum reum,vel per iudicem interrogationibus,secūdum curiæ morem. Et si reus ex actoris responsio
c nibus poterit suam in hoc fundare intentionem,bene[c] quidem: alioquin suas probationes inducat. Adueniente igitur termino, si iudex viderit exceptionem probatam,pronūciet in hac forma: ¶FORMA interloquendi super exceptione probata: Cùm nos talis,de tali causa,quæ inter P.& H.vertitur,seu verti speratur, auctoritate domini papæ cognoscere voluissemus, dictus P. à nobis citatus contra literas apostolicas excipiēdo proposuit in hac forma:Coram,&c.vel proposuit, H.impetratorem impetrationis tempore fuisse excommunicationis vinculo innodatum: & quia termino eidem ad hoc probandum statuto,idem P.suam exceptionem sufficienter probauit,ideo literas ipsas per H. ad nos à sede apostolica obtentas, habito peritorum consilio interloquendo pronunciamus non valere,& nos per eas ad ipsius instātiam non posse procedere in hac causa. Vel pronūciabit,eas per falsi suggestionem obtentas,extr.de rescr.dilectus.j.de procur.c. fi.de off.deleg.significantibus.Tamen videtur, quòd postquam aliquis est absolutus,potest vti literis impetratis,dum erat excōmunicatus:quod dic,vt not.extrà de procur.cap.fin.& de excep. pia.in gl.sed virum.& ideo quidam omittunt,& bene,verba illa, literas ipsas non valere.Sed quomodo pronunciabit, si non habet iurisdictionem ex rescripto?de hoc no.in præ.ca. dilectus. & eod.ti.c.fi.
31 †¶Si verò non fuerit exceptio probata,sic dicet:
FORMA.Cùm nos,&c.vt s̄.vsque,except.sufficienter. iunge, non probauit.& idcirco interloquendo pronunciamus dictum H. actorem excommunicatum non esse, & ad prosecutionem causæ suæ debere admitti, & nos ad executionem mandati apostolici procedere posse,exceptione huiusmodi non obstante.Et si lis fuerit contestata,& ordo iudiciarius seruatus in huiusmodi exceptionis cognitione, fiat de hoc mentio in ipsa pronunciatione.
32 †¶Quòd si reus probare noluerit,vel nequiuerit,quod obiecit sic pronunciabit:
FORMA.Cùm nos talis,&c.vt s̄.in prox.forma, vsque, ad suā exceptionem.iunge,probare non potuit, vel noluit, idcirco interloquendo pronunciamus ipsas literas,non obstante exceptione contra eas proposita,valere,ac nos per eas posse in causa ipsa procedere iuxta tenorem ipsarum:& quia idem talis non probauit,quod obiecit, ipsum in expensis aduersario condemnamus, quas pars altera docuerit se fecisse earum taxatione nobis in posterum reseruata.De iure enim debet in expensis condemnari in probatione exceptionis deficiens,vt extr.de do.& con.finem.ex trà de pœnis, calumniam. Postea verò lata sententia iudex taxabit arbitrio suo expensas,consideratis qualitate negotij, & tempore disceptationis,& conditione legatorum, & aliis circunstantiis,dicens sic:Ego taxo expensas factas occasione propositæ exceptionis in decem libras.Dic ergo tu victor per tuum sacramētum,quòd tu expendisti intra decem libras ad plus:& ille respondeat per sacramentum se expendisse octo libras,vel nouem, vel decem libras minus vno denario, si tantum expendit. Quo facto iudex dicat:Et ego te proponentem,quia in probatione defecisti,condemno, exequendo sententiam & taxationem meam: & iuxta declarationem illius præcipio tibi,quòd soluas ei octo libras,vel nouem libras,vel decem libras minus vno denario,nomine expensarum.quod dic,vt j̄.de expensis,§.postremo,in prin.

33 †¶Quod autem priùs possit fieri condemnatio,& pòst taxatio probatur ff.de sol.Modestinus.valet enim tunc talis incerta sententia:ideoque fortè iudex certificari non potest,vt in præ.§.postremo,vers.item scias.Ar.tamen contrà,quòd taxatio debeat p̄cedere condemnationem,vt in concor.quæ sunt in præd.§. postremo, in prin.vbi de hoc. per quæ iura non videtur prædictam formam pronunciationis stare posse. Vnde ad euitandum huiusmodi contrarietatem, iudex,si velit,in fine sententiæ non condēnet in expensis,sed dicat sic: Expensarum autem condemnationem,& earum taxationem nobis in posterum reseruamus. & sic postea,quando voluerit,poterit eas taxare, & in eis victum etiā condemnare. Prius tamen dictum Romana curia seruat. Quòd autem possit reseruare,probatur in præd.§.postremo, ver. illud etiam.salua tamen Romanæ curiæ obseruatione, quæ præmissa forma tam in interlocutoriis,quàm in diffinitiuis, passim vtitur: consonum iuri puto esse s̄.scriptam formam seruari debere in interlocutoriis,in quibus vt plurimùm parui sumptus communiter adiudicantur: in diffinitiuis verò seruari potest forma tradita in præ.§.postremo, in prin. Quidam autem prius quàm interloquantur,taxant,& iurare faciunt super eis,& inserunt in fine pronunciationis post verbum,obiecit ipsum, &c.taxatione & iuramento præmissis,in centum solid.nomine expensarum aduersario condemnamus.Hoc tamen non placet.nam secundum hunc modum actor,priusquam interlocutoria, vel sententia feratur,
34 certus est,quòd pro eo pronunciabitur.cùm†tamen iudex nulla interlocutione debeat pandere,q̄d sentiat,vt C.de fal.vbi. Sed & vbi iudex iuxta præmissa super expensis incertus est,potest sic dicere:Pronuncio te expensas posse petere,vt C.de fruct.&lit.ex pen.l.terminato.& ar.ff.de re iud. Paulus.j. & tunc & post plures dies poterit in eis condemnare,ac eas taxare,vt in præ.l.Modestinus.& agetur ad eas condictione ex illa l.Paulus.vt dicunt quidā
d & hoc obtinent etiam in diffinitiuis[d].¶Et nota,†quòd vbi præ-
35 misso modo sententia incerta profertur,potest,secundum quosdam,coram executore certificatio fieri, putà taxatio & iusiurandum super eis præstari:sed cùm iudex hęc sibi retinuerit,vt paret s̄.forma prox.ne executor habeat ad talia extēdere manum,melius est,si hoc coram iudice fiat.
36 ¶†Generaliter autem super qualibet exceptiōe sic poterit pronunciari:
FORMA.Cùm in cā tali,quę vertitur inter talem&talē coram vobis tali,per talem fuerit coram nobis proposita exceptio: nos habito peritorum consilio dicimus, & interloquendo pronunciamus,eam non esse admittendam,nec eam admittimus & ea n̄ obstante fore in negotio procedendum. Vel dicimus:& interloquendo pronunciamus eam admittendam fore,& eam dicimus admittendam,ext.de lib ob.c.ij.& iij.¶Porrò in Italia forma ī interlocutoria iuxta consilium à sapientibus in scriptis datum, & nihil aliud debet continere interlocutoria,quàm cōsilium,vt dixi ī de requisit.cons.ver porrò huius. dato quòd hoc modo fiet:
¶FORMA.Cùm in quæstione,quę inter tales vertitur coram nobis iudice tali, super hoc inter aduocatos partium dubitatio foret exorta,tales sapientes assumpti fuerūt super consilio in hac dubitatione dando:qui quidem tale decernunt consilium.pone illud de verbo ad verbum,& in fine subiunge: Nos igitur eiusdē consilij formam sequentes,inuocata Spiritus sancti gratia, partibus præsentibus,interloquendo pronunciamus sic:repete verba
e consilii dati,& secundum ea pronuncia[e]. Ab his autem interlocutoriis partes,si se grauari sentiant,poterunt appellare,vt s̄.dixi in ver.

ADDITIONES.

a In prin.¶Hucusque fuit Vber.de Bobio,mihi charta xj.vbi de p̄sona coniuncta tractat,in fi.& Io.de Deo in exce.contra agentes pro aliis,ver.item quæritur.

b Fuerit.¶Non video hîc magnam cautelā,quia etiam si simpliciter admittat,admisisse intelligitur ad probandum,vt sequitur: & quod dicitur in dec.olim.est regulare.quando enim appellat an te sentētiam,sic scribitur per iudicem appellationis: nec sunt illa verba iudicis à quo,sed papæ delegantis.

c Bene.¶Imò malè.hoc dico etiam tempore dec.pia. quæ nō correxit in aliquo dec.ipso iure,de rescr. libro vj.vt ibi plenè not. in gl.nunquid ergo.

d Diffinitiuis.¶Hoc non placet,vt scripsi satis de seque.pos.ca.i.in gl.pe.vbi vide:& hoc per præ.l.Paulus. & per præd.decret.de ap. cùm appellationi.j.respon.in fi.lib.6.

e Pronuncia.¶Dat intelligere,quòd nō sufficeret iudicem dicere pronuncio per omnia,vt in cōsilio cōtinetur.Alb.Pap.de hoc tractauit in Summa de habendis consiliis:de qua dixi ī.de req.c̄s. & ad hanc partē allegat C.de sen.& inter.l.præses.ff.de arbi.quid tamen.de re iud.l.j.& l.in summa.per quem patet,sententiā nō te-

37 in ver.propofitis.†¶Sed fi iudex videt fe malè interlocutũ fuif fe,vel malè proceffiffe,nunquid poterit fuam interlocutoriam, vel,quod fecit,reuocare?Dic,quòd fic,non obftante appellatio ne ab huiufmodi interlocutoria,vel proceffu,emiffa: & facta re uocatione poterit in caufa procedere, etiam nolente parte ap pellante,ext.de app. cùm ceffante.ff.de re iud.quod iuffit.ext.de accu.qualiter.j.de app.fignificauerunt.xxij.q.iiij.magnæ.quod in
a tellige,vt not.ȷ̃.ver.fed nunquid.Fiet autem[a] reuocatio interlo cutoriæ vtraq; parte prefente:quamuis quidam malitiofi iudices prius quàm reuocent,finant appellantem cum fua appellatione à fua præfentia difcedere,& poftea præfente notario, vel teftib⁹, reuocant quod fecerunt,& fic appellantem decipiunt:quia cùm appellans de iniquitate interlocutoriæ coram fuperiore docue rit , pars appellata incontinenti docet de reuocatione grauami nis:& fic inuenitur appellans minùs legitimè proceffiffe,& con demnatus in expenfis remittitur ad priorem iudicem,extr. de ap pel.vt debitus.in fin.Sed certè,fi conftare poffet de iudicis mali tia,& quòd appellante ignorante id factum effet,non puniretur appellans:ar.ext.de app.ex infinuatione.& c.feq.& de refcrip. ex
b parte.ij.Talia enim non poffunt fieri parte abfente[b],ext.de caufa pof.& propri.c.j.ij.q.vj.biduum.ver.palàm eft.C.quom.& quan. iud.ab eo.& ȷ̃.de app.§.qualiter.ver.& nota, quòd fi.imò iudex, qui huiufmodi fraudem facit,puniri debet,extr.de re iud. cùm æ terni.Si enim ipfe debet partes à dolo & fraude cohibere,vt ext. de refcr.ex tenore.de pœ.calumniam.multò fortiùs & etiam fe, vt extr. de natis ex libero ven.ca.vnico,xix.dift.nulli.de elect.du dum.ij.prope prin.ver.vnde.alioquin in quo alios iudicat,feipfũ
38 condemnat,vt xxxij.q.vj.nihil iniquius.xxxv.dift.c.fi.in fi.†¶De bet ergo reuocatio grauaminis ad appellantis notitiam perueni re,ficut & reuocatio procuratoris ad aduerfarium, vel iudicem, vt ext.de procur.mandato.in præ.dec.ex parte. & reuocatio dif
c penfatoris in notitiam creditoris,ff.de folut.difpenfatori[c].
39 †¶Vt autem in reuocandis per iudices grauaminibus inftruaris nota,quòd iudex quandoque reuocat grauato, feu appellante p̃ fente,quandoque abfente:fi præfente,aut iudex certus eft,quòd grauauit,aut credit fe non grauaffe:aut credit, nefcit tamẽ fe gra uaffe,aut dubitat.Si ergo præfens fit appellans,& iudex certus eft fe grauaffe,reuocatio fiet:

¶FORMA.reuocandi interlocutoriam:Quoniam in tali exce ptione contra talem pronunciaueram, interloquendo ipfam ex ceptionem non effe admittendam: vel quoniam contra talem ita proceffeeram:habito poftmodum confilio peritorum, inueni me ipfum grauaffe in hoc,vel me indebitè proceffiffe:& idcirco vfus confilio faniori,interlocutoriam ipfam,vel proceffum exp̃f sè reuoco:& tibi præcipio,quòd fine licentia à iudicio non difce das:imò in eã fecundum formam iuris procedas, vt in præ. con. cord.¶Quidam tamen erubefcentes fuam interlocutoriam re uocare,fic dicunt:

¶FORMA.Ego talis,fi te talem in aliquo grauaui, illud reuo co.Sed certè non debent erubefcere,vt in præ.c.qualiter.
40 †Nam & papa fuam fententiam iniuftè latam corrigit, xxxv.q. ix.veniam,& c.fententiam.extr.de in integ. reftit. tum ex literis. & ecclefia,vt extr.de frigid.fraternitatis.& Imperator dicit,Non pudet nos noftras leges corrigere.in authẽ.Col.4. de nupt.circa prin.per vnam col.Vnde dicit Seneca: Non eft turpe in melius mutare confilium:& Auguftinus.Magnæ fapientiæ eft, mutare hominem,quod malè locutus eft.vt in præ.c.magnæ.Et idcirco
d alij,vt dominus meus[d],talem reuocationem, tanquam dubiam & conditionalem,non admittunt:& bene.cùm enim iudex gra
e uauerit re & verbo,ipfe folùm reuocat verbo,non re[e].Ber.tamẽ dicit eam admittendam:quia licet prædicto modo fiat, fufficit ta men,ex quo dicit Reuoco:ar.pro eo extr.de elect.illa.ibi, fi quis in ea,&c.Papa no. quòd quandoque tacitè reuocatur grauamẽ, putà fi appello à iudice.ne procedat contra me,quia fum exem ptus ab eius iurifdictione,& ille mihi affignat terminum ad hoc probandum,tacitè videtur reuocare grauamẽ mihi illatum:fup ple,in p̃cipiendo me procedere in principali. nam ipfe poteft co gnofcere vtrũ fua fit iurifdĩõ,vt ff.de iud.fi qs.ext.de refc.dilectus filius Ioannes.¶Cęterùm fi iudex credit fe bene proceffiffe,non debet dicere Reuoco:fed dicet fic:

FORMA.Frater fi te grauaui in aliquo , paratus fum reuocare interlocutoriam de confilio fapientum:& præfigo tibi talem ter minum ad comparendum , intra quem poffis plenè deliberare. Hæc forma exprefsè probatur,& no.extr.de re iud.ad apoftolicæ.
f ver.eratque parata[f].& fi in præfixo termino non venerit, confi dens de appellatione,iudex procedat in negotio fibi commiffo, quantum de iure fuerit procedendum.Sic enim non intelligitur grauaffe,ex quo non ftat per eum quò minùs reuocet,fed per ap pellantem,vt in præ.c.ad apoftolicæ.Quidam tamen dixerunt,ꝙ vbi credit iuftè proceffiffe,debet petere,& habere copiam appel lationis,& vt tollat appellationem,debet refpondere,vt ȷ̃.in for ma:Ego non te,&c.& fic debet eum tenere fub termino,& pro teftari fe velle apoftolos dare.Vnde fi poftea impetrauerit, non valebit fua appellatio,cùm non poffit de grauamine docere. fed prius dictum præualet.¶Si verò credit fe grauaffe, nefcit tamen pro certo,dicat fic:

¶FORMA.Ego proteftor,quòd fi te grauaui in aliquo, paratus fum reuocare.Sed certè hoc non fufficit,nifi reuocet:&quandiu non reuocat grauamen,appellatio in fuis viribus ftat,ar. extr.de eo, qui mit.in pof.caufa rei fer.c.j.
41 ¶†Si verò dubitat,an grauauerit,vel non:tunc,quia non femp de facili videre poteft grauamen inopinatè fortè illatum , in du bio reuocet in hac forma:

¶FORMA.Ego non te credo in aliquo grauaffe:fed fi grauaui paratus fum illud reuocare:& quantum in me eft , illud ex nunc reuoco: fed quia te non credo grauaffe, præfigo tibi talem diem peremptoriè,vt tunc compareas coram me , oftenfurus in quo te grauauerim.Et præcipiat notario de hoc facere publicum in
g ftrumẽtum,ar.in his,quæ no.s̃.ver.item cautus[g].vide ergo quo modo fub conditione reuocat in dubio.hæc autem forma obti net,

ADDITIONES.

☞nere,quæ non continet abfolutionem,vel condemnationẽ,vel æquipollens.facit etiam ff.iud.fol.l.iudicatum.ij. In contrarium, quia abfolutio,vel condemnatio dicta in confilio, per illa verba à iudice repetita videtur.facit ff.de verbo.ob.Titia.de cond.inft. cùm feruus.de ferui.vrb.præd.fi binarum.&de leg.j.l.talis fcriptu ra. & amplectenda eft hæc repetitionis interpretatio, quia facit rem valere,ff.de reb.dub.quoties.& de leg.3.in repetendis.extrà de verbo.fig.abbate.Item per illa verba faltem iudex dicitur con filium approbaffe,& confirmaffe,Inft.mand.§.tua.ar.ff.man.l.ij.ĩ fin.de admi.tu.quidam decedens.§.Papinianus.& l.Titium &Mę uium.j.refpon.in fi. Confirmans autem cenfetur repetiuiffe con firmata,ff.de adop.l.adoptio.de ver.fig.l.obuenire.in auth.de de fen.ciui.§.interim.propter verba confilij ergo condemnatoria, vel abfolutoria iuris fictione abfoluiffe vel condemnaffe videt. facit,quod no.C.de app.l.eos.in gl.no.forma.in prin.quid plura? Satis eft,quòd aliqua parte actorum fententia fit certa,C.de fen. qui fine certa quan.l.3.Confilium autem eft de actis,extr.de pro bat.quoniam.C.vt lite.pen.l.ij.de app.à proconfulibus.ergo,&c. Subdebat,quòd magis tuta &certa via erat,quòd ipfe iudex poft lectum confilium abfoluat,vel condemnet.idem la.de Are. Ego puto inter diffinitiuas, & interlocutorias diftinguen. cùm enim interlocutoriam non fit neceffe ferri de fcripto,fed fcribitur iam prolata,vt no.de re iud.c.vlt.lib.vj.in prima gl. fi notarius fcribat quòd iudex fecundum formam confilij pronunciauit,puto fatis effe:& fic feruat.& fic procedunt allegata fecundò.Sed quia diffi nitiua eft ferenda & pronũcianda de fcripto per ipfum iudicem, vt in præ.dec.vel cum concor.fi dicat,vt s̃. f.pronuncio per om nia,vt in confilio continetur confilium dicebat pronunciandum &c.vel reum condemnandum,vel abfoluẽdum. ergo fententia iudicis erit fic,pronunciandum,condemnandum, vel abfoluen dum:& fic de futuro:& fic vitiatur per prima iura. Bonum tamẽ eft confilium Gul.ꝙ etiam in interlocutoriis fiat repetitio.Faten dum tamen eft,ꝙ communiter magis fimul conueniunt verba ꝯ filiariorum,& iudicum ĩ interlocutoriis, quàm diffinitiuis.Dicit confulens,libellum aptè,vel ineptè formatum,exceptionem ad mittendam,vel nõ ꝓbatam,vel teftẽ admittendum,vel repellen dum:& iifdem verbis vtitur iudex. Adde, ꝙ fnĩa iudicis pronun ciantis in omnibus,& per omnia,&vt in tali confilio continetur non valeat,tenet Ang.conf.ccxlix.

a Autem.¶Secundum Aegid.rub.xxij.Vber.ponit fraudem, quæ fequitur.Adde,quòd regulariter verum eft, vt fiat reuocatio in terlocutoriæ,citatis,partibus:Hoft.in Sum.ext.de re iud.§. quot funt eius fpecies.

b Abfente.¶Vel non requifita.& vide,quę fcripfi de ap.fi à iudice: lib.6.fuper.ver.termino.quod tollit hanc fraudem.De interpreta tione verò,an fieri poffit parte abfente,plenè fcripfi de verb.fig. olim.in gl.magna.Adde,vt plenè p do.Ant.de fancto Geor.in c. cùm ceffante.in xviij.col.ext.de ap.

c Difpẽfatori.¶Simile in cl.de ele.caufam.in fi.cũ concor.vlti. gl.

d Dominus meus.¶Honeftiorem formam, quàm habeat ipfe Ho ftien.fcripfi in dec.cùm ceffante,fuper j.gl.ad finem.

e Non re.¶Ratio Vberti de Bobio,vbi tractat de coniuncta perfo na,in fi.

f Parata.¶lib.6.

g Cautus.¶Quicquid s̃.vel ȷ̃. dicatur, tene,quod habes de app.fi à iudice.lib.vj.

net,vbi probabiliter dubitatur,vtrùm id, pp quod appellatur,verum sit,vel verum esse negatur. Si enim certũ & indubitatum sit superuacuò præfigitur terminus ad ostendendum grauamen:qđ tunc satis ostenditur per narrationem in appellationis forma cõtentam,adeò quòd iudex per appellationem vel admittere, vel refutare potest. Vnde terminus talis appellantem non arctat, q remedio interpositæ appellationis à iudicis iurisdictione, reputat se exemptum. ¶Sed& si verisimiliter ambigitur, vtrùm causa grauaminis in appellatione expressa, legitima sit, vel non, huiusmodi termini præfixio locum non habet, cùm iudex à quo appellatur,non debeat esse iuris ignarus. Potest tamen tunc respondere, quòd vult deliberare, & statuere terminum appellanti ad audiendam suam super hoc responsionem, vt s. in forma illa, Frater, si te,&c.& appellans in termino veniens,& de iure coram iudice disputans, non intelligitur propter hoc appellationi renunciare.

42 ¶†Quòd si a appellans absens sit, iudex per hoc poterit facere
a suas literas in hac forma:

¶FORMA. Talis iudex tali salutem in domino Iesu Christo, cùm tu in causa, quæ vertitur inter te.& B.super hoc coram nobis ex hoc appellans,à nostra discesseris præsentia,tibi tenore p̃sentium innotescat, quòd non credimus in aliquo te grauasse: veruntamen si in aliquo te grauauimus, quod nos latet, illud si apparere poterit,exnunc, vt extunc,reuocamus omnino. Quocirca discretioni tuæ mandamus,quatenus die tali per te,aut per procuratorem idoneum, compareas coram nobis de dicto grauamine ostensurus:alioquin in causa ipsa,prout de iure fuerit, p cessurus:quem terminum tibi peremptorium assignamus,quod nisi feceris,in causa ipsa ratione præuia procedemus,tua absentia non obstante. Et tam de reuocatione,quam de literarum præsentatione fiat publicum instrumẽtum, per quod fides possit de his fieri illo inficiante,& vt iudex facta sibi fide de præsentatiõe, per

43 illud post terminum ipsum in causa procedat. † ¶Illud tñ scias, quòd si is,qui appellauit,compareat coram iudice à quo appellauit, postulans terminum sibi dari ad procedendum in principali: vel dicens,quòd paratus est ius suum prosequi coram illo, videtur appellationi renunciasse:ar.extr.de re iud. quod ad consultationem.ff.de pact.tale pactum.§.i.s.de re iud.ad solutionem.ext.

b de appel.solicitudinem.in fin.b ff.de mino. Aemilius.ff.de leg.cõmis.l.antepen §.fi.& l.penult. Nam altero contrariorum electo, alteri renunciatum esse videtur,xxxij.q.1.cùm renunciatur.C.de

44 furtis,l.j.C.si seruus exte.se emi man.l.i. † ¶Sed nunquid iudex interlocutoriam pro me contra te latam,à quanon appellasti,potest post decem dies reuocare? Non videtur:quia iam transiuit in rem iudicatam,extrà de elect.cùm dilecti.in fin.Dic contrà, quia licet trãsiuerit in rem iudicatam quo ad te,vt non possis post decendium appellare,non tamen quo ad iudicem,quin possit eam reuocare.ff.de re iud.quod iussit.extrà de præsum.afferte.& in p̃.c.cum cessante. Nam & tu posses post decem dies appellationi renunciare,ij.q.vj.si quis libellos. extrà de app. personas. Si autem appellasti,dicunt quidam,quòd etiam adhuc illam poterit reuocare,vt s.ver.sed si iudex. quod verum esse intellige re integra existente:putà quia appellans non fecit sumptus in prosequendo appellationem, de cond.causa da.causa non sec. si pecuniam. in prin. Sed & si vellet iudex sumptus reficere, dicit B quòd adhuc potest reuocare:quia iam non interest ipsius,extrà de app.interposita.§.ij. Dominus meus dicit, quòd semper potest reuocare,

c donec desierit esse iudex. Desinit autem esse, dando apostolos c,
d seu dare,respondere recusando,extrà de app.cordi d.vel si superior appellatiõe recepta sibi inhibeat, ne vlteriùs se intromittat.

e e.ti.Romana.§.si verò e. Vnde si interim fecerit sumptus,sibi imputet:imò [illegible] am dicunt quidam, quòd licet appellans dicat se iuisse ad cu[illegible] m ad prosequendum appellationem, vel etiam iam se habere literas,quæ tamen nondum sunt præsentatæ,iudex poterit nihilominus reuocare ante quàm appellationis causa sit cõmissa,vt in præd.c.interposita.§.ille.& e.tit.vt debitus.Nam sicut appellanti licet redire ad iudicem, à quo appellauit, priusquam causa alteri sit commissa,vt in præ.§.ille.sic debet & iudici licere.

f Inn.1111.dicit f,quòd iudex ante decendium,vel etiam post,vbi est appellatum,potest interlocutoriam suam reuocare: quia appellatio suspendit pronunciationem,ff.ad Turpil.l.j.§.fi.Si verò non est appellatum, non potest reuocare post decendium sine eius licentia,pro quo lata est.

45 † ¶Sed pone,quòd appellatum est ab interlocutoria, & datus ẽ iudex in causa appellationis,qui citauit partes,&ad alia processit nunquid primus iudex adhuc poterit reuocare grauamen? Respondeo:obtinuit,quòd non: quia iam non est res integra, vt in præ.§.si verò.& extrà de app.interposita.§. ille. de officio deleg. pastoralis.§.præterea.ff.de iudi.cùm prætor.respon.j.quamuis iu

46 dex appellatiõi nondum aliquam fecerit inhibitionem. † ¶Sed quis debet proponere exceptiones peremptorias rei cohærentes,vel etiam dilatorias? Respon.ipse conuentus,&eius hæredes & fideiussores,& mandatores,ff. de excep.exceptiones.§. rei autem.& l.omnes.& l.quæ personæ.C.eodem,defensores.ff.de iure fisci,in fraudem.§.si principalis.C.de fideiussor.l.j.& l. sententiam.ff.eo.vbicunque.ff.de reg.iur.hæredem. Hoc tamen fallit ĩ

47 pacto de non petendo,†quod personale est: nec eius exceptio competit hæredi,nec fideiussori,ff.de pactis,idem in duobus.§. p sonale.Item possunt exceptiones opponi contra paciscentes, & contra eos qui in iudicio fuerunt,& eorum hæredes, & emptores,& legatarios.vtentes suorum auctorum iure,ff.de doli exce. apud Celsum.§.de auctoris.& §.cùm legitima.& ar. ff. de acquir.

48 poss.Pomponius.§.cùm quis adminiculo.† ¶In summa notandum est,quòd nemo prohibetur vti pluribus exceptionibus etiã diuersis,ff.de excep.nemo.de inoffic.test. contrà veterani.§. sed nec impuberis.Arg.contrà,extrà de renunc. super hoc. extrà de regul.& transe.ad relig.sicut.& extrà de appellat. solicitudinem.

g prope fi.g† ¶Item nota,quòd ferè omnes exceptiones perem-

49 ptoriæ sunt perpetuę,licet descendant à temporalibus actionib. quas excludunt:quia quæ temporalia sunt ad agẽdum, perpetua sunt ad excipiendum,vt C.de execep.licet.in prin.ff.eodem, l.3. in princip.& l.purè.§.fi.s.§.j.in princ.Ferè,dixi propter exceptionem doli,quæ aliquando perpetuò obiicitur.vt C.eodem, si pactum.aliquando etiam non perpetuò,vt quando à maleficio trahit originem,vt ff.de pecu.quæsitum.§.fin.Item dicuntur perpetuæ,quia semper opponi possunt,quandocunque agitur, etiam

h si actor stet per mille annos,quòd non agat h:quia non est in potestate rei quando actor eum conueniat.Sed si nunquam agatur nunquam excipietur:vt in præ.l.purè.§.fi.C.eodem, l.si pactum. C.de dilat.si quando.in fi.quod est 3.q.4.§.spacium.C.de in inte.

50 restitu.petendæ.† ¶Item nota,secundum Vber.de Bobio i & Io.

i de Deo.quòd aduocatus,qui timet de principali, debet differre causam,si habet diuitem clientulum,hoc modo:proponat enim aliquam exceptionem, & super ea faciat pronunciari, & postea appellet,C.de app.addictos.& admittetur appellatio,causa legitima in ea assignata,extr.de app.vt debitus & hanc appellationem prosequatur,& super ea statim iudicem impetret,vel nunciũ mittat: & postmodum non petit iudex reuocare interlocutoriã, cũ

k res non sit integra,vt s ver.sed nunquid.& seq.Item, fm Vber. k adhuc

ADDITIONES.

a Quòd si. ¶Verba Aegid.rub.lxxj.

b In fi. ¶Miror,quòd fuit omissa dec.gratum.de off.del.vbi est casus,& de testi.cùm venisset.

c Apostolos. ¶Sup.delatorios,de app.cùm appellationibus.lib 6. Adde,vt plenè per d. Ant.de sancto Geor.in c.cùm cessante.&de omnibus his,quæ sequuntur,vsque ad ver.in summa.

d Cordi. ¶& c.vt super.& c.ab eo.lib.6.

e Si verò ¶lib.6.

f Dicit. ¶In c.cùm cessante.ibi remisi ad id,quod,ipse no.in dec.ff. quod met.caus.& ibi scripsi,quod not.in dec.sacro.de sen.exc.& vide ibi materiam plenius,quàm hîc,super gl.

g Prope fi. ¶Solue,vt no.in reg.nullus pluribus.de reg.iur.lib.6.

h Agat. ¶Idem dixerat s.§.i.post prin.

i Bobio. ¶Char.mihi xj.vbi tractat de coniuncta persona,in fin.& Io.lib.3.rub.de exceptionibus contra agentes pro aliis, ver.si volueris.& in fi.

k Secundum Vber. ¶Non inueni Vbe.in vol.descripsisse hãc fraudem,vel forsan alibi scripsit:vel alter scribens hęc illi attribuit:dicit Hiero.ad Furiam B.quòd aliqui,quod ab eis egreditur,ab aliis audiuisse se simulant. Vide Diogenem,qui in libro De vita& moribus philosophorum est quinquagesimus, ante medium:vbi dicẽti sibi,quòd eius amicus de ipso certa mala protulerat:Respõdit,an ille hoc dixerit, mihi dubium: te autem hæc dixisse, mihi certum est. Negari nõ potest quin Vber.quandoque pessima loqueretur.nam vbi tractatur materia curatorum,mihi charta x.reprehendit aduocatum.qui veniente tutore vel curatore ad causam,pmittit litem contestari intra x.an.econuesò sępe se ꝯscientiosum ostendit.& suadet peccata vitari.Vt à fine incipiam,patet in vltima char.ibi,præstito sacramento.in princ.& ver.de tuis.& ver.adhibetur.& charta penult.§.cùm autem.in princi. & ante §. sed si sub arbitro.sua debet memorari nouissima, & spiritum carni præferri,&ibi prius per vnam col.in ver.licet quasdam.&locis aliis suasiones facit salutiferas.

adhuc amplius poterit prorogari causa: quia si in causa præfatæ,
appellationis aliqua quæstio incidat,& iudex appellationis gra-
uet,iterum ab eo appelletur:sicut sæpe in curia fieri videmus per
malitiosos procuratores.Item,secundum eum, adhuc longè sic
plus poterit prorogari.Is enim,qui appellat à sententia, dicat eã
nullam coram iudice appellationis:quod fieri potest,vt ĩ. de sen
ten.§.iuxta.ver.sed quid si à sententia. & seq.& si iudex pronun-
ciauerit iustam,vel aliquam,vel iniustam, statim iterum appellet
& iterum coram iudice appellationis dicat eam nullam:& sic po
terit centies facere.Nec enim dicitur tertiò prouocasse,cùm nul
lam appellationem fuerit prosecutus,& semper possit dicere sẽ
tentiam nullam,vt ff.quæ sent.sine appellat.rescind.l.j.& ĩ.de sen
a tentia,§.fin.in princ.& versic.& nota,quòd secundum[a].Item do-
b cet idem Io.[b]quòd litigator semper insidietur iudici, & inuenta
occasione appellet:nec timeat expensas,si diues est:quia

Grata superueniet,quæ non sperabitur hora.

Sed certè pudet me talem recitare doctrinam, quæ non illumi-
nat cæcum,nec sanat ægrotum,vt xlv.di.recedite.In hoc enĩ do-
ctores fiunt non erudiendorum, sed perdendorum auditorum,
dum quod malè didicerunt,insinuãt,de cons.dist.2.pro dilectio-
51 ne.†Doctrina etenim mala testis est malitiæ doctoris,vt j.q.vij.
conuenientibus.Sed & cùm omnis ætas prona sit ad malum, vt
xij.q.j.omnis ætas.& procliuis sit cursus ad voluptatem& natura
imitatrix vitiorum,vt xx.quę.3.c.ij.profectò auditores libentiùs
52 hanc doctrinam,quàm Euangelium amplectuntur,†non atten
dentes, quòd culpa simul est tam prohibita discere, quàm doce-
c re,vt C.de malefi.& mathema.l.culpa.de quibus Paulus[c]:Sanam
doctrinam non ferunt,& ad sua desideria coaceruant sibi magi-
stros prurientes auribus:& à veritate auditum auertunt, ad fabu
d las autem conuertuntur[d]:onerati peccatis ducuntur variis desi-
deriis,semper discentes,nunquam ad scientiæ veritatem perue-
nientes.hæc leguntur xxvj.q.v.nec mirum.in fine. 1.col.Nam cũ
aduocati proni sint ad malitiandum,vtique non sunt in hoc ven
to doctrinæ instruendi, xij.dist.de his.in prin.Scriptum est enim,
Nolite errare fratres mei:doctrinis variis nolite abduci,xj.distin.
nolite.quia non,quod obsit.sed quod prosit,docendum est, arg.
53 xxxviij.dist.quamuis,in fi. †¶ Quinimo quoties docent, quod
auditoribus non conuenit, toties malus sermo de ipsorum o-
re procedit ad destructionem auditorum,xxij.quęstione.vltima,
quoties.& dum doctrinæ delectantur gloria, fiunt auditoribus
auctores ruinæ,vt xlix.dist.§. 1.nam incauta locutio protrahit in
errorem,vt xliij.dist. sit rector. in princi. Hanc igitur doctrinam,
tanquam reprobam & insanam,taliter impugnamus,vt extrà. de
54 summa trin.c.ij.ad fin.†¶Nam frustratoriè appellans in expen-
sis legitimis condemnatur,vt extrà de appellat. vt debitus. Item
aduocatus malitiosè litem protrahens, in duabus libris auri mul
ctabitur C.de iudiciis,properandum.§.illo.& l.rem non nouam.
§.patroni.& de postul. quisquis.§.præterea.& 3.q.vii.§.tria.ver.si
quis adeo.tenetur etiam,quo ad Deum,ad restitutionem damni
per suam iniquam protractionem dati:de quo dic,vt ŝ.de aduoc.
55 §.fin.prope fi.vers.item sit cautus,ne litem.& seq.†¶Sed(proh
dolor)hodie adeo productus est furor , vt nullius habeatur mo-
menti,qui iniqua agere metuit:quinimo lætantur mali,& in pes
simis rebus exultant:vt xxiij.q. iij. ipsa pietas.extr.de exces.præl.
quàm sit graue,& gloriantur in causarum protractione : & cùm
iniqua egerunt,benedicuntur,vt lxxxij.di.c.j. Rustici enim garru
litatem auctoritatem putant,xlvj.distin. §. j. Peccant ergo in suo
officio clientulos taliter decipiendo,vt & falsi tutores pupillos,
j.q.j.§.penul.& fi.ideóque malè moriuntur in peccatis,vt j.q. vij.
conuenientibus.in fine j.col.&ad illud perferuntur tribunal, vbi
nullum habebunt de allegationum nitore subsidium,& vbi ipso
c Hæc.¶Reuertitur ad gl.j.decre.mandato.de proc.vſque ad verſi. ſed pone.

d Iudicatum ſolui.¶Quòd quo ad prima duo, hæc cautio ſit ſuperuacua,opponit & ſoluit Rofr.reſpon.de cauſa iud.ſol.poſt princ. ver.item adhuc. primò, quòd ſuperuacua non ſit interponenda, patet ff.vt le.no.caue.hęc ſtipulatio.in fi.& extrà de maio.& obe. c.iii.cum concord.vlt.gl.quòd prima de defendendo, ſit talis, patet: quia procuratore non defendente mitteretur actor in poſſeſſionem,ff.& C.de bo.aucto.iud.poſſid. per totum,extr.vt lit.non conteſt.quoniam & procurator dicitur defendere dominum,& ſi patiatur talem miſſionē fieri,ff.de procur.ſed & hæ.§.fin. De ſecunda idem,nam bene prouiſum eſt contra procuratorem, q dolum committit,ff.de dolo,eleganter.§.ſi procurator. Ad primam reſpondet,quòd cùm paſſus miſſionem in reali, vel perſonali,vſque ad certum tempus audiatur,magis expedit actori habere ſententiam,& eius executionem,ſi non fuerit appellatum,quàm habere miſſionem. Ad ſecundam reſpondet, quòd plus eſt habere hāc cautionē prætoriā,quæ fideiuſſores requirit,ff.de præt.ſtip.l. prętoriæ.quàm habere actionem de dolo:& ſic neutra ſuperflua.

4 ¶†Actor autem vniuersitatis cautionem de iudicato soluendo
non præstat, quia quasi dominus intelligitur: sic & tutor, ff. pro
empt. qui fundum. §. si tutor. & argument. ff. rem rat. habe. actor.
C. de admin. tut. l. fi. §. defensionem. ipse enim sustinet vicem vni-
uersitatis, & de calumnia iurat in animam propriam: extrà de iur.
5 calum. in pertractandis. & ca. seq C. eod. l. ij. §. sin autem. †¶Item
nec tutor nec curator cauet de iudicato soluendo, C. de admi. tu.
l. fin. §. defensionem. ff. qui satisd. cog. sciendū. §. tutores. sicut nec
a verus dominus, Insti. de satisdat. §. ab eius verò[a]. ¶†Sed pone, egi
6 contra te ad decem: obtinui: appellas: in causa appellationis suc-
cumbis, & iterum appellas: in causa huius secundæ appellationis
pro te interuenit procurator: quæritur: vtrum ille debeat satisda-
re iudicatum solui? Et videtur, quòd non, arg. C. de procur. ita de-
b mum. contrà ff. iud. sol. cùm apud. & C. de procur. l. ij. vbi de hoc[b]
¶Item nunquid substitutus à procuratore satisdabit? dic, vt s. de
7 procu. §. j. ver. sed & nunquid sub. ¶†Sed quæritur, vtrùm procu-
rator, qui satisdedit de defendēdo, cogaᵗ defendere pcisè, an suf-
ficiat stipulationem committi? Respō. procurator actoris, qui ca-
uit de defendendo, & receptus est ad agendum, præcisè cogitur
defendere, etiam licet agere nolit, vt ff. de procur. sed & hæ. §. præ
ter. nisi ex iusta causa destiterit ab agēdo, vt in ea. l. procurator au-
tem rei cauit pro se, vel pro quo inscio, vel absente, dominus satis
dedit: & non cogitur præcisè defendere, sed sufficit stipulationē
committi ob rem non defensam. Si verò dominus cauit apud a-
cta pro eo præsente, & non contradicente, tunc cogitur, nec audi
tur volens dicere, quòd stipulatio committatur, ff. eo. si defunct⁹.
c & l. non cogendum. §. ij. l. filius. §. fin. [c]Regulariter autem vbicun-
que procurator non cogitur defendere, si tamē actio peritura est
d cogitur, ff. e. mutus. §. fi. [d] Vtrùm is, qui promisit defendere, sit ad
hoc perpetuò obligatus, not. s. de procur. §. j. ver. sed nunquid p-
petuò. Item vtrùm procurator cogatur appellare, vel appellatio-
8 nem prosequi, vide extrà de procur. non iniustè. ¶† Item quæri
tur, vtrùm reus possit releuare procuratorem suum extra iudiciū
obligando se ad illud sub hypotheca rerum suarum: no. Ber. extr.
de procu. accedens. & c. mandato. quòd sic. Sed contrà. nam cùm
in prædicta cautione tria contineantur, saltem in duobus videtur
dominus factum alienum promittere, scilicet quòd procurator
reum defendet, & quòd dolum nō committet, ex qua promissio
ne non esset obligatus, vt Instit. de inut. stipu. §. si quis aliū. & hoc
concedit Odof. Quantum ad hoc tamen, quod verbum sonat, di
cit, quòd se potest obligare: & sic intelligit præ. §. si verò. Instit. de
satisdat. Nam etiam proprium factum promittitur, secundum ea,
9 quæ dixi s. §. prox. ver. si igitur. & seq. ver. sed quæ est. ¶† Credo
tamen, quòd si dominus diceret sic: promitto iudicatum solui, si
sententia contra me feratur, & promitto me facturum & curatu-
rum, quòd procurator causam defendet, & dolum non commit
tet, procurator per talia verba releuatur à cautione, cùm per talia
verba nascatur obligatio aduersario: vt Insti. de inut. stip. §. si quis.
& ff. de verb. oblig. stipulatio ista. & l. in illa stipulatione. Sed cùm
hæc stipulatio inter absentes facta sit, nō videtur valere, cùm ver
borum obligatio inter absentes concepta, sit inefficax, Inst. eo. §. i
tem verborum. ergo per talem obligationem non intelligitur re
leuatus. Ad hoc responderi potest, quòd licet non valeat verbo
rum conceptio inter absentes, tamen per prædictam pmissionē
iudici factam, vel tabellioni, acquiritur vtilis actio aduersario, vt
s. §. prox. ver. sed quis recipiet. Si dicas, quòd speciale est in legib⁹
ibi inductis: dico, quòd hoc casu similiter est speciale: aliàs quare
diceret lex, quòd procurator rei potest releuari à cautione iudica
tum solui per eum, etiam extra iudicium, vt in præ. §. si verò. & iū
ge hîc, quòd not. s. de procur. §. vt autem. versi. sed nunquid talis.
10 ¶†Satisdatio igitur procuratoris rei extra iudicium, sic scribe-
tur.
e FORMA [e]. Cùm in causa, quæ inter B. vel eius procuratorem
ex parte vna, & T. ex altera corā tali iudice vertitur, seu verti spe-
ratur super cētum libris, quas idem T. petit. seu petere intendit à
dicto B. & Martin. se offerret, & diceret se ipsius B. pcuratorem es
se: quia procurator rei, siue dubitetur, siue certum sit de mandato
satisdare tenetur, idem M. procurator B. pmisit præfato T. iudica
tum soluere, dominum defendere, & nihil doli mali in defensio-
ne committere: insuper ipse B. dicti M. precibus & mandato ipsi
T. fideiussor extitit de omnibus suprà dictis. Hec forma probatur
in prædictis iuribus. Qualiter autem apud acta scribetur satisdatio
vel etiam in ipso procuratorio, dixi s. de procur. §. vt autem. in j.
11 forma. ¶†Sed [f] quæritur, vtrùm dominus satisdans pro suo pro
f curatore iudicatum solui, debet adiicere pro omnibus clausulis
stipulationis? prout dicitur in præ. §. vt autem. prope prin. Et vide
tur, quòd sic, Instit. de satisd. §. si verò aliquis. Sed dic, bonum & tu
tum esse exprimi: si tamen taceatur, nihilominus mandatum suffi-
ciens est ad releuandum procuratorem: quia omnia comprehen
duntur sub verbo Iudicatum solui, arg. ff. de iudi. solemus. extra.

de causa poss. cùm ecclesia. Nam & fideiussor simpliciter obliga-
12 tus, in omnem causam fideiubere videtur, ff. loc. quæro. ¶† Sed
nunquid dominus satisdans pro suo procuratore, iudicatum sol-
ui, debet promittere, quòd ipse intererit tempore sententiæ, vt
patet in præ. §. vt autem. in j. forma. Et videtur quòd sic, C. de satis.
g l. vnica, ff. de procur. Pomponius. Sed dic[g], bonum est, si fiat: sed si
non fit, nihilominus sufficiens est ad mandatum: non enim refert
vtrùm reus veniat ad sententiam, vel non, ex quo legitimè citat⁹
est, postquam lis est contestata, & de causa liquet, vel liquere po-
test. quod dic, vt s. de contu. §. sequitur. vers. si vero agitur. & seq.
Nec interest actoris, reum superflua cautione grauare, ff. de pro-
13 cur. non cogendum. §. si procurator. ¶†Sed pone: procurator cō
paret in iudicio pro reo citato, exhibens procuratorium: in quo
non releuatur à cautione Iudicatum solui: tandem petit sibi copi
am fieri iurisdictionis iudicis, vel pcuratoris partis aduersæ, & pe-
tit diem ad deliberandum super eis, vel ad proponendum excep-
tiones dilatorias, vel declinatorias sibi dari: opponiᵗ ex aduerso,
quòd non debet audiri: imò debet dominus contumax reputari,
pro eo quia non misit sufficienter, cùm procuratorem non rele-
uauerit ab onere satisdationis, nec procurator illam præstare vale
h at, sicut dicit, quæritur quid iuris? Respon. [h] dominus non est con
tumax, & procurator debet admitti, cum tali mandato ad hoc, &
ad ea, quæ præcedunt litis contestationem: & iura, quæ dicunt p-
curatorem satisdare debere, nisi per dominum releuetur, loquū-
tur, quando quis trahitur coram iudice, de cuius iurisdictione nō
dubitatur, & quando iudicium firmatum est ex persona iudicis, a-
ctoris & rei, & iam in principali proceditur. tunc enim ante litis
contestationem debet satisdare, quia possibile, est quòd non erit
iudicium: quia fortè repellet iudicem, vel actorem: nec ante litis
contestationem dicitur quis agere, sed agere velle, ff. rem ra. hab.
i amplius hoc. ff. de in ius voc. quamuis[i]. Item quare hoc? & dic, vt
14 in pre. §. vt autem. ¶†Porrò aliud est procurator, scilicet cū man
dato, & aliud defensor, scilicet sine mādato: vterq; tñ admittitur
cum satisdatione, vt C. de satisdat. l. vnica, in fi. C. de procur. exigē
di. qa null⁹ in aliena re legitimus defensor ē sine satisdatiōe, Inst. de sat

ADDITIONES.

a Verò. ¶Gl. prædicta rationem subdit, quare aliud in procuratore.
b De hoc. ¶Gl. ibi dat duas solutiones. Prima, ꝙ nouus pcurator,
vel datus post litem contestatam, satisdat in causa appellationis:
antiquus, qui contestatus fuerat litem principalem, non. Secūda,
ꝙ etiam antiquus satisdat, nisi satisdatio facta in causa principali,
expresserit etiam de causa appellationis. & pro ista parte inducit:
quia licet sit eadem causa, non eadem instantia, C. eo. l. inuitus. &
facit, quod scripsi in regula, contractus. de reg. iur. li. vj. in ii. q. Do-
minus me⁹ in legibus tenebat in præ. l. ij. procuratorem intelligo
dominum principalis causæ, & qui in alia satisdederat, non teneri
satisdare in causa appellationis. Sic etiam disputauit, sed illam nō
habeo, sed solùm, quod dixit in præce. l. ij. audiui, scilicet stipula-
tionem iudicatum solui factam in causa principali ad causam ap-
pellationis extēdi. Ad l. cùm apud. prædictam, respondebat, quòd
ibi de speciali iudice Sempronio facta fuerat mentio, & ideo ad
nullum successorē causæ principalis. vel appellationis extenditur
secus si nomen non fuisset expressum: facit de offi. deleg. quoniā
abbas. cùm ibi no. refert Cy. in ea. l. ij. hanc responsionem non pla
cere la. de Ra. cùm illa nominis expressio in l. cùm apud. notet fa
cti accidentiam, non iuris ministerium. nam idē, si simpliciter, eo.
tit. l. iij. in prin. Euasio est l. cùm apud. sed non decr. quoniam. Itē il
la l. iij. ff. iud. sol. non loquitur de iudice appellationis, sicut loquiᵗ
l. cùm apud. Vnde tenendo opinionem domini, mei, dicam, quòd
si cautum sit iudicatum p certum iudicem solui, illo dimisso itur
ad alium, extincta est satisdatio, vt in l. iij. Sed si statur coram illo,
& iudicat ita, quòd locus est satisdationi, si non fuisset appellatū,
vel si diffinietur malè appellatum, si ille idem procurator prose-
quatur causam, hæc posset esse distinctio proprii nominis, de qua
suprà: vt si proprium nomen fuisset expressum, locus sit nouæ sa-
tisdationi: aliàs non attentari etiam posset hîc nouum, quòd no-
uus procurator rei non tenetur in hac causa satisdare, cùm de pri-
cipalis satisdationis effectu lis pendeat. Item, quia nunc vice acto
ris fungitur.
c §. fi. ¶Item in casu cle. decr. de procur. c. i. & ibi vide in gl. præcisè.
Adde, vt p Bal. in l. eos. §. cau. C. de appel. Salic. & ibi Bar. in l. ii. C.
de proc. Bart. in d. l. cùm apud.
d §. fi. ¶vbi de hoc: & pro eo. ti. inuitus. in vlt. gl. & scripsi de procu.
accedens. super gl. ij.
e FORMA. ¶Rolandini iij. vbi s.
f Sed. ¶ver. iste cum duobus sequent. fuit Aegid. sua rub. xiiij.
g Sed dic. ¶Secundum Aegid. vt s.
h Respondeo. ¶Secundum Aegid.
i Quāuis. ¶Fatebaᵗ Aegi. ꝙ viderat seruari ꝯriū, sed malè, sm eum

de satisd.§.ab eius verò.& §.si verò reus.Si quis igitur sine manda to se defensioni alterius offerat,talis erit satisdandi forma:

a ¶FORMA [a].In causa,quæ inter B.& C.vt s̃.in prox.forma,vsq; Martinus.iunge,se,dicti B.defensioni obtulit:& quia nemo idoneus defensor est sine satisdatione,promisit præfato T.& C.vt s̃.

15 vsque insuper. iunge B.ipsius M.precibus,&c. vt s̃. ¶†Sed nunquid venditor eo casu,quo ad defendendum emptorem admitti tur,tenetur cauere de iudicato soluendo?putà quando vult in se iudicium suscipere pro emptore,quasi ipsum etiam inuito actore defendendo:quod facere potest,prout not.C.vbi in rem act.l.j.Et videtur,quòd non:quia si absoluitur,ei prodest,cùm non teneatur emptori de euictione.Si verò cōdemnetur,obest ei: quia de euictione tenetur:& sic causa sua videtur,cùm damnum & lucrum ad ipsum spectat,vt ff.quando ap.sit.l.j.§.in causa propria.ij.q.vj.biduum.versi.palàm is. & quia vt possessor conuenitur,vt s̃.de primo decreto,§.restat.ver.quid si feudatario.& seq. Sed contrarium verius est, quia pro possessione penes alium constituta, conuenitur sic nomine alieno:vnde satisdet : quia nemo est idoneus defensor litis alienæ sine satisdatione,vt ff.de procur.qui ꝓprio.§.j. & l.minor. Item quia defensore sine mandato condemnato,non competit contra dominum actio iudicati,vt ff.de pro-

16 cur.Plauti⁹.& vide C.de proc.l.j. ¶†Hoc etiam nota,quòd si dominus reuocauit mandatum procuratoris, & iudicium transfert à procuratore in dominum,liberantur fideiussores procuratoris & pignora ab ipso data pro iudicato soluendo,ff.quib. mod. pig.

b vel hyp.sol.l.j.§.fin.Arg.contrà,ff.qui satisd.cog. Iulianus [b]. Vtrū pater agens pro filio,teneatur satisdare,quòd ille ratum habebit,

c not.s̃.de syndi.ver.sed quæritur [c]. ¶†In summa nota, quòd pro-

17 curator,quem dominus non releuauit ab onere satisdationis Iudicatum solui,potest satisdare,si vult,& admittetur: alioquin nisi caueat,cùm non sit releuatus à domino,condemnatur in expen-

d sis:quod verum est in ciuilibus [d] & pecuniariis causis.† In spiritu

18 alibus autem, & in causa libertatis, siue subiectionis alicuius ecclesiæ, non habet locum cautio de iudicato soluendo : quia talis causa,siue res,non recipit æstimationem,ff.de rer.diuis.l. sacra. §.fin.arg.ad hæc extrà de off.deleg. coram.& de relig.do.c.pe.quia nec fit commutatio , vel permutatio de spirituali ad temporale, extr.de rer.permut.ad quæstiones.& c.fin.extra.de restit.spol.frequens.§.fin.lib.vi. In spiritualibus ergo procurator cauebit de rato,per quam cautionem fideiussores intelligūtur,ff.de procu. ser uum.§.ait prætor.& in præ.c.coram.Quidam etiam dicunt,quòd ex tali cautione tenetur procurator ad interesse, arg. extra. de arbit.per tuas.Alii contrà,quia causa spiritualis ad quæstum pecuniarium,seu interesse deduci non poterit,sed cogi poterit ad impēsas in lite factas restituendas,ff. rem rat.hab. si sine. §. cùm autem

e procurator. Hæc autem nota [e] circa effectum cautionis iudicatū solui.nam si rei procurator eam præstiterit,ipse tenetur ex ea stipulatione , & non dominus: tenetur tamen actione in factum ex re iudicata cum procuratore suo.nam si per se dominus defendisset,sic tantùm ipse teneretur,nec habuisset necesse satisdare iudicatum solui,vt Instit.de satis.§.sed hoc hodie. De cautionibus curatoriis & tutoriis,vide s̃.de tutore, & in tit. de cur. In causa autē criminali qualiter accusatus,vel eius defensor satisdabunt,vide j̃. de accusa.§.j.

ADDITIONES.

a Forma.¶Rolandini iiij.vbi suprà.

b Iulianus.¶Ibi soluitur.

c Sed quæritur. ¶Parum docebat hæc remissio: sed vide , quod ibi addidi.

d In ciuilibus.¶Secus in criminalibus:quia in eis non interuenit ꝓcurator:vel intendit,quòd in his criminalibus,in quibus interuenire potest.quod dic,vt extrà de accu.veniens.in I.& super j. glo. locum habeat, quod de spiritualibus sequitur, & de hoc per Cy. C.de procur.l.i.in penul.q.

e Not.¶Secundum Tan.vbi s̃.ver.pe.

SVMMARIVM.

1 *Aedificium habens,quod ruinam minatur vicinæ domui alterius,debet illi cauere de damno infecto.*

2 *Casus aduentitij non sunt specificandi,aut computādi,in petendo cautionem de damno infecto.*

3 *Pariete vno tantùm alicuius ruinoso,an pro tota domo cauebitur de damno infecto.*

4 *Cautionis forma,vbi is,cui nouum opus nunciatum est,non audet procedere in opere,nisi præstita cautione.*

5 *Clericus ædificans si paratus est militi nuncianti satisdare coram episcopo suo, miles verò non vult recipere, nisi coram suo iudice, an satisdatio sit remissa.*

6 *Is cui vsusfructus legatus est, in quibus, & per quā debeat hæredi cauere, & numero sequenti.*

8 *Pignora,vel fideiussores præstari debent,vbi idoneè,vel sufficienter caueri præcipitur,vel conuenitur.*

9 *Libelli super diuersis cautionibus qualiter fieri debeant.*

¶De quibusdam satisdationibus extraiudicialibus.

5.§.Est quoque & aliud genus cautionis,qn̄ videlicet fit sequestratio rei mobilis,de qua controuersia est,quę res est penes personam suspectam,quòd cùm ea fugiat,& post illa persona petit rem dissequestrari:debet enim primò satisdare in

a hac forma:FORMA [a].Cùm res talis penes P. inuenta ad petitionem H. mandato talis iudicis fuerit sequestrata, veniens idem P. & eam dissequestrari petens,promisit ipsi H.vel mihi notario nomine ipsius H.stipulanti rem ipsam seruare &custodire,&non baratare,vsque ad finem causæ,& eam restituere &consignare,cui, &quando mādauerit ipse iudex:insuper G.ipsius P.precibus, &c. vt suprà Hæc probantur ff.qui sat.cog.si fideiussor.in fin.ff.de off.

1 præsi.senatusconsulto.¶†Item est & alia satisdatio.nam si habes ædificium,quod minatur ruinam domui meæ vicinæ,debes mihi cauere de damno infecto,id est nondum facto,sed quod fieri probabiliter dubitatur : hoc est, satisfaciendo mihi de omni damno, quod incurrerem ex ruina ædificii,si corrueret,vt ff.de dam.infe. l.dies.& l.prætor ait.in prin.cuius cautionis forma talis erit: FOR

b MA [b]. Quoniam talis domus T.vt dicitur,domui P.ruinam minatur, & præcipitium, & ob hoc idem P. ageret & peteret sibi de damno infecto caueri,idem T.talis iudicis præcepto promisit ipsi P. eidem satisfacere integrè de omni damno , quod incurrere

2 posset ex ruina præfatæ domus:insuper H.precibus,&c. vt s̃. ¶† Circa hoc quęritur:ecce habes domum ruinam minantem iuxta meam: peto, vt eam reficere cogaris: tu dicis, paratus sum tibi de damno infecto cauere: vnde non sum cogendus reficere:ego verò replico,frater,illa cautio locū habet ad res duntaxat:& sic quo ad ædes tantùm.vt ff.de dam.infect.hac stipulatione.in fi.sed esse poterit , quod vxor & filii erunt in domo , vnde pro ipsis caueri non poterit:quia liberum corpus æstimationem non recipit,ff.si quadru.pau.fec.dic.l.ex hac.ff.de his,qui deie.vel effu.l.fi.extr. de iniur.c.i.tu respondes,illi casus sunt aduentitii:vnde non sunt specificandi,seu computandi,ff.qui,& à qui.ma.non li.§.Iulianus.Distingue super hoc:quia si es diues,reficere cogeris captis pignoribus,& mulcta indicta, vt ff. de offic.præsid.præses prouinciæ inspectis.Item ne vrbs deformetur,vt ibi.& C.de ædifi.priua.si vt ꝓponis.ij.& l.singularum.ff. de dam.infect. ad curatoris. Si verò es pauper &reficere nequeas,tunc efficere cogeris,vt reficiatur,aut de publico soluetur tibi,vt periculum euitetur,ar.ff.adSyl.leges.

3 &ff.ex qui.cau.seru pro præ.liber.ac.l.j. ¶†Quid si tantùm vnus paries domus ruinosus,est nūquid pro tota domo cauebitur , an tātùm pro parte illa ruinosa? Et videtur,quòd pro tota domo,ff. de dam.infe.si finita.§.ex hoc edicto.Super hoc est distinguendū an sit domus vrbana , vt tunc pr vno tigno vitioso caueatur etiā pro tota domo,vt in præd.l.& ff.đ act.em.&ven.l.Iulianus.in prī. An fundus rusticus: & tunc tantùm pro parte ruinosa,vt ff.de dā.

c infec.cùm emptor.§.j.[c]¶†Cæterùm is,cui nouum opus nuncia-

4 tum est, non audet procedere in opere, nisi præstita cautione de demoliendo,id est,quòd amouebit quicquid ædificatū apparuerit in solo alieno,extrà de oper.no.nun.c.fin.& ff.eod.prætor ait. cuius cautionis forma talis est:

d ¶FORMA [d].Cùm T.denunciasset P. nouum opus, credens eū ædificare tale opus super tali solo suo,dictus P.quia procedere in opere non audet,nisi satisdatione præstita,promisit coram tali iudice ipsi T.de demoliendo,hoc est quòd amouebit quicquid ædificatum apparuerit super solo suo: insuper H. precibus, &c. vt s̃.

5 ¶†Quid si clericus ędificans paratus est militi nūcianti satisdare coram episcopo suo,miles verò nō vult recipere, nisi coram suo iudice?Respō.videt̄ satisdatio esse remissa,cū clericus de iure satisdare velit:ar.ff.e.prætor ait.§.si quis paratus.nā actor debet sequi forum

ADDITIONES.

a Forma.¶Rolandini vj.vbi s̃.

b Forma.¶Rolandini vij.vbi s̃.

c §. j. ¶Vt intelligat Cononista: si pars domus minatur ruinam, & domus est vnita & contexta,missio fit in totam:quia pars non ruinosa sequi posset ruinosam:si verò domus est ampla, ita quòd ille timor cesset,mittitur solùm in partem. In agris autem cessat illa ratio.Vnde si per agrum tuum,vel arbores timeo ex ipsa ruina damnum inferri ædibus meis,vel vineæ, vel segetibus, & tu non cauer , in illorum solùm possessionem mittar: non enim agrum contiguum post se traherent,sicut ædes ædem. hoc vult iste §.& §.ex hoc.superiùs alleg.& l.fluminum.eod.titul. §.item apud Viuianum.

d Forma. ¶Rolandini viij.vbi s̃.

a forum rei ᵃ¶†Is quoque, cui vſuſfructus legatus eſt, debet caue re hæredi per pignora & fideiuſſores, ꝙ vtetur & fruetur ſalua re rum ſubſtantia, & ſaluis immobilibus rebus, q̃ vſu non conſumũ tur, ad arbitrium boni viri: & ꝙ pecuniam, ſi quam habuit vel ha bebit, ad æſtimationem bonorum, quæ vſu cõſumuntur, & in hę reditate inuenta fuerunt in morte ſua, hæredi, ſeu hæredibus eius reſtituet: extr. de pignor. c. fi. ff. de vſufru. l. j. ff. de reb. quæ vſu con

7 ſum. per totum. Inſtit. de vſufru. §. j. & ij. ¶†Quid ſi prius quã ca neat, agit pro pecunia hæredi ſoluta, quæ ſibi debebatur, & in ꝓ ceſſu cautionem offert? & videtur, ꝙ non ſit audiendus, C. de vſu fru. l. j. quia in initio eſt præſtanda. Sed dic contra, arg. ff. de pig. act.

8 ſi rem. ¶†Et nota, ꝙ vbi idoneè vel ſufficienter caueri præcipi tur, vel conuenitur, pignora, vel fideiuſſores præſtari debent. ff. mand. Paulus reſpondit. in fi. ext. de pign. c. fi. Quid ſi dictum fuit, ꝙ plenè, vel ad ſenſum ſapientis caueatur? dic, vt ĩ. de emp. & vẽd.

9 §. j. ver. ſed quid ſi, & ſeq. ¶†Qualiter autem libelli ſuper diuerſis cautionibus concipientur, vide ĩ. in tractatu libel. in tit. de pig. & aliis cautionibus, §. ſequitur. De cautione verò, quàm præſtat ab ſoluendus ab excommunicatione, not. ĩ. de ſen. §. vt autem. verſi.

b porrò quia ᵇ.

ADDITIONES.

a Forum rei. ¶Nõ obſtat de no. oper. nun. c. pen. quia ille officialis archidiaco. ex ſpeciali iure erat iudex illius loci, vt ibi ſcripſi. Ad. de ver. ĩ. ſeq. & nota, ꝙ nomine cautiõis regulariter ſola ꝓmiſſio intelligitur, l. ſancimus. C. de verb. ſig. Sed cùm adiicitur Idonea, intelligimus fideiuſſores, vel pignora, ff. mand. l. mandato. Titij. §. fi. de fideic. lib. ergo. §. adiici. Sed nũqd, cũ dicit Idonea, ſufficit hy potheca? Videtur, ꝙ ſic, vt not. in d. §. & videtur caſus. C. de omni agro deſer. l. quicunq;. Sed dicebat ſemel papa in conſiſtorio, ꝙ nõ faciebat: quia ibi eſt ſpeciale, vbi dicit obligatis fundis, idoneè caueat: ſed non dicit, ꝙ idonea cautio ſit obligare fundos. facit de fun. pa. l. quicunq;. & de loc. præd. ciuil. lib. vi. Et ꝙ non ſufficiat fa cit tex. qui dicit Pignora. Et pignus eſt, quod tranſi ad creditorem & hypotheca nõ tranſit, vt ff. de pig. act. l. ſi rem. §. propriè. & me lius eſt poſſidere, q̃ à poſſidente petere, vt l. is qui. ff. de rei vend. & minus eſt dare fideiuſſorem. q̃ pignora: quia licet prætoriæ ſti pulationes perſonas deſiderent, tamen ſi dantur pignora, ſatisfit: quia plus videtur dare, vt l. pto. ſtipula. nam cùm tutius eſt pigno ri incumbere, quã in perſonã agere, Inſt. de oblig. quæ ex delic. §. futuri. arg. tamen ꝯ 13. q. fi. vt pridè. & quod ibi not. & fideiuſſor eſt perſonaliter obligatus, l. blanditus. C. de fideiuſ. & tamen meli us eſt dare fideiuſſores, quàm hypothecam, C. de epiſc. & cleric. l. omnes. §. in hac. & in auth. de ſanc. epiſc. §. ſi quis. Col. 9. vbi datur priuilegium clericis, quòd non dent fideiuſſores, ſed promittant cum hypotheca. Et videtur caſus ff. vt leg. no. ca. l. filio. Sic multò minus eſt dare hypothecã, q̃ pignora: cùm plus ſit dare hypothe cam q̃ fideiuſſores. ſed videtur ĩ. regula, plus cautionis. ſed dic, ꝙ ibi loquitur de pignore: tamen contra videtur ſentire de hypo theca. Hæc Oldr. conſil. 68. nomine cau. Adde vlteriùs ad hãc ma teriam cautionis, an & quando requiratur ſufficiens cautio, ſcili cet pignoratitia, vel fideiuſſoria, vel non? glo. fin. & ibi ſcribentes in c. j. extrà de ſequeſt. poſſ. & fru. aliam in verbo Idoneam, in c. fi. extrà. de pig. item gloſſ. in verbo Sufficienti, in c. ex publico. extr. de conuer. coniug. item adde gloſſ. & ibi do. Abb. Sic. in ca. ad no ſtram. el j. extrà de iureiur. & ibi nouiſſimè per dom. Felin. Aduer te tamen, quòd iuratoria cautio eſt valde ſufficiens, & melior quàm fideiuſſoria, vel pignoratitia: vide gloſſ. in cap. de benedic to. xxxij. q. j.

b Porrò quia. ¶Amicus accuſati de crimine capitali, allegans ꝓ illo iuſtas cauſas abſentiæ, an teneatur cauere de illo præſentando, cùm ceſſabunt cauſæ? dixi ſ. de defenſore, ſuper rub.

ADDITIONES NOVAE.

§o An in prætoriis ſtipulationibus promiſſor teneatur promitte re certam pœnam, not. in l. fin. ff. de præto. ſtipu.

§o An in bonæ fidei iudiciis debeat ſatiſdari, vel ſufficiat nuda cau. not. in l. in omnibus. de iudi.

§o Pone aliquis ſatiſdedit de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, po ſtea adhuc iterato ſatiſdedit, an videatur à prima obligatione re ceſſum, vt ſic primi fideiuſſores dati dicantur liberati, Bar. in l. vra tionius. de prætor. ſtipul. aliàs de fideiuſ.

§o In l. quod meo. de acquir. poſſe. ibi, poſſidetur, &c. ſic ergo vide tur ꝙ omnes venditores rerum debeant ſatiſdare de iudicio ſiſti, quia illi qui vendunt nomine illorum quibus res venduntur, ſe omnium rerum conſtituunt poſſeſſores. ſic ergo non poſſident, vt hic, ergo ſatiſdant, vt l. ſciendum. qui ſatiſ. cog.

§o An in ſatiſdationibus iudicialibus poſſit quis ſatiſdare cum pi gnoribus, ſicut cum fideiuſſoribus, gl. in l. j. qui ſatiſ. cog. not. in l. prætoriæ. de prætor. ſtipulat.

§o Si promiſi aliquem ſiſtere in iudicio ſub pœna & die certa, & il la die fuit infirmus, itaꝙ non potui eum ſiſtere in iudicio, an tene ar. Gui. de Cu. ꝙ non in l. ſed & ſi quis. §. quæſitũ. ſi quis cautioni.

§o Pone ꝙ promiſi aliquem præſentare coram poteſtate, non ad iecta die, poſtea mutatur poteſtas: ſucceſſor petit à me ꝙ ipſum præſentem. cui tenear, not. in l. ſi finita. in prin. de dam. infec. & l. 3. in prin. & l. cum ap. iudi. ſol.

§o In aut. generaliter. C. de epiſ. & cle. dicit Bal. ꝙ cautiones iudici ales introductæ per ius ciuile, vt puta per conſtitutiones princi pis, vel per ſtatutum, requirunt fideiuſſorem: & hoc ideo, quia re dactæ ſunt ad inſtar prętoriarũ, vt not. in l. quinta. de verb. oblig.

§o In l. ſi deceſſerit. §. ſi verò pro condemnato. qui ſat. cog. Bar. po nit vnam cautelam de illo qui promiſit aliquem præſentare, qui aufugit: & ille qui promiſit ipſum præſentare, hoc videns, fecit ipſum ex banniri ex alia cauſa, de qua hic per ipſum. & Cynus in l. exceptionem. de except.

§o Vbi remittitur ſatiſdatio propter paupertatẽ alicui, tenetur ſal tem cauere ſub pœna, gl. in l. ij. §. ſed ſi dubitetur. de iudi. & in l. fi lio. vt lega. no. ca. & l. fi. eo. tit. & l. fi. de præto. ſtipul. & l. 4. ſi quis cautio. & l. 2. qui ſatiſd. cog. & in Rubr. iudicatum ſolui, & l. niſi. §. quamuis. ff. ſi cui plus quam per leg. falci.

§o Quid ſi forma Authenticæ generaliter omittatur circa ſatiſda tionem, an proceſſus ſit nullus, Bal. in dic. auth. dicit ꝙ valet, & in qualibet parte iudicij poteſt ſuppleri iſte defectus. nam iſte ordo non eſt de forma iudicij, ſed eſt quiddam preambulũ. ordo enim iudicij, propriè non conſiſtit in præparatoriis iudiciorum. vnde quicquid omittatur circa præparatoria iudiciorum, non vitiat: ex cepto libello.

§o Quid ſi iudex accipiat ſatiſdationem abſente parte, an ex hoc acquiratur ipſi abſenti, not. in dicta authent. per Bald. vbi multa bona dicit.

§o Si condemnatus ſum tibi ad dandum, & antequàm tibi tradam fundum conuenior ab aliquo, an ratione iſtius fundi euitabo ſa tiſdationem, not. in l. ſciendum. qui ſatiſ. cog.

§o An ſi per contumaciam ſis paſſus miſſionem in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, ſi poſtea reuocaueris, & litigas, an non obſtan te quòd recuperaueris, tenearis ſatiſdare, no. in auth. de exhib. re. §. ſi verò. in fi. fac. c. frequenter. extr. vt lite non conteſ.

§o An in ſatiſdationibus quæ fiunt per dominos procuratoribus ſuis, debeat interuenire hypotheca bonorum: videtur tex. quòd ſic, Inſti. de ſatiſ. §. vbi. & de hypotheca.

§o Nota quòd difficile eſt extra patriam ſuam fideiuſſores dare: & ideo eſt neceſſaria nuda cautio, l. ij. §. ſed ſi dubitetur. in fin. de iud.

§o Nota, ꝙ licet regulariter quis non admittatur ad agendum ſine mandato, hoc fallit vbi res vel actio eſt peritura: & hoc per l. j. in prin. de neg. geſt. per Iac. de Rauen.

§o Qualiter debet cauere ille qui ſuſcepit iudicium animo nouan di in actione reali, not. in l. 3. ff. de alie. iudi. mu. ca. fac.

§o In l. ſi is à quo. §. ſi ſemel. vt in poſſeſſio. leg. dicit Barto. quòd ſi quis vult facere capere aliquem tanquam ſuſpectum ex forma ſtatuti quòd ſi cauſa ſuſpectionis ſuberat tempore quo cum eo contraxit, non poteſt facere capere: ſecus ſi poſtea, vt l. ſi credito ri. de priuileg. credit.

§o Item nota contra iurantem de ſuſpecto, qualiter iſta ſuſpectio probetur. dic ꝙ in ſuſpectione quæ prouenit ex animo, ſufficit iu ramentum, vt l. præſenti. de his qui ad eccl. confu. Sed an pars de beat citari, not. in l. ait prætor. §. ſi debitorem. quæ in frau. credit. & l. interdum. §. furem. de furtis. & in l. ſi creditores. de priuil. cre dit. cum ſimilibus.

§o Procurator vel defenſor qui comparet ad allegandum cauſas abſentiæ, non tenetur ſatiſdare, not. in l. in eo. §. nemo. de reg. iur. & l. ſi verò. §. de viro. ſolu. matri. per Dy.

§o An procurator conſtitutus ad ſententiam audiendam, tenea tur ſatiſdare, iudi. ſol. not. in l. nihil. de procur.

§o Nota ꝙ procurator actoris, etiam ſi conſtet de mandato, debet cauere de defendẽdo, ſi reconueniatur. Sed nunqd iſta ſatiſdatio debeat præſtari per procuratorem actoris ipſi reo ante quam ip ſe reus porrigat libellum ſuę reconuentionis, vel tantum poſtea Cynus & Bald. in l. j. de ſatiſdan. Bart. in l. ſeruum. §. ait prætor. de proc. & ibi etiam Bal. & not. in l. ſed & hoc §. defendere ff. de pc.

§o An cautio de rato poſſit fieri ſub conditione. Bar. in l. inter quos §. alieno. de proc. & l. j. C. eo. per Cynum.

§o Forma & modus interponendi cautionem de rato. no. per Bar. in l. cum peteret. ff. rem rat. hab.

§o Nota ꝙ ſi quis habet inſtrumenta cauſæ præſumitur procura tor, vt ſic admittatur cum cautione de rato, Bar. in l. vulgo. de ad miniſt. tut. Inn. in c. coram dilecto. de offi. deleg.

§o Si aliquis agat procuratorio nomine pro me, & antequam ha beam ratum deceſſi, an hæres meus poſſit ratum habere, not. in l. ſi is cui. ff. rem ra. hab.

An satisdatio procuratoris rei de cuius mandato dubitatur, quę est de iud. soluen, debeat offerri, & si non petat, vel an possit omitti. Iac. Butri. quòd non debet dari nisi petatur, l. qui proprio. §. qui alium, de proc. Albric. in l. j. C. de procu.

Nota quòd vbi principalis est diues, vel idoneus, non curatur de fideiussore, si non est idoneus, vt dicit glos. in l. mulier. de iure dot. quæ incipit forte.

An procurator releuatus ab onere satisdandi, saltem teneatur promittere, Cynus in l. j. de satisdan. & in l. si defunctus. de procu.

Nota ꝙ coniuncta persona agendo non facit committi stipulationem de rato, no. in l. procurator. rem ratam haber.

In l. quotiens. qui satis. cog. hæc lex facit, si ex forma statuti debet satisdari de reficiendo expēsas, antequam accuset quis de falso, ꝙ si dedit fideiussorem illum qui non potuit obligari, poterit obiici quòd processus non tenet, quia non est satisdatum. Iaco. Butri. & Bart.

In l. fideiussor. qui sat. cog. nota, ꝙ si recipis fideiurorem qui habet priuilegiū. & dubitas ne vtatur priuilegio: debes dicere, ego recipio te, tñ protestor ꝙ nolo ꝙ vtaris priuilegio fori, qasi non contradicit ꝓtestationi sibi per te factę, videtur acquiescere. Bal.

Si aliquis defendens aliquem absentem, satisdet de iudicato soluendo, postea factus est procurator legitimè adiecto absente vel sibi mortuo successit: & sic videntur fideiussores liberati. per l. j. §. fi. qui. mo. pig. vel hyp. sol. & per l. si ante. ī fi. iudic. sol. Sed quid si actor dicat, licet tu sis ꝓcurator effectꝰ, vel hæres intendo te ꝯuenire, & esse tecum in iudicio, tanquam cum defensore, vt sic fideiussores dari per te mihi teneantur: an hoc possit dicere, Iaco. de Are. in dicta l. si ante tenet quod sic.

Item quid si iudicium in dominum transferatur, an stipulatio committatur, nota. in dicta l. si ante.

Sed nunquid antequam committatur stipulatio de rato teneatur stipulator denuntiare, & inquirere an sit aliquis alius volens defendere, not. in l. 3. §. ob rem non defensam. iud. sol.

Quid si fideiussores primò dati efficiantur non soluendo, an adhuc de nouo debeat satisdari, no. in l. qui satisdare. de fideiusso.

An syndicus constitutus ab vniuersitate debeat satisdare gl. Insti. de satis. §. sin autem in gl. 2. & gl. in c. j. ext. de syndico. & l. item eorum. §. fi. quod cuiusque vniuer.

An procurator in rem suam teneatur satisdare, gl. quòd sic. in l. si procurator. § si per contrarium. de procurat. in gl. magna.

An mulier possit petere cautionem à marito pro rebus dotalibus. no. in l. qui bona. §. qui damni. de damno infect. ¶ De satisdatione quę petitur ab aliquo ne ipsum offendat, no. in l. qui bona. §. si quis iuxta. de dam. infec. & l. sed & si susceperit. §. fi. de iudic. & Guido de cu. in l. illicitas. de offi. præsi.

Si promisi præsentare aliquem coram potestate, nō adiecto aliquo termino, successor suus vult quod ipsum præsentem, an tenear. Vber. de Bobio dicit quòd non elapso anno, vt l. si finita. de dam. infect. & l. 3. & l. cum apud. iudi. sol.

¶ Bald. De satisdationibus.

ETIAM recessurus suo nomine cōuentus in curia nō tenetur satisdare Iudicatū solui. ꝓsertim clericus, §. dicto. ver. sed pone. G. nisi esset recessurus cum re alterius, l. fideiussor. in fi. ff. qui satisda. cog. Bal. quid de seculari, ver. quid si secularis. G. ¶ Quando dicatur dubitari de mandato, dic, vt in §. viso. vers. sed qualiter potest. C. de proc. l. j. per Cyn. & Iac. But. exemplum: si tabellio, qui fecit instrumentum, negatur tabellio, vel si per vnum testē probetur, & similia, ver. seq. G. ¶ An cautio rati habeat locum in arbitris, in d. §. viso. ver. item. G. ¶ Procurator etiam non releuatus pt opponere declinatoriam, §. expedito. ver. sed pone. quod est no. ¶ Cautio damni īfecti prospicit damno pecuniario: quid, si timetur de periculo personarum? §. est & aliud. ver. circa hoc. ¶ Forma cautionis damni infecti, item de opere demoliendo, item fructuaria, ibidem G.

a ¶ De Interrogationibus, quæ fiunt ante litem conte-
b statam a. Rubrica.

QVoniam b petitorium iudicium frustrà intentatur, si reus non possidet, nec dolo desierit possidere, ideo interrogari debet, an possideat res petitas, vt supr. de rei vend. qui petitorio. & l. si in rem actum sit. & extr. de exceptionibꝰ. aduersario. idcirco de interrogationibus, quæ ante litem contestatam fiunt, videamus, dicentes: In quibus casibus, & qualiter fiant interrogationes: &, quis sit earum effectus.

ADDITIONES.

a Pileꝰ fecit de hoc rubricā isti cōsonā, in fi. suæ primæ partis. ¶ Tācr. in vl. rubrica secūdę partis. ¶ Ioan. de Deo, lib. Iud. parte 2. rub. 4. principali. ¶ Bonagui. fecit rubricā de īterrogationibus: sed ñ restringit, vt auctor: imò de his nō tractat, nisi remittendo. ¶ Aegi. rubricam fecit, vt auctor, & est 38. in ordine. ¶ Alb. Gal. posuit generalem rubricam de interrogationibus, & principaliᵉ de his tractat. ¶ Guid. de Suz. de his in princip. operis.

b Quoniam. ¶ Istud principium vsque ad ver. sciendum. quasi ad literam fuit Tan. vbi s.

SVMMARIVM.

1 *Interrogationes ante litis contestationem decem casibus sunt faciendæ.*
2 *In petitione hæreditatis quæ sint interrogationes necessario faciendæ.*
3 *Allegatum non probare, vel nihil allegare, æquiparantur.*
4 *Interrogationibus ante litis contestationem non est indifferēter, vel quo ad fundandam principalem cautionem, vtendum, sed solum quo ad viā agendi præparationem.*
5 *Interrogatorium quomodo ab aula recessisse intelligatur.*
6 *Interrogationes hodie sunt iudicis officio faciendæ.*
7 *Libellus an super principali sit ante factas interrogationes ante litem contestatam dandus.*
Interrogari an possit quis pluries super eodem facto.
8 *Forma scribendi responsiones ad interrogationem factas.*

¶ Interrogationes quibus casibus, & qualiter fieri debeant.

I. §. Sciendum est igitur, ꝙ generaliter iudex pōt semper interrogare, ante litis contestationem, & post, & vbicunq; ipsum æquitas mouet, etiam postquā fuerit in causa cōclusum: quod dic, vt ī. de positio. §. 3. & §. 4. & 6.
a & per totum a. ¶ † In decem tñ specialibus casibus fiunt interro-
1 gationes ante litis cōtestationem. ¶ Primus, si agatur ꝯ aliquem tāq̄ ꝯ hæredem, interrogetur, an sit hæres defuncti, cuius noīe ꝯ-
b uenitur b. ¶ Secundus, si respondet se hæredem, interrogetur, an
c in solidū, vel quota ex parte sit hæres, ff. de interroga. act. l. j. c & l. qui interrogatur. ¶ Tertius, si respondeat se hęredem in solidum
d vel pro parte, quæratur, qualiter sit hæres, an ex testamento d, an verò suo nomine sit ei quæsita hæreditas, vel per eos, qui eius iuri subiecti sunt, ff. e. si sine. aliàs incipit, si defensor. §. illud. ¶ Quartus est, cùm agitur noxali iudicio, scilicet an possideat seruū, cuiꝰ nomine noxali iudicio agitur, ff. eo. si quis interrogatus. ¶ Quintus, an possideat hæreditatem, quę petitur, & pro qua parte, ff. eo. non alienum. & l. qui seruum. §. fi. ¶ Sextus, an cōuentus possideat peculium serui, vel filij: qui cōtraxisse dicitur, cuius nomine agit, vt in præ. l. si fine. ¶ Septimus, cuius ætatis est nunc cōuentus, cū de eius ætate dubitatur, ff. eo. de ætate. in prin. ¶ Octauus, an ędificium, ex quo damnum dari timetur, & cuius nomine petit cautio de dāno infecto sit suum, vel quota ex parte, eo. tit. ñ alienum. & l. qui seruum. in fi. ¶ Nonus, an quadrupes, quę damnum dedit sua sit, ff. eo. l. si quis in iure. ¶ Decimus est in rei vēdicatione, vbi quæritur, vtrum possideat rem petitam, vel dolo desierit possidere? Si respondet se possidere, sed pro parte: quęratur, pro qua parte, vt in præ. l. qui petitorio. & in l. præ. qui seruum. §. fi. Si verò neget se possidere, cùm possideat, hoc probato, dabitur res actori, licet nil de iure suo probanti, ff. de rei vend. l. fi. aliàs est pen. Verum tamen titulum suę possessionis. vel vtrùm res sua sit, non cogitur quis dicere in rei vendicatione, C. de pet. hære. l. cogi. in prin. 2. q. v. §. j. ff. de rei vend. sed in speciali. in petitione hęreditatis sic, vt in
2 præ. l. cogi. in fi ¶ † Sciendum e quoq; est, ꝙ in petitione hæredita-
e tis fiunt speciales interrogationes & necessariæ: quia nō conuenitur nisi is, qui pro hærede, vel pro possessore possidet, id est, qui se putat hæredem, vel nullam causam possidendi habet: sed possidet,

ADDITIONES.

a Per totum. ¶ Hunc casum, quem autor præmittit, communiter alij ponunt vltimò.

b conuenitur. ¶ Olim nō tenebatur huic rñdere ille, cui mota erat quæstio hæreditatis, ff. eo. tit. & quia. §. interdū. Et ratio huius ibi in tex. hodie secus, ex quo possidet, C. de pet. hæ. l. fi. §. sin autem. i. Cessat ergo dictū, qđ sumebant aduocati ex §. interdū. s. ꝙ cùm ciues adstringuntur ad bona sua describēda, ñ tenentur illa describere, sup quibus lis mouetur. Tu dic ꝯ, describent tñ ea, vt alia: aliàs prompta esset fraus: quæ cessat in casibus legū, G. qui admit. ad bo. pos. quandiu. & de bon. pos. secundum tab. l. j. quæ inducebatur ad idem.

c l. i. ¶ Vbi numerantur hi casus. & ext. de iur. calum. c. pe. in vlti. gl.

d Ex testamēto. ¶ Sup. vel ab intestato: & vt dixit Azo in Sūma hu. tit. multum inter hæc interest, propter legatā & substitutiones, q̄ debentur, & veniunt ex testamento, & non ab intestato, vbi aliud non exprimatur, C. de fideicom eam, quam.

e Sciendum. ¶ Scire debes, ꝙ cū Hosti. in Sum. de iud. §. 3. sed sub §. fiunt autem aliquando. enumerasset interrogationes, de quibus suprà, statim submisit hunc ver. illud autē. pro regula: quare, quasi totum, quod in isto §. sequitur.

det,quia possidet,vt ff.de pet. hær.pro hęrede.& l.regulariter.Pri
ma ergo interrogatio est,an possideat,vt in præ.l. qui petitorio.
&si negat,petam à iudice, vt me mittat in possessionem saluo iu-
re alterius,vt in præd.l.q seruum.§.fi.si volo eum conuincere de
mēdacio, hoc ipso ad me transfertur possessio, q̄uis nō probē de
ꝓprietate, ff. de rei vend.l.fi.si verò cōfitetur,interroget scdò,an
sit hæres,&ex qua parte?vt s̄.in prin.Si neget,tertiò q̄rat,cur pos-
sideat,ff.de peti.hær.q interrogatus.& alleget titulū ꝓ donato,vł
pro emptore, vel pro dote, & probet, vacat petitio hæreditatis.
3 ¶†Si verò nō alleget,vel allegatū n̄ ꝓbet,qa hæc duo æquiparā
tur,vt extra.de deci.dudū.§.j.de ꝯcesſ.pb.cū super.& c.ex parte.ff.
de proc.q oīa.tunc ꝓsumitur ꝓ possessore possidēte,ff.eo.ꝓ hære
de.¶Si aūt alleget aliū titulū, putà emptionis, quærendum est,à
quo emit,ff.de diuerſ.& tēp.ꝓscri.in vsucapione.§.itē adiiciendū.
Potest em̄ esse,ꝙ emit à furioso:& sic titul⁹ iste habet ꝓ n̄ titulo,
ff.de pet.hæ.nec vllā.§.j.vel ab absente,qui nō tenet vtili petitio-
ne hæreditatis, vt ea.l.§.ꝙ si qs. & iō per iudicē est cogend⁹, vt in
præ.l.vbicunq;.Quòd si dicit se emisse à pſente & sanæ mētis,q̄ra
tur de pretio: quia pōt esse, ꝙ pro exiguo pretio emit,& ideo te-
netur,vt in præ.l,nec vllā.§.si quis.¶Itē si dicit donatū,quærat à
quo?vt C.eo.l.j.Et ꝙ respondere teneatur, probatur C.de fur.ci-
a uile.extr.de alie:iud.mut.cā fac.c.fi.Et dicit dn̄s meus [a],ꝙ super ti
tulo allegato lis dēt cōtestari,arg.extra.de renun.veniēs.§.i.& de
lit.cōtest.c.j.& iuramētū de calumnia pſtari dēt,ar.ff.ad exhib.the
4 saur⁹. ¶†Illud aūt nota, ꝙ vsus p̄dictarū interrogationū ab aula
recessit,&in desuetudinē abiit,nec eis hodie vtimur.nisi post litē
ꝯtestatā,nec an̄ qs cogit r̄ndere,vt ff.de interr.act.l.j.§.interroga-
b toriis.& hoc tenet dn̄s meus ad literā [b].Sed Dn̄i legū exponunt
ibi,n̄ cogit,verū est,iure actionis,sed officio iudicis bene cogitur
ante litisꝯtestationē respōdere,vt ibi in prin.qđ dic,vt no.in prę.
§.& j̄.ver.prox.Et dicūt,ꝙ ante litis cōtestationē interrogabit de
scientia tātū:post verò de credulitate tantū,vt C.de iur.cal.l.ij.&
ī præ.l.de ætate.§.nihil.&in auth.de his,q ingr.ad app.§.fi.Alij ve
rò dicunt,ꝙ ante litis cōtestationē,& post interrogabitur de cre-
c dulitate,vt ea.l.not.resp.j. Rof.dicit [c],† ꝙ interrogatoriū ab aula
5 non recessit:imò remanet adhuc,vt probat ff.eo.l.pen.& quasi ꝑ
totū ti.licet videatur ꝯ j̄.de position.§.j.in prin.Et in præ.lege lo
quit de quadā solēnitate antiqua,sub qua fiebant interrogatiōes
quæ hodie sublata est,sicut & formulę& impetrationes actionū,
vt C.de formul.l.j.& ij.Vel,secundum eum, pōt dici,ꝙ interroga
tiones durāt adhuc, sed interrogatoriæ actiones sunt sublatæ. &
hoc innuit rubrica illi⁹ tit.q sic debet exponi,de interrogationib.
in iure faciendis:supple,quæ adhuc stant:& de interrogatoriis ac
6 tionibus:supple,quę in desuetudinem abierūt,¶ †Hoc quoque
notandū est,ꝙ interrogationes fiunt hodie,vt præmissum est,iu-
dicis officio,ff.de interrog.act.l.j.&in auth.de his,q ingre.ad app.
§.fi. quia res ista nō requirit plenā, sed summariā inquisitionē,ff.
eo.voluit.§.qđ ait.& l.si fideiussor.§.j.Dic,vt s̄.verſ.ꝑx.& cogēd⁹
est,vt certè,clarè & nō obscurè respondeat:de quo dic j̄.de posi.
§.ix.sed nec ali⁹ debet interrogari,quā conuentus,vt in præ.l.si ĝi
7 ne.§.illius. ¶†Sed nunquid prius quàm interrogationes ꝓmissæ
d fiant,dabit libellus in principali?Dicūt quidam [d],ꝙsic:ar.ff.quor.
leg.l.j.§.quod autē.& in præ.l.de ætate.§.2.& §.qui tacuit.& eod.
e tit.l.j.in prin.vbi de hoc.Alij cōtrà,quos do.me⁹ seq̄t [e].Cū.n.fiāt
interrogationes huiusmodi ad instruendum actorē in totum,vel
partē,vel quo iure petat,vt ea.l.j.r̄n.j.& l.voluit.&l.qui seruū.§.j.
& ff.de rei ven.qui petitorio.nō formabit,donec via sit parata,vł
admittat libellus incertus cū protestatione.de hoc dixi j̄.de libe.
cōcep.§.nūc ostendamus.ver.fi.Primū verius.Sed nūquid de eo
dem facto potest quis pluries interrogari? de hoc dicam infrà,de
8 positi.§.6.in princip.¶† Responsio autem ad interrogationem
hoc modo scribetur: ¶FORMA. Ante litem contestatam à tali
iudice in iudicio, vel corā tali iudice interrogat⁹,an possideret rē
in libello petitam : respondit,& confessus fuit,se ipsum possidē-
re,vel non possidere:vel interrogatus, an sit hæres Titij,respon-
dit & confessus fuit,se ipsius Titij hæredē esse, vel non esse:& sic
f de aliis interrogationibus,quæ fiunt an̄ litis cōtestationē. Quo [f]
aūt loco,&apud quē iudicē faciendæ sunt,no.ff.de interrog.in iu
re facien.l.j.& 4. Quid si sine interrogatione respondeatur?Dic,
quòd valet,ff.eo.si sine.secus,si aduersario absente,e. tit. l.fi.ff.de
confeſ.certum.

ADDITIONES.

a Dominus meus.¶Vbi s̄. ver.item puto.
b Ad literā.¶.Hoc plus habeo in Host.Hoc intelligendū,ꝙ nō vti
mur indifferenter,vel quo ad fundandā principalem cautionem
sed solùm,quo ad viæ agendi præparationem.
c Dicit.¶In suo tractatu positionū, de quo dicā j̄. de posit.in prin.
d Dicunt quidam.¶Dixit Azo, & fortè bn̄, hoc in Summa,eo.tit.
post prin.sed tenet id assertiuè in Sum.de cōfeſ.in prin.itē Al.Ga.
vbi s̄.in prin.dixit Gui.de Suz.ī l.j.ff.e.ꝙ actor dabit petitionē iudi

ci,q̄ iudex examinabit:& si videbit casum,quo reus ante porrecti
onē libelli habeat r̄ndere,interrogabit eū priùs:supple, ꝙ si ꝑ re-
sponsiōes apparebit forma libelli mutāda,mutabit ante quā reo
reddatur:& sic breuiter sedatur ꝯrietas: quia dabitur iudici, sed n̄
parti.qđ satis placet:& cōsonat,qđ not.Acc.ff.eo.ti.l.j.in fi.ij.glo.
vbi dicit,ꝙ licet simul hæc dētur,iudex priùs expediēda ꝑmittet:
alle.C.de nouo C.cōpo.l.j.ad fi.facit extr.de rescri.cām,q̄.ff.de le.
ij.l.peto.§.fratre.ibi,ꝓximus quisq; primo loco, &c.Scias, ꝙ Ioā.
de Bla.in prin.sui oper.ponebat casum,quo necessaria videt inter
rogatio ante libelli dationē.pone:Titius ꝑ stipulationem ꝓmisit
mihi dare vineā:ante q̄ daret,decessit facto testamēto,ī quo vnū
ex filiis instituit,& alterū ꝑteriit:& mihi vineā legauit,& vtile fu-
it legatū,ff.de leg.3.si mulier.§.si rē ꝑterit⁹ petit bonorū possessi-
onē ꝯ tabulas,& dubitatur,an ab intestato,an ex testamēto sit hę
res,ff.de bo.po.cōtra tab.l.si post mortē.§.fi.nescio formare libel
lū:qa si ab intestato,ꝑ certi cōdictionē ex stipulatu petā ab eo di-
midiā vineæ:si ex testamēto,petā illā actione ex testamēto:& de
beo vnā eligere,ff.de reg.iur.nemo. §. quoties.tenet ipse, ꝙ ante
libelli oblationē tenebit r̄ndere:aliàs sequeretur,ꝙsi ago ex testa
mēto,& ipse habuit inducias xx.dierū, in quarū fine r̄ndet se hæ
redē ab intestato:habeo formare aliū libellū, & habebit alios xx.
dies:dilationū aūt materia est tollēda,C.de tem.app.l.ij.Non ob-
stat,qđ dr̄,Instituta actione interrogationes faciēdas,ff.eo.l.j.&i.
de ætate.§. qui ex quadrante.& §.qui tacuit.quia satis est actionē
esse institutam,quo ad propositum,& si non,quo ad libellum.
e Sequitur.¶Vbi s̄.ver.sed nunquid ante.
f Quo.¶Alb.Gal.fuerunt remissiones sequētes,vbi s̄.in prin.Sed
vide de hac prima,quod scripsi j̄.de positio.super.§.ij.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Reuocare quis non potest quod semel confessus est.*
Offerens se,tanquā possidens,vendicationi fundi,vel alterius rei,quacunque ac tione conueniatur,cùm nō possideat,condemnabitur ad interesse actori.
Actor seipsum decipere dicitur,volens vendicare rē ab eo, qui eā non possidet.
2 *Pœnitere posse aliquem ante litem contestatam,quomodo sit intelligendum.*
3 *Iudicium an,& quando reddatur in inuitum.*
4 *Confessus se furtum cōmisisse,si ante litis contestationem decedat, an eius hæres teneatur.*
5 *Possidens an possit compelli actionem pati in rem,si dicat se non possidere.*
6 *Is à quo res petebatur,si sententialiter fuerit absolutus,quia tempore moræ litis rem petitam sine dolo desierat possidere,an si iterum possidere inueniatur possit denuò res peti.& nu.seq.*
8 *Reum cadere à possessione rei petitæ,sæpe cōtingit,& qualiter tunc procedat.*
9 *Iudex qualiter pronunciare debeat,vbi reo cadente à possessione rei petitæ,absoluitur.*
10 *Consilium cautum pro actore,vbi reus,à quo res petitur,dum est prope sententiam,videns se succumbere,facit se per quendam amicum de possessione expelli,vt absoluatur.*
11 *In rei vendicatione requiritur,quòd quis possideat,vel dolo desierit possidere.*
12 *Agens contra aliquem qui possidebat,rei vendicatione directa,lite contestata,si ille dolo desinit possidere,an sit condemnandus,vel absoluendus.*
13 *Possidere,& dolo desiisse possidere,pro eodem habentur.*
14 *Aduocatus an debeat clientulum in responsionibus instruere.*

¶Interrogationum effectus quis sit.

2.§.Nunc de interrogationum effectu aliqua differamus.
Est igit earū effectus,vt qui respondet suū esse,
vel possidere,vel habere,seu se hæredē esse,vel aliàs aliqđ simile,
sic tenet ea actiōe,qua aduersus eū agit,ac si suū esset,vel possidē
ret,vel haberet,vel hæres esset, seu ac si cōtraxisset, vt in præ.l.de
ætate.§.j.& ij. nec poterit reuocare cōfessionē,ex quo semel cō-
fessus est,nisi iusta de cā,vt ea.l.§.q interrogat⁹.& §.ex cā.vt e.l.§.
q iusto.verūtn̄ si ex reuocatiōe nulla captio actiōis fiat,bn̄ p̄t re-
1 uocare,vt ea.l.§.fi.¶†Hoc quoq; notatu dignū est,ꝙq se offert,
tanquā possideat,vendicationi fundi, vel alterius rei quacunque
actione cōueniat, cùm nō possideat, cōdemnabitur ad interesse
actori,vel quāti actor in litē iurauerit,vt ff.de rei vend.si is qui se
a obtulit [a].ff.de peti.hær. qui se liti.cū distinctione tn̄:quia si igno-
ret actor eū nō possidere,nec dolo fecisse quò minus possideret
condemnabit reus,si patitur litē secū contestari.Si verò ante litis
cōtestationē pœniteat eū,& dicat se nō possidere,& discedat,nō
decipit actorē,cū nō possideat,sed ipse actor seipsum decipit,vo-
lens vēdicare rē ab eo,qui eam nō possidet:& ideo debet reus ab
solui,vt ff.de rei ven.is qui.& l.nā si.extr.de iudi.examinata.de ex
cep.aduersario.Quid si actor sciat eū non possidere,nec ante litis
cōtestationē,nec post,pōt sibi imputare aliquid:qa à seipso deci-
2 pitur,vt iam dixi. ¶†Quod aūt dixi, illū ante litem contestatam
posse

ADDITIO.

a Obtulit.¶Et ibi quasi ad literam hoc not.

a posse pœnitere, verũ est, secundum Accur.[b] quando actor incertus erat, à quo peteret, sed quærebat, à quo peteret: & demum ille se vendicationi obtulit. Si verò actor ab eo tanquam à certa persona, peteret, & ille se offerret, tunc non liceret ei, etiã ante litem contestatam, pœnitere, vt ff. eo. si autem. & iunge, quod est s. de acto
3 re, ver. item eluditur. & seq. ¶† Pone, ego egi cõtra T. rei vendicatione: qui citatus à iudice venit: non tñ interrogaui eũ, an possideret, vel non: lite cõtestata & testibus publicatis, dicit se absoluẽdũ, cũ non possideat: quæritur, an sit pro possessore habendus? ar. quòd sic, in præ. l. is qui. & eo. tit. si is qui se liti. & ff. de peti. hær. q
b se liti. Alij dicũt contrà, & veriùs[b], ff. de rei ven. qui petitorio. vbi de hoc: & no. eo. tit. is qui destinauit. in fi. non enim se liti obtulit sed citatus venit, quia iudiciũ reddit in inuitũ, ff. de verb. oblig. in
4 ter stipulantẽ. §. Stichũ. ¶† Quid si is, qui cõfessus est se furtũ cõmisisse, decedit ante litis contestationem? Rñ. nõ videt, quod eius hęres teneatur, C. ne ex delic. defun. l. j.[c] Sed hîc cõtrà, qa in iudiciis
c quasi contrahit, ff. de pecul. licet. §. idẽ scribit. & tenet quis, qñ cõ
d fitet crimen, ex quasi cõtu, ff. de interrog. in iure fac. de ętate. §. j.[d]
5 ¶† Itẽ nota, quod is, qui possidet. non cõpellitur pati actionẽ in rẽ, si dicat se ñ possidere: sed ipse in hoc punietur: quia si actor eum probauerit possidere, transferri possessio rei petitę in actorẽ iudicis officio, licet non probet eam suã esse, vt ff. de rei vend. l. penu.
6 ¶† Item hoc certũ est, quod licet is, à quo res petebatur, absolutus fuerit sententialiter, quia tẽpore motæ litis rẽ petitã sine dolo desierat possidere, si tamen nũc eam possidere inueniatur, poterit denuò ab eo res peti, nõ obstante exceptione rei iudicatæ: vt extra. de excep. aduersario. Idem iuris est, si tempore motæ litis possidebat, & post sine dolo desiit possidere, ff. de excep. rei iud. si à te hærede. & l. si rẽ. & l. si quis. C. ad exhib. l. neq;. vnde in præ. decr. supple, maximè, & vide j. in tractatu libel. de causa pos. & propri. §. no
7 tandũ igit. ver. est & vtilis. ¶† Et scias, quod cùm quis sine dolo possidere incipit, tunc si sine dolo tempore litis contestatæ desierit possidere, absoluitur: & sic intellige præ. dec. Litem autem motã intellige per litis contestationem, extr. de ver. sig. ex parte. Quòd si tempore litis contestationis possidet, tempore verò sententię sine dolo desiit possidere, absoluitur, ff. de rei vend. sin autem. §. Si verò dolo, vel iniustè, seu illicitè cœperat possidere, licet tempore litis contestatæ sine dolo desierit possidere, nihilominus condemnabitur ad rei restitutionẽ, ac si possideret, ff. de vi & vi arm.
8 si vi me. ext. de vsur. cùm tu. de homic. sicut. §. eos insuper. ¶† Verùm quia sæpe contingit reũ cadere à possessione rei petitæ, ideo adhuc, qualiter tunc procedatur, videamus. Dic ergo, quòd aut cadit à possessione ante litis contestationem, aut post: si ante litis contestationem voluntariè cadit causa mutãdi iudicij, locum habet contra eum actio ex edicto de alienat. mut. iudic. vt ff. de alie. iud. mut. per totum, & extr. e. ti. c. fin. Item si erat possessor malæ fidei, & erat in mora restituendi, tenetur, si pereat, ff. si cer. pet. quidam. & l. quod mihi. & l. periculum. ff. de cond. fur. si pro fure. §. fi. & seq. Item si se liti obtulit, cùm non possideret, ff. de petit. hær. l. qui se. nisi actor sciret ipsum non possideret. tunc enim est absoluendus, & actor à seipso decipitur, vt s. Si verò cadit à possessiõe post litem contestatam: & actio est personalis, tunc siue cadat culpa sua, siue sine culpa, non est vis in hoc: semper ad sententiam proceditur: quia persona, & nõ res oblihata est. In reali autem distinguo: quoniã aut cadit culpa sua à possessione post litis contestationẽ, vel alias promissum seruare non potest: & tunc contra eũ proceditur, & condemnatur iustitia mediante, vel in litis æstimationem, ve ad interesse, ff. ad exhib. l. de eo. §. si post. ff. de euiction. si
e seruus. §. fi. in prin.[e] Aut sine culpa desiit possidere: & tunc actor inuito reo, & econuersò reus inuito actore. petere potest, quod procedatur ad sentẽtiam diffinitiuam propter fructus, & prouentus, & expensas, & interesse, & alia accessoria post litẽ contestatã obuenientia, & propter stipulationẽ de euictione, si intercesserit, ff. de rei vend. vtique. l. prece. ff. iud. sol. si seruus. ff. de euic. si seruus. C. quõ & qñ iud. auth. qui semel. nam si quis cùm iudicij accepti tempore possideret, postea sine dolo malo possidere desierit, absolui eũ oportet, quãuis sit, quod ei imputetur, cur non statim restituit, vt ff. ad exhib. tigni. §. si quis eũ. Quid aũt veniet ex hoc no
f mine fructuũ, no. plenè per Papam ext. de sen. & re iu. super rub.[f]
9 ¶† Sed qualiter tunc iudex pronunciabit? Respondeo sic: FORMA. Quia inueni, quod reus erat in causa cõdemnationis, si possideret, ideo cõdemno eũ ad fructus & expensas: sed quia nõ possidet nec dolo, vel culpa sua rẽ petitã desiit possidere, ideo, quantũ ad eam. ipsum ab impetitione actoris absoluo. Veruntñ iudex prius quàm pronunciet, faciet ipsum reum prę̃stare cautionẽ actori de restituenda sibi re, si ad eũ perueniret, ff. de rei vend. si verò. & in præ. l. de euict. si seruus. §. fi. in fi. ff. de ædil. actio. redhibere. §. fin. & per hãc sententiã licet reus absolutus sit, ex prædicta causa habet regressum contra venditorem de euictione, extr. de emp. & ven. ca. fin. ¶ Si verò sententia pro reo ferenda sit, dicet sic: FORMA. Absoluo reũ ab impetitione actoris, & condemno actorem reo ad expensas. Et per hanc sententiã habet etiã actor regressum de euictione contra eũ, qui vendidit sibi rẽ, in qua succubuit, si sine culpa sua cecidit à possessione, ff. de eui. si rẽ, quam. §. j. & l. euicta. & l. quidã ex. in princ. Alij dicunt, quod semper iudex pronũciabit in primo casu super re petita: nõ quod dicat, cõdemno reum ad restitutionẽ rei simpliciter: sed adiiciet, qñ eam habuerit: vel dicet, pronuncio rem petitã esse actoris: arg. pro eis in prę. l. ff. iud. sol. si seruus. Prius tñ dictũ præualet. Potest etiã iudex differre quandoq; ex causa huiusmodi sententiã diffinitiuam, vt quia fortè speratur quòd reus possit rẽ recuperare in breui: & tũc absoluet tantũ reũ à termino assignato: & sic postea recuperata re procedet in causa cœpta. Potest etiã iudex quãdoq; reũ absoluere, non à petitione rei, sed ab instantia iudicij: & tũc recuperata re inchoabit de nouo iudiciũ cõtra eũ, extr. de excep. aduersario. Quandoq; aũt absoluitur ab impetitione, & prouidetur actori per cautionem de
g restituenda, vt dixi secundum Innocent. IIII.[g] ¶† Sed ecce: reus,
10 à quo res petitur, dum est prope sententiã[h], videns se succum-
h bere, facit se de possessione per quẽdam amicũ expelli, vt sic absoluatur, per præ. l. tigni. de quo facit fieri publicũ instrumentum quod coram iudice ostendit, allegans pro se prę. l. tigni. & ff. de rei vend. si aũt. §. possidere. actor vero probare non põt sufficienter collusionẽ: quæritur quomodo ei consuletur? Rñ. accuset expulsorẽ de vi. quia publicũ est iudiciũ, ff. de pub. iudi. l. ij. ille verò aut fugiet, & sic iste suã apprehendet possessionẽ: aut comparebit, & tunc aut cõfitebitur, & sic cõdemnabitur: aut negabit, & hoc reo non proderit. Arg. contra præmissa Inst. de fideicomm. hær. §. sed
11 quia stipulationes. ¶† Et nota, quod in rei vendicatione requiritur, quod quis possideat, vel dolo desierit possidere, vt s. de actio. seu pet. §. sequitur. versi. item vide. & vbi dolo desiit possidere, agitur rei vendicatione vtili: quia verba deficiunt, sed sentẽtia locũ habet, arg. ff. de iurisd. omn. iud. l. si quis id, quod. & ff. si quadru. pau. fec.
12 dic. l. pe. ¶† Quid ergo, si egi contra te, qui possidebas rei vendicatione directa, lite cõtestata dolo desinis possidere: nunquid debes cõdemnari, vel absolui? Hoc ideo quæritur, quia qui dolo desiit possidere, vtili conuenitur, vt dixi: & videtur, quod sit condemnãdus. nam dolus pro possessione habet, vt §. fint aũt. ita ergo condemnandus es, ac si possideres, vt ff. de noxa. electio. §. ij. Itẽ si nõ condẽnareris, sed absolueeris, iam esset in potestate cuilibet iudicium eludere: quod esset contra iura, ff. de arbit. si rem, quam. & melior esset cõditio stulti, qui semper alienaret, quã periti: quod esse non debet. ff. quod vi aut clàm, seruus. & malæfidei possessoris, quàm bonę fidei, cõtra iura ff. de noxa. non solùm. Itẽ iam titulus de litig. locũ non haberet, C. de liti. l. j. ij. & fi. Arg. contra, quod sis absoluendus. nõ enim fieri posset condẽnatio super directa, cùm nõ possideas. Itẽ super vtili nõ, quia super ea actũ nõ est: vnde super hoc non potest sententia ferri, ff. de iud. de qua re. extr. de causa pos. & propri. cùm super. cùm post litẽ contestatã contingat, & ideo alia interpellatione opus est, ff. de iud. nõ põt. extr. de re iud.
i abbate sanè[i]. SOL. Dic, quod condemnandus es, & in hac vtili rei vẽdicatione. nã quæ primò fuit directa, efficit postmodũ vtilis ratione delicti, s. doli. Nam & alias propter factũ alterius actio mea mutatur, & noxalis libero facto seruo, vt Inst. de noxa. & ff. de pœ. l. j. Vel dic, & veriùs, quod hæc actio non mutatur, sed eius qualitas in noxali

ADDITIONES.

a Secundum Accur. ¶ in l. is, qui se. ff. de rei vend.
b Et veriùs. ¶ Secundum Alber. Gal. vbi s. ad literam versic. sed pone, quòd.
c L. j. ¶ Addit Alb. Gal. cuius ad literam fuit iste ver. vbi s. C. de fur. l. furti, quæ bene facit.
d §. j. ¶ De confesso per tormenta, & qui perseuerauit, & moritur ante condemnationẽ, j. de accu. §. j. ver. quid si latro. & ibi dicam, in quo differant istæ duæ quæstiones: vide etiam, quod dicam j. de app. §. in quibus. super verb. sed nunquid hæc tria. in fi.
e In prin. ¶ Si reus cõdemnatus ad restitutionẽ fundi, appellauit: postea sine dolo vi deiectus desiit possidere, Alb. Pap. ff. si quad. paup. fec. dic. l. j. §. pen. & per ipsum §. & per l. illud. §. actiones. ff. de pet. hær. dixit, quòd ipse tenetur vincenti ad æstimationem, aut cedere actionem contra eum, qui vi deiecit.
f Super rub. ¶ Vide, quòd j. dicam.
g Secundũ Inn. IIII. ¶ Sup. rub. de reg. iur. vt s. dixi. Sed ego sequendo Host. eam posui super j. c. & remissio, de qua s. ibi continuatur in ver. nomine autem fructuum.
h Sententiam. ¶ Si post sententiam, à qua appellasset: vide quod dixi s. ver. verum quia.
i Abbate sanè. ¶ lib. vj.

a noxali & directa, secundũ Rof.[a] vt ff. de noxa. in delictis. §. si detracta. Vnde nõ cõdemnaberis in vtili, sed in directa proposita: quod fiet hoc modo: quia primò iudex faciet actorẽ in litem iurare: & sic quãtitate taxata, in certa quantitate condemnabit, vt ff. de rei
13 vend. qui restituere. ¶†Sed pone [b], petij fundũ à P. dicens illũ iure dominij, vel quasi, ad me pertinere: qui interrogatus, an possideret, respõdit, ꝙ sic: postea ante litis contestationẽ P. alienauit illũ: volo litẽ contestari, sed ipse dicit se non possidere: nũc quaeritur, an super libello porrecto lis debeat contestari? Et videtur, ꝙ sic: quia videt dolo desiisse possidere, vt C. de alie. iud. mut. causa fac. l. j. ff. de rei vend. Iulianus, in prin. Haec enim paria sunt, s. possidere, & dolo desiisse possidere, ff. de re iud. parẽ. ff. ne quid in loco pub. fi. l. ij. §. pe. Arg. contrà: quia alia, est rei vendicatio, quae datur contra possidentem: & alia, quae datur contra dolosum, ff. de noxa. electio. Dic, ꝙ si ante litis contestationem dicit se non possidere, alio libello opus est: si verò post litẽ cõtestatã, tunc non, vt ff.
14 de rei vend. is qui. & l. sin autem. §. possidere. †Item nota, ꝙ aduocatus non debet clientulum in responsionib. instruere: quod patet: quia prius q̃ aduocatus suũ exerceat officiũ, debet iurare re[9], vt C. de iu. cal. l. ij. in prin. ibi, antequã vtriusq;, &c. de hoc ĩ. de positio. §. 3. vers. sed & secundum. Ipse enim certus esse debet de facto suo, vt ibi not. & cum talibus est veritas: arg. extr. de elect. scri
c ptum. §. j. & c. postquam. de test. ad hoc. aliàs incipit, praesentium[c]. de iur. calum. in pertractandis.

ADDITIONES.

a Secundum Rofr. ¶Cuius fuit iste vers. ad literam de rei ven. ver. sed illud quaeritur.

b Sed pone. ¶Iste ver. ad literam fuit Alb. Gal. vbi s̃. vers. sed pone.

c Incipit, praesentium. ¶Lib. vj.

ADDITIONES NOVAE.

S Si ignoratur quis sit haeres, potest conueniri bonorum possessor, & haereditatis, & per hoc solet dici in interrogationibus quae fiunt ante litem contestatam, ꝙ si aliquis interrogatus an sit haeres propter dubium, nolit respõdere, debet interrogari an sit possessor haereditatis: & si respondet ꝙ sic, sufficit actori: & prob. in l. fi. C. de petit. haere. Item quando fit proclama generale quia non repetitur haeres, cautela est ponere ibi, Quicunque vult haereditatem, vel bonorum haereditatis possessionem defendere. Bar. in l. controuersia. de trans.

S Si interrogatus in iudicio dicit aliquod verbum ambiguũ quis debet interpretari, no. in l. si defensor. §. illud. de interrog. act. per Cynum. & Iac. Butrig.

S Si egi contra te rei vendicatione directa, quia tu possidebas lite contestata desiisti possidere, an debes condemnari, vel absolui. Bar. in l. quanquam. de aqua plu. arc. Ray. in l. j. C. de alie. iudi. mutan. cau. fac. & Rofr. in tit. de rei vendi.

S Si interrogatur quis an scit, vel credit ꝙ lata sit sententia, vel facta sint arbitramenta, an teneatur respondere. fac. Inn. in c. perpetuus, de fid. inst. Bal. in l. ij. vt lite pen. & not. ĩ. de appel. ver. appellatus. hoc est ille, &c.

¶Bal. de Interrogationibus facien. ante lit. contest.

SI lite ꝯtestata re[9] facit se expelli de possessiõe, an hoc ei patrocinet, si ñ apparet, ꝙ hoc ipse curauerit? §. fi. ver. sed ecce. & vbi ñ ꝑdest interit[9], nõ ꝑdest expulsio, ff. de rei ven. l. itẽ si verberatũ. in fi. & de peti. haered. l. q̃d in diẽ. §. 3. Vbi nõ mutatur actio, sed qualitas, ñ est necessarius libell[9], ver. quid ergo. G. ¶Idẽ, si mutat actio de directa in vtilẽ, vel ecõuersò: qa fingitur omnino eadẽ, qa sũt idẽ in effectu, ff. de rei vẽ. l. si pòst exceptũ. Dy. Inst. de actio. §. j. & in l. si post. erat mutatio legis, & non hominis: no. & vide l. fin. C. vnde vi. §. pe. Bal. & vide ĩ. de libel. concep. §. actor. in fi.

a ¶De Reconuentione [a]. Rubrica.



Via saepe praestitis cautionibus reus vult actorem recõuenire, & sic fiunt hincinde mutuae petitiones, ideo de hoc aliqua sub breuiloquio ꝑstringamus, dicẽtes: Apud quem debet fieri recõuentio: Et de quib. rebus
b Et quando: Et qualiter: Et quae sit poena nolentis respondere super reconuentione rei [b]: Apud quem debet fieri reconuentio.

ADDITIONES.

a Pileus fecit rub. in parte ij. qualiter & q̃n fiat reconuentio. ¶Tan. fecit rub. de reconuentionibus & mutuis petitionibus: & antepe. secundae partis. ¶Vber. de Bob. char. vl. in prin. vnicũ verbum de hoc ponit. ¶Et Io. de Deo Cauil. libr. 3. in vlt. col. illud ponit, aliquid addens, & in li. Iud. parte 3. ponit rubricas de reconuentione in causa criminali & ciuili. ¶Aegid. de hoc Rubr. xlj. & rub. cxxix.

b Rei. ¶Ad literam fuerunt ad hoc membra Tan. vbi s̃.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio an possit fieri coram illo, in quem de omnibus controuersiis est compromissum.*

Causae continentia non debet diuidi.

2 *Conueniens aliquem coram aliquo iudice ad decem, an ab illo possit coram eodem iudice reconueniri ad viginti.*

3 *Reconuentio de libertate, an coram iudice pedaneo, qui nequit de causa liberali cognoscere, possit fieri.*

4 *Reconuentio quo casu meliùs dicatur conuentio.*

5 *Impetratio ad alios iudices, pendente quaestione non est prohibita: sed bene tractatio, seu conuentio coram aliis iudicibus.*

6 *Laicus clericum iniuriatus, an in ius vocatus coram iudice laico, poterit corã eodem clericum reconuenire.*

Actor forum rei sequi debet.

7 *Conueniens aliquem extra suam dioecesim per duas dietas per literas Apostolicas, an possit coram eodem iudice reconueniri.*

8 *Conueniens aliquem coram vno iudice auctoritate apostolica, si ille aliquis eadem auctoritate conuenientem coram alio conuenit, an possit coram vno tantùm fieri reconuentio.*

9 *Exceptiones si quis proponat contra rescriptum, quod contra se impetratum est & succumbat, an ex illo rescripto possit fieri reconuentio coram iudice per illud obtento.*

1. §. Fieri aũt p̃t reconuẽtio apud quẽlibet iudicem, coram quo fit ꝯuentio principalis, 3. q. 8. cuius in agẽdo. ext. de mu. pe. c. j. & ij. C. de sen. & interl. om. iu. cũ Papin. & in auth. & ꝯseq̃ter. non autem penes arbitrũ, qui non potest iudicare, nisi de his, q̃ in ꝯpromisso ꝯtinẽt, ext. de arb. cũ dilect[9]. ff. e. de his.
1 & l. arbi. ¶†Et hoc dicit Odof. verũ esse de arbitro, in quẽ de vna sola re cõpromissum est. nã, vt dicit, corã illo, in quem de omnib. cõtrouersiis compromissum est, bene potest fieri reconuentio. Sed certè tunc est potiùs conuentio, quae fit ex virtute compro-
a missi, quàm recõuentio, arg. extr. de rescri. c. dispẽdia. §. reus [a]. 3. q. 8. cuius. & bene dixi, coram quo fit conuentio. non enim fit coram alio, vt in prae. concor. & extr. de rescrip. dispendia. §. reus. qa causae continentia non debet diuidi, extr. de seques. pos. ca. j. C. de
b iu. nulli. Fit ergo [b] reconuentio tam corã ordinario, quàm corã delegato: quia auth. & consequenter. loquitur tam in ordinario,
c quàm in delegato. Quòd in ordinario, patet in aut. [c] apud eloquẽtissimum. Quòd in delegato, patet ex eo, quod dicit, recusari pos-
d se: quod habet locum in delegato [d]. quod dic, vt s̃. de recus. §. ij. Si ergo impetrasti iudicem contra me super equo: te coram illo reconuenire potero super fundo: nec obst. C. si à non compe. iu. l. j.
e quia ibi est speciale, vt ibi not. [e] ¶†Quid si conuenis me coram
2 aliquo iudice ad x. ego te coram eodem reconuenio super xx. cum ille non possit cognoscere, aliàs nisi de summa x. quaerit an possum? Dic, quòd sic, ff. de iurisd. omn. iu. si idem. secundum vnã
f lecturam [f]. Vel dic contrà, secundum aliam, secundum Vber. [g] &
g iunge, quod est infrà §. prox. ver. sed nunquid incidẽter. ¶†Quid
3 si coram iudice pedaneo, qui nequit de causa liberali cognoscere vt C. de peda. iud. l. ij. fiat reconuentio de libertate? Videtur, quòd hoc fieri possit, arg. C. de iudic. quoties. & C. de ord. cog. l. j. extra. de in integ. restit. causa. §. delegati. Dic contrà, cùm ex vi suae iuris-
h dictionis nõ possit de hoc cognoscere, vt dicam ĩ. §. prox. [h] Quid si te coram aliquo iudice interpellaui, tu vis me coram eodem reconuenire, nunquid eum potero recusare: argum. quòd sic, ff. de acqui.

ADDITIONES.

a Reus. ¶Lib. vj.

ADDE, quòd Bar. in d. auth. & consequẽter. & l. non distinguemus. §. item si quis. tenet, quòd coram arbitro non sit locus recõuentioni, nec coram delegato de consensu vtriusque partis.

ADDITIO. Adde tu Panor. post Ant. in c. j. in ij. no. & latius col. pen. ver. vlt. hîc quaero. extr. de mu. peti. & an habeat locum recõuentio coram iudice prorogato: dic, quòd sic, gl. est in l. est receptum. ff. de iurisd. om. iu. quam gl. dicit ad hoc esse singularem Lud. sing. cxlix. incip. coram arbitro. Henr. Ferr.

b Fit ergo. ¶Secundum Simon. Vinc. cuius fuit iste ver. super aut. & consequenter.

c In auth. ¶Id est, in corpore, vnde sumpta fuit, de executor. §. illud Collat. vij. vbi est ille text. Adde Bar. idem tenere ibi.

d In delegato. ¶Supple secundum leges.

e Nota. ¶Ineptè locutus est auctor dicendo, ꝙ est ibi speciale, vbi dr̃, quòd iudex ad certam rem datus, si de alia pronunciet, nihil agit, quae specialitas hîc intendebat: ego dicerẽ, quòd hic in causa reconuentionis est speciale vnde ibi gl. inter quinque casus exceptos ponit istum.

f Lecturam. ¶Aliàs literam. ADDE Bart. in l. cum Papinianus.

g Secundum Vber. ¶Primam tenet Simon. vbi s̃.

h §. proxi. ¶Ver. & trado. & ibi dabo remissiones.

a acquir.hær.cum hæreditate. Sic dic contrà, secundum quosdã [a], vt ff.de neg.gest.Pompo.nisi de noua causa emergat,vt C.de te-
4 sti. si quis testibus. & ff.de inter.act. de ætate.§.ex causa.¶†Item pone,impetrasti cõtra me super fundo: ego te reconuenio corã illo iudice,super alio fundo:tu ratione reconuentionis vis me reconuenire super equo,de quo in literis mentio non fiebat:quæritur,an possis?& vr,ꝙ sic:nã reconueniendo me videris me conuenire.Sed Ioan.contrà:nam licet relator iuri dicatur delegator, si tñ idem ius in eo constituitur,quod in delatore,vt ff.de iureiu. l.iusiurandum & ad pecunias.§.sed nec.Idem patet in excipiente & replicante.nam replicans dicitur excipiens. idem not.Ber.ext.
b de mut.pet.c.fi.[b] j.§.prox.ver.fin. Quid si A.conuentus à P.super vinea coram iudice Bon.impetrat postea cõtra ipsum P.super domo ad iudicem Rheginum, nunquid potest? Respondeo,super
c nulla re,in qua etiam colo.[c] non potest ipsum P. conuenire causa conuentionis durante,nisi coram iudice Bon. vt in præd. §.re-
d us.& in præd.auth.& consequenter [d].¶†Quid si ipse H.per lite-
5 ras causa conuentionis pendente impetratas, vult ipsum P. corã
e iudice Rhegino conuenire [e], nunquid potest excipi contra literas ipsas? Arg.quòd non,extr. de offic.deleg.prudentiam.§.sexta. Insti.qui. mo.testa.infir.§.non tamen.ff.de iniust.rup.irr.test.posthumus.Quidam tamen contrà,arg.extr.de rescri. super.C.si nup. ex rescrip.pet.l.ij.& tempus datæ inspicitur, vt extr.eo. eam te.& hoc videt̃ Papa sentire,extr.eo.c.pastoralis.& contraria loquuntur quando tempore impetrationis literarum, & tempore facti
f testamenti & mortis processus legitimus erat. Alij contrà [f] dicẽtes,quòd literæ possunt sine vitio impetrari,vt impetrans vtatur eis conuentione finita.non enim prohibetur impetratio ad alios iudices quæstione pendente:sed solùm tractatio, seu conuentio
6 corã aliis iudicibus.¶†Quid si laicus iniuriatur clerico super aliquo,vt ipse vocatus in ius à clerico coram iudice ipsi' laici, iuxta regulam illam, Actor forum rei sequi debet, possit clericum coram ipso iudice reconuenire?Dic ,hanc fraudem sibi non debere prodesse,ff.de iud.l.ij.§.sed si agant.& extrà de iur.patro.relatum.
7 §. ad hoc.vbi de hoc,& de alie. iud.mut.cã fac.ex parte.¶†Quid si aliquis me conuenit extra meam diœcesim per duas dietas per literas apostolicas, nunquid cum potero reconuenire coràm eodem iudice, licet distet per quinque, vel decem dietas? Respon.
8 sic,3.q.8. cuius in agendo. ¶†Sed pone:conuenio te coram Titio auctoritate apostolica:tu me coram Seio eadem auctoritate:
g quæritur,an possum te coram Seio reconuenire?Dicit Vinc.[g] ꝙ si ego incœpi te prius conuenire per meum rescriptum , tibi imputa,si postea me per tuum conuenis:nam te reconuenio coram illo,ff.de iurisd.om.iud.si idem.§.quòd si mutuæ.nec traho te,sed potiùs tu te trahis, qui per meum rescriptum me conuenire potuisti:per quod te ego non poteram reconuenire,nisi super mea quæstione ibi contenta.Cùm ergo me coram alio traxeris,te reconuenire potero coram illo. Si verò tu me priùs conuenisti,& ego te reconueni,non possum postea te reconuenire eodem tẽpore super alia personali per meum rescriptum.Potui enim te reconuenire super omnibus sub primo iudice,& nolui, vt vexarem Hæc & alia not. Vinc.extrà de rescri.c.fi. Hodie verò durante iudicio corã iudice,reus non potest ad aliũ literas impetrare,vt ex-
9 trà.e.de rescr.dispendia.§.reus quoq;.lib.vj.¶†Sed pone ꝯ rescriptum,quod ꝯ me impetrasti,multas exceptiones proposui,& in
h eis succubui [h]:quæritur,an ex illo rescripto te conuenire potero coram iudice per illud obtento?Et videtur,ꝙ non,vt C.ad l.Cor. de fal.qui falsas.C.de his quibus vt indig.l.Polla.ff. de acqui.hær. quæsitum.circa medium,extrà de censi.cùm olim.ext.de test.præsentium.Sed dic contrà,vt extr.de mu.petit.c.ij.& C.de sent.& in
i terloc.om.iud.in auth.& consequenter.& est q.venerealis [i].Vel
k dic [k],ꝙ iniusto errore ductus,dixi rescriptum falsum, tunc pote-
l ro reconuenire,ij.q.iij.Paulum.extr.de elect.statuimus ad fi.[l] alio qui non:& habes ad hoc concor.j.de positio.§.8. ver.sed secun-
m dum præmissa.& quæ hic desunt,vide j.§. proximo [m].

ADDITIONES.

a Quosdam.¶Scilicet Simon Vin.cuius fuit iste versi.super aut.& consequenter.in prin.hîc & ibi corruptus:sed illa corruptio non impediebat intellectũ,vt ista.ADDE Bar.qui ita dicit tenere Doctores omnes in auth.& consequenter.
b c.fi.¶Et Acc.in auth & consequenter.in gl.ij.& ibi Simon.
c Colo.¶Id est,qui nihil habet cum conuentione commune.
d Consequenter.¶Ibi q̃rit Gui.de Suz.q̃d si in ciuitate,vel palatio Bon.sint plures iudices:conueni te corã vno illorũ : tu vis me ꝯuenire corã alio,nunquid potes? Quod possis,alleg. quia vnum est illorum officium:sicut dr̃ vnus ꝓconsulatus,ff.de of. ꝓcon.& le. l.meminisse.in princ.& vnius vicem videntur repræsentare,ff.ad munici.l.magistratus.Et primũ videtur:cùm autem ipse dicat apud eundem iudicem,per quem tex.tenet hanc partem,ad l.magistratus. respondet, quòd loquitur de pluribus iudicibus habentibus idem officium: secus vbi ipsorum officiũ est diuisum,licet sub eodem domino,vel rectore. ADDE, quòd idem,quod Spec.tenet Bar.in d.auth.in ver.secundò quæro.
e Conuenire.¶Sup.lite finita.
f Contrà.¶Scilicet Compos.vt scripsi in præ.c.pastoralis.in gl.sed super. in fin.vbi etiam est superior opinio Inn.contraria,pro qua facit,quia si dixisset litem pendere cum illo,literas non habuisset, vt in præ.decr.super literis.Sed dicet Compos.imò habuisset,expresso quòd non intendebat illis vti,nisi prima lite finita,si posset ostendere aliq̃ iustam causam impetrandi:vt quia in illa causa nõ expediebat sibi litigare sub illo, & circunstantiis causæ,satis transiret opinio Compostel.ADDE,quæ not.Abb.& cæteri canon.in cap.postulasti.extrà de rescrip.& ver.quid si laicus.ADDE,quòd Spe.videtur tenere opinionem,quam tenet Bar.in d.auth. quòd clericus agens cum laico,possit ab ipso laico reconueniri: & hoc probatur ibi,hanc fraudem.qua cessante,videtur,quòd possit cõueniri,vt tenet gl.c.j.de mu.petit. licet dom.Anto.ibi teneat contrarium.latius vide in d.c.j.& an clerius accusans laicum possit lite contestata & publicatis attestationibus accusari coram suo episcopo de calumniosa accusatione? & an episcopus possit inhibere iudici seculari,ne procedat super accusatione facta per clericum?Vide Federic.consilio xciij.
g Dicit Vinc.¶hoc dixerat suprà de rescri.præsen.§.vlt. circa medium,ver.sed nunquid.
h Succubui.¶De illo,qui obtinuit,not.de rescrip. cap.j.lib.vj.vt in gloss.ij.
i Venerealis.¶xxxj.
k Vel dic.¶Etiam Secundum Vber.
l Ad fi.¶Lib.vj.
m §.prox.¶De reo, An possit reconuenire actorẽ super actione,q̃ sibi non competebat tẽpore impetrati rescripti,scripsi de rescrip. dispendia.§.j.lib.vi.super verb.obnoxium.

SVMMARIVM.

1 *Si contra aliquem prosequeris inquisitionem,an ille poterit petere,vt & contra te reinquiratur.*
2 *Iudex secularis debet causam matrimonialem ad episcopum remittere.*
3 *Spoliationis quæstione proposita,an habet locum reconuentio.*
4 *Conueniens spoliatorem ad rei restitutionem & fructus perceptos & extantes an possit reconueniri super petitorio.*
5 *Actio vtilis an tollatur per primam sententiam.*
6 *Reconuentio an coram iudice appellationis locum habeat.*
7 *Clerico conueniente laicum coram iudice laico,si laicus eum reconuenit coram eodem ciuiliter de crimine,an teneat sententia.*
8 *Clericus si conueniat laicum, quibus casibus non possit reconueniri ab illo sub eodem iudice.*
9 *Iudex,qui non potest per modum conuentionis de causa cognoscere,consequenter nec potest per modum reconuentionis.*
10 *Clericus non potest clericum reconuenire coram iudice ecclesiastico de crimine,de quo cognoscere non potest.*
11 *Reconuentio an locum habeat,vbi agitur iudicis officio.*
12 *Agens pro ecclesia,cùm alij sint negligentes,& c.si nomine ecclesiæ reconueniatur,an eum debeat ecclesia defendere.*
13 *Conuentio,seu reconuentio duorũ in iudicio contendentium,quoties possit fieri.*

¶Reconuentio de quibus rebus,vel causis fieri possit.

2.§.Nunc dicamus, de quibus rebus, vel causis fieri põt. Et quidem de omnibus.exceptis criminalib.3. q.xj.neganda.& per totũ,C.qui ac.nõ pos.l.j.quia non relatione criminũ,sed innocẽtia reus purgat̃,ff.de pub.iud.is qui. & iunge,
1 quod est j. ver.sed q̃d si conuenis. ¶†Sed quid si cõtra te prosequor inquisitionẽ, nunquid potes petere,vt & cõtra me reinqui
a rat̃?de hoc j.de inquis.§.j.ver.itẽ nunquid [a].¶Itẽ exceptis præiudicialibus actionibus,quę licet à reo vicissim proponant̃,tñ cum petitione actoris tractari nõ pñt,C.de or.cog. l.i.ij.& iij.c.j.ext.de ord.cog.iij.q.xj.§.aliqñ.de quo j.ti.prox.dicetur.¶Item exceptis spiritualibus,de quibus corã laico non habet locũ reconuentio: quia de his laic' non valet cognoscere,de cã iuris patronatus, de cã decimarũ,de cã matrimoniali,& huiusmodi,extra.de Iudæ.decernimus.& c.quanto.de decimis,tua.j.& ij.de iur.pat.relatum.§.
2 ad hoc.de consan.& affi.c.j.de exces.prælat. graue. ¶†Sed nunquid incidenter de his cognoscet? vt si te conuenio coram iudice laico ad duplum , quia corrupisti seruum meum : tu dicis, te non

ADDITIO.

a Nunquid.¶Et,vt ibi dicitur,hîc not.de accusat.qualiter.ij.ad fin. j.gloss.

a nõ teneri [a],quia es vxor mea,vt ff.de seruo cor.l.fi. nũquid iudex cognoscet,an sit vxor?videt,quòd sit:vt C.de ord.cog.l.j.Sed dic contrà:vt extr.qui fil.sint leg.lator.& de ord. cog.tua.vbi de hoc. Cognoscet tñ summatenus,an sit vxor,vel nõ,& huiusmodi: cognoscit.n.an sit sua iurisdictio,ff.de iud.si quis ex ali.& ex quo viderit cõtentiosè agi,an sit vxor,vel non,& partes velint probare & excipere, remittit cãm matrimonij ad episcopũ, secundũ Vin.
b qui hoc no.extr.de deci.tua.j.[b]¶†Itẽ excepta quæstione spoliati
3 onis:qua ꝓposita nõ habet locũ recõuentio,nisi de alia spoliatione,extr.de ord.cog.super.extr.de resti.spo.in literis.& c.ex conquestione.de hoc dicã ĩ.de pet.& pos.Inn.dicit,ꝙ si conuenis me possessorio,possum te reconuenire petitorio.Potes tñ me repellere obiectu spoliatiõis,vt ext.de ord.cog.c.fi.Sed si agis ɔ me interdicto Vnde vi,nõ possum te cõuenire,vel recõuenire rei ven. vel mãdati,vel ɔsimili.Possum tñ te recõuenire interdicto Vnde vi,super alia re.quæ ꝓsequere,secundũ eũ,vt no.ext.de mu.peti.
c c.fi [c].¶†Quid si conuenio te spoliatorẽ ad rei restitutionẽ,& ad
3 fructus perceptos & extantes, vt ff.de vi & vi ar.l.j.§.ex die.& ad eos,qui percipi potuerunt,ff.de acquir.pos.si quis vi.& ad omnẽ vtilitatẽ,quã habuissem,si nõ fuissem eiectus,vt ff.de vi& vi arm.
d l.interdicto [d].nunquid potes me recõuenire super petitorio?Re
5 spon.non,si agebam ex vi interdicti Vnde vi.¶ †Sed quid si agebã ex vi iudicati,quasi iã ad hoc fueris cõdemnatus,sed adhuc nõ pares iudicatis?Rñ.idẽ est:quia durat prima actio, licet snĩa ferat,
e secundũ omnes,in vtili [e] actione,ff.de pig.l.grege,§.etiã.&,secun
f dum quosdã,idẽ in personali,C.de vsur.rei iud.l.fi. [f] Alij dicũt,ꝙ siue actio sit personalis,siue realis, per primã sententiã nõ tollit, vt ff.de fideiuss.l.fideiussor.¶Itẽ excepta quæstione momẽtaneæ possessionis,nã si pupill⁹ agit contra me Vti possidetis, vel Vnde vi,velQuod vi,aut clàm,nõ possum eũ recõuenire,C.qui le.perso.hab.standi in iud.l.fi.[g]¶Itẽ,secundũ Bart.excepta spoliatione
g facta ecclesijs& ecclesiasticis viris,ideo vt passus damnũ possit reconueniri corã seculari iudice,vt s̃.prox.ver.qd si laicus. ¶Itẽ in deposito cessat reconuẽtio,ext.deposi.bona fides.¶Item excõicatus recõuenire nõ potest,extr.de excep.cũ inter.in fi.cõueniri
6 ac.ext.de iud.intelleximus.¶† Sed nunquid corã iudice appellationis locũ habet reconuentio?Respon.non,secundum eos,qui dicunt,causam appellationis esse eandẽ cũ principali: secundum illos verò,q dicũt aliã esse, sic.de hoc ij. q.vj.si quis in quacunq;. Prius dictũ verius est,quod probat ff.de iudi.l.ij.§.legatis. versi.ei quoq;,qui ipsum pro.& ff.eum qui app.in prouin.defe.deb.in rubro & in nigro.Quod intellige de eo,qui de cã iudicialis appellationis tantũ cognoscere habet:de quo ante quàm super appellatione ꝓnũciet,dubiũ est, an sit iudex ĩter partes,vt ext.de app.vt debitus.Corã eo verò,q cognoscit de pronunciatione,vel de tali appellatione extraiudiciali,in qua venit cognitio negotij principalis,putã cũ appellat sup prouisiõe huiusmodi, vt ext.de elec.
h statuimus [h].bene pt reconuentio fieri:cũ sit certũ,eũ iudicẽ partiũ esse,3.q.8.cuius in agendo.talis enim appellatio est citatio ad
i cãm [i].Sed nũqd corã arbitro de cã suspicionis cognoscẽte,fiet reconuentio?dic,vt s̃.de recus.§.effectus.ver.sed nũquid corã istis.
7 ¶†Sed pone,clericus cõuenit laicũ corã iudice laico:laic⁹ verò eũ recõuenit corã eodẽ de crimine ciuiliter:qd pt,C.de iud.quoties.C.de iuris.om.iud.l.j.sed criminaliter ñ posset,vt s̃.dixi.rñdet
k not.Ber.extr.de iud.at si clerici.ꝙ tenet snĩa [k]. Sed si recõuentus fuerit criminaliter,&snĩa ɔ eũ lata,an talis snĩa faciet fidet coram
l suo iudice?de hoc dic,vt ibi [l].¶†Et nota,ꝙ in tribus casibus cleri
8 cus conueniens laicũ nõ põt recõueniri ab illo sub eodẽ iudice, s.super re spirituali,nec sup actione quæ infamat,vt furti,& iniuriarũ:vt ĩ.de dila.iur.ver.vt aũt.& huiusmodi.Quidam tñ dicunt,ꝙ secundũ canones non infamant:Sed contrà vi.qu.i.infames.Alii dicunt,quòd infamant:& sibi imputet clericus, qui conuenit laicum:quia reconueniretur ab eo actione famosa.¶Tertius casus est s̃.§.j.ver. quid si laicus.secundum Vinc.qui hoc not.ext.de de
9 ci.tua.j.¶†Et trado regulam,ꝙ iudex, q nõ pt ꝑ modũ cõuentionis de cã cognoscere,nec ꝑ modũ recõuentionis.Cũ ergo cã criminalis clerici nõ possit principaliter corã seculari tractari,vt extr.de fo.cõp.si diligẽti.ergo nec ꝑ modũ recõuentionis. Idẽ dico in cã decimarũ & iure patronat⁹,& breuiter in qualibet spirituali vt s̃.eo.§.ver.itẽ exceptis specialibus.Idẽ dico in cã liberali,vt s̃.§. prox.ver.quid si corã.Idẽ in cã legitimationis,extr.de ord.cog.c. ij.Arg.ɔ in eo.c.& C.de iud.quoties.& de ord.iudi.l.j.Sed licet iudex ideo ibi cognoscit de incidẽtibus, quia aliter causa principalis nõ poterat terminari, tñ super eis non pronunciet: & sic non sunt ɔ.Quidã tamẽ dicunt,ꝙ hoc casu põt iudex de illis causis ꝓnunciare,quæ aliàs non possent corã eo terminari.quod verum
m est,qñ non poterat pp defectum iurisdictionis [m],ff.de iur.om.iu.
n si idẽ [n].¶†Sed quid,si clericus velit recõuenire clericũ corã iudi
10 ce ecclesiastico,de crimine,de quo ille cognoscere ñ potest?Rñ. dicit T.ꝙ non põt ratione pari,vt iã dictũ est s̃.ver. proxi.in prin. Sed qd si conueneris criminaliter me, nunquid te possum reconuenire ciuiliter?Dicit Inn.ꝙ non.nã si prius ꝓpositæ ciuili super sedeat superueniẽte criminali,C.de or.iu.l.fi.& iij.q.9.ciuili.multo minùs eã potero de nouo proponere:in cõuerso aũt casu,scilicet cõtra cõuentus ciuiliter reconuenit criminaliter, dicit hoc fieri posse,dũmodo cõpetens sit iudex, 3.q.8.cuius.quæ dic,secũ
o dum eum,vt no.extr.de mu.perit.c.j.[o]¶†Sed nunqd habet locũ
11 reconuentio,vbi agit iudicis officio?Rñ.sic,qñ pro actione pro-
p ponit:secus si incidẽter:arg.extr.de off.iu.c.ij.[p] Sed nec habet locũ reconuentio,vbi locũ habet summaria cognitio: quia sic vna summariè,altera plenè,& vna celeriter,altera verò solenniter sit tractãda,nõ possent vicissim simul ambæ tractari& terminari:qd tñ est necesse in mutuis petitionibus,vt extr.de ord. cog.c.ij.& ĩ.
q §.prox.in fi.secundum Inn.[q] ¶†Sed pone aliquis agit pro eccle-
12 sia, cũ alij sint negligentes,fortè repetendo alienata, vel pro libertate eius:quod põt, vt extr. de reb.eccl.nõ alie.si quis presbyterorum.ext.de testi.cum olim.de conces.præ.ex parte ff.de libe. caus.l.j.& ij.nunquid si reconueniatur nomine ecclesiæ,tenetur eũ defendere in causa reconuentionis?vel si agit, nunquid tenet satisdare de iudicato soluendo,& ꝙ capitulũ ratũ habeat?Et videtur,ꝙsic,extr.de proc.constitutus.de off.iud.dele.corã.in prin.3.
r q.8.cuius.arg.C.de procur.neque.Vinc.dicit cõtrà [r],ꝙ nec tenet rñdere,nec cauere.hoc enim concedit ei à iure,ff.de re mil.l.ij.& in præmissis concord.Imò est puniendus,si taceat,ij.q.7.quapropter.& in consti.Greg.X.de reb.eccl.ali.vel non.hoc consultissi-
s mo.§.Nihilominus [s].& grauius esset ibi defendere,vel satisdare, & potiùs

ADDITIONES.

a Non teneri.¶Sup.ad duplũ.Bene etiam contra vxorem datur actio illa in simplum,vt ibi.ADDE,vt per Bar.in d.auth.qui relato. Spec.aliter dicit.

b De deci.tua.j.¶Et ibi subdit,quòd sequitur ĩ.ver.& not.ADDE tu,ꝙ hoc est verũ,vt vbicũq; de causis spiritualib⁹agit,quo ad eorũ valitudinẽ,vel inualiditatẽ,iudex ecclesiastic⁹ est iudex cõpetẽs, & ñ secularis: sed vbi ageret de facto putã an matrimoniũ sit ɔtũ,vel an decimę sint solutæ,&similia,tũc ẽt secularis est iudex vt videtur no. Lap.in alle.lvj.item archi.in c.quid dicam. 14.q.4. Abb.Sic.in c.cùm sit generale. & ibi per alios scrib. extra.de foro compe.item facit,quod dicit idem Abb.Sic.in c.ex literis.el ij.extra.de sponsa.

c c.fi.¶In ij.nil glossauit.ADDE,ꝙBar.in l.naturaliter.§.nihil ɔmune.in pe.q.videtur no.ꝙ in interdicto spoliatorio & causa depositi,habeat locum reconuentio.tamen in auth.& consequenter.tenet idem, quod Spe.hìc.

d Interdicto.¶Quæ potest esse maior æstimatione,quam ipsæ res ablatæ.sic dicebat Vin.cuius ad literam fuit hæc q. & sequens,de ord.co.c.fi.in prin.&est simile,quod dicam ĩ.tit.ij.§.j.ver.sed nunquid intentanti.

e In vtili.¶Alias in reali,ĩ.in Vin.

f L.fi.¶Vbi de hoc in gl.sic ergo.& C.de iud.l.j.ante fi.vlt.gl.

g L.fi.¶Ex multis lecturis,quas ponit ibi gl.Host.prælegit istam, vt scripsi in dec.cum dilectus. de arb.super j.gloss.quæ enumerat hos casus.

h Statuimus.¶Lib.vi.

i Ad cãm.¶Vide hoc clariùs per me de mu.pe. c.j.in gl.reconuentio.ver.corã iudice.ADDE,ꝙBar.in d.auth.relato.Spe.hìc,&Cy. in l.per hanc.dicit,veritas est,quòd quando ille qui appellauit,appellat de necessitate pp iniuriã, quã arbitratur sibi factã à iudice, & sic ipse sua sponte iudicẽ non elegit, & pt corã iudice appellationis reconueniri, sed debet in prouincia sua apud suum ordinariũ conueniri,vt ff.eum,qui appe.in pro.defe.& l.ii.§.hi.ff.de iud.

ADDITIO.An in causa appellationis sit locus reconuentioni, vide Io.de Tur.cre.post Archi.in c.j.col.ij. versi.surgit hìc quæst. 3.q.8.&ibi tradit,an clericus agens corã iudice seculari,possit reconueniri coram eodem iudice:vide omnino per eum Hen.Fer.

k Tenet sententia. ¶Omnino vide,quod ibi scripsi super ij.glo.& ibi Abb.Sic.Fran.de Aret. Barbatia, & Fel.item Lapus alle.cxviij. in j.col.

l Vt ibi.¶Super his vide,quæ scripsi in prę.gl.reconuentione.ver. vtrùm autem.

m Iurisdictio¶Id est,quia non erat iudex actoris.

n Si idem.¶Vide,quod scripsi de mu.pet. cap.j.in gloss.reconuentio.post prin.ibi videbis quòd Inn.&Host.tenet.quod hìcGul.& quòd Accurs.tenet contrarium in auth.& consequenter. in gl.ij.

o c.j.¶Ibi dixit in gl.reconuentio.ver.redeundo.

p c.ij.¶Idem scripsi in pri.gl.ver.& secundum.

q Secundum Inn.¶Vide,quod no.in cle.de verb.signi. sæpe. in gl. quòd requirat.

r Dicit contrà.¶In præ.decr.cùm olim.vt ibi scripsi super gl.ij.

s Nihilominus.¶lib.vj.

& potiùs nõ prosequeret cām ecclesiæ, ff. de iudi. l. ii. §. sed si. & vi-
a de s̃. de coniun. perso. circa prin.ᵃ ¶†Itē scripserūt quidā, ꝙ si me
13 cōuenis ad decē, & ego te reconuenio super boue, non poteris
me iterū recōuenire ad equū, ne sic mutuę petitiones in infinitū
procedant, extr. de rescrip. cū in multis. lib. vj. licet in prin. in eo. li
bello potueris me sup plurib. cōuenire, vt eo. tit. c. fi. & c. dispen-
dia. & extr. de elec. querelā. de capel. mo. c. ij. ff. fam. ercis. hæredes.
§. de pluribus. ff. de act. emp. & vend. non est nouum. & s̃. §. j. versi.
b item poneᵇ.

ADDITIONES.

a Circa prin. ¶Et de proc. §. ii. ver. quid si canonicus.
b Item pone. ¶Per quē videtur iste ver. superflu⁹: nisi dicas ilū ver.
loqui in delegato: istum in ordinario rei, in quo tñ nō puto hoc
ꝓcedere, nisi forsā p hūc modū, ꝙ scđa ꝗuætio actoris, licet corā
eo fieri possit, nō tñ habebit vim recōuētionis, vt simul tractent̃,
& vna sñia terminet̃, p rationē ibi positā, & quę ponitur j̃. ver. pe.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio quando sit facienda, & quando non.*

1
a 3. §. Sequitur videre, † quando sit reconuentio facienda? Et dixit T.ᵃ ꝙ generaliter pōt fieri an-
tequā in petitiōe actor sit litē cōtestatus: postea verò nunquā, ni
si libellus reconuentionis sit antea porrectus, vel nisi protestat⁹
fuerit de recōuētione facienda, extr. de mut. petit. per totū, C. de
b sen. & interlo. om. iu. auth. & cōsequenterᵇ. Sed omissis opinio-
nibus dico, ꝙ semper ante litis cōtestationē, & etiā post, eodē du
rāte iudicio, id est, instantia iudicij, s. quousq; cōclusum sit in cau-
sa: quia cùm negotium discutit̃, tantùm dicitur iudiciū, vt extr. de
verb. sig. forus. pōt fieri recōuentio, etiā nulla protestatione præ-
missa super hoc ante litis cōtestationē: & hoc tā corā ordinario,
quā delegato, vt extr. de rescrip. dispendia. §. reus. lib. vj. per quam
do. me⁹ dicit contrà. & ꝙ post litē contestatā fieri possit, habetur
c extr. de mu. pet. c. j. ibi, responsione facta, &c.ᶜ quia per responsio
nē fit litis contestatio, extr. de lit. contest. c. vnico. & in hoc videt̃
d Inn. declinare in præ. c. j. de mut. peᵈ.

ADDITIONES.

a Dixit Tanc. ¶Vbi s̃.
b Et consequenter. ¶Finita verba Tanc. in hoc membro.
c &c. ¶Nil valet hæc inductio, cum litera dicat facta rñsiōe libello
actoris, respondeatur libello rei: imò ponderata litera illa Incon-
tinenti, q̃ sequitur, apertè ꝓbat ꝯriū: declaro, si litera ibi diceret, ꝙ
facta rñsione libello actoris porrigat reus suū libellū, tunc face-
ret pro actore: sed aliter loquitur, vt prædixi.
d De mu. pe. ¶Vide q̃d ibi scripsi super j. gl. q̃d no. in cle. de ver. sig.
sæpe. in gl. ꝙ req̃rat̃. & gl. seq. vbi videas, q̃ teneant hāc opi. & q̃ ꝯ
riū, quos sequor. ADDE, ꝙ opin. Spec. tenent Vin. Fran. Arch. in
d. c. dispendia. Bar. in auth. & consequenter. Si. Vin. in d. c. j. & Ioā.
de Imol. ibi. Opin. autem Host. tenet Panor. quam etiam dicit te-
nere Car. in d. c. j. Plures & digniores sunt, tenentes, quòd post li-
tis contestationem potest fieri reconuentio.

SVMMARIVM.

1 *Actori nolenti reo eum reconuenienti respondere, denegari debet in sua causa audientia.*
2 *Iurisdictio iudicis quo casu sit perpetuata.*
3 *Reo, vbi lis est contestanda super libello actoris, offerente libellum reconuentionis, an actor super illo libello inducias deliberatorias habere debeat.*
4 *Sententiæ tot sunt, quot sunt & articuli.*
5 *Iudice pronunciante in causa conuentionis, si omittat reconuentionē, an teneat.*
6 *Sententia si primò feratur super vna causa, & postea super alia, cui priùs satisfieri debeat.*
7 *Causa conuentionis & reconuentionis pari iure fouentur.*
8 *Appellatione facta in conuentione, an supersedendum sit reconuentioni: vel è contrà.*

¶In reconuentione qualiter sit procedendum.

4. §. Videndum restat, qualiter in reconuentione procedatur: & quidē libello ab ac-
tore oblato, reus si eum velit reconuenire, porrigat similiter an-
a te litem contestatam libellum reconuentionis, secundum T.ᵃ
sed & postea id fieri pōt, vt iam dixi: & deliberatione super vtro-
que hincinde habita, fiat primò litis cōtestatio sup libello actoris
& cōsequēter super libello reconuentionis: & iudex potest co-
gere actorem respondere libello reconuentionis: postmodū ve
rò lite ꝯtestata sup vtroq; libello, vbi fit ante litis contestationē,
iudex vicissim vtranq; causam audiat, sicq; primò fit litis contesta
tio super prima, & post super secunda: conueniens primò iuret,
secundo reconueniens: & primò ponat, & postea reus: primò eti
am producat testes, secundò reconueniens, & sic alii actus expe-
diantur, ita ꝙ in vna eadēq; die vtraq; quæstio, quasi vna senten-
tia, concordia, vel iudicio terminetur: prius tamen pronuncian-
do super petitione actoris: vt hæc ꝓbantur extr. de mu. peti. c. j. &
de causa pos. & propr. cùm ecclesia. & c. cùm dilectus. iuxta reg. il-
lam, qui prior appellat, prior agat, ext. de or. cog. c. ij. ff. de iudi. qui
prior. Quæ tamen fallit in casibus, qui not. j̃. tit. prox. ver. videm⁹.
b Vbert. verò dicit ᵇ, præmissa vera esse, vt vicissim tractetur, si hoc
iudici placet: & si sibi magis placet, poterit de his vicissim cogno-
scere, & terminare đ vna, cognoscēdo vna die, & đ altera alia die.
1 ¶†Sed quid si actor nolit respondere reo reconuenienti eum ᶜ?
c Dic, ꝙ iudex denegabit ei in sua causa audientiam, arg. extr. de iur.
calum. c. fi. §. pœna. & c. Imperator. j. q. j. si qui episcopi talē. ff. de ꝓ
d cur. mutus. §. pœna. C. de compensat. neq; scriptura ᵈ. ¶†Quid si
2 reus statim libello sibi ab actore porrecto, eum reconuenit, offe-
rens sibi libellū reconuentionis, sed vlterius procedere nō curat:
in libello verò actoris proceditur ad litis contestationem, vel eti
e am ad sententiā? Dic ᵉ, ꝙ adhuc poterit reus causam recōuentio-
nis prosequi. Iurisdictio enim iudicis perpetuata fuit, quo ad cau
sam illam per libelli oblationem, extr. de of. deleg. gratum. & ecō
uersò, si actor facit reum citari, & vltrà non procedit, reus potest
cām reconuētionis inchoare, & ꝓsequi corā illo: eius. n. iurisdō
perpetuata fuit p conuentionem factā p actorē, 3. q. 8. cuius quo
ad hoc enim, pari iure censentur cōuentio & reconuentio, ext. de
mu. pet. prudentiam. Qualiter autem iuratur in mutua petitione,
3 not. j̃. de iur. cal. §. nunc dicamus. ver. nō tamē. ¶†Sed secundum
præmissa, quid si cùm debet lis cōtestari super libello actoris, reus
offerat libellum reconuentionis, nunquid actor habebit super il
lo inducias deliberatorias? Respondeo, sic, si voluerit, & interim
f sua petitio differetur, 3. q. 3. §. spatium ᶠ. Quasi vna sententia, ideo
dixi s̃. quia in veritate duæ sunt sententiæ, quæ simul feruntur su-
per duabus quæstionibus sese minimè contingentibus, & etiā si
se contingant, puta quia agitur petitorio & possessorio super ea-
dē re, adhuc sunt duæ sententiæ ferendæ, vt præd. dec. cùm eccle-
4 sia. in fi. & c. cū super. † quia quot sunt articuli, tot sententię sunt
ff. de mino. etiam. Sed quasi vna & eadem sententia dicitur ꝓpter
continuationem temporis, arg. in præ. l. etiam. sed ad contextum
prolationis, s. vno contextu, vna post aliam feruntur, vt in præ. l.
etiam. sicut est aliàs simile in pluribus stipulationibus plurium re
rū, quæ dicuntur vna stipulatio, quo ad conceptionem verborū,
ff. de verb. oblig. scire debemus. & l. Stichum. §. stipul. & ff. de don.
5 cau. mor. senatus censuit. §. fi. ¶†Et si iudex pronunciet in causa
conuentionis, & omittat reconuentionem, dicunt Doctores, ꝙ
non valet, ff. quæ sen. sine appel. resc. l. j. §. fin. & C. de compens. ne-
que scriptura. vel, secundū Ia. de Al. tenet sententia, sed tamen ab
ea potest appellari: vel dicitur in præ. §. quod intelligit idem Iac.
verū esse, si de vtraq; quæstione simul constare possit. Cæterùm
si de vna, putà de possessorio, cōstat plenè, sed de alia, putà de pe-
titorio, non potest constare de facili, sed longis est ambagibus in
uoluta, bene pt ferri sñia super ea, de qua constat sm eū, arg. C. de
g cōpens. l. fi. idē not. Inn. & Vin. extr. de ord. cog. c. ij. ver. nos aūt g.
Quid

ADDITIONES.

a Secundum Tanc. ¶vbi s̃.
b Verò dicit. ¶In volumine non inueni, sed Simō bene tenet hoc
super auth. & consequenter. & vide j̃. ver. quid si primo. & versi.
præced.
c Eum. ¶Dic secundum Aegid. vbi s̃.
d Scriptura. ¶Superfluit iste ver. propter §. sequentem.
e Sententiam? Dic. ¶secundum Aegid. cuius fuit iste ver. vsque ibi
qualiter.
f §. spatium. ¶Quomodo malitiosi aduocati reorum in hoc abutū
tur, & prouisionem circa hoc, vide, quod scripsi de mu. pet. c. j. su-
per verb. respondere,
g Nos autem. ¶Vt ibi scripsi super vers. vicissim. in princi. sed, vt ibi
dixi, est opin. quòd de natura reconuentionis in tantum est pro-
prium simul casus tractari, ꝙ quantumcunque altera causa recipi
at facilem tractatum, & altera difficilem, necesse erit seruari, quod
ibi dicitur, insimul cognoscendo & diffiniendo: & Hosti. fatetur
hoc dictum congruere subtilitati iuris, licet æqor sit opin. ꝯria, q̃
etiam habes hìc, & in ver. seq. & vidistis s̃. eo. §. post princ. ponde
rato textu prædictę authen. & corporis, vnde sumpta fuit, scilicet
de executoribus, §. illud. Collat. vij. qui vult reconuentionem in-
choari statim, mox, & à princip. quod de inchoatione videtur ad
hunc finē iuberi, vt eo modo simul fiat ꝓsecutio & diffinitio. Ad
quid eñ iuberet simul inchoari, si simul prosequi nō deberet? Itē
textus in corpore idem ꝓbat ibi, apud quem simul vtraq; exerce
ri ꝯpetit litem. Verum est, ꝙ alia litera habet similiter. Item hìc ad
uerbio Vicissim, vtūtur auth. præ. in prin. & decret. j. de mu. pet. &
decr. ij. de ord. cog. versi. nos tamen. Hoc autem sonat, quòd mu-
tuis vicibus procedatur: vnde voluerunt aliqui sic ꝓcedi, quòd re

Quid enim si lata sententia super vna, in continenti is, cōtra quē lata est, appellat, & recuset iudicem vt suspectum? Certè tunc nō possunt vna sententia terminari. Vel dic, vt j. versiculo, sed pone.

6 † ¶ Quid si primò super vna causa feratur sententia, & pòst sup alia: quæritur, cui priùs satisfiet? Respond. ei, pro quo prima lata est, vel fortè expectabitur, donec de alia causa iudicatum fuerit, si nōdum erat pronunciatum, ff. quæ sen. si appel. res. l. j. §. si apud eundem. & §. fi. C. de appel. l. j. vel illud obtinet in quantitatibus, secundum Si.[a] Vinc. autē not. ext. de or. cog. c. 2.[b] quòd si primò ꝓ nunciatur super vna nō differtur executio sententiæ sup illa donec ꝓnuncietur sup alia, vt in præ. concord. & præ. l. fi. corrigit se ipsam, nisi in casu, scilicet cùm aduersarius meus impedit, ne pronuncietur super altera tunc enim differetur executio, & excipiā contra eū, si velit me conuenire ex causa iudicati, arg. ff. de eo, per quem factum est, l. j. & ext. de testib. ca. peruenit. Illud etiam no. quòd cùm post litiscontestationem fit reconuētio, non tractantur simul seu vicissim quæstiones.

g virg. Quid si matrimonio dissoluto ab hærede viri ꝺfuncti, vxori sꝑstiti dotem repetẽti, opponitur, ꝙ ipsa spoliauit virum viuentem propriis rebus? Item etiam quæri potest in quolibet successore excipiente de spoliatione facta ei, cui successit, cum eadem persona censetur, vel à quo causam habuit, vt supra, versiculo, item nunquid potest. Item quid si agenti contra te actione reali, vel personali, excipis, & quòd te per vim tuo filio spoliauit? in
h his quæstionibus stude^h. † ¶ Sed nunqnid depositarius, vel
12 commodatarius, cui res deposita, vel commodata aufertur, po-
i terit petere restitutionem^i? Et videtur, quòd non: nam restitutionem potens debet ꝓbare possessionem & deiectionem, vt extra. de restit. spo. olim. 3. extr. de offic. deleg. consultationibus. At rei commodatæ & depositæ dominium & possessionem retinemus, vt ĩ. versi. sed nunquid. Sed dic, quòd potest ꝑ cõdictionem
k ex canone illo. 3. q. j. redintegranda^k. C. de prætor. pig. l. fi. Quid de misso in possessionem causa rei seruandæ? de hoc s̃. de primo
13 & secundo dec. §. iam de effectu. ver. sed quid si missus. † ¶ Quid si debitor cõuentus teneturip iuramentum soluere certa die? Respon. n̄ potest opponere exceptionẽ spoliationis, extr. de iureiu.
l debitores. sed fideiussores sic, ff. de compens. siqd^l. ¶ Quid si aliqs conque-

ADDITIONES.

a Poteris agere. ¶ De exce. non est dubium.
b Ex conquestione. ¶ Vbi scripsi in princ. c. & in prin. magnæ gl.
c Frequens. ¶ Lib. 6.
d Quidam. ¶ Io. scilicet, qui hoc no. 2. q. 2. c. j.
e Licet Heli. ¶ Ad materiam facit, quod plenè not. in præ. gl. magna, ver. si quis etiam. in prin. 2. col.
f Inhibitionem. ¶ Apertiùs facit de concess. præ. c. pe. lib. vj. & ibi in suffra. vide casum l. Claudius. inferiùs alleg. duæ leges, quæ hic sequuntur, dicunt, quòd regula, nullus pluribus. lib. vj.
g Vir. ¶ Necessaria fuit ista remissio, quia ruditer ꝓposita fuit quæstio. Hostien. autem quærit de illo, qui vendicat aliquã vxorẽ & vxor excipit de spoliatione rerum suarũ. huic quæstioni bñ conuenit responsio: ꝯueniret etiam solutio illi parti, quæ narrat de possessorio, qñ vir peteret restitutionem cõiugis: & allegatiões Host. bñ faciunt, etiam ad hanc quæstionem: & hoc forsan intellexit auctor, dum dixit de re spirituali, vel quasi. Adde, quòd Abb. in c. 2. ext. de or. cognit. sequitur dictum Spec. & illud dicit notandum ad d. c. frequens.
h Quæstionibus stude. ¶ Pro auctore, qui vult excitari ingenia, facit dec. cùm Marthæ. in fi. de celeb. mis. vbi sic fecit papa. Et resumendo primã quæstionem, quæ loquitur de hærede, quòd intelligendum est de vniuersali: qđ dic. vt no. de testa. si pater. lib. 6. in 4. gl. & de isto tenendum est, cùm agere posset de spolitatiõe sui auctoris, extr. de testa. significauerunt. ff. de vi & vi arm. l. j. ad fin. §. hoc interdictum. Instit. de ppet. & tempo. actio. §. sed hæredibus. fortiùs igitur excipere poterit. ext. de regu. iur. qui ad agendum, lib. 6. cum concor. Item cùm contra talem agi possit de spoliatione facta ꝑ suum auctorem in eo quod ꝑuenit, vt præ. l. j. in fi. & c. titul. l. 4. §. fi. quod vide not. de restit. spoliat. cùm ad sedem. in gl. penult. Aequum est ergo, quod talis vniuersalis se de illa, qua cõueniri possett, ueri & excipere possit: cùm quod cõceditur actori impugnanti, fortiùs competat reo defendenti, extr. de exce. cũ inter. ver. ac satis. ad id regula, fauorabiliores. ff. de reg. iur. vbi nota. exempla advtrunque. facit regula, is qui in ius. e. ti. libro sexto. De singulari verò successore, cùm sibi nec contra ipsum cõpeteret actio, contrarium est dicendum: quòd intelligas iuxta not. in præ. gl. penult. decr. cùm ad sedem. & sic loquitur ver. præcedens, item nunquid. hîc allegatus. Et sic expedita sit j. & 2. quæstio. Et quoad primam, non obstat fauor recuperandæ dotis, ff. solut. matrimo. l. j. de reg. iur. in ambiguis. Cui respondere ꝑ decret. nup. ad fin. extra. de don. inter vir. & vxo. Item petitioni restitutiõis, quæ fauorabilis est & priuilegiata, extrà de ord. cognit. ca. vlt. beneobstat exceptio spoliationis, vt ibi, in fine. Nec dicas, priuilegiũ spoliati esse ꝑsonale, & sic non competere successori, etiam vniuersali, de reg. iur. priuilegium. libr. vj. quia, vt ibi scripsi post Dyn. super j. glcss. illud ꝓcedit, vbi ꝑsona proxima est finalis & immadiata causa priuilegij: quod hîc non est, cùm illud etiam concedatur iu odium spoliantis. vt probat clem. de causa possess. ca. 2. respon. facit eo. titul. pastoralis. in fina. Porest etiam dici, quòd est priuilegium causę, vt in præ. dec. vlt. de ord. cogn. & sic transit ad vniuersalem successorem, vt scripsi post Dyn. vbi s̃. Et ꝑ hæc sint expeditæ prima & secunda quæstio. De tertia sciendum, Innoc. & Hostien. dixisse in dec. 2. de ordin. cogn. vbi scripsi in gl. hanc exceptionem. in prin. exceptionem spoliationis competere, vbicunque ius possessionẽ restitui præcipit: sed in casu quæstionis id procedit, vbi filius erat in potestate patris, ff. de lib. exhib. l. j. §. 2. ibi, omni modo restituendum putauit, si in potestate est. & de hoc de ꝯuer. infid. c. 2. in j. gl. & ff. de rei ven. l. j. §. j. Item gl. 4. in decr. pastoralis de causa posse. ante fi. videtur ponere hoc interdictum inter possessoria, licet lex j. §. quædam. ff. de interdict. innuat, quòd proprietatis causam continet: & veritas est, ꝙ non est possessorium tale, quòd in ipso interdicto sit necesse possessionem & spoliationẽ ꝓbari, quocunque modo agatur, ex nota. in gl. prædictis: & plures modos ponit Roffre. vbi de interdictis, titu. de libe. exhib. Sed fateri oportet, quòd quia potest fieri spoliatio filij in potestate constituti, & sic possessio competit patri, si volet intẽtare possessorium, & tamen fateor, quòd qualitas causæ requirit etiã tũc de ꝓprietate ꝓbari, sicut s̃. de rest. spol. ex conquestione. e. titu. ad decimas. libro vj. & vide quod no. in cle. de causa possess. c. vno, in vlt. gl. Idem ergo erit in exceptione. facit 3. q. j. ca. 2. in fi. ibi potestatibus carent, & 2. q. 2. in scripturis. in fi. ibi potestati eorum, &c. & c. seq. dicit omnia iura restituenda. Constat autem patriam potestatem ius esse, Instit. de patri. po. §. j. ff. de his, qui sui vel alie. iu. sunt. l. j. & 3. Ergo eius possessio priùs est restituenda, quàm respõdere cogatur, vt in prædictis canonibus.
i Restitutionem. ¶ De actione furti nõ dubitatur, quin talibus detur, C. de fur. l. fi. sufficit enim in ea, quòd intersit, vt no. ext. de fur. qui cum fure. in 3. gl. & quod super ea dixi.
k Redintegranda. ¶ Puto ꝙ inducat illum ver. electio. cùm præmisisset de spoliatis, lex loquitur in pignore cõuentionali & ꝑtorio vide de dolo & cont. contingit. in fi. vlt. gl. & quod ibi dixi. Circa quæstionem autẽ hoc scias: quòd res cõmodatæ, vel depositæ, licet specialiter non veniãt sub interdicto ratione ꝑdicta, ratiõe tamen accessorij bene venirẽt, si occupatæ fuissent cũ ecclesia, vel hæreditate: vel re simili: super quo vide quòd scripsi de causa possess. cũ super. in magna gl. circa medium, ver. nam & res depositæ.
l Si quid. ¶ Hoc est, quod statim sequitur: no. Vin. de ord. cog. c. 2. vt ibi scripsi super gl. hoc patet.

conqueritur de aliquo, quòd impedit eum filium suum baptiza-
re. vel sepelire, vel parietem ruentem reficere? Dic, quòd non ad
mittitur contra eum exceptio spoliationis, argu. 4. distinct. bapti
zari. 8. q. 4. nonne. ff. de oper. noui nunc. l. j. §. si quis riuos. secus, si
prosequeretur, & opponeret de iniuria sibi iam irrogata, dicens:
Cõqueror de P. q me ñ pmisit baptizare vł sepelire filiũ meũ. tũc
14 enim elidi potest eius actio p exceptionem spoliationis. † ¶ Sed
cùm spoliatus non cogatur respondere spoliatori ante restitutio
nem, vt extr. de or. cogn. si per. quid erit si spoliator non sit soluẽ
a do [a]? Et videtur, quòd nunquam sibi respondetur, 14. qu. 6. si res.
Potest dici, quòd si euidens est eũ nihil habere, iudex audiet cau-
sam suam, vt inde faciat compensationem spoliato, argu. extr. de
15 restit. spol. olim. 2. † ¶ Sed quid si spoliator habet rem vltra ma-
re, nunquid interim cogendus est aduersarius respondere? Resp.
tunc est satisdationibus insistendum, ff. de pigno. si fundus. §. 2. &
si satisdat de re, vel æstimatione danda, vel si seruus mortuus fue-
16 rit, audiendus est, extra. de solut. Odoard⁹. † ¶ Sed si spoliasti me
beneficio cũ cura, & postea recepi aliud cum cura nũquid si me
conuenis, potero contra te opponere de spoliatione? Et videtur,
quòd non: nam videor renunciasse priori, recipiendo aliud cum
cura, extr. de præben. de mulcta. Dic ꝯ, quia datur restitutio ad rẽ,
& fructus ad interesse, & ad omnia, quæ ibi erãt. ff. de vi & vi arm.
l. interdicto. & datur vsufructuario finito vsufructu, ff. de vi & vi
arm. idem est. §. fina. Hoc etiam not. quòd petenti restitutionem
non potest opponi compensatio, C. de compensat. l. fina. quia sic
indirectè admitteretur reconuentio: quòd non est dicendum, ar
gu. extra. de exceptio. cùm inter. in fine. Sunt & alij casus, in qui-
17 bus cessat reconuentio, vt dixi s. titul. proximo. † ¶ Sed pone ec
ce ego contra te possessorio, & tu reconuenis me possessorio: &
ego oppono contra te per modum exceptionis de eadem spoli-
atione. de qua te conuenio: nunquid debeo admitti? Respon. sic:
quia ad aliud proponitur vt actio, & ad aliud vt exceptio, ar. ff. de
inoffic. test. contrà veterani. §. sed nec impuberis. & extr. de testi.
veniens. ca. cùm in tua. & per meam exceptionem repelleris, vt
18 ext. de ord. cog. c. 2. & c. fi. † ¶ Sed nunquid potes tu excipere [b] ꝯ
b me de tua spoliatione, seu replicare? Respon. sic: & elides meam
actionem, & sic remanet efficax conuentio & reconuentio, exce
ptione & replicatione sublatis: quia sicut exceptio mea elidit in-
tentionem tuam, sic & replicatio tua meam exceptionem, vt ff.
c de excep. l. 2. [c] † ¶ Circa hanc materiam quæritur: ece episcopus
petit ab archidiacono iura epalia, q archidiaconus possidet: dicit
archidiaconus, non teneor respondere libello epi, donec fuero
restitutus ad ius examinandi clericos ad ordines promouendos,
quo me episcopus spoliauit, argu. extr. de restit. spo. olim nobis.
extr. de offic. archidia. vt nostrum. & si super hoc offert libellum
contra ipsum episcopum, quæritur, quis libellus debet in cogni-
tione precedere? Et obtinuit, quòd libellus archidiaconi deberet
præcedere, vt extr. de or. cog. ca. 2. & fina. & dictum est s. eo. §. in
20 prin. ver. si verò. † ¶ Quid si episcopus vult de libello suo tolle-
re illud capitulum, scilicet ius examinandi? Et videtur, quòd tunc
vterque libellus procedat, tanquam duæ mutuæ petitiones: quia
cùm iura episcopalia in multis consistant, vt extr. de offic. ordina.
conquerente. licet archidiaconus se dicat spoliatum in vno, nihi
lominus libellus debet super aliis procedere. In contrarium vide
tur: quia licet spoliatio facta fuerit in vno capitulo tantùm, non
tamen tenetur archidiaconus etiam, quo ad alia, respõdere libel-
lo. habet enim spoliatus priuilegium, &c. vt extr. de rest. spol. fre-
d quens [d]. & 2. q. 2. nullus potest. Pro hac parte de pcepto domini
Clementis papæ IIII. pronunciaui, scilicet: solum libellum ar-
chidiaconi procedere, licet quasi inuitus & renitens. Nam hęc p
nunciatio contra ius fuisse videtur: quia cùm petitorium & pos-
sessorium essent circa diuersa, erant, tanquam mutuę petitiones,
tractandæ, vt s. eo. §. versi. porrò. & maximè, cùm petitorium pri
mò esset p episcopum propositum: nec præmissa interlocutoria
impediebat libellum, nisi solùm ratione illius capituli de iure exa
minandi: quia quot sunt in libello articuli, tot, sunt petitiones, vt
j. titul. proxi. §. 2. in prin. Potest tamen defendi dicta sententia, se-
cundum opinionem Gof. & aliorum dicentium, quòd siue præ-
cedat, siue sequatur, possessorium priùs expedietur, siue sit circa
eadẽ rẽ, siue sit circa diuersas, vt no. Gof. in Summa de ord. cogn.
§. sed si ago versic. vel si velis. Et ex hoc fuit idem dominus papa
motus ad sic iudicandum, & sic ipse in consistorio meam senten-
21 tiam, à qua appellatũ fuerat, defendebat. † ¶ Et scias, quòd post
publicationem attestationum, & etiam post disputationem su-
per eis factam, potest quis adhuc redire ad possessorium. Vt ie m
non renunciauit, adhuc poterit instrumenta, confessiones. & p-
bationes inducere: & sic non potest dici de cã liquere. Post con-
clusionem autem, vel renunciationem non potest fieri suspen-
e sio petitorij, vt in præ. c. pastoralis [e]. nisi malitia spoliatoris, vel cã
sus, vel alia iusta cã iudicẽ mouerit, vt in possessorio, petitorio su-
spenso, procedat: vbi aũt ab alterutra partium peti potest senten-
tia, tunc renunciari non potest, vt ibi. Arg. tamen contrà, quòd e
tiam post conclusionem in petitorio, potest quis ad possessoriũ
transire extra, de testib. significauerunt, in fin. Sed dic, quòd tunc
iudex vtrunque simul determinabit. Vtrùm autẽ is, qui redit, seu
suspendit, restituet expensas? not. j. de expen. §. si ante, ver. quid si
f suspenso [f]. † ¶ Vt autem paucis vtamur, nota, quòd orta quæsti-
22 one de possessione & proprietate, priùs possessionis quæstio fi-
nietur, vt C. de interdic. l. 3. ff. de iudic. si de vi. Tamen, secundum
canones, simul agi potest vtraque, extra. de capel. monach. capit.
2. in prin. & de causa pos. & propri. ca. 2. Sed licet in pronunciati-
one præmittenda sit possessio, in executione tamen debet pprie
tas præualere, vt eo. titu. cùm dilectus. vbi de hoc. Ioann. tamen
dixit, quòd non potest simul agi petitorio & possessorio, nisi in
incorporalibus: vt in seruitutibus. & est ratio, quia in illis datur ac
23 tio etiam possidendi. † ¶ Quid si primò super pprietate senten-
tia lata fuerit? Dicunt quidam, non valere, argu. C. de senten. pro
lat. alij contrà, quia iste non est ordo iudiciorum, sed actionum.
Postea tamen non est super possessorio ferenda, quia non pro-
g desset, secundum Papam [g]. Sed si primò lata est in possessorio be-
ne potest postea ferri in petitorio, vt extra. de testib. significaue-
24 runt. † ¶ Quid si pro vno lata est in petitorio [h], & pro alio in pos
h sessorio, nunquid is, pro quo lata est in possessorio, potest petere
eam executioni mandari? Respon. non. dolo enim petit, quod re
stituturus est vt de doli excep. dolo. ff. de iudic. si de vi. quæ regu-
i la tam in petitorio, quàm in possessorio locum habet † ¶ Quid
25 si is, contra quem in petitorio lata est sententia, appellauit. nun-
quid appellatione pendente poterit petere, quòd sentẽtia super
possessione pro se lata, & à qua non extitit appellatum, executio-
ni mandetur? Respondeo, non, per præ. decreta. cùm dilectus.
k quia appellatio extinguit, id est, suspendit pronunciatum [k],
vt ff.

ADDITIONES.

a Sit soluendo. ¶ Hanc & duas quæstiones sequentes ponit Vin-
cen. in dec. præ. de or. cog. ca. vlt. in fin.

b Tu excipere. ¶ Hoc concedo, sed replicationem non, vt statim
dicam.

c L. 2. ¶ Hoc dictum de replicatione, quod ponit gl. vnica, in fin. in
dec. vlt. de or. cog. non pcedit, licet etiam placuerit Dama. & Ho.
Replicatio etiam excommunicationis non impedit exceptionẽ,
vt ibi scripsi: & vide de excep. à nobis. quod ibi scripsi sub 4. & 6.
membro, vbi patet, quòd fortiùs habet replicatio afficere exce-
ptionem, quam exceptio actionem: & patet Institut. de replic. in
princi.

d Frequens. ¶ Lib. 6.

e Pastoralis. ¶ Facit clem. de causa poss. causa.

f Suspenso. ¶ De illo, qui obtinuit in possessorio, & postea succu-
buit in petitorio, an teneatur ad expẽsas, scripsi in dec. pastoralis.
super gl. penult.

g Secundum Papam. ¶ Vt ibi dixi. in vlt. gl. decr. cùm dilectus. Ad-
de, quòd dicta huius vers. sequitur Abb. in c. cùm dilectus. extr. de
causa poss. & proprie. qui pro hoc allegat gl. 2. qu. 6. diffinitiuam.
& Bar. in d. l. prolatam.

h In petitorio. ¶ A qua non est appellatum, & sic transiuit in rem
iudicatam: & sic differt à sequenti.

h Habet. ¶ Contrarium de possessorio. no. in dec. in literis. de restit.
spoliat. & regula, dolo facit. de reg. iur. li. 6. Dic, vt ibi dixi sup vni
ca gl. Et aduerte, quia solutioni quęstionis videtur ꝯria opi. Dyni
dicẽtis, quòd licet res iudicata in petitorio paret pĩudiciũ posses-
sorio adipiscendę, vel retinẽdæ possessorio recuperandæ non, vt
dixi post eum, de causa pos. & ppriet. pastoralis. super gloss. ergo
sic. & sup regula, qui ad agendum. de reg. iur. lib. 6. Cessat autem
contrarietas, si de primis possessoriis intelligatur quæstio, vt si a-
gens possessorio retinendæ, reconuenitur petitorio. vel econuer
sò. Tamen, vt patet ex sequẽti quæstione, quæ huic est vnica, ac-
tor egit petitorio & possessorio: & si intelligas de possessorio adi
piscende. cessaret contrarium, vt s. si de possessorio recuperandę:
imputet sibi. qui in his terminis quæstionis egit vtroque iudicio,
cũ potuisset solo possessorio vti. Nocebit ergo sibi sententia lata
sup pprietate, quoad possessorium omne sibi cõpetens. ante sen-
tentiam: secus si post, vt scripsi in decr. cùm dilectus. de cã poss. in
vlt gl. & vide distinctionem, quam posuit e. ti. pastoralis. Adde qđ
dicam in hac addi. tenent Bart. & Alex. in d. §. nihil commune. in
l. naturaliter. ff. de acquir. poss. do. Ant. & Panor. in c. pastoralis s.
alleg.

k Pronunciatũ. ¶ Hoc facit contrà: quia secũdum hoc non debet
haberi ratio sentẽtię latæ in petitorio, in qua ẽ appellatũ: qđ si cõ
cedis, nihil impediet executionẽ sup possessorio. Adde. an & quã
do ad petitorium suspensum possit redire etiam coram iudice in
causa appellationis? vide Rotam in nouis decis. in decis. cxxxj.

vt ff.ad Turpil.l.j.in fi.qua pendente nil,eſt innouandum,j̃.de ap-
pel.§.nouiſſimè. Alij contrà:ſententia enim ſuꝑ poſſeſſione lata
26 debet aliquid operari,vt ff.de leg.j. ſi quando. † ¶Et quod dici-
tur,nihil innouandum eſſe appellatione pendente,verùm eſt in
eadem cauſa: ſed cauſa poſſeſſionis nil habet commune cum ꝓ-
prietate,vt ff.de acquir.poſſ.naturaliter.§.nihil.vel inſpiciendum
eſt,an cauſa poſſeſſionis ſit cum ꝓprietate annexa, vt ſeparari nõ
a poſſit;& tunc non fiet executio:aliàs ſic. Vel dic,& meliùs[a],quòd
refert,an reus,contra quem actum eſt petitorio & poſſeſſorio,ab
ſolutus ſit in petitorio,ideo quia probauit ſe dominũ rei,vt tunc
actor petens executionem in poſſeſſorio, in quo obtinuit, non
audiatur,vt s̃.an verò ideo,quia actor non probauit, iuxta regu-
lam,actore non probante,&c,vt tunc audiatur,vt s̃.Non enim ſe
quitur abſolutus eſt,quia actor non probauit,ergo res ſua eſt:qa
bene poteſt eſſe contrarium,arg.extr.de reſcrip. olim.in fin.Hæc
diſtinctio probatur ff.de iureiur.ſed & ſi. reſpon.j. extra. de cauſa
27 poſſeſ.& propri.cùm eccleſia.in fin. † ¶ Quid ſi actum eſt merè
poſſeſſorium, & ab altera partium plenè probatum eſt de domi-
nio,nunquid iudex poterit ſuper dominio pronunciare?Dicunt
quidam,quòd ſic:vt extra.de cauſa poſ.& ꝓprieta.paſtoralis.Alij
contrà,C.qui leg.perſ.hab.ſtan.in iud.momentariæ.ff.de pet.hæ-
b re.ſi quis libertatem.§.fi.[b] † ¶Poteſt etiam agi petitorio & poſ-
28 ſeſſorio ſeparatim.nam altero intentato, putà petitorio, poteſt
ad aliud,ſcilicet ad poſſeſſorium,recurſus haberi,vt extr.de cauſa
poſſeſ.& ꝓpri,paſtoralis. & c. cùm dilectus & de teſtibus,ſignifi-
cauerunt.Argu,contrà,C.quomodo & quando iudex, auth.qui
ſemel,vbi dicitur, quòd ꝓponens actionem, in ea perſiſtere de-
bet vſque ad finem:aliàs contra eum proceditur, ꝓut ibi dicitur.
Dic, ꝙ ſuſpenſo petitorio, bene poteſt recurſus haberi ad inter-
dictum poſſeſſorium, ſcilicet Vnde vi, Quod vi aut clàm, vt in
c præd,concor.& hoc in odium inferentis vim[c].Et ſic hoc eſt ſpe-
ciale in ſpoliatione,priuilegio ſpoliati:arg.extr.de or, cog. ca.fin.
cum ſuis concor.ſed prę.authen,loquitur regulariter.Item ibi ꝯ-
tumax erat is,qui iudicium intentauerat: in præ. verò concordã.
d non[d].Suſpenſo ergo petitorio, poteſt recurſus haberi ad inter-
dictum recuperandæ, vel adiſpiſcendæ poſſeſſionis, non autem
retinendæ,vt quidam dicunt, vt in ca. paſtoralis.Sed tu dic idem
de interdicto retinendæ,ſecundum Papam,vt etiam j̃. ꝓbabitur.
29 † ¶ Sed nunquid poteſt ſimul agi interdicto retinendæ poſſeſ-
ſionis,ſcilicet Vtrobi,& Vti poſſidetis,& petitorio? Dicunt qui-
e dam,quòd non,ꝑ p̃.l.C,de interdictis[e]. eſſet enim agens ſibi con
trarius,vt no.in præ.ca.paſtoralis.nam poſſidẽti non datur rei vẽ
dicatio,vt inſti.de act.§.j,ext.de re iud.examinata.Contrariũ cre-
do,ext.de cap.mo.ca.2.Nec ob.quòd poſſidẽti non eſt ꝓdita rei
30 vendicatio:nec etiam agens eſt ſibi contrarius.†nam ratione ſo
lius detentionis rei datur vendicatio ei,q poſſidet, cùm alius de-
tinet:& ſic poſſidenti,& non detinenti,datur rei vendicatio,ff.de
rei ven.officium.vbi dicitur, quòd ad rem commodatam, vel de
poſitam,poſſum agere rei vendicatione contra eum,qui detinet,
cùm tamen eius poſſeſſionem & ꝓprietatem retineam, ff. com-
mo.rei commodatæ. ff. depoſi. licet.Et ſic poteſt intelligi præd.
dec.de capel.mo:argum.ad hoc,ff.de acquir.poſſ.naturaliter,§.ni
f hil[f].Item alia ratione non eſt ſibi contrarius, quia ſicut datur in-
terdictum in poſſeſſorem,ſcilicet decretum,ita datur vtile in his,
quæ quaſi poſſidẽtur,vt ff,de ſeruit.quoties.Maximè autem po-
teſt ſimul agi vtraque ſi mora erat periculum allatura, ff. de ope.
no.nun,de pupillo,circa prin.Interdicto autem recuperandę poſ
ſeſſionis.& petitorio,ſimul indubitatè agi põt,vt in prę.ca.paſto
31 ralis.& eo.titulo,ꝑ totum,& de ſequeſt.poſſ. ca.j.† ¶ Sed nun-
quid intentanti interdictũ Vti poſſidetis,poteſt exceptio ſpolia-
g tionis opponi? Dixit Vinc,[g] quòd ſi agitur,vt non turbent poſſeſ
ſionem, ne offendant inquilinos, & putatores vinearum, non
debet opponi exceptio,nec obſtare: qa iudicis eſt impedire lites
futuras.extr.de dolo & contuma.finem,nec debet aliquis ſine iu
dice turbare alienam poſſeſſionem. Si verò agitur ad pœnam pp
h vim inquietatiuam,vt ff.vti poſſi.l.j,& l.penul.§.fin.[h] tunc excep
32 tio ſpoliationis prodeſt,& admittitur. †Et nota,ꝙ cum agitur in
terdicto Vti poſſidetis, ſi partes ꝓbant æqualiter ſe rem, de qua
agitur,poſſidere,iudex ꝓnunciabit: Vti poſſidetis, ita poſſideatis.
Sed contrà:quia ſi vterque ꝓbet ſe ęqualiter poſſidere,cùm non
ſit maior ratio,quare vnus poſſideat,quàm aliter:non conſtat ei,
qui poſſideat:vnde debet ſuperſedere, cùm ſuꝑ re incerta nõ ſit
ſententia ferenda,vt j̃.de ſententia. §.qualiter autem. ꝓpe princ.
& ſecundum hoc neuter obtinebit,vt not.extra.de ꝓbat.licet.ad
i fin,in gloſſ.bene tamen locus, &c.[i] † ¶ Quid ſi ego peto fun-
33 dum à P.& poſſeſſionem eius,condictione ſine cauſa,vel ex iniu
ſta cauſa.& probo me poſſediſſe per decem annos, ſed non ꝓbo
titulum,P.probat ſe poſſediſſe biennio. nec probat titulum? Re-
ſpon,dicunt quidam, quòd ego debeo obtinere: quia præſumi-
k tur,quòd à me clàm poſſederit.cùm non fui abſens[k], nec negli-
gens.nec ſine ſucceſſore deceſſi: quibus modis poſſeſſio amitta-
tur,& ſine vitio apprehenditur,ff.de vſu.furtum.in fin. Inſtit. eo.
§.quod autem.ff.de acqu.poſſ.clam. quia non præſumitur,quòd
aliquis iactet pecuniam ſuam, ff.de proba.cùm de indebito.Roſ.
dixit,quòd mihi iudicis officio ſubuenitur,vt C. libr.x.de agri. &
cenſi.ſi coloni.& argu.ff.de aqua plu.arcen.in ſumma.§.idem Va-
rus.Alij contrà,quòd P.vincet eo iure,quo poſſeſſor,ff.ſi vſusfru
ctus. pet. vti frui. quia qualiſcunque poſſeſſor. &c.ff.vti poſſ.l.2.
& vbi iura partium obſcura ſunt,&c.extra.de probat.ex literis.In
ſtit de interdic.§.commodum.& ad hoc C.de rei vendic.l.fina.&
l quod not.extra.de reſtit.ſpo.ſæpe.& hoc verius videtur[l].Debeo
enim ꝓbare,quòd ille clàm, vel precariò poſſideat:aliàs mihi nõ
creditur,ff.de adminiſt.tuto.hic autem.ff.de dolo, l. dolum.ff.de
reg.iur.ſemper in dubiis.Sed Iac.Bal. tenet prius dictum, dicens,
quòd ſi conſtat me olim poſſediſſe, licet P.nunc inueniatur poſ-
ſidere,tamẽ ego fortior ſum in poſſeſſione:quia cùm ſemel poſ-
ſederim, præſumor poſſediſſe, niſi probet me amiſiſſe poſſeſſio-
nem,C.de probat.ſiue.ff.de acq.poſſ.ſi id,quod.§. quid autem. &
l.poſſidere.§.quòd ſi quis.quare prę́ſumitur P.clàm poſſidere,vt
dixi:nec prædicta præſumptio locum habet in poſſeſſione, ſed in
m dominio,vt C.de in inte.reſtitu.ſi cùm minorem[m].¶† Nota ta-
34 men diligenter cautelam, tu aduocate, ꝑ q̃ poteris facere tuum
clientulũ obtinere.Si.n.videas vtranque partem æqualiter ꝓba-
re,dic ei,ſi potens eſt,quòd poſſeſſionem,de qua cõtrouerſia eſt,
manu armata ingrediatur,& quòd denunciet aduerſario,vt veni
at ad poſſeſſionem,ſi audet: qui ſi non veniat, quia ſuſpicatur ſe
poſſe repelli,ſtatim perdit poſſeſſionem, quam ſe dicebat habe-
re,ff.de acquir.poſ.ſi id, quod.vnde tunc clientulus tuus erit po-
tior,& ſi eat eiectus ad iudicem,dicens,Domine,talis me violen-
ter de poſſeſſione deiecit,& eam ꝓpria auctoritate ingreſſus eſt,
vnde eum peto puniri & priuari iure,quod ſe in re dicebat habe-
re,cùm auctoritate ꝓpria ingredi non debuerit,ꝑ l.ſi quis in tan-
tam.C.vnde vi.& 16.q.6.placuit.clientulus reſpondebit,Domi-
ne,imò ꝓ me ſententia eſt ferenda:æquè enim ꝓbauerã me poſ-
ſidere,ſicut & ille.vnde meam poſſeſſionem,& nõ alienam ſum
ingreſſus,& ſic meam poſſeſſionem retinui, & aduerſarius, ſi qđ
habebat,perdidit,ꝑ præ.l.ſi id,quòd. Sic fecit fieri Rogerius Mu-
n tinen.prout recitant Vber.de Bo.& Roſ.[n]†¶Item nota & aliam
35 cautelam: ſi vis, quòd amicus tuus apprehendat poſſeſſionem
alicuius rei abſque vitio,quam ad ſe aſſerit pertinere,eo ignoran
te fac poſſeſſorem ſpoliari, & ꝯfeſtim deſerere poſſeſſionẽ corã
teſtibus:& ſic ea vacua remanente,nuncia amico tuo,vt vacuam
apprehendat poſſeſſionem: nec per hoc videbitur ratam habere
ſpoliationem:nec dicitur rem à deiectore recipere, ſecũdum ea,
quæ

ADDITIONES.

a Et meliùs,¶ſecundum Odof.vt ipſe idem auctor dicit j̃.de ſentẽ.
execu.§.j.ver.ſed pone,qui ſuperfluè ibi ponitur:ſaluo,ꝙ hoc ibi
exprimit & caſum legis,& decret. quæ ſunt allegatæ j̃.in fin.quæ
hîc exprimi poterant.
b §.fin.¶Vide verſi.illud autem.§.eo.cum remiſſione, quam dedi
in fine.
c Inferentis vim.¶Vt patet in cle.de cau.poſ.cauſa. & an liceat ca-
ſus conuerſus,vidè,quod ibi.no.in gl.per hoc.
d Non.¶Vide de hoc,quod plenè ſcripſi in ca.paſtoralis.ſuper gl.
pe.in 2.apoſtilla.
e De intedictis.¶s̃.ver.vt autem.Nec mireris de diſtantia:quia ver.
ſed licet.ibi proximus,vſque ad ver.poteſt etiam.fuit additio.
f Nihil.¶Et facit,quod ibi no.& pleniùs ſcripſi in prę.c.paſtoralis
ſuper gl.ad intelligentiam.& ſuper ver. vti poſſidetis.
g Dixit Vin.¶in dec.2.de or.cog.vt ibi ſcripſi ſuꝑ gl.hoc patet.ſed
Innoc.in dec,fi.e.ti.ſimpliciter tenet agenti Vti poſſidetis obſta-
re exceptionem ſpoliationis, vt ibi ſcripſi in gl. magna poſt prin.
Vtrunque dictum puto verum:illud ſimpliciter,iſtud verò ſic li-
mitatum pp morę periculũ,s̃.ver.proxi.vide tamen,quòd plenè
ſcripſi poſt eum & Hoſtien.de p̃ſcri.veniens.in gl.iſte epiſcopus.
h §.fi.¶Et vt ibi no.in vlt.gl.venit.in hac pœna intereſſe poſſeſſio-
nis turbatæ,quòd quandoque poſſet excedere æſtimationẽ poſ-
ſeſſionis:& ſimile dixi in interdicto Vnde vi.s̃.de recon. §.2.verſ.
quid ſi conuenio.
i Locus,&c.¶Ibi patet,quòd id,quod hîc in princ. dicitur,proce-
deret,quando duo æqualiter probarent ſe poſſediſſe, tamen di-
uerſo modo.
k Abſens.¶Hoc reſumam in fi.§.
l Videtur.¶Secundum Alber.Gal.cuius vſque hîc,excepto dicto
Roſ.fuit iſte ver.ti.de teſte.in vlt col.
m Minorem.¶ Vide ad materiam s̃.de act.ſeu pet.§.ſequitur.verſi.
quid ſi ago,& quod ſcripſi de reſt.ſpol.cùm ad ſedem.ſuper 3.gl.
n Roſ.¶ Qui hoc poſuit đ interdicto Vtrobi. in j.col.Pet.& Abb.
hãc recitabant in decr.licet.de ꝓb.& vt ibi ſcripſi ſuꝑ gl.bene th.

a quæ habentur & no.extr.de rest. spol.cùm ad sedem[a].& de ordi. cog.cùm dilectus.imò vsucapere posset,prout ibi no.in gl.sic pa-
b tet.ver.sed hoc non est[b].vnde habebit commodum retentionis, vt xvj.q.3.§.potest.ver.quòd si mala fide.ext.de ord.cog.cùm dilectus.prope prin.C.de præscri.xxx.vel xl.ann.si quis emptionis. nec competit contra eum interdictum Vnde vi:& in hoc fuerũt decepti hospitalarij,in præ.c.cùm ad sedem.credentes interdictũ
36 Vnde vi,hoc casu locum habere. ¶†Sed pone: vacante ecclesia P.occupauit quandam possessionem ad eam pertinentem:electo autem ibi prælato, repetit prælatus dictam possessionem à P. petens eum,tanquam inuasorem,puniri: sed P.dicit, quòd intrauit vacuam & vacantem possessionem,vt ff.de vsuc.nunquam.§.va-
c cuum tempus.& C.vnde vi,quærebatur[c].Sed dic,quòd non dicitur vacua talis possessio:quia ecclesia & locus dicitur possidere, & ius habere,vt C.de epis.& cle.l.raptores.§.sin autem.ibi, & plenam pos.earundem rerum,&c.& de sacrosan.eccles. iubemus. §. si quando.quia ecclesia nunquam moritur, vt xij.quæ. ij. liberti.
37 ¶†Quid si ciuitas per ministros suos possidet,vt ff.de acq.pos.l. j.in fi.sic & ecclesia possidet per canonicos:quia vacante ecclesia apud eos remanet iurisdictio,vt extr.de maior.& obed. cùm olĩ. & c.his quæ.vnde non est necesse, quòd factus episcopus intret quamlibet possessionem:sed sufficit, quòd intret possessionem
38 episcopatus:ar.ff.de acquir.poss.possideri. ¶†In summa.no.secũ
d dum Iac.Bal.[d]quòd vbi duo contendunt de possessione,& quilibet dicit se in solidum possidere,&vnus turbat alium in possessione,nec vult vnus de alio conqueri,nec vult vnus alteri libellum dare,quasi sustineat partes rei,& commodo possessionis fungatur, iudex potest ex officio suo eos citare,&cogere suam petitionem offerre:vel potest illud iudicium possessorium sine libello determinare,recipiẽdo probationes vtriusque partis,vt sciat quis illorũ subire debeat onera petitoris,&quis vtatur commodo possessionis: vt ar.ff.de lib.cau. liberis ẽt.§.si quis ex seruitute.& quia hoc vult iudex,s.vt sine libello questio finiatur,cuius iussus facit,vt contractus teneat,qui aliàs non teneret,vt ff.quod cum fal.tu.auct.l.j.& C.de lit.contest.auth. qui libellum.quæ est 3.qu.3.§. spatium.Ex officio enim suo debet partes cohibere,ne veniant ad arma & rixas,ff.de vsufr.si cuius.§.denique.& vim fieri vetabit ei, quem in possessione inuenerit potiorem:de hoc ĩ.de lib.conce.§.nunc di
e cendum.ver.xxij.[e] ¶†Postremò no.consilium Sapientum circa
39 interdictum Vnde vi,& const.Si quis in tantam.si enim non possum probare,quomodo possedi, consulunt, vt possim probare, quomodo sum deiectus, quòd intrem in fundum testibus & tabelliõe præsentibus:& si is qui possidet,permittit, possessionem habeo:si verò me intrare volentem non admittit, sed me incõtinenti possessione expoliat,de quo fieri faciam publicum instrumentum,possessionem amitto incontinenti:vt ff.de acquir.poss. clàm.§.fi.& l.quòd si noluit.& l.si id,quod.& sic habeo interdictũ nam si probo,quod olim hoc anno possederim, illam possessionem animo retinui:quod semper de quolibet præsumitur,s.quòd animo retineat,nisi fortè videres illum possidere,vt ex tua patientia pararetur tibi præiudicium,vt C.de acquir.poss.minus.& nisi lõgum tempus transierit,quo fuit ille in possessione:nam ex longo
f tempore sequitur obliuio,ff.de vsufruc.furtum.secundum Rof.[f] Quæ autem hîc desunt, dic,vt s.de act.seu petit.§.sequitur.versi. rursus.

ADDITIONES.

a Sedem. ¶Et ibi hanc cautelam no.Petr.de Samp.
b Non est. ¶Intellige,vt ibi scripsi post Host. quando expellens possessionem non apprehendit,ita quòd res non fuit violenta: ibi vid.
c Quærebatur. ¶Ad hanc quæstionem vide,quod scripsi de causa pos.cùm super.in gl.magna.ver.per priùs dicta.& de præb.in præsentia.in gl.nota,quòd licet.ver.hoc in tẽporalibus. ADDE Ab. in c.cùm dilectus.de causa poss.vbi hoc dictum Spec.refert & sequitur.
d Bal. ¶& Inn.& Host.vbi scripsi in dec.in præsentia.de prob.in gl. no.quòd licet vltra princ.
e Xxij. ¶Et ad huius intellectum vide omnino,quod ibi dicam.
f Secundum Rof. ¶Vbi de interdicto Vnde vi,vltra mediũ,ver.itẽ vt habeat locũ. Ad intellectum autem ei⁹, quod hîc de obliuiõe, i.& s.versi.quid si pero.de absentia dicitur, proponitur quæstio de illo possessore fundi,qui lõgo tempore abfuit,& nil tẽpore absentiæ fecit circa fundũ,per quod videatur,vel dici possit habuisse animũ possidẽdi,vel dimittẽdi,an fundo per aliũ occupato,rediẽs,& dicẽs se nõ deposuisse animũ possidẽdi,habeatur pro ciuiliter possidente? Et forma ¶tiõis tollit distinctionẽ,qua dicitur:aut cõstat, quod retinuit animũ possidẽdi:aut cõstat,quod deposuit:lex,furtũ.hîc allegat.& ea. sl.§.qđ aũt.ĩ pd.ver.qđ si peto.ĩducũtur cõ absentẽ:ĩducit et l. C.de omni agro deser.q agro.lib.xi.sed solue hoc,vt ibi no.ĩ &ĩ l.licet. C.đ acq.pos.ĩ fi.vl.gl.pro eo inducit:q a solo cursu tẽporis non perditur possessio,ff.quib.mod.vsusfr.amit.l.si mulier.facit de acqui. posses.clàm possidere.§.qui ad nundinas.& l.peregrè.datur solutio,quòd solo cursu temporis non perditur possessio: sed cursus longi temporis modus est obliuionis inducendæ: & obliuio est modus inducẽdi dispositionem animi:& dispositio, vel indispositio animi modus est perdendæ possessionis:& sic loquitur l.furtũ §.quod autem.vt in illis no. ¶Sed cùm l.illa,furtum.expresè loquatur de absentia lõgi temporis,quæritur,quantum tempus ad hoc requiratur?gl.vtrobiq; tenet hoc per iudicem arbitrandum, quanto tempore obliuio inducatur:inducit ff.de iure delib. l.j. §. fi.& l.seq.inducit ff.de dam.infect.l.si finita.§.nõ autem. & quod ibi no.de longo silentio:ponderat etiam,quòd §. quod autem. đ absentia simpliciter loquitur,non de absentia longi temporis. pro dicto gl.facit,quia ex qualitate rei possessæ & personæ possidentis,& causa absentiæ,& quantitate distantiæ,& quantitate loci, quod mansit,iustè plus vel min⁹,videtur arbitrãdum. Aliqui intelligũt de decennio,facit C.de præscri.longi temp. super longi. Sed hoc apertè improbat ipse Acc.in præ.l.furtum.& fortiùs C.de acqui. posses.licet.in vlt.gl.vbi videtur velle,quòd nec decem anni requiruntur,nec illi sufficiant ad obliuionem inducendam,sed sit in arbitratu.Dy.in reg.sine possessione.lib.6.tenet de decennio,dicẽs vt ibi scripsi,quòd si ciuiliter possidens neglexerit naturalem per decem annos,vel vltrà,quòd illa negligentia circa possessionem naturalem,priuat eum possessione ciuili:sicut aliàs negligentia commissa in adipiscenda, vel recuperãda possessione naturali inducit perditionem ciuilis,ff.de acquir.posses.si de eo.§.si fortè,& per id tenet,quod post illud tps,& non priùs, incipere poterit præscriptio contra absentem tunc non ciuiliter possidentem:ibi vide. Quoad quęstionem submissam,placet dictum Dyn.vbi circunstantiæ non suadeant contrarium:satis mouet,quia intra decennium intimare,vel aperire debuisset animum possidendi per aliqua gesta vel scripta.Possent tamen esse tales circunstantiæ ad minus tẽp⁹ vel maius,quòd starem cum Accur.facit extr.de transac.c.fi.cum concor.Ex prædictis patet,quòd eo casu,quo tenuit ciuilem,veniens,&occupantem expellens,non dicitur vim fecisse,sed suam possessionem defendisse.facit C.vnde vi,l.j.& quod ibi no.& ff.đ vi&vi ar.qui possessionem.Adde,quòd dictum Dy.communiter tenetur in l.si id quod.ff.de acquir.poss.& illud tenet Paul.de Castro.cons.ccxcvj.

SVMMARIVM.

1 *Iniustè suspensus,aut excommunicatus,ante omnia est restituendus.*
2 *Vxoris restitutio quibus casibus sit viro deneganda.*
3 *Excommunicatus petens restitutionem vxoris,an sit audiendus.*
4 *Spoliato multis modis,seu de diuersis rebus committi potest.*
5 *Spoliatus officio quo casu agere possit,& quo non.*
6 *Spoliatus communione fraterna an ante restitutionem sit audiendus.*

¶Casus restitutionem impedientes sunt plures.

2.§.Quoniam in superiorib⁹ spoliatum ante omnia restituendum diximus.no. quòd sunt quidam casus, qui restitutionem impediunt, seu in quibus resti-
a tutio denegatur[a]. ¶ Primus, cùm spoliatio fit à iudice in figura iudicij,secunda.quæstione. prima. notum.secus si non in figura iudicij,vel si ab alio quocunque fit, præterquam à iudice. nam
b tunc fiet restitutio,vt ext.de restitũ.spol.licet in literis[b].&[c]cc.se-
c quen.ĩ.ver.& vt hoc. ¶Secũdus,intrusio in Romanam sedem,7. q.j.§.patet.&xxiij.dist.in nomine.ver.nec aliqua super hoc audiam,&c.&est speciale in Romana ecclesia,vt in prę.§.patet. ¶Tertius,dilapidationis suspicio,iij.q.ij. quia ea. sed hodie non spoliatur quis,nisi dilapidatione probata,vt extr.de simo.licet Heli.§. quia
d verò[d]. ¶Quartus criminis enormitas,2.q.v.sup causa.[e] ¶Quin-
e tus,infamia publica,ij.q.v.presbyter si. ¶Sextus,criminis euidentia,ij.q.j.manifesta.& c.de manifesta.& c.scelus.extr.de accus.euidẽtia.Sed quæritur,an in notoriis admittatur exceptio spoliatio
f nis?dicit Vinc.[f]quòd non,quia est dilatoria:& in notoriis ampli⁹
g est,quàm sit litis cõtestatio. ¶Septimus,simonia[g],extr.de diuor. significasti.&de simo.accusatum.&c.tanta. ¶Octauus,contumacia,3.q.9.đcernim⁹. ¶Non⁹,scãdalũ,3.q.6.hoc quippe.& ij.q.j.ĩ pri
h mis. ¶Decim⁹ absentia[h]iusta đ cã,nõ malitiosa,extr.de off.del. cõsulta

ADDITIONES.

a Denegatur. ¶Ex his aliqui no.3.q.j.in summa.
b In literis. ¶Sup.&duobus casibus.hoc dico,vt includatur dec.cõsequenter.quæ facit ad propositum.
c Et. ¶duobus.
d Quia verò. ¶De off.del.venerabile.de causa.c.vltimo.
e Super causa. ¶Vel dic,vt ibi.
f Dicit Vin. ¶de ap.proposuit.vbi dixi in vlt.gl.ADDE Ab.in c.Ro. de ord.cog.
g Simonia. ¶supple,notoria:dec.sequens facit ad propositum.
h Absentia. ¶Supple aduersarij,contra quem petitur.

fultationibus.¶Vndecimus,continuata deiectio,vt iij.q.1.§.fi.&
extr.de restit.spoliat.olim.j.¶Duodecimus,in modum exceptio
nis probata spoliatio,extr.de ord.cog.cùm dilectus.& s. §.proxi.
¶Tertiusdecimus,secundum quosdam,si spoliator incontinen-
ti vult probare exceptionem,vt extr.de restit. spol.literas. §. nos
autem.ver.propterea.& ff.ad exhib.l.iij.§.ibidem.Sed hoc non ē
verum,prout no.in præd.§.nos autem.in gl.hîc patet quòd licet.
&c.& de hoc ij.q.v.super causa.¶Quartusdecimus, rei iudicatæ
exceptio,à qua non est appellatum,ij.q.vj.§.diffinitiua. Quintus-
decimus,pacti,vel iurisiurandi exceptio, secundum quosdam,ex
trà.de resti.spoliat.accepta.¶Sextusdecimus,si quis sub conditio
ne possidet,eo.ti.olim.j.¶Decimusseptimus,si ex gratia,vel pre-
cario possidet,x.q.3.qa cognouimus.extrà. de exces. prælat.cùm
ad quorundam.¶Decimusoctauus, si possidet vt colonus, ff.de
vi & vi arm.cùm fundum.¶Decimusnonus,cùm à malefidei pos
a sessore res peruenit ad verum dominum[a]:vt extr.de ordi. cog. c.
2.ver.verùm.& C.de præscrip.30.vel xl.an.si quis emptionis.§.si
b autem[b].¶Vicesimus,cùm prædo spoliatus,& verus dominus rei
concurrunt eodem tempore in repetitione rei.ff.deposi. bona fi
1 des.de restit.spol.in literis.†¶Vicesimusprimus,excommunica-
tio,extr.de iud.intelleximus.& de except.cùm inter.& xj.q.iij.rur
sus.in fi.& j.ver.prox.ibi,& octauus. & no.xxiij.di.c.j.versus finē,
c ver.quid si quis contra[c]. ¶Vbi autem quis est iniustè suspensus,
vel excommunicatus,ante omnia restituendus est,si id petat: vt
no.ij.q.ij.nullus potest.¶Vicesimussecundus,in omnibus illis ca-
sibus,in quibus audientia denegatur:quòd dic,vt no.in præ. ver.
si quis contra.¶Vicesimustertius,hæresis.extr.de hæret.excom-
municamus.§.credentes.¶Vicesimusquartus,si spoliatus renun
ciauit quæstioni spoliationis:extr.de rest.spoliat.c.j.¶ Vicesimus
quintus,si spoliator non est soluendo,e.ti.olim.ij.¶Vicesimussex-
tus cùm spoliatus non habuit veram possessionem,sed solùm de
2 tetationem,e.tit.olim.3. ¶†Sed & in causis matrimonialibus in
certis casibus viro restitutio denegatur vxoris:vt not.extra.vt li-
d te non contesta.c.1.[d]qui his versibus continentur,Si non conti-
nuit,vt extrà,de diuort. significasti. Si mox probat impedimen-
tum,extr.de restitu.spol.literas.§.nos autem. sitq; vir austerus,vt
ibi,& eo.ti.ex transmissa.& de spon.cùm locum.Moysi sit lege re
licta,vt extr.de diuor.gaudemus.§.qui autem. Si virgo fuerit, &
corrumpi timeatur,vt extr.de pro.casam matrimonij.Si non pos
sedit iustè,extrà de restit.spol.ex parte. Vel si violenter,vt in præ.
3 c.cùm locum.Casibus his septem domini non restituuntur.†Est
& octauus,si vir sit excommunicatus,vel econtrà: extr.de adult.
c pen.& in præd.c.intelleximus.& de officio deleg. prudentiam.
§.sexta.Arg.contrà:quia quæstio spoliationis priuilegiata est, iii.
q.j.redintegranda.ext.de ordi.cogn.super eo. Sed dic,quòd non
auditur excommunicatus.petens restitutionem vxoris:sed iudex
ex officio suo debet eam sibi restituere:ar.extrà de iureiur.c. 1.&
c.debitores.secundum G Na.&Io.vt no.xi.q.j.quoniam multos.
4 ¶†Et vt hic articulus clariùs liqueat, nota.quòd spoliatur quis
qñq; reb[9],vel beneficio,aut ab aduersario,aut ab alio q̄ ab aduer-
sario,quandoq; officio,quandoque communione fraterna.Si re
bus,vel beneficio, aut ab aduersario, aut ab alio quàm ab aduer-
sario,aut à iudice.Si ab aduersario,tunc ante litis ingressum resti-
tuitur:siue in ciuili,siue in criminali,vt extra:de restitut.spol.fre-
quens.lib.vj.nisi in præmissis casibus,in quibus restitutio denega
tur.Si verò ab alio,quàm ab aduersario,in ciuilibus non auditur:
in criminalibus autem habet exceptionem,dummodo spoliatus
sit tota substantia sua.vel maiore parte ipsius,vt in præd.c.frequ-
ens.Cęterùm si sit spoliatus à iudice,aut à non suo,quo casu non
tenet.quod fit,vt extr.de iud.at si clerici.xj.q.j.in clericorum.ij.q.
j.multi,in prin.& ideo facienda est restitutio ante omnia. extr.de
ord.cog.c.ii.& fi.Aut à suo iudice:& tunc aut fuit spoliatus absēs
aut præsens. Si absens,aut fuit absens ex iusta causa, quo casu re-
stituetur,vij.quæst.j.præsentium, aut ex contumacia,& tunc aut
in causa ciuili,quo casu intra annum offerens cautionem de stan
do iuri,restituitur,vt extr.de off.ord.pastoralis.in fi.cum suis con
cor.aut in criminali,&tunc si intra annum suam purgauerit inno
centiam à crimine,audietur de iure petitorio,non possessorio,vt
xj.q.iij.rursus.in fi.& s.de contum.§.sequitur.Si verò præsens spo
liatus fuit à suo iudice,aut post appellationem,&tunc non tenet
quod agitur,vt ij.q.vj.appellatione interposita, aut ante appella-
tionem, & tunc aut seruato ordine iudiciario , aut prætermisso.
Si seruato,tunc nunquam restituitur,nisi appellauerit. vel per q̄-
relam falsi,s.si sentētia sit lata per falsos testes,vel per falsa instru
menta:& tunc restituitur postquàm constiterit de iniusta spolia
tione,vt ext.de testib.ex parte A.Si prætermisso.tunc statim resti
tuitur,si de hoc constiterit,extr.de rest.spol.conquerente.& j.q.
j.notum.extr.de rescri.dilectus.s.in prin.huius §.nisi impediat in-
trusio.vel dilapidatio,vel criminis enormitas.vel cōtumacia,vel
5 scandalum,s.ver.ij.vsque ad ver.nonum ¶†Porrò si fuerit offi-
cio spoliatus,aut à iudice non suo, quo casu nil agitur:aut à suo,
sed post appellationem,& tunc idem,vt pridem, quia nil agitur,
vt extr.de off.del.super quæstionum.in fi.& ij.q.vj. appellatione.
extr.de app.ad præsentiam.vel à suo,sed ante appellationem: &
tunc dic per omnia,vt s.ver.si verò præsens.vsque ad ver.porrò.
6 ¶†Verùm si sit spoliatus communione fraterna, aut à non suo
iudice:& tunc nihil agitur,vt ij.q.j.in primis.extr.de sent.exc.per
tuas. Aut à suo,& ante appellationem:& tunc semper tenet,quo
cunque modo spolietur,donec fuerit restitutus,xj.q.iii.c.j.& c.si
episcopus forte.extr.de sen.exc.sacro.& c.per tuas.& hæc spolia
tio,s.excommunicatio,opponitur contra spoliatum,s.contra ex
communicatum,vt non audiatur,donec fuerit restitutus, s.vers.
xxj.sed superiores tantùm à spoliato contra spoliatorem, ext.de
e ord.cog.c.ij.secundum Pet.de Samp.[e]

ADDITIONES.

a Verum dominum.¶Sine ipsius dolo,vel violentia:vt ibi scripsi.
b Si autem.¶Aliàs,si verò.
c Contra.¶Et ext.de procur.ex insinuatione. in gl.pen.quæ com-
muniter habetur pro vltima.
ADDE Abb.Sic.in c.secundo.in notabilibus, extrà de exce. item
adde ad versic.sequen. ibi, vicesimus. quoties. Item tenet Rot.in
antiquis,etiam in eo, qui spoliatus fuit beneficio, vt si renuncia-
uit restitutioni petendi,non possit restitui,in decis.lxviij. & in de
cis.cccclxxviij.
d C.j.¶in 4.gl.& ver.qui sequuntur,posuerunt Pet.& Ab. in decr.
ex transmissa.de resti.spol.
e Pet.de Samp.¶In dec.conquerente.de restit.spol.& quia de spo
liatione facta per iudicem plura membra sunt,s. proponitur tale
thema post dec. Io.execrabilis impetrauit A.contra B.literam pa
palem ad ordinarium,quòd si constaret,dictum B.contra dec.prę
dictam tenuisse decanatum & præposituram,quorum vtrunque
curam animarum haberet.præposituram illam conferret aucto-
ritate apostolica illi A.ordinarius executor illo B.non citato,co-
gnito de facto præposituram contulit, & in possessionem indu-
cit dictum A.expulso illo B.de possessione: causa p appellationē
ipsius B.contra executorem,& illum A.ad sedem apostolicam d
uoluta ipse B.beneficio cle.vnicæ,de causa pos.& proprieta.pro-
sequendo possessorium, petebat ante omnia restitui: habebat p
se regulam iuris,de spoliato ante omnia restituendo,de qua satis
s.etiam non facta sit per iudicem,de restit spol.conquerente.vij.
q.j.præsentium.C.vnde vi.l.meminerit.& si per vim. vel alio mo
do,l.ij.ostendebat autem spoliatus titulum de possessione:consta
bat per literam aduersarij,de spoliatione probabat, concludebat
se debere in possessorio obtinere. Contra eum allegabatur, exe-
cutorem sine omni causæ cognitione potuisse procedere, per
not.per Innocen.de concess.præben. proposuit.vbi scripsi super
ver. inuestiuit. Sed huic breuis est responsio, quia de mero exe-
cutore loquitur, dato ad exequendum gratiam iam factam: hîc
de facienda erat commissio cum causæ cognitione: & hæc duo
sunt diuersa,vt infrà declarabitur. Quòd verba prædicti rescripti
faciant cognitionem,probatur.de rescrip.c.ij.& c.olim.& c.ex li-
teris.& c.ab excommunicato.& saltem de tribus,quòd possede-
rit,& contra constitutionem,& quòd vtraque curam habeat, &
talem,qualem exprimit dicta constitutio in fine.Quomodo autē
potest executori constare illo non vocato,quòd contra constitu
tionem tenuerit,quod est secundum s.diuisum,cùm sibi,vel suc
cessori papa Ioannes legem imponere nō valens, potuisset ēt in
curatis cum illo B.postea dispensasse: facit, quod statim subdam.
Itē cùm loquimur de mero executore, & tali,qui parte non vo-
cata possit facere collationem, possessorē tamen possessione pri
uare non potest,nisi ipso possessore vocato,cui forsan ius reten-
tionis competit.hoc habetur de præben.licet.ij.libr.vj. & not.il-
lud,forsan.quod facit ad id,quod proximè dixi.Itē no. quòd dec.
loquitur in ordinario collatore,cuius iurisdictio fauorabilior est
quā delegata:sufficiat decr.vlt.de re iud.Dat ergo regula,nūquā
possessorem,saltem coloratum,posse ēt p iudicē sua possessione pri
uari,nisi causa de hoc cognita,& sic eo citato,p iura not.in gl.pe.
pdictę dec.licet.Est enim citatio principiū omnis iudicialis actus
etiā extraordinarij.vt patet in dec.quoniam.de proba.Inst.d pœ.
teme.lit.§.fi.& vide,qd dixi de citatio.in prin.Nō obstat. quod di
citur,quòd sentētia iuris nō debet esse minoris effectus,quā sen-
tentia hominis:cōcedatur efficacia,sed narrat diuersitas quia sen
tentiā iuris sequitur pbatio,quæ præcedere habet sententiā ho
minis. Si dico igitur te excommunicatum, vel priuatū p sentē iā
iuris, necesse habeo probare actum.per quē illā pœnam ius infli-
gat:& sic intelligant no.3.q.j.in summa. Item dicunt quòd sentē
tia hominis lata super pprietate.abdicat possessionē sicut & renū
ciatio,de rest.spol.sollicitè.& vide qd dixi post Inn.de renun.sup
hoc.super gl,licet non sit idem.ergo in sentētia iuris,scilicet exe-
crabilis:

crabilis: sed negatur hæc duo vera sententia enim iuris ciuilis est possessio verò est facti:& certum est,executionem necessariam, quæ nec fieri debet,si intra decenniū appelletur:& si fieret,reuocatur per modum nullitatis.sufficiat decr.non solùm.de app.lib. 6.Item non est vera æquiparatio sententiæ & reuocationis.quia sententia non supponit animum dimittendi, quem supponit renunciatio,vii.q.j.quàm periculosum.ff.de ædil.edic. quæritur. §. pen.Item inter actus,qui fiunt in inuitos,& reos,qui mittūtur cō sensu,magna est differentia in operatione & efficacia:facit de rescri.cùm aliquib.li.6.vbi de hoc in gl.no.verbum.& patet ex duabus legib⁹ ꝯiunctis,ff.de pig.act.l.j.& l.ñ est mirū.e.tit.renunciās videtur habere rem pro derelicto,cuius contrarium ostendit appellās.Ad primum ff.de acqu.pos.si quis vi.§.differentia.facit de conces.præb.c.j.§.ex parte.lib.6.Adde,vt Plinius dixit in ꝓœmio historiarum,turpe esse in furto deprehendi:ideo hanc additionē vide pleniùs per Old.cons.ccxxvij.inci.de toto themate.

ADDITIONES NOVAE.

§ An sit dare petitorium & possessorium fraternitatis, sicut filiationis.Bar.in l.siue contra,de lib.agnos.§.quia.& §.pen.Cynus in l.non epistolis.C.de prob.

§ An lis mota in possessorio impediat præscriptionem in petitorio.Iac.de Are.in l.si de uia.de aqua quoti.& æstiua.

§ In l.æquissimum.de vsufruc.dicit Guido de suza.ꝙ si duo ꝯtēdant super possessorio alicuius rei,& ambo æqualiter probent đ possessione per æquè idoneos testes ; ꝙ iudex super possessione non debet aliquid pronuntiare,sed debet dictam rem sequestrare,& partes audire super proprietate.& hoc arg.huius legis.

§ Nota ꝙ quis potest nominare dominum ī iudicio possessorio, sicut in petitorio,gl.in l.locum.§.j.de tab.exhi. & xij.q.ij. c. quocunque.s.quòd sit dominus nominandus.

§ An pendente appellatione in iudicio petitorio possit sententia mandari executioni in possessorio.Dynus in c.qui ad agendū. de reg.iur.lib.6.

§ An interdictum possessio. recuperan. repellatur per exceptionem dominij.Dynus in dicto c.qui ad agendum.

§ Si aliquis intentat petitorium & possessorium super eadem re & probat de possessione tantùm,an debeat in vtroque succūbere.vide c.cum dilectus filius.de capel.mona.& ibi per Inn.

§ Nota ꝙ clandestinum possessorem possum propria authoritate repellere,no.gl.in l.j.§.interdum autem. & incipit quod vltimo.vti possi.

§ In l.quotiens.C.de rei ven.dicit Bal.secundum Iac.de Are.ꝙ si sint duo habentes titulum de eadem re in simul litigantes,& vterq; probat de possessione , ꝙ ille iustiorem possessio.præsumit habere,qui probat titulum priorem.

§ In l.vis.C.de prob.dicit Bal.notab.ꝙ qñ nemo vult se actorē ꝯstituere,sed armis dimicare,iudex etiam sine libello inquiret de possessione,& constituet quinam possideat, l.liberis.§.si quis.de lib.cau.Bal.in l.si quis super iure.C.fini.regun.

§ In l.si rem & pretium.de peti.hære.in gl.j.ibi,respondeo hic titulus habetur pro non titulo,&c.nota bene,ꝙ quotiens possessor ad excludendam petitoris actionem procurat titulum à non possessore,præsumitur simulatus,& per hoc vide q.Cy.in l.cogi. C.de pet. hæred.in q.viij.in additio.Bal.facit,& quod no.in l.& si quidem.ff.de publiciana.

§ An ex multis præstationibus personalibus resultet possessoriū Bal.in l.j.§.de fideicom.tenet ꝙ non.fac.quod no.in l.si certis annis.C.de pact.& responde ad capitulum querelam.de electione. quòd ibi loquitur in præstatione subiectiua, quæ fit à subdito,sicut est census,& similia.

¶Bald.de Petitorio & Possessorio.

NVDA possessio in petitorio ꝓualet nudo dominio:sed possessio vestita dominio,ꝓualet nudæ possessiōi,ff.de ꝯh.emp.l.si emptio.§.rei.B.¶Vbi allegatur spoliatio,vel rixa,ēt tpe feriato agit, §.j.ver.sed pone.quod no.G.¶Vbi ciuiliter agitur,non opponit exceptio spoliatiōis,nisi spoliāti:sed in criminali cuilibet,& in rē est,ver.& ibi euidenter.¶An detinens & non habens veram possessionem,deiectus possit petere restitutionem,ver. sed nūquid depositarius.& ver.seq.G.de hoc dic,vt no.ff.de cōd.fur.l.& ideo §.Neratius.in gl.ord.Bal.¶Postquā est ꝯclusum in causa,iudiciū suspendi non pt,nec differri,vers.& scias.G.facit in auth. vt cùm de ap.cog.in prin.ff.de mino.l.iij.§.j.C.de adul.l.quamuis indubitati.Bal.Ordo iudiciorum si peruertitur,non valet ꝓcessus:secus si ordo actionum,ver.quid si primo.Gul.facit ff.de euict.l.si mancipiū.§.si cōi.B.vide ī.de impens.§.fi.¶Exceptio declinatoria iudicii nō habet locū in notoriis prius enim est notoriū,quā litisꝯtestatio,§.quoniam.vers.sed queritur.G.facit,quod no.ff.de neg. gest.l.at qui natura.§.cū me absente.¶Spolianti ꝯ spoliatū competit officiū iudicis,vt nō turbet de facto in possessione,arg.l.fi. de off.procura.Cæs.sed non habet interdictū Vti possidetis, nec actionem iniuriarum:quia natura interdicti est,vt possessio, quo ad aduersarium,sit iusta,l.j.in fi.ff.vti possid.de iti.actuq; priua. l.j. §.j.Vin. dixit,quòd etiā interdictum datur, nisi agitur ad pœnam ꝑp vim inquietatiuā,ver.sed nunqd intentāti.G.¶Antiqua possessio si ꝓbetur continuata,ꝑfertur possessioni recenti aduersarij quia facit eam præsumi clandestinā,ff.pro suo,l.si ancilla.sed si ꝓbatur de antiqua possessione per me , & de recenti possessione ꝑ te,cùm ego de præsenti possessione nō ꝓbem,necessariò succūbam,vers.quid si peto.G.Hoc verum,nisi intentauit beneficium c.redintegrandæ.de quo per Inn.de rest.spo.c.sæpe sed fortè hic loquit in interdicto Vti possidetis,vt in c. licet. de prob.& đ hoc vide Vti pos.ver.sed pone,quòd tu.B.¶Vtraq; parte æqualiter ꝓbante,qui de possessione alium expellit,impunè facit,& suam cō ditionem facit meliorem,versi.no.tamen diligenter.¶Expulsio potest probari per publicum instrumentū,vers.postremò no.G.

Incipit II.Partic.huius II.Partis.

a ¶De Litis contestatione [a]. Rubrica.

IN prima huius partis particula,quæ præparatoria sūt ad iudiciū,& quæ sæpe ante principalis causæ ingressum in causis vertuntur, explicauimus: nunc autem nobis cura est ad iudicia properare , à Litis contestatione telam iudiciorum incipientes texere,quæ iudicij est exordium,siue initium,vt ext.de verb.sig.ex parte.ij.xj.q.iij.quicunq;. ff.de iuris.om.iud.& quia.ext.de off.deleg. super quæstionum. §. nos autem.de his,quæ post eam sequuntur , vsque ad diffinitiuā sententiam tractaturi. Videamus igitur,quid sit litis contestatio: b qualiter per quos,vbi,& quando fiat:& quis sit eius effectus[b].

ADDITIONES.

a ¶Pileus posuit hanc rubricam in principio etiā suæ secundæ partis,sed parū de ipsa tradit.¶Tan.eam posuit in prin.suæ tertiæ ꝑtis,& materiā ꝓsequitur.¶Rofr.nō posuit hāc rubricā,nec materiā ordinatè,licet ponat rubricam,à quo, & cui offerat libell⁹:& ī rubricis xj.& sequentibus qñq; de ꝯtestatione loquitur. ¶Vber. de Bob.causa vlt.in prī.sine rubrica de hac tāgit.¶Io.de Deo Cauil.lib.iij.in fi.rubricā ponit,licet modicū instruit:sed in libro Iudicū,prima,ij.& tertia parte,sub qualibet harū posuit hāc rubricā.¶Aegi.fecit tres rubricas:xxx.ann.sub exceptionibus fiat ꝯtestatio.xxxix.& seq.de contestatiōe in principali causa.lxxviij.qualiter fiat in causa appellationis.¶Alber.Gal.de hoc fecit rubricā. ¶Gallicus & alter,de quibus dixi super procemio, distinguentes x.tempore causarum,de hac tractant pro v.tempore.
b Effectus.¶Membra fuerunt Tan.

¶ Quid sit Litis contestatio.

a 1.§.Litis contestatio est principalis negotij apud competentem iudicem[a] facta narratio , & ad eam secuta responsio,extr.de lit.conte.c.vnico,de elect.dudum.ij.de iur. calum.cū causam.de dolo & cont.prout.C.de iud. rem non nouā. §.patroni.

ADDITIO.

a Iudicem.¶Dicit Tan.hincinde facta narratione:& sic dixerat Azo,sed Host.has reprehēdit,secundū quas sequeretur, quòd per positiones & responsiones fieret contestatio,contrà dec.j.eo.ti. Item quia diffinitio plus congruit mutuis petitionibus : & quomodo diffinit.vide in Summa e.ti.& scripsi.e.ti.c.j.post prin. Adde diffinitionem Host.quam sequitur Io.And.in d.c.j.& communiter cæteri Doct.

SVMMARIVM.

1 *Quot sunt in libello articuli,tot dicuntur esse petitiones.*
2 *Forma respondendi libello in Romana curia facto,lite contestata.*
3 *Negans falsum in quodam libello insertum,non dicitur simpliciter negare,sed negare narrata,prout narrantur.*
4 *In libello duo debent contineri.*
Reo dicente,nego narrata,vel nego petita,an sit lis contestata.
5 *Litis contestatio quæ dicatur,& quo casu fiat.& n.14.*
6 *Libello respondere sub conditione quo pacto quis possit.*
7 *Litis contestatio an per conditionalem responsionem fieri possit.*
8 *In litis contestatione qualiter sit procedendum.*
9 *Lite contestata qua forma debeat reus respondere.*
10 *Litis contestatio qualiter debeat in actis redigi.*
11 *Reo non negante,sed confitente,an fiat litis contestatio.*

12 In contestatione litis animus & scientia desideratur.
Litem non contestatur, qui excipit.
13 Nouus aduocatus qua forma debeat ante omnia protestari.
Animus in litis contestatione requiritur.
14 Soluens indebitum eo animo, vt postea repetat, an postea possit, tanquam indebitum repetere.
Protestatio an impediat litis contestationem.
15 Quibus verbis debeat lis contestari in causa appellationis.
16 Litis contestatio requirit animum & verba.
17 Humanæ aures talia iudicant verba, qualia foris sonant.
18 Litis contestatio an per responsionem iuris secutam ad petitionem facti fiat.
19 Litis contestatio an fiat per responsionem factam ad causam petendi, & non ad petitionem.
20 Petente aliquo debitũ alieni, qui nec negat, nec confitetur, an sit lit. cõtestatio.
21 Reo dicente, nolo cum aduersario litigare, si aliter petitioni non contradicat, an censeatur lis contestata.
22 Litis contestatio an fieri possit, vbi verbum Credo, positum est in protestatiõe.
23 Litis contestatio an fiat ad interrogationem partis.
24 Litis contestatio an fiat per exceptionem peremptoriam petitioni appositam.
Actio, cui non est contradictum, non debet excludi.
25 Regula, quòd si peremptoria ante litis contestationem opponatur, erit intentionis exclusio, quomodo sit intelligenda.
26 Reus dicens, nolo litem contestari, quia oppono exceptionem pacti, vel aliam, & volo eam ante litis contestationem probare, an sit audiendus.
27 Libello hanc clausulam cum conditione continẽte, vbi peto mihi tradi à te vacuam possessionem talis domus amoto pensionario, an pensionario respondente fiat litis contestatio.
28 Litis cõtestatiõe missa, si iuretur de calũnia, an intelligatur fieri litis cõtestatio
Iuramentum de calumnia semper est ante litis contestationem præstandum.
29 Vniuersalis petitio est responsio.
30 Animi destinatio plurimum prodest, & potest.
31 Litis contestatio qua ratione non fit per positiones & responsiones.
32 Positiones succedere dicuntur loco probationum, nec sunt ante litis contestationem faciendæ.

¶Qualiter fiat litis contestatio.

2. §. Nunc dicamus, qualiter fiat. Et certè per narrationẽ, seu petitionem, & responsionem subsecutam, vt in præd. concor. & C. e. l. vnica. extr. de off. deleg. relatum. & si plura sint in libello capitula, ad singula respondendũ est, ad hoc
1 vt plena sit litis contestatio. † quia quot sunt in libello articuli, tot sunt petitiones, ff. de ap. cùm in vna. ff. de min. etiã. ff. de oper. no. nunciat. de pupillo. §. si plurium. ij. q. iij. §. notandũ. ver. si plura. ext. de sen. exc. cùm pro causa. & idem est in positione plura ꝯtinente. Plena est ergo litis contestatio, quæ fit in Romana curia
2 vbi sic libello respondetur. ¶† FORMA. Litem contestando nego narrata, prout narrantur, & dico petita fieri non debere. Nam talis respõsio omnia capitula petitionis complectitur, dum omnia generaliter negat: ar. Inst. qui. mo. tol. oblig. §. est autem prodita. ff. de verb. oblig. pluribus. in prin. & l. Titia. in fin. xix. di. si Romanorum. quod dominus meus admittit, vbi plura sunt in libel-
3 lo distinctè posita. ¶† Si autem copulatiuè, oportet ad singula singillatim responderi: alioquin ꝓ vno falso ibi contẽto, posset totus libellus negari. prout dicemus ĩ. depo. §. vii. ver. xj. quod sæpe malitiosi faciũt fieri aduocati. Cõsulo tñ, ꝗ si sint in libello plura, quorũ alterũ, verũ, alterũ falsum sit, ꝯfiteatᷣ verũ, & falsũ neget: licet possint vtrunq; secundum præmissam responsionem excusari: quia non simpliciter negant, sed negant narrata, prout narrãtur. Disiunctio tamen quandoque in libello admittitur, ar. extrà.
4 de rest. spol. cùm ad sedem. ¶† Quid si reus dicat, nego narrata, vel nego petita? Respon. non est litis contestatio. nam in libello duo sunt, s. factum, seu narratio, vel petitio: vt si dico cùm tenearis mihi in decem ex causa mutui, ecce factum, seu narratio: peto te mihi condemnari, ecce petitio. Si ergo negetur alterum tantùm, non est lis contestata. vnde debet subiici, & dico petita fieri non debere. Contingere etenim potest, quòd factum, prout narratur, negari possit, & tamen secundum illud condemnatio seq posset. Ar. contrà, quòd si dicat, nego narrata, lis sit contestata, qa dicit lex, quòd per narrationem propositam & cõtradictionem obiectam fit litis contestatio, vt C. de iud. rem non nouam. §. pa-
5 troni. & ĩ. ver. sed nunquid per responsionem factam. ¶† Et litis contestatio dicitur, cùm iudex per narrationem causam audire cœperit, vt C. de litis contest. l. vnica. Item contrà, quòd si dico, nego petita, & per hoc fiat litis contestatio, quia per petitionem & responsionem secutam fit litis contestatio, vt extr. de elect. du
a dum. ii. & de lit. contest. c. vnico. Vnde dicunt quidam[a], quòd cũ petitio non sit sufficiens sine narratione. respondendo quis ad petitionem solam, si lis cõtestatur, econtrà verò bene potest fieri facti narratio absq; petitione: vnde per respõsionem ad ipsam
b solam petitionem non fit litis contestatio[b]: vt inferius apparebit
6 † Et scias[c] quòd potest quis sub conditione respondere, libello,
c dummodo primò respondeat præcisè Sic, vel Non: & postea ꝓtestetur exceptionem, C. de excep. si quidem. ff. de dolo, eleganter. de hac s. de execep. §. viso. ver. est igitur. vel dicendo sic, nego narrata, &c. & postea subiungat: & si probarentur, non valerent, vel mihi non obessent propter tales rationes: & illæ proponantur & scribantur in actis in modum exceptionum, vt extr. de test.
7 ex tenore. in prin. ibi, adiicietis, &c. ¶† Sed nũquid per conditionalem responsionem fit litis cõtestatio? dic, vt in præ. §. viso. ver. sed. Nunquid litis contestatio potest fieri sine scriptis? dixit Bar. quòd sic, ar. extr. de off. del. relatum. ibi, si lis contest. &c. & ff. de eden. l. j. Ar. contrà 3. q. iij. offeratur. extr. de libel. oblat. c. j. Vincẽ.
d dixit[d], quòd nemo tenetur sine libello litem contestari, vt ĩ. ver. illud etiam. ad fin. Potest tamen, si velit, solennitatibus renuncia-
e re, ext. de offi. del. de causis[e]. Et no. quòd litis contestatio eisdem modis infirmatur, quibus & processus iudicij, vel sententia: de q-
8 bus dicam ĩ. de sententia. §. iuxta. & §. seq. ¶† Si igitur in litis contestatione procedatur partibus coram iudice constitutis, vt ĩ. §. nũc rãgamus. tũc surgat aduocatꝰ actoris legat, & libellũ actoris cuius copiã reus habeat: quo lecto, petat à iudice vt reum respondere cogat. Reus aũt cautus sit, vt inspiciat, an copia libelli ꝯcordet cum originali: & facta collatione diligenti, si discordant, corrigat: si verò ꝯcordant, inspiciat aduocatus rei diligenter, an contineat aliqua ambigua, vel obscura, iiij. dist. erit. & prius quàm respondeat, ea faciat declarari, extr. de libel. oblat. c. fi. Quibus omnibus expeditis, prout dicitur s. de libel. oblat. actor dicat, Domine iudex, postulo, vt faciatis litem ꝯtestari super libello meo: & tunc iudex quærat ab actore, Petis tu, sicut lectum est, & credis iustè petere si dicit, quòd sic. tunc reo præcipiat, vt respondeat, & litem ꝯtestetur, & interroget eum, an sint vera, vel credat, quæ in libello continentur: reus verò respondeat, vt s. ¶ Vel sic:
9 † FORMA. Litem contestando non credo in libello proposita, vel nescio me teneri ad ea, quæ in libello petuntur & narrantur, & similia: extr. de rest. spol. cùm ad sedem. & protestetur sic, si velit: saluis omnibus iuribus & defensionibus mihi competentibꝰ, & beneficio reconuentionis saluo, item contestando nõ credo, &c. vt ĩ. in fi. huius §. Et sic facta est litis contestatio, quasi simul testatio, per petitionem & contradictionem secutam, vt C. de iu.
10 rem non nouam. §. patroni. ¶† Quidam autem lecta petitione, quærunt ab actore, an credit rectè petere in libello contenta: deinde à reo, an credit se defendere iustè: & si vterq; dixerit, quòd sic, dicunt notario, scribe, quòd lis est cõtestata: & tabellio sic scribit: Die tali lis fuit ꝯtestata per tales in tali cã, nulla habita mẽtione de petitione & responsione. sed hoc non approbo. Per hoc enim non probatur clarè litis contestationem factam esse: quia ꝓ processu iudicis non præsumitur, nisi quatenus, &c. extr. de proba. quoniam contra. vnde cassari poterit, quicquid factum est, se
f cundum Aegid.[f] Et no. quòd litis contestatio debet in actis redi-
11 gi, vt extr. de prob. quoniam contra. ¶† Sed si reus non neget, sed confiteatur, nunquid fiet litis contestatio? Respon. sic: si datus erat libellus ante confessionem: secus si non erat oblatus, sed
g vltrò confessus est: quod dic, vt no. in præd. decret. dudum. Sed & si

ADDITIONES.

a Quidam. ¶ Qui sint illi, nõ inueni, per quod nec literam sequentẽ (quam corruptam puto) corrigere potui: finis etiam falsus sine suppletione, vt ibi dicam.
b Litis contestatio. ¶ si appellas: sed dic, procedit, & loquitur de ꝑ. vers. sed nunquid.
c Et scias. ¶ Secundũ Alb. Gal. de lib. oblat. ver. sed nunquid reus.
d Dixit ¶ eo. ti. c. vno, in fi.
e De causis. ¶ Ibi no. in fi. ij. gl. quòd litis contestationi renunciari non potest: & ibi dedi remis. ĩ. de sen. prolat. §. iuxta. ver. quid si de partium, vbi vide. Adde, an libello & lit. contest. possit renunciari, Bar. in auth. offeratur. C. e. Ab. in c. j. de lib. oblat. & in d. c. de causis.
f Secundum Aegi. ¶ Qui dicit, vbi s. s. xxxix. quòd vidit quandam diffinitiuã ob hoc in Bono. palatio retractari: hodie seruatur ꝯrium. Quando aũt ad aliqua verba præmissa iungeretur, & sic fuit lis contestata. vide e. ti. c. vno, super gl. ad fi.
g Dudum. ¶ Allegata s. §. i. & ibi vide in gl. sed pone. & idem Gof. in Sum. de lit. cont. ver. sed quid si petam. & idem tenet Acc. in l. vna, C. eo. in fi. ij gl. quãdo responsio facta fuit animo ꝯtestandi litem, vt ẽt dicit Ber. do. meus ibi dicebat, quando aliquis oblato libello in figura iudicij, & datis induciis, confitetur per id factã ꝯtestationem. non inueni Canonistam, q resisteret distinctiõi, quã tangit hic auctor: & ponit Ber. in dec. dudũ. sed Gui. de Suz super l. vna, C. eo. ti. tenet, quòd etiam post libelli oblationem facta cõ

fessio

& si per procuratores fiat litis contestatio,ita fiat petitio& respõsio,sicut cùm agitur inter principales,hoc saluo,quòd ipsi aliorũ
12 nomine causam gerunt, & proponunt, & respondent. ¶†Illud etiam nota,quòd non sine causa positum est in forma, litem cõtestando,&c.nam in contestatione litis animus & scientia, desi-
a deratur,vt ĩ.in fi.huius §.Vnde[a] dixerunt Azo, Pileus & eorum sequaces,litis contestationẽ tunc tantùm valere,quando ea mẽte fit,vt in causa procedatur:aliàs autem,siue reus confiteatur,siue neget,siue excipiendo factum proponat, sibi non præiudicabit,dummodo non intentet litem contestatã,sed eis expresse cõtradicit,ext.de dolo& cont.prout.Hoc aũt potest concedi,quòd licet quis in principali respondeat,non ea mente,vt in causa procedatur,sed iudici tanquam amico factũ narrando & protestãdo se id sine præiudicio dicturum:vel si aliqua in modũ exceptionis proponit,iudicium declinando,non propter hoc fit litis contestatio,ff.quib.mo.pig.vel hypo.sol.si debitor. §. si in venditione. C.de exce.si quidem.ff.eo.non vtiq;.extr.de in integ.restit. cùm venissent.extr.de ord.cog.c.ij.prope prin.ibi enim citati lit.contes.&c.vbi etiam habetur,quòd qui excipit,non contestatur litẽ de hocdic,vt s.de exce.§.viso.ver.sed nunquid,& extr.de lit.con test.c.vnico,C.eo.l.j.
b Ex his[b] autem aduocati antiqui student supplantare nouos: proponunt enim coram iudice:Domine,coram vobis comparet P. conquerens de B.qui cùm deberet sibi soluere centum in festo paschatis,soluere,noluit pluries requisitus,sicq;&necesse habuit illa centum recipere sub vsuris:quare petit idem P. per vos cogi dictum B.sibi satisfacere de dictis centum:petit etiam damna, & interesse,& moderatas expensas.Et si nouus aduocatus, vel ipse B.respõdet,quòd ea,quæ sunt coram iudice proposita, non sunt vera,nec sibi debet aliquid,tunc statim aduocatus antiquus dicit p narrationem factam & respõsionem secutam litis contestationem esse factam,& ad iurandum,& ad probationes,& ad vlterio
13 ra debere procedi,C.de iudic.rem non nouam. ¶†Cautus ergo sit nouus aduocatus,vt protestetur ante omnia sic: ¶FORMA. Coram vobis,domine iudex, protestor ego talis, quòd per ea,q̃ coram vobis pro P.dicã & proponam,non intendo litem contestari:& si quę dicerem,per quę ipsi P.aut iuri suo posset in aliquo præiudicium generari,protestor pro eo P.vt & ipse protestatur, quòd de eius assensu illa non dicam.Et faciat in actis ante omnia redigi hanc protestationem,s.de aduoc.§.iam nunc.ver. ex præmissis.Post hoc audacter,quod volet,proponat.nam hęc protestatio tuetur clientulum in tantùm,quòd licet aduocatus neget narrata ex parte actoris,non ideo fiet litis cõtestatio:tum quia libellus porrigi debet scriptus,vt extr.de lib.ob.c.j.& s. ver.sed nũ quid lit.contest.tum quia animus in litis cõtestatione requiritur vt iam dixi,& ĩ.ver.& no.quòd.tum quia fieri debet ad iudicis re
c quisitionem,vt s.ver.& no.ar.C.de lit.contest.l.vnica[c]. ¶†Patet
14 ex præmissis,quòd si quis protestetur se dicere animo non contestandi litem,licet postmodum vlteriùs in responsione procedat,vel in narratione facti,negando,non tamen fit litis contestatio.hoc etiam probatur ff.de codicil.conficiuntur.§.fi.& ff. de le. j.si mihi.§.interdum.&l.si ita sit scriptum.Protestatio enim debet aliquid operari,ext.de constit.cùm M.Ar.contrà,quòd fit lis cõtestat.nam qui soluit indebitum eo animo,vt repetat, postea nõ repetet tãquam indebitum,vt ff.de cond.indeb. quod quis.Item si tibi dedi pecuniam,vt te amiciorem facerem:quòd si te amicũ facere non possem,repetere volebam,licet amicus non efficiaris tamen solutum tibi non repetam,ff.de cond.ob caus.da.dedi.§.si quis quasi statu liber.Item si do vxori alicuius, vt eam inducam ad proficiscendum mecum,& si non faciat,quòd repetam, certè & si proficisci nolit,tamen non repetam,C.eo.si repetendi.Item si tibi rem sic pignoraui,vt nisi certa die soluerem, liceat tibi vendere illam,si ad diem non vendidisti,& tibi offero pecuniam,nõ poteris postea vendere,C.de pignor.l.3.& ar.ff.quib.mod.pig.vel hypothe.sol.sicut.§.pen.ad hoc etiam facit ff.loc. cùm in plurib. §.locator horrei.& ff.de codi.l.diui.§.licet.posteriora enim prioribus derogant,vt ibi & C.de pactis.l.pacta nouissima.& ff. eo. si vnus.§.pactus ne.& ff.de legat.j.si mihi.§.in legatis.venit enim ɔ̃ suam protestationem,vt in præ.c.cùm M.ad idem ext.de app.sollicitudinẽ.c.cùm dilecti.ext.de dolo & contu.prout. Azo tamen dixit simpliciter,litis contestationem factam non esse impedien te protestatione.vt ff quib.mod.pig.vel hypo.sol.si debitor. §. si in venditione. & quia in hoc animus desideratur. Io. distinguit, an iudex admiserit protestationem,vel non reprobauerit,seu tacuerit,vt tunc non sit lis contestata.nec,à ,ptestatione recessum. Si verò reprobauit,tunc iste vlteriùs procedendo in responsiõe vel narratione facti,videtur à protestatione recedere, & litem ɔ testari:ar.ff.de neg gest.sin autem.§.si quocunq; & ff.de compen sat.quod in diem.ff.§.j.extr.de censib. olim. & extrà.quod metus causa,c.j.de sponsal.tua nos.xxxj.qu. ij. Lotharius. & hoc verum
d puto.& est hæc quæstio venerealis[d]. Et idem dicunt quidam, si
e pars non admiserit protestationẽ huiusmodi[e].Odof.dicit ita demum litis contestationem factam esse, si primam confessionem reuocauit,& non aliter:ar.ff.de leg. 3.si quis.in prin. & hæc opi-
f nio concordat cum Azo.[f] ¶†Sed cùm in causa appellationis de-
15 beat lis contestari,vt ĩ.in tractatu libellorum,de lib.conce.§.nũc
g dicendum.ver.sed nũquid in causa[g].quæritur,quibus verbis fiet litis contestatio?Resp.appellans offeret libellum, in quo narrabit,quare,& in quo malè contra eum est processum:& petet pro nunciari iudicem iniquè interlocutum esse,seu pronunciasse: & se iustè appellasse:& quicquid post appellationem in eius præiudicium actum est, retractari, vt patet ĩ.in tractatu libellorum de ap.§.nunc dicendum. & §.si. Appellatus verò sic libello respon-
h debit[h]: ¶FORMA. Ego talis,saluis exceptionibus & defensionibus,tã realibus quã personalibus,ex quacũque cã,& quocũque modo competentibus,litem contestando ,ppono, quòd hæc exceptio

ADDITIONES.

☞ fessio non inducit contestationem,ad quã,secũdum eũ,requiritur ɔ̃dictio,per l.rẽ nõ nouã.§.patroni.C. de iud. Procedetur ergo tũc p viã pcepti,p l.si debitori.ff.de iud.quã allegat ibi Ber. & l.,pmissor.ff.de ɔ̃stit.pec.Cy.q hoc dictũ sequit in præ.l.vnica,ĩ i. q.illud sic coadiuuat,si ɔfessio inducit contestationem: ergo fieri poterit diffinitiua,cui⁹ ẽ imponere finẽ ɔ̃trouersiis.ff. de re iu. l.j.sed eo casu non est controuersia,vbi ñ ẽ resistẽtia.ergo,&c.Vltra hoc dicit,ꝙ est casus in l.si re⁹.ff.de ,pc.vbi,fm eũ,dr̃,ꝙ si confitetur debitũ,iudex delegatus nõ pcipit deponi pecuniã, sed ordinari⁹,qa nõ lis ɔ̃testat̃:q̃ si ɔ̃testata esset,iuberet,id ẽt delegatus & sic ɔcludit,ꝙ fm lecturam gl.ibi ẽ casus,& sic ñ est reducendũ hoc in q̃stionẽ,C.de fur.l.ancillæ.Mihi ñ est casus:& ad defendẽdã opinionẽ gl.& nostrorũ primò nego modũ inducẽdi,quẽ facit Cy.dicẽs,ibi dici,ꝙ si reus cõfiteretur,&c.dico enim,ꝙ lex illa de ɔfessiõe nõ loquit̃,q̃ est actus iudicialis,sed de solutiõis oblatione,q̃ solutio actus extraiudicialis est.Dico ergo, ꝙ reus vocatus,si libello recepto ɔ̃fitetur debitũ,istud est ordinare & contestari litem:sed si dicat,volo soluere,istud ñ ordinat,nec contestatur,sicut nec faceret,si soluerẽt.Itẽ miror,quomodo ex narratione illius legis possit notari litem contestatã,vel non cũ finis respondendo distinguat,an sit,vel nõ sit ɔ̃testata:quod optimè cõuenit solutioni nostræ, vt dicamus, quòd si expressam,vel tacitã ɔfessionẽ fecit re⁹ oblato sibi libello,sit ɔ̃testata:aliàs ñ. Ad id q̃d dicitur,diffinitiua debet esse finis cõtrouersiæ:respondeo,potest negari controuersia,vbi reus permisit se trahi ad iudicium, & in iudicio petiit & recepit libellum,certè non, quòd eo amplius esset,si in aliquibus dilatoriis institisset. Ad §.patroni.datur solutio ꝙ ibi narrat,quod communiter accidit.ɔfessio enim rarissima in litibus,contradictio frequentissima,ff.de leg.nã ad ea.Sed ego dico,ꝙ lex illa rectè vsa fuit verbo contradictionis:quia si non fiat contradictio,sed confessio,quod ibi pcipitur de iuramento aduocatorũ,locũ nõ habebit.Sileant ergo,qui per istum §.nostram opinionem impugnant,cùm quatuor textus habeamus, qui verbo Respõdit,vtũtur,C.e.ti.l.vna,& de iur.calũ.l.ij.in prin. & ext. eo.ti.c.vna,& præ.c.dudum.& quintus s.dictus vti debet verbo Contradictionis,vt dixi.Pro nobis ẽt facit, quod ipsi Legistæ fatentur,s.talem confessionem habere effectum ɔ̃testationis,quo ad interruptionẽ,C.de præsc.xxx.an.l.cùm notissimi.§.antepen. vbi de hoc.Concludo autem,opinionẽ hanc locum habere etiã in confessione pura,ad narrata & petita,in qua nulla est resistentia:vt si fateor narrata,sed dico petita fieri non debere:de quo dixi e.ti.c.vno,super ver.secutam.vel cõfiteor mutuum & lapsum termini datum in contractu:sed dico mihi terminũ fuisse prorogatum:vel plus,oĩa ɔ̃fiteor,sed allego inopiam:de his & similib. nulla opinio est,quin sit lis ɔ̃testata. Adde,ꝙ opin.Io.And sequitur Ab.in d.c.j.& Bar.Guil.de Cu.in d.l.j.C.de lit.contest.

a Vnde. ¶Secũdum Tan.cuius fuerunt hæc verba,vsque ad remissionem.
b Ex his. ¶Aggreditur verba Aeg.rub.xxxix. & xl. & hoc vsq; ibi, patet ex præmissis.
c L.vnica. ¶Vide ĩ.ver.sed nunquid tex.
d Venerealis. ¶xxxiiij.
e Huiusmodi. ¶Etiam contrarium protestando,vt dixi in quęstione,ad quam statim remittam.
f Azo. ¶Vide quod scripsi e.ti.c.vnico,super j.gl. in prin.& pleni⁹ in quæstione,quam posui super regula,exceptionem. de re. iur. lib.6.Adde Ab.in d.c.j.& Bar.in d.l.j.
g In causa. ¶Facit de iur.calum.c.ij.lib.6.in prin.vt ibi no.
h Respondebit. ¶Satis ampliat formam Aegid.positam.vbi s.

ceptio non fuit proposita coram iudice:& si fuit proposita, pars appellans non obtulit seipsam probaturam:& si fecit, iudex eam admittere non recusauit:& si recusauit, non fuit appellatum ex hac causa:& si fuit appellatum ex ista, non tamen intra tempus legitimum, nec in scriptis: nec fuerunt apostoli petiti: & si fuit appellatum & petitum, appellans non fuit appellationem intra tēpus legitimum prosecutus: vnde dico: ea, quæ narrantur, prout ī libello narrantur, vera non esse:& quod petitur, fieri non debere. vnde peto appellationem, quæ dicitur interposita, nullam penitus pronunciari,& me ad prioris iudicis examen remitti,& partem aduersam in expensis legitimis cōdemnari. Vel sic: Vnde peto per vos pronunciari malè appellatum,& bene pronunciatum esse:& sententiam,& quacunq; ex ea secuta sunt, confirmari debere. Hæc autem ideo iunguntur, vt si contingat appellatum in causa victorem esse, super hoc iudex possit & debeat pro eo pronunciare: quia iuxta formam petitionis debet sententia dictari, vt extr. de simon. licet Hely. aliàs enim fortè non pronunciaret super hoc. quod dic, secundum Papam, prout notatur extr. de of.

a del. cùm contingat[a]. ¶† Ex præmissis patet, ꝙ in litis contestatio

16 ne requiruntur animus & verba. Animus s. vt intendat quis litē contestari, vt ī. ver. & no. quòd per positiones. Verba sc. quòd dicat verba apta ad hoc, ar. extr. de sponsal. tuæ. nec sufficit alterum

17 tantùm, vt s. ver. illud ¶† Quid ergo, si proponuntur verba apta ad litis contestationem, non tamen animo contestandi litem nulla protestatione præmissa nunquid præsumitur animus, itaꝙ intelligatur lis contestata? Respondeo, sic: quia humanæ aures talia verba iudicant, qualia foris sonant, vt xxij. q. v. humanę. & nemo æstimandus est aliud in animo gerere, quàm quod verbo exprimit, ff. de suppel. leg. Labeo. ad idem extr. de sponsal. ex literis.

18 ¶† Sed nunquid per responsionem iuris secutam ad petitionem facti, fit litis contestatio? vt cùm petis à me fundum, quem dicis me tibi vendidisse: ego respondeo non competit tibi petitio prædicti fundi, vel non debet tibi dari, quia non tenuit venditio, eo quòd non fuit in ea iuris solennitas obseruata: & sic de iure respondeo, cùm dico, Non debet. Vel petis ab ecclesia, vel prælato decem, quæ prælato, vel prædecessori mutuasti: respondetur, nō potes petere, quia non est versum in vtilitatem ecclesiæ:& sic est responsio iuris, ext. de fideiussor. c. pen. cum suis concor. Dic, qđ bene fit litis contestatio per talem responsionem. nam cùm actio sit ius prosequendi in iudicio, quod sibi, s. actori debetur, vt In stit. de act. in prin. eadem ratione defensio erit legitima, siue responsio, si respondeat iuris ratione, cùm actor prosequatur ius suum. par enim in iudiciis debet esse actoris & rei conditio, extr. de mut. petit. c. fi. Item cùm dico, non potes petere propter talē causam, implicitè nego me tibi teneri:& sic nego factum: quare fit

19 litis contestatio. ¶† Item nunquid per responsionem factam ad causam petendi, & non ad petitionem, fit litis contestatio: vt petis à me centum, quę dicis te mihi mutuasse: ego respondeo ñ mutuasti. Dic, quòd sic: quia cùm causa sit principale in ipso libello, quia ex ipsa datur petitio, responsione data ad causam petendi, petitioni intelligor respondere: vt sit idem ius in accessorio, quod in principali, ext. de fide instr. inter dilectos. de off. del. prudentiam. in fi. Vnde licet non negem petitionem dicendo Nego quod petis, tamen cùm nego causam, dicendo Non mutuasti. ēt

b factum nego: vnde litem contestor, secundum Inn. IIII.[b] Arg.

20 contrà s. ver. quid si reus. ¶† Quid si peto à te decem, quæ mihi debes: nec debitum confiteris, dicens, nec nego, nec ɔfiteor, nunquid per talem responsionem fit litis contestatio? Dicunt quidam quòd sic. ar. pro eis extr. de postul. c. j. in prin. ibi, qđ & idem magister in fratrum præsentia constitutus, &c. & ff. de interro. actio. de ætate. §. qui tacuit. & §. nihil. Tutius tamen est, vt cogatur reus exprimere, an neget, vel debitum confiteatur, & ꝙ

c certum confiteatur, vt ff. de confes. certum. & in præd. §. nihil[c].

21 ¶† Quid si reus respondet dicens, nolo cum aduersario litigare nec aliter contradicit petitioni? Respon. per hoc non fit litis contestatio: arg. C. de iudi. rem non nouam. quia per hoc nescitur, an neget, vel confiteatur petita: sed sufficit, si animo litigādi petitioni aduersarij contradicat, vt in ea. lege, vt patet in exemplo posito s. ver. item nunquid. & iii. q. iij. offeratur. Hoc etiam probatur ex vi vocabuli. nam litem contestari, nihil aliud est, quàm testari,

22 quòd vult cum aduersario litigare. ¶† Sed pone: peto à te corā iudice decem, quæ mihi debes: tu respondes, domine, credo in veritate, quòd nihil debeo sibi, sed si debeo, volo restituere sibi, nunquid per hoc est lis contestata? Ar. quòd non, extr. de lit. con test. c. vnico: ibi, responsionem secutam, &c. quia immediatè post petitionem debet responsio sequi. Sed contrà ext. de rescri. causam, quæ inter P. vbi dicitur, quòd licet clausula de testium receptione præcedat illam clausulam quantum de iure poteritis tamen intelligitur suo loco, licet postponatur, & hic licet præponatur, vel postponatur responsio, non minus robur habet, extrà

23 de verb. signific. nihil. & de restit. spol. cùm ad sedem. ¶† Sed nū

d quid litis contestatio fit ad interrogationem partis? Resp. sic[d], ex

e trà. de do. & cont. prout. & etiam aduocatis[e], secundum quosdam vt extrà de app. cùm causam. de iudice non est dubium, C. de lit.

24 contest. l. vnica. ¶† Sed nunquid per exceptionem perempto-

f riam petitioni oppositam, fit litis contestatio[f]? putà vendico à te fundum: tu excipis de præscriptione, vel dicis me actioni renunciasse, & huiusmodi: & videtur, quòd non, nisi de plano respondeat, non teneor: arg. extr. e. c. vnico, ibi, & responsionem, &c. exceptio enim est actionis exclusio. vt ff. de excep. l. ij. in prin. non ergo est opus actionem excludi, cui contradictum non est. Primò etiam debet lis contestari: & postmodum vsque ad conclusionem possunt peremptoriæ exceptiones opponi, C. de excep. si quidem. & l. præscriptiones. C. de præscri. longi temp. emptor. C. sent. rescin. non pos. peremptoria. Ar. contrà. nam instituta actione & opposita exceptione peremptoria, videtur esse iudiciū, vt ff. de interrog. act. si filius. §. exceptionibus. Item contrà, extrà. de dolo & contum. prout. & de app. cùm causam. vbi de hoc, & đ elect. dudum. ij. SOL. Dicunt omnes communiter ferè, quòd nō fit litis contestatio: quia per exceptionem iudicium rectè nō or-

25 dinatur, extr. de ord. cog. cùm dilectus. ¶† Vnde si peremptoria ante litem contestatam opponatur, erit intentionis exclusio: sic debet intelligi ff. de cond. indeb. eleganter. si quis post transactionem, & ff. quod met. caus. metum. §. sed quod agit. in fi. ff. de neg. gest. si autem. §. si quocunque. Si verò postquam responsum est libello, & litis contestatio opponatur, tunc erit actionis exclusio. Item contra. extr. vt lite non contest. quoniā frequenter. §. quòd si super. ibi, tanquam lite, quæ ingeritur, contest. &c. Sed ibi plura concurrunt, quæ repræsentant litem esse contestatam ad interrumpendam præscriptionem, s. præsens, qui nomine possidebat alieno:& absens monitus sæpius citatus:& rei præsentia:& quia, secundum quosdam, is qui præsens erat, ius habebat in re. Vel pt dici, sm Vinc. quòd ibi in dubio præsumitur lis cōtestata ex eo, ꝗ peremptoria exceptio proposita inuenitur, Inst. de inut. sti. §. scriptum. Alij contrà. De hoc, & quæ exceptiones impediant litis cō

26 testationem, no. s. de exce. §. dicto. ver. rursus. ¶† Sed quid si reus ita dicit, nolo litem contestari, quia oppono exceptionem pacti, vel aliam, & eam volo ante litis contestationem probare? Respondeo: videtur audiendus, ff. de cond. indeb. eleganter. §. si quis

g post. vbi dicitur, volenti, &c.[g] & C. de except. si quidem. Sed videtur con

ADDITIONES.

a Cùm cōtingat. ¶ Vbi vide in gl. quia meliùs. & maximè in versi. quid si quis. Adde ad ver. sequentem, s. ex præmissis, &c. quòd si fiat responsio ad libellum hoc modo, nego narrata prout narrantur, & dico petita fieri non debere, est facta litis ɔtestatio absque eo quòd dicat animo litis contestandæ: ita Rota in antiq. dec. decis. ccccclxxiij. & in nouissimis decis. decis. xij.

b Secundum Inn. IIII. ¶ in dec. j. e. ti. vt ibi scripsi in gl. notant ꝑ hoc Adde Paulum de Castr. cons. xxviij. incip. in causa, quæ vertitur ī curia. & ver. quid ergo. s. proximè addi. secundum Ab. do. de Rota. decisio. xij. aliàs lxiij.

c Nihil. ¶ An iudex ꝑcisè cogere possit reū ad litem cōtestandam Acc. in auth. qui semel. dicit, ꝙ non, vt dixi in quæstione, ad quā s. remisi, vbi prosequor opi. M. Vtetur ergo remediis inuentis à iure contra contumaces ante litē contestatam: sed Iac. de Are. videtur reum prætoriis remediis posse præcisè compelli: alleg. ff. đ ven. inspic. l. i. §. ex hoc. & quòd iudicium redditur in inuitum, ff. de verb. obli. inter stipulantem. mihi placet prima. ADDE, ꝙ primam opi. sequitur Bar. in d. auth. Cy. in l. j. de lit. cont. secundā verò opi. tenet Paul. de Cast. cons. ccxiij.

d Sic. ¶ secundum Host. vt scripsi super gl. decr. in c. ti. prope fi. alleg. ff. de interrog. act. si fine. j. resp.

e Etiam aduocati. ¶ De hoc ī. duobus §§. proximo s. & pe.

f Litis contestatio? ¶ Expeditum est, ꝙ non, per dec. secundū eod. ti. lib. vj. quod tamen intellige, vt ibi no. gl. antepen. Adde, ꝙ Bar. nō facit ita expeditum: sed dicit quòd aut statim facta narratione ab actore sequitur responsio rei opponentis exceptionem perēptoriam: & tunc inducitur litis contestatio: & ita intelligitur, secūdum ipsum, gl. in l. j. C. e. & §. patroni. in l. rem non nouam. aut post libellum datum: vel narrationem propositam, reus ex interuallo venit cū suis exceptionibus: tūc non inducitur litis ɔtestatio, quia non videtur ꝑducere super meritis causę: & ita dicit loqui c. j. de litis cōtest. li. 6. & hanc doctrinam tenet Bart. vt refert Ab. ext. c. i. sequitur do. Ant. ibi, licet ipse mordeat.

g Volenti, &c. ¶ de exceptione transactionis loquitur.

detur ɔtrà, quod primò debeat litem contestari, & postea proba
a re, ff. de interrog. in iure fac. sed si filius. §. j. Dicunt quidam[a], quòd si de leui potest probare, audietur ante litis contestationem: alio quin non, ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem. nisi opponat exceptionem pa cti, vel rei iudicatæ, vt in ea. l. in fi. Alij contrà. Tu dic, vt extr. e. ex
27 ceptionis. & s̃. de excep. §. j. ¶ † Quid si in libello dicatur, peto mi hi tradi à te vacuam possessionem talis domus, amoto tamen pensionario, nunquid pensionario respondente fiet litis cõtestatio? Resp. dic, quòd non, cùm sibi non sit libellus oblatus: quod fieri deberet, vt j̃. de libel. concep. §. restat. de hoc no. secundum Papã
b extr. de foro comp. Romana. §. fi.[b] ¶ † Quid si omissa litis conte-
28 statione iuret̃ de calumnia, nunquid intelligitur fieri litis conte statio? Resp. non quia post litem contestatam est præstandũ hoc iuramentum. & facit ad hoc, C. de iur. cal. l. ij. in prin. C. de sent. & interloc. prolatum. extr. de elect. dudum. ij. & de lit. contest. c. vni
c co, & vide j̃. de sententia. §. iuxta. ver. sed pone, quòd[c]. ¶ † Quid si
29 prius quàm iuretur de calumnia, fiat talis positio generaliter: Po no, quòd omnia, quæ in libello continentur, sunt vera: & sequa-
d tur ad eam responsio? Resp. dicit do. meus[d], quòd cùm totus tenor in libello intelligatur petitus, & sic respondeatur narrationi & petitioni simul & semel, lis est contestata. Vniuersalis enim petitio est responsio, sicut dicitur de electione, extr. de ele. in Ge-
e nesi. & iam dicam. Et nota.[e] quòd per positiones, in quibus nihil petitur, & responsiones ad eas, non fit litis contestatio, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem ad eam secutã, vt extr. de lit. contest. c. vnico, & de elec. dudum. ij. Quod fortè intel ligendum est, cùm positio & responsio non fiunt directè super principali, sed super alio: vel indirectè. alioquin si sic dicatur: Ponit T. quòd H. debet sibi centum, & H. respondeat in iure se sibi non debere: videtur esse lis contestata, vt iam dixi. Vel dic, quòd animus contestandi desideratur in litis contestatione, sicut & alias in adeunda hæreditate, ff. de acquir. hæred. pro hærede. circa
30 pri. † Plurimum enim prodest, & potest animi destinatio, vt col ligitur ff. de leg. 3. cùm quæritur. §. planè. & l. cùm vxori. ff. de ver. sig. locus. ff. de sol. l. qui res. §. aream. xv. q. j. si quis non iratus. & q. vj. c. j. in fi. extr. de pig. nuper. & c. debitum. Vel distingue aliter: nã refert, vtrùm ponatur nudum, & ad id respondeatur: putà sic ponit T. se mutuò dedisse centum H. respondet H. quod positum ẽ non esse verum: vt tunc non fiat litis contestatio. An quidem po natur ius & factum? verbi gratia: ponit T. se dedisse mutuo centũ H. quæ sibi debet: respondet H. quod positum est, non esse verũ: vt tunc fiat litis contestatio: ar. ff. de hæred. instit. si pater. & l. seq. ff. de leg. 1. huiusmodi. §. si ita. & §. legatum. ff. rem rat. hab. procu rator cùm peteret. ff. de his, qui no. infa. quid ergo. §. item. ff. de iu
31 re iur. l. fin. Contrà de hæred. instit. cùm proponas. ¶ † Sed quæ ẽ ratio, quòd per positiones & responsiones non fit litis contestatio? Resp. quia positiones succedunt loco probationum, quę nõ sunt faciendæ ante litis contestationem. Vel dic, vt no. ext. de lit. contest. c. vnico. Illa autem potest esse ratio: quia in positionibus nulla fiat petitio, sine qua sententia non ꝓfertur, ext. de iud. examinata. de simon. licet Hely. Item speciale est in causa, quæ corã domino papa agitatur, in qua sufficit rationes proponere absque aliqua petitione, ad hoc vt sententia ferri possit sine litis contestatione, ar. ext. de instit. cùm venissent. j̃. de sententia, §. iuxta. ver. item non valet. Quidam autem dicunt, quòd & si in libello nulla fiat petitio, sed solùm facti narratio, ad quam reus respondeat ani mo contestandi litem, per hoc fieri litis contestationem, vel saltem tolerari, vt res magis valeat, quàm pereat, ext. de ver. sig. ab-
f bate. Tutius est tamen aliquid petere, secundum Papam[f]. ¶ † Itẽ
32 si omnia remedia tibi, aduocate rei, desint, vt tenearis litem con testari, contesteris saluis omnibus exceptionibus tuis, dilatoriis & peremptoriis, vt s̃. de exce. §. viso. & protesteris etiam de bene ficio reconuentionis, si nondum facta est, vt s̃. de reconuen. §. sequitur. & s̃. §. versi. & nota, quòd.

ADDITIONES.

a Dicunt quidam. ¶ Alb. Gal. cuius fuit iste versi. hoc tit. post prin. hanc etiã quæstionẽ posuit auctor de exce. s̃. dicto ver. sed an re' & ibi plenè scripsi, qd in ea tenet Vber. de Bo. Ad negatiuã ẽt inducit ibi auctor aliã rationẽ, s. quòd diffinitiua ex tali probatione ferri non posset: & hoc respicit titulum istum: vnde hoc omitti non debuit.

b §. fi. ¶ De lib. obl. super rubrica fuit illa gl. & quomodo potuerit esse iste error huius falsæ allegationis, scripsi e. ti. de lib. obl. c. j. in gl. quid si peto. in fi.

c Quod. ¶ Et de iur. cal. c. j. lib. 6.

d Do. Meus. ¶ Vt scripsi pleniùs super gl. dec. co. ti.

e Et no. ¶ Secundũ Rof. cuius fuit iste ver. totus ad literam in suo tractatu Positionum. de quo dicam j̃. de positio. in prin. Adde, vt per Ab. plenè in d. c. j. vbi non sequitur, dicta Spec. hîc.

f Secundum Papam. ¶ Vt scripsi e. ti. c. vno, in gl. no. hîc Inno. ante fi. quod hîc sequitur, fuit Vber. de Bo. vbi s̃.

SVMMARIVM

1 *Litis contestatio fit per confessionem aduocati, ẽt illicitam, ni fuerit reuocata.*

¶ Litis contestatio per quos fiat.

a 3. §. Sequitur videre, per quos fiat litis contestatio[a]. Et quidem per principales personas, si sunt tales, quæ possint in iudicio esse, vel etiam per eorum procurato
b res[b]: item per tutores & curatores, syndicos vel actores, C. de iu. rem non nouam. §. patroni. ext. de dolo & contum. prout. & de iur. cal. cùm causam. ff. de doli exce. si cum procuratore agit. C. de procu. l. procuratorib. & l. neq;. & ff. de proc. l. sed etiam ex his. ff.
1 de iud. licet. † Fit quoque litis contestatio per confessionem aduocati, etiam illicitam, nisi fuerit reuocata, vt probatur ext. de ap. cùm causam, quæ. & valet, quod per eum fit clientulo præsente, & non contradicente, C. de erro. aduoc. l. j. Si verò non habet qs personam standi in iudicio, putà quia est minor xxv. annis, nõ valet quod cum eo fit, vt C. qui legit. pers. stan. in iud. hab. l. fi.

ADDITIONES.

a Litis contestatio. ¶ Totum, quod sequitur, vsq; ad finem, fuit Tã. ad literam, excepto ver. fit quoque. & duabus concor. quæ ibi ꝓcedunt, & ambæ corruptæ.

b Procuratores. ¶ ext. de rest. spol. cùm ad sedem. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Coram præside super re tempore peritura, fieri potest litis contestatio inter non subditos.*

2 *Litis contestatio an coram arbitro sit facienda.*

3 *Litis contestatio habita coram arbitro, an valeat coram ordinario: vel ecõtrà.*

¶ Litis contestatio vbi fieri debeat, vel possit.

4. §. Nunc tangamus, vbi sit facienda. Et quidem coram suo iudice, vt extr. de elect. dudum. ij. ibi, ꝑ petitionem in iure coram iudice, & c. de lit. contest. c. vnico, ibi, in iu re, & c. alioquin non valet, vt ext. de iud. at si. in prin. & de consue.
1 ad nostram. C. si à non comp. iud. l. fi. xj. q. j. in clericorum. † nisi ĩ præside, coram quo super re tempore peritura fieri potest litis ɔ
a testatio inter non subditos[a], vt ff. de off. præ. senatusconsul. ¶ † Il
2 lud autem certum est, quòd coram arbitro est litis contestatio
b facienda[b]: ar. ff. de excep. l. j. litis contestatio facit fidem, & valet coram iudice, vt extr. de testib. præsentata. & c. cùm causam. & C. eo. l. fin. & secundum hoc superflua sunt verba illa, quæ sæpe in compromissis ponuntur, s. quòd acta coram arbitro valeant co-
3 ram ordinario. Vber. autem dicit, † quòd litis contestatione habita coram arbitro, non valet coram ordinario: vel econtrà, quo ad diffinitiuam sententiam: sed quo ad alia, quę fiunt corã eis, sic.

ADDITIONES.

a Subditos. ¶ Tan. cuius fuit iste §. hucusque meliùs locut' est exprimendo casum legis, q̃ nõ loquit̃ de nõ subditis, sed de familiarib' ꝓsidis, in quorũ causis ꝓses suspect' est: sed in re peritura, & c.

b Facienda. ¶ Idem Acc. C. e. l. vna, in princ. ij. gl. ergo & libellus offerendus, de quo j̃. de lib. concep. §. restat. in fi. ADDE Ab. qui dicta Spec. examinat in c. præsentata. extr. de testib.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio fieri debet super exceptionibus dilatorijs: & iuramentum de calumnia præstari, si negligenter ipsa litis constatio omittatur.*

Litis contestatio quibus casibus non sit necessaria.

2 *Litis contestatio an super incidentibus quæstionibus sit fienda.*

3 *Litis contestatio an fieri debeat in causa nullitatis sententiæ.*

Exceptionem nullitatis sententiæ opponens, debet eam citò probare, si velit exceptionem impedire.

4 *In breuibus litibus non fit litis contestatio.*

5 *Parte absente an, & quo casu possit lis contestari.*

6 *Aduocato actoris ad litis cõtestationem properante, melioratur eius cõditio.*

7 *Volens ad litis contestationem venire, videre debet si aliquid est ambiguum in libello, vt remoueri, vel declarari faciat.*

¶ Litis contestatio quando fiat.

5. §. Quando aũt facienda sit, clarũ est: qa porrecto libello, & datis induciis ad deliberandũ, vt 3. q. 3. offerat. ꝑ quã legẽ dicũt quidã Legistæ, q̃ n̄ valet litis ɔtestatio, nisi prius libell' fuerit porrect', vł partiũ ɔsensu remissus: qđ
a satis tolerari p̃t, sm T.[a] nisi fori contraria consuetudo obsistat. In multis

ADDITIO.

a Secundum T. ¶ vbi s̃.

multis enim locis[a] de more libellus non datur:& ibi valet quod
agitur in iudiciis sine eo. Potest etiam lis contestari omni tem-
pore legitimo ad agendum:non in feriato, vel aliàs prohibito.I-
tem fit litis contestatio & prius quàm de calumnia, vel de veri-
tate dicenda iuretur, & prius quàm fiant positiones, vt ĩ.tit.pro-
1 xi.in prin.¶†Et nota,secundum B.quòd litis contestatio fieri de
bet super omnibus exceptionibus dilatoriis, & iuramentum de
calumnia præstari:tamen si negligenter omissa fuerit litis conte-
statio,nihilominus valebit processus, vt ff.de iureiur.l.iusiurãdũ.
b §.qui iusiurandũ.vt no.extr.de off.del.prudentiam.§.sexta[b].& s̃.đ
excep.§.viso.ver.sed nunquid iudex. Cùm enim super eis testes
recipiantur,vt ex.de testib.c.de testibus.qui non sunt regulariter
recipiendi lite non contestata,vt extrà vt lite non contest. quo-
niam.in prin.patet,quòd super eis est lis contestanda: & patet ex
trà de testi.veniens.vbi lis fuit contestata super quadam senten-
c tia in modum exceptionis opposita.G.Na.[c]contrà.dicit enim, ꝙ
iste est casus,in quo testes recipiuntur lite non contestata: & in
hoc fallit regula prædictæ dec.quoniam.quam,& similes,intelli-
git in causa principali,non in exceptionib.loqui. Item quod dixi
de calumnia iurandũ in eis intelligit,ꝙ de malitia tunc iurabitur,
secundum ea,quæ no.ĩ.ti.prox.§.j.ver.secundum est.Quidam tñ
dicunt hoc locum habere in exceptionibus peremptoriis quia ĩ
dilatoriis iuratur de calumnia,vt C.de iur.calum.l.j.quod nõ cre-
do.Vnde dic,vt in præd.ver.secundum. In quibus autem casibus
non fit necessaria litis contestatio,vide s̃.de teste, §. nunc tracte-
2 mus.& ĩ.de lib.conce.§.nunc dicendum.¶† Sed nunquid super
incidentibus quæstionibus fiet litis contestatio? Videtur,quòd
sic. argumentum. ff.de excusationibus tutorum.quinquaginta.
d Dicunt quidam[d],quòd cùm ciuilis incidit ciuili,non fit litis con-
testatio super incidenti, cùm super ea non pronuncietur, C. de
3 ordin.iudic.l.j. ¶† Quid de causa nullitatis sententiæ? Dicunt
e quidam[e],non fieri in ea litis contestationem:quia sic posset res ĩ
f infinitum abire[f].qui enim opponit exceptiõem nullitatis,statim
debet eam probare,si velit exceptionem impedire, ff.ad exhib.l.
3.§.ibidem.ff.ad Trebel.ille.§.si de testamento.ff. vt in pos. leg. si
is à quo. Vel dic,vt ĩ.de lib.concep.§.nunc dicendum.ad fi. versi.
g quid si sententia[g]. ¶†Quid de breuibus litibus?Respondeo[h],nõ
4 fit in eis litis contestatio,vt in præd.§.nunc dicendum.versicu.3.
h Quid de summariis?de hoc s̃.de officio iudicis,§.final. versiculo,
5 sed quæritur. ¶† Sed nunquid me absente fit litis contestatio,
si aduersarius animo contestandi litem respondet libello? Vide-
tur,quòd sic,vt ff.de interrogato.action.si sine.Sed dic contrà,vt
i ff.de confe.certum.§.si quis absente[i].¶†Item dicit Vber.de Bob.
6 quòd aduocatus actoris debet properare ad litis contestationẽ:
quia ex hoc fit melior eius conditio,C.in quib.cau.in integ.resti.
non est necess.in minori.C.de iud.l.j.ff.de noua.alia.ff.de vsur.vi-
k deamus[k]. Aduocatus verò rei debet,quãtum potest,tardare. qa
per eam clauditur via multis allegationibus & diffugiis, vt C.de
iud.apertissimi.& ĩ.§ prox.& C.de iurisd.om.iud.nemo.ff.de iudi
ciis,vbi acceptum,& per eam subiicitur reus iudici, & obligatur
actori,C.de procur.neque.ff.de redhib.ædiles.§.item sciendum.
7 & extrà de re iud.inter monasterium.¶† Item nota, quòd cùm
volueris ad litis contestationem venire,vide si aliquid est obscu-
rum,vel ambiguum in libello,& istud facias remoueri,vel decla-
rari:vt ĩ.de lib.concep.§.iuxta.ver.item non valet, si sit.

ADDITIONES.

a Locis.¶Vt in Apulia, præter ciuitatem Beneuentanam, vt dicit
Rof.rub.in quo loco offeratur libellus,quæ est xiii.
b §.sexta.¶In gl.ex loco.cuius pars vltima fuit additio.
c Opposita.G.Na.¶nescio,quare hunc allegat,& practicum suum
omisit,scilicet Aegi.qui plenè hîc tractat,& hoc tenet, vbi s̃.in j.
resp.
d Dicunt quidam.¶Gui.de Suz.super l.vna,C.e.tit.
e Dicunt quidam.¶Gui.de Suz.vbi s̃.
f In infinium abire.¶Contra id,C.de transf.fratris.& ff. pro suo, in
l.vlt.in prin.Guid.
g Si sententia.¶In fi.§.est:& distingue,an agatur,vel excipiatur, vt
ibi dicit auctor in quæstione,an hoc casu requiratur libellus:quæ
tendunt ad idẽ. Et aduerte,qa quæstiones istæ formãtur,cùm par
tes sunt præsentes,sed remanet dubitatio,qñ agens dicit sentẽtiã
nullã, & aduersarius,vel iudex,qui illam tulit,si procedebat ex of
ficio,citatus est ꝯtumax lite non contestata, an procedi possit in
ipsa causa nullitatis? Adnegatiuam facit generalis ꝓhibitio,à quo
iste casus non inuenit expressus,ext.vt lite non contest.in rubro
& nigro;cùm contestatio sit iudicij fundamentum,extr.de litis ꝯ
test.c.vno,C.e.ti.l.vna,& extr.de ele.dudum.ij.& no.ff. de iurisdi.
om.iud.l.& quia.gl.pen.& C.de sent.& inter.l.prolatam.Item cũ
priuilegium sit appellationis,quòd in illa procedi possit lite non
contestata,parte cõtumace:extr.de ap.interposita.in fi.C.de tẽp.

app.l.vlt.§.illud.ergo in cæteris est ius commune.In contrarium
de reg.iur.quæ à iure.lib.6.& ibi concord.& ff. de lega.l.ius singu
lare.& ad munic.l.j.Cùm ergo diuersa sit causa appellationis à cã
nullitatis,patet in prima,statutum ad secundam non extendi.Ad
contrarium arguit,quòd similes sunt hæ duæ causæ:ergo eisdem
regulis iudicandæ,cùm quasi identitatem sapiant.facit ext.de trã
slat.c.ij.ver.sicut ergo.C.de inoff.don.l.fi.& non possit diuersita
tis ratio assignari.ff.de iniuf.rupt.& irrit.test.l.3.ff.de verb.obl.l.à
Titio.j.respon.in fi.Item prius vrget ratio in causa nullitatis,quæ
sapere potest iniquitatem iudicis,sine iniustitia partis:in causa ap
pellationis,sine iniquitate iudicis:quandoque tangitur iniustitia
partis,vt s̃.Item constat,quòd tanta est connexitas inter appella-
tionis & nullitatis causam,quòd in causa appellationis de nullita
te agi potest,de quo satis scripsi extr.de app.dilecto.in vlt.gl.facit
ff.fa.ercisc.quædam mulier. ff.de iure pa.l.fi. Ad prædicta facit C.
de temp.appe.l.pen.& quod à sententia præfecti prætorio dicit,
vt eo.ti.l.vlt.ad fi.ibi,cui consentaneum.Item constat, quòd, se-
cundum quosdam,si in causa restitutionis in integrum proceda-
tur reo contumace,admittitur agens etiã lite nõ ꝯtestata,licet es
set eo casu faciẽda ꝯtestatio,si reus esset præsens:de his,de off.iu.
c.ij.in tex.& gl.Itẽ quæstio nullitatis dicitur esse quædam species
appellationis, ff.de arbit.non distinguemus.§.cùm quidam.in fi.
Ad hanc partem inducitur,quod no.Inn.in dec.ij.de off.iud. in fi.
magnæ gl.quod verbum posuit Spe.ĩ.de off.iud.§.ij.in ij.col.ver.
item cùm petitur sententia.&quod no.de proc.in nostra.vbi scri
psi super gl.vlt.in prin.& ante fi.& patet ex his,quæ scripsi super
gl.dec.ij.de off.iud.maior ratio suadet in reo condemnato: quia
dicit sententiam nullam procedi in contumaciam actoris origi-
nalis,vel iudicis,quàm ipsi actori:quia habet remedium missiõis,
reo contumace:econtrà habet reus,qđ nõ habet actor,s.ius exci
piendi,cùm petetur executio.Sed huic obstat,ꝙ sunt multæ sñię
q̃ nõ requirunt executionẽ,vt si ꝓnunciatus est illegitimus,infa-
mis, periurus,vel his similes, propter quæ videtur standum acto
ri,qui voluit,cùm agit,libellum & litis contestationẽ fore neces
sariam regulariter,per allegata primò.Posset aũt esse casus talis ꝙ
æquitas suaderet opinionem contrariam,quam tunc dicerem se
quendam per suas rationes. ADDE,vt per d.Ant.de sanct.Geor-
gio in rubrica extrà de ap.in 27.col.in quinto effectu,& per Old.
cuius prædicta sunt verba,eius cons.xij.incipiẽte,quæstio prima.
ADDE tu,quòd vbi agitur de nullitate processus, vel sententiæ,
non fit litis contestatio,si de nullitate notoriæ constet ex actis,i-
ta Rota in nouiss.decis.decis.cccxl.
h Respondeo.¶secundum Gul.vbi s̃.
i Absente.¶Gui.de Suz.faciebat duas quęstiões:prima,cũ respon-
dit iudice petente,vel nõ petẽte:secunda,cũ respondit aduocato
meo petente,me tamen absente. Sed ꝯtentus fuit auctor paucis,
quia vnica erat responsio.
k Videamus.¶Hoc quòd procedit,dixit post tractatum de contu-
macia,&de mis.in pos.ver.in hoc est caut[o]. mihi charta vij. quod
sequitur,dicit char.vlt.in princ.

SVMMARIVM.

1 *Effectus litis contestationis est multiplex.*
Per litis contest.omnis actio personalis perpetuatur.
2 *Litis contestatio interrumpit omnem præscriptionem.*
3 *Post litem contestatam nulla dilatoria exceptio potest obiici.*
Mandatum procuratoris an possit post litem contestatam reuocari.

¶Litis contestationis effectus.

a 6.§.Effectus autẽ[a] † litis contestationis multiplex est.
1 Nam post eam iudex non recusatur:vt s̃.đ
recusat.§.fit autem.& de excep.§.viso.¶Item per eam omnis ac-
tio personalis perpetuatur:id est,facit,vt vsq; ad xl.annos extẽdat
& postea transit ad hæredes,vt C.de præscrip.xxx.vel xl.annor.ſę
pe.saluo eo,quod dicitur in actione de dolo.quæ non perpetua-
tur per litis contestationem,C.de dolo.l.fi.¶Item post eam cau
2 sa fit vsuraria, quæ priùs non erat: ff. de vsu. lite. ¶†Item inter-
rumpit quamlibet præscriptionem,xvj.q.3.c.potest.etiam si fac-
b ta sit coram arbitro,secundum Papam, vt C.de arbitr.l. penult.[b]
Quid

ADDITIONES.

a Effectus.¶Totus iste §.fuit Tã.vbi s̃:excepto ibi,etiam si facta,cũ
remis.seq.His autem effectibus adde,qđ habes de do.& contu. ꝓ
ur.facit enim fortiùs puniri rei contumaciam,vt ibi.
b L.pen.¶aliàs vlt.per quam legem dixit hîc Inn.in c.præsentia.de
testa.vbi scripsi in gl.nunquid ergo.sed quid de facta coram arbi-
tratore,nunquid interrumpet?Videtur, ꝙ non:quia talis arbitra-
tus habet vim transactionis,vt no.in auth.vt dif.iud.§.si verò con
tigerit.col.ix.& satis scripsi post Inn. de iureiur. Quintauallis. nõ
enim hæc est interruptio naturalis,quia per id non perditur pos-
sessio:

Quid si at coram non suo iudice? de hoc extrà de app. vt debitus.
a in prin.[a] ¶ †Item post eam nulla dilatoria exceptio obiicitur, vt
3 extrà de re iud. inter monasterium, nisi, vt suprà de excep. §. dicto. versic. hoc tamen. ibi, & nouus, &c. ¶ Item post eum non potest reuocari mandatum procuratoris, nisi certis ex causis, ff. de proc.
b post litem. & legibus seq.[b] Arg. contrà, extrà eo. mandato[c]. ¶ Itē
c post eam procurator & tutor, tanquam domini litis, procuratores constituere possunt, C. eo. neque. ¶ Item post eam delegatus ab alio, quàm à principe, potest alii causam committere, vt extrà
d de re iud. cùm Bertholdus[d]. ¶ Item post eam iuratur, & probationes recipiuntur: quod antè non fit regulariter. ext. vt lit. non contest. per totum ¶ Item per eam clauditur via multis malitiis, & re-
e us iudici subiicitur, & obligatur, vt s. §. prox. versi. penul.[e]

ADDITIONES.

☞ sessio: quod ad naturalem interruptionem est necessarium, ff. de vsuc. l. naturaliter. De ciuili videtur idem dicēdum. per l. alienam. ff. pro emptore. Nec iste modus interrumpendi inter alios ciuiles modos numeratur xvj. q. iij. c. potest. versi. hæc de præscriptione. extra. de præscri. illud. & C. de præscrip. xxx. annor. cùm notissimi. nec per Hostien. qui pluries exquisiuit in Summa de præscrip. rerum immobilium, §. quibus modis. Item scias, quòd id, quod statī sequitur de contestatione facta coram non suo iudice, dixit Gui. de Suz. super præd. l. penul. locum habere etiam de facto coram arbitro, si compromissum non teneret ratione arbitri, vel compromittentium. Nec obstat finis illius legis, qui videtur velle contrarium: quia dicit finem ipsum intelligi, cùm compromissum tenet & mutat causam, secundum eum. ADDE primæ parti apostillæ: vel adde Oldra. consil. clxxvi. incip. factum tale est. vbi verba formalia sunt.

a In prin. ¶ & in fi. ii. gl. & idem not. de præscrip. illud. de pur. can. c. ex tuarum. in iiij. gl.

b Seq. ¶ Quas etiam vide de procur. c. ii. lib. vi.

c Mandato. ¶ Illud, cùm procurator non resistit reuocationi: & dic vt in præ. decre. ii.

d Cùm Bertholdus. ¶ Hoc non approbatur, vt ibi no. in gl. sed qualiter delegatus. & vide, quod dixi d app cùm causam. super gl. pe.

e Versi. penul. ¶ Sed an litis contestatio habet effectum obligandi bonæ fidei possessorem ad interitum naturalem? est quæstio Pilei 97, quæ tractat de mula prouinciali surrepta mortua post litis cōtestationem, cum emptore bonæ fidei: & soluit, emptorem nō teneri, etiam de casu in genere, qui euenerit culpa sua, per leges ff. de rei vend. si ad bonæ fidei. & ff. de peti. hære. illud quoque

ADDITIONES NOVAE.

☙ Casus in quibus non debet fieri litis contestatio, & si fiat non tenet, ꝯnumerant̄. Prim⁹, ratione ꝑsonæ agētis, vt si pupill⁹ habēs tutorē velit agere sine eius authoritate, l. i. C. q legitimā ꝑsonā. Sꝭ, ratione iudicātis, l. cū prætor. de iudiciis. Tertius ratione causę, l. j. C. de peda. iudi. Quart⁹, ratione tēporis regulariter, vt c. fina. extr. de feriis. Quint⁹, ratione loci, l. si cū dies. §. fi. de arbitris. Sext⁹, si fiat cū falso procuratore, vt in c. in nr̄a. de proc. Septim⁹, si libello nō oblato, iii. q. iii. si offeratur. Octauus, si fiat coram iudice nō habente iurisdictionem, l. j. si non à comp. iudi.

☙ Nota ꝙ allegatio iuris municipalis vel communis impedit litis cōtestationē, quia non indiget probatione: secus si esset quæstio facti. Io. And. in c. j. de lite cont. lib. vi. in nouella. & l. Arethusa. de sta. hom. Bal. de hoc plene in l. postquam liti. de pac.

☙ In l. scire debet. de bo. vacā. nota tex. ibi, ad audiendas, &c. ad statuta dictantia ꝙ qs nō debeat audiri, vt nō ꝑ hoc impediat̄ litis ꝯtesta. l. leges. de legi. vt ecce statuto cauetur ꝙ bannito nō reddat̄ ius, seu nō fiat ius, an talis exceptio sit impeditiua processus. tex. ꝙ sic in l. si seruum. §. fi. de his q ad ecclesias confugiunt, in fi. & l. pe. in fi. de his q potent. nomi. & vt nemo priuatus. l. ii. §. fi. & sic tenet Mar. Sy. & Iaco. butri. Idem si statutum diceret, nullius audeat alium inquietare. nam similiter ex his verbis paratur exceptio, vt j. Ange in d. l. scire.

☙ In l. fi. de rei vendica. pone conueniebar rei vendicatione à Titio negaui posita & contenta in libello. dixit Titius, ergo negas te possidere: & vult probare me possidere, vt possessio in ipsum trāsferatur per hāc l. an possit. Dic ꝙ nō, q̄a n̄ videor negare, nisi illud quòd mihi nocet, arg. l. non intelligitur. §. si quis palam. de iure fisci. & l. emancipatum. de sena. Bal. in l. si quis intentione. de iudi. & l. i. de litis contest.

☙ Nota quòd per verbum credo, vel non credo fit litis contestatio, vt c. cùm ad sedem. de resti. spoli. & l. iusiuran. quod ad pecunias. de iureiuran.

☙ Quid si plura peto in libello, & tu respondes tantum confitendo vel negando, an dicatur lis contestata super eo, super quo respondisti. Odof. C. de litis conte.

☙ In l. si non transacti. de iur. & fac. ign. nota quòd exceptio quæ concernit partis petionem non suspēdit aliam partis petitionem vt apparet hic, dum dicitur, reddito quod debetur. & est arg. quod litis contesta. possit fieri super parte libelli, sicut contradictio. Bal. in dicta l. si non transacti.

☙ In l. item si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. nota, quòd istud est respiciendum ante omnia, &c. & ideo ista exceptio, tu non potes agere, quia tua non interest, impedit litis contestationem, quia dicit ante omnia, &c. Bar. de hoc in l. posthumus. §. si quis ex his. de inoffi. testa.

☙ An litis contestatio extorta per metum vel per torturam teneat Guil. de cu. & Bal. in l. ii. in prin. de iudi.

☙ An vbi petuntur datia vel gabellæ, sit necessaria litis contestatio. Bal. in l. hac perpetua. C. vbi quis de cur. vel cohort. & videtur dicere quòd non.

☙ In l. si fideiussor. qui satis. cog. in tex. sed si aliam, &c. arg. ꝙ protestatio reseruat ius protestanti in casum & tempus quo aliàs nō haberet ius. Iac. butri. & ideo est arg. ꝙ si aliquis contestetur litē sub protestatione & exceptione ac reseruatione exceptionum declinatoriarum, ꝙ declinans possit postea opponere. dicit Bart. ꝙ hoc non est verum: de quo per eum in d. l. si fideiussor. qui satisda. cog. & in l. i. si quis in ius voc. non ie. & l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. de ope. noui nun.

☙ An sit differentia vtrum fiat litis contestatio cum tutore vel cū pupillo, & quæ, & in quo. Bar. in l. i. de admi. tut.

☙ An possit iudex habere litem pro contestata, si pars non vult respondere. not. in l. j. de litis contesta.

☙ Quid si reperiatur in actis, lite contestata tali die, sed non reperitur vtrum per affirmationem vel negationem, an probetur litis contestatio, Bart. in l. Gallus. §. si eius. de lib. & posthu. & l. quòd si dubitet. de acqu. hære.

☙ An in inquisitione fiat litis contestatio. not. in c. cum I. & A. de re iudi. per Ioan. An.

☙ An vbi petitur restitutio sit necessaria litis contestatio, Cynus & Bal. in auth. si omnes. C. si vt ab hæred. se absti.

☙ An in causis summariis fiat litis contestatio, & detur libellus. Bar. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his de liberis agnos.

☙ Quid si reus respondeat libello absente iudice, an dicatur lis cōtestata: videtur quòd non, vt c. quoniam contra falsam. de probatio. vbi dicit quod loca, tempora, & personæ sunt designandæ.

☙ Quid de causis vbi proceditur secūdum formam capituli sæpe. de verbo. signifi. in clem. Innoc. in c. dudum. de electio.

☙ An litis contestatio facta coram non suo iudice interrumpat præscriptionem, glo. in l. quod falso. ff. quo fals. tut. Authen. quæ incipit à pupillo. & gloss. in l. pen. ne de sta. defunct. & l. ii. §. quinquennium. ff. de collu. detegen.

☙ Nota ꝙ etiam lite nō contestata peruenitur ed sententiā diffinitiuā, q̄n nō p̄t aliter sibi esse consultum. Bal. in Aut. si oēs. C. si vt minor ab hæred. se absti. & Iac. butri. in auth. qui semel. quomodo & quando iud. & l. scimus. §. sin autem. ad Trebel. C. & Ange. in l. si fundus. §. in vendi. ff. de pignor. dicit ꝙ contra hoc est casus in l. si quis libertatem. in princi. ff. de petitio. hæredita.

¶ Bald. de Litis contestatione.

An Litis ꝯtestatio possit remitti, vide j. de sen. §. lit. contest. ¶ In casib⁹, in quib⁹ nō cōtestat̄ lis, qs act⁹ habeat̄ loco litis ꝯtestationis, j. de sen. §. in casib. in qb. Eodē libello p̄t cōueniri re⁹ & fideiussor, C. de fideius. tu. l. no. G. Vno falso ꝯtēto in libello, tot⁹ libell⁹ pōt negari, §. i. vers. i. G. si illud fasū tāgit factū, vel facti qualitatē, vel locū, vel tēp⁹: secus si sit falsitas in aliqua demōstratiōe, q̄ nō vitiat, ff. de iud. l. si in iudiciis. q̄a nō, ꝑpterea receditur à vero, licet hoc falsum sit, arg. eius quod no. Innoc. de hære. c. fraternitatis. Idem in positionibus dico: facit ff. de reb. dub. l. si is qui ducenta. §. cū ita. & §. vtrùm. G. Quid de teste? vide s. de teste, §. si testis admiscet. & qd de instrumento, j. de instru. edit. §. q̄n instrumentū. & j. de positi. §. q̄n positio est eo, &c. & seq. & de instr. ed. §. ratiōe partis. ¶ Libello debet responderi præcisè Sic, vel Nō: p̄t ēt addi defensio, ver. & scias. G. ¶ Si notari⁹ scribit litē fuisse ꝯtestatā, nec addit ꝑ negationē, vel cōfessionē, ista scriptura nō ꝓbat litē fuisse ꝯtestatā: q̄a ꝯtestatio p̄t esse difformis: & difformia n̄ ꝓsumūt̄. Si aūt dicat iuratū fuisse de calūnia, nec dicit qualiter, ꝓbat iuramentū: q̄a iuramētū ē vniforme, ar. ff. de dote ꝑleg. l. Theopōp⁹. facit qđ no. Cy. C. đ ꝯhen. & ꝯmit. stip. l. i. & hîc ver. q̄dā aūt. G. vide Bar. i. l. ꝙ si dubitet̄. ff. de acq. hære. ¶ Si debes mihi centū. & q̄a n̄ reddidisti mihi ī terminis, oportuit me accipere pecuniā mutuā sub vsuris: & ego volo illud i̇̄teresse petere: qualiter formabo libellū, ver. ex his aūt. G. ¶ Protestatio, si iudex eā n̄ reꝓbat, īpedit litis ꝯtestationē, licet verba al's sint apta ad ꝯtestādū, nisi pars aduersa ꝯdicat ꝓtestationi: q̄a in ꝯtestatione requiritur animus, ver. patet ex præmissis. & ver. seq. G. hoc verum, si post protestationē verba imme-

dia-

diatè sequantur:secus si ex interuallo,ar.ff.de cond.& demonstr. nam ad ea. nam videtur propter interuallum temporis & actum subsecutum à primo proposito esse recessum. ff.loca.l. cũ in plures. ¶Qualiter formetur libellus appellatori⁹ super interlocutoria,&qualiter sit ei respondendum,ver.sed cùm in causa.G. ¶Per exceptionem peremptoriam non fit litis cõtestatio: quia nondũ trahit secum suum effectum,sed reseruatur ad post litem: ante litis contestationem exceptio opponitur potius intentioni,quàm actioni,ver.sed nunquid per exceptionem.vide c.i.extr.eo.lib. vi. ¶Licet persona veniens ex transuerso respondeat, non tamen fit litis contestatio. Non obstat l. ii. C. vbi in rem act. quia illa est quasi contestatio contra cursum præscriptionis,non quo ad procedendum ad diffinitiuam,ver. quid si in libello. G. ¶Procedit iste libellus, peto mihi tradi per te vacuam possessionem amoto inde pensionario.ibidem.G.Respondendo positioni,quę non fit directè super principali,non fit litis contestatio:secus,si contineat substantiam libelli,& respondeatur facto &iuri,ver.quid prius G. ¶In causa nullitatis sententiæ non fit litis cõtestatio,cùm nullitas non retardet executionẽ,nisi statim probetur, C.de or.cog. l.fi.§.pe.ver.quid de causa. vide omnino ȷ̃.de sent.§. in causa nullitatis:vide Ber.de off.deleg.c.pastoralis.vbi distinguit,&c.

a ¶ De Iuramento calumniæ [a]. Rubrica.

Voniam statim facta litis contestatione iurandum est de calumnia,ideo post tractatum de Litis contestatione,de hoc aliquid supponamus,dicentes: Quando iurãdum sit:Et in quibus causis:Et à quibus:Et qualiter:
b Et quæ sit pœna iurare nolentis[b].

ADDITIONES.

a ¶Pileus tota sui operis parte tractat hanc materiam.¶Tancr.parte iii.rubr.ii. ¶Vber.de Bobio char.vl. in prin.¶ Ioan.de Deo Cauil.lib.iii.in fin.& lib.Iudicum parte i.ii.& iii.De hoc posui tres rubr.¶Aegid.rubr.xiii.&duabus seq.¶Alber.Gal.posuit de hoc rubric.¶Guid,de Suza.ante med.sui operis,& ante rubr.de positionibus super exceptionibus.¶Gallicus post rubricã de li. contest.

b Nolentis.¶Hæc membra posuerunt Tancr.& Summistæ, Azo, Gof,& Host. sed præmittebant, quid est iuramentum calumniæ: quod iustè omisit auctor, cùm ipsorum diffinitio respiceret solũ primum membrum iuramenti,quòd non calumniosè petitur,vel non defenditur,de quo ȷ̃.§.pen. in prin.Idem dico de diffinitione Pilei,qui dicebat,vbi s̃,quod iuramẽtum calumniæ est trames legitimus, per quem litigantium temeritas & contentiosa litis instantia compescitur.Sed non placet: quia non conuertitur, scilicet quòd quicquid est tale,sit iuramentum calumniæ. Et scias, ꝙ ferè omnes quæstiones, quas ponit hîc auctor, posuerat Accur. C.eo.tit.sed Azo priùs circa textum, vt dixi in summa huius titu. in fi.Scias etiam,quòd iura. vi.libri se circa hũc titulum habuerũt vtiliter,vt infrà patebit,

SVMMARIVM.

1 *Iudex an possit iuramẽtum calumniæ differre,dicendo,nolo quòd modò iuretur.*
2 *Iudex aliquibus coniecturis motus,contra actorem potest ante litis contestationem iuramentum exigere,aut fingere se velle exigere.*
3 *Iuramento de calumnia ante litis contestationem præstito,an sententia postmodum lata teneat.*
4 *Iuramentum quibus casibus sit ante litis contestationem præstandum.*
5 *Iuramenti genus est quadruplex.*
6 *Iuramentum de malitia præstatur super exceptionibus, vel quum aliquid loco exceptionis proponitur.*
7 *Iuramentum de calumnia in principali præstitum, ad omnia, quæ postea emergunt in causa,extenditur.*
8 *Apostoli dictum,quòd vnusquisque suam habeat propter fornicationem,qualiter sit intelligendum.*
9 *Iuramentum de calumnia,& iuramentum de malitia,in quo differant.*
10 *Iuramentum de veritate dicenda,qualiter & quo casu pręstandum sit.*
11 *Iuramentum de veritate dicenda,semel tantùm in tota causa præstari debet.*
12 *Iuramentum de veritate dicenda,in quo differat à iuramento de calumnia.*
13 *Iuramentum de veritate dicenda,præstare debet syndicus,vel actor tantùm,& fit in anima propria:iuramentum autem de calumnia in animam domini,vel vniuersitatis.*
14 *Ante iuramentum de calumnia an quis cogi possit actionem eligere.*

¶Quando iurandum sit de calumnia.

a I. §. Est autem præstandum generaliter post litis contestationem [a],& incontinenti post,vt extrà,eo. cùm cãm. in fin.& c.i.& ii.&de elect.dudum,ii.ibi,lite verò coram nobis legitimè contestata,prestitoque,&c.scilicet in exordio litis,vt C.e. l.ii.in prin.& C.de iud. rem non nouã.in medio legis.Si vero tacitè fuerit omissum ab initio,poterit peti in quacunque parte iudi
b cii,vt iuretur,vt ȷ̃.§.prox.versic.quid si non[b] ¶†Sed quid si iudex
1 volens differre iuramentum,dicit,nolo,quòd modò iuretur?Videtur ex præmissis,ꝙ non potest. Arg.contrà:quia quod differtur non aufertur,ff.de petit.hæred.destitisse.l.dist.c.ii.in fin.Tamen si postea non iuretur, non tenet sententia,ex quo exactum est,vt ȷ̃.
2 §.prox.ver.& no.ꝙ secundum.& seq. ¶†Sed pone, reus dicit iudici,Domine,ecce actor parat se ad agendum contra me : grauor in contestatione litis,& in sportulis,& aliis:supplico,vt faciatis eum iurare,ꝙ si se æstimet bonam causam habere:vt Insti.de pœn.
c te.litig.§.idem actoris.& sic non aget contra me.Dixit Vber.[c] ꝙ si iudex aliquib.coniecturis moueatur contra actorem,potest ante litis contestationem iuramentum exigere, vel saltem fingere se velle exigere. Ego dico , iuramentum de calumnia de sui natura ante litis contestationem non debere præstari,sed post duntaxat vt extra.de prob.quoniam contra. ex ordine verborum, & patet
d ex serie rubricarum illius libri,&in præ.concor.[d] Aliud autem ge
3 nus iuramenti bene præstatur,vt inferiùs apparebit. ¶†Sed quid si ante litẽ contestatam fuerit iuratum de calumnia? Dicunt quidam,non valere sententiam postmodum latam,vt potè latam ꝯtra solitum ordinem iudiciorum,C.de sen.& interloc.om.iud.ꝓlatam.Alii contrà,etiam si nullum præstitum fuerit. C. de iur. ca-
4 lum.l.ii.§.sed quia infrà §.prox.ver.quid si non. ¶†In casibus tamen ante litis contestationem iuratur.putà cùm propter rei contumaciam facienda est missio in possessionem,vt suprà de primo & secundo decret. §.ii.prope princ.Iuratur autem,vt partes à probationib.exonerentur,& vt veritas causę manifestetur,& calumniosa petitio &defensio euitetur,C.eod.l.i.& in authen.de his, q̃ in gred.ad appel.§. fin. Colla. v. ¶Item in exceptionibus iuratur ante litem contestatam de calumnia,vt infrà §.prox.in fin.sed tũc non est iurandum de calumnia,sed de malitia,vt ȷ̃.ver.secundum Item in causa appellationis:& breuiter,vbicunque non est neces
5 saria litis contestatio.¶†Vnde ad huiusmodi articuli notitiã nota,ꝙ quadruplex est genus iuramenti. ¶Primum est decisorium: de quo habetur extrà de iureiur.c.fin.& C.de reb. cred. generali-
e ter.de quo nihil ad præsens[e],sed de eo ȷ̃.de iureiur.dicetur.¶†Se
6 cundum est iuramentum de malitia, quod præstatur super exceptionibus,vel cùm aliquid loco exceptionis proponitur: & præstatur hoc ante litis contestationem semel & pluries in ciuilibus & spiritualib.& criminalibus causis, quoties præsumptio est contra aliquem,ꝙ aliqd malitiosè proponat,vt ff.ad exhi. thesaurus. extr.de ele.cùm dilecti.vbi suspectus erat excipiens,quia fundata erat electi intentio per confirmationem metropoliticam:&ideo ibi iurat,& extrà de excep.pastoralis. vbi suspectus est.q̃ post terminũ peremtoriũ dilatoriũ ꝓponit:& ideo iurat sic:& in eo, qui post publicationẽ attestationũ obiicit in ꝑsonas testiũ,cùm non fuerit ꝓtestatus,extrà de testib. ꝑsentiũ. sic & in eo, q̃ reꝓbat te-
f stes reprobatorios,vt e.ti.ad hoc.aliàs incipit,præsentiũ.in fi.[f] sic & in eo,q̃ vxori petenti restitutionẽ,obiicit gradũ lege diuina ꝓhibitũ,vt extrà de rest.spol. literas. versus fi.vbi de hoc: sic & vbi quarta dilatio petitur ad testes producendos,vt extrà de testib.in causis.& c.vltrà.& c.significauerũt.sic & in eo, q̃ petit instrumentum pri⁹ editũ sibi edi,vt C.de fide instr.l.fi.His enim casi⁹ & similib⁹ obiiciẽs,cũ sit suspect⁹,iurat,quòd malitiosè nõ ꝓponit:post
7 litẽ autẽ contestatã hoc iuramentũ nõ præstat: †qa iuramẽtũ de calũnia in principali ꝑstitũ, ad oĩa quæ posteà accidũt, vel emergunt in cã,extẽdit,C.de iur.cal.auth.hoc sacramẽtũ.alioquin bis
g iurareť:qđ esse nõ debet[g].Vbi verò de veritate dicẽda iuratũ est, bene iurať post litẽ contestatã sup emergẽtibus,vel incidẽtib.ſm quosdam:sed hoc prosequere,vt no.in ꝑ.decret.ꝑsentium.Breuiter ergo teneas, ꝙ si cã est spiritualis,tunc siue proponatur exceptio ante litẽ ꝯtestatã,siue post, semp iurat de malitia ꝓponẽs exceptiõẽ:qa ꝑsumiť,ꝙ malitiosè ꝓponat,&ẽ rõ,qa ĩ cã tali ñ de calũnia,sed đ veritate iurať.Iurabit ergo ꝙ malitiosè,vel gratia differẽdę litis ñ ꝓponit,sed qa credit sic eẽ verũ.Si vero ẽ ciuilis,&ꝓponitur

ADDITIONES.

a Litis contestationem.¶Dixit Fran.Accur.super l. ii.C. e. per hoc probari,quòd per illud non fit contestatio.
b Si non.¶Ibi dicam.
c Vber.¶Vbi suprà in princ.
d In præ.concord.¶Inquantum de fictione dixit Vbert.æquè locutus est:sed retento dicto G.dici potest, quòd iudex potest exigere iuramentum ab actore,si coniecturas habeat,de quibus s̃.& malitiosè non trahit reum ad iudicium,per decret.ii.in fin.eo.tit. lib.vi.
e Ad præsens.¶Aegid.hoc continuat,vt materiæ,c.cxlv.
f In fin.¶lib.vi.
g Non debet.¶Tu dic eod.tit.c.ii.in fi.lib.vi.

ponitur ante litem contestatam, tūc idem iuris est: sed si post, tūc
8 non iuratur, cùm sit iuratum de calumnia, vt suprà. ¶† Tertium verò genus est iuramentum de calumnia, scilicet vitanda: sicut aliàs dicitur, Habeat vnusquisque suam propter fornicationem, scilicet vitandam, non committendam, vt xiii. dist. nerui testiculorū prope fi. Et hoc præstatur in merè ciuilibus, siue criminalibus & cùm agitur de crimine ciuiliter: vt not. extr. e. c. ii. prox. §. & statim post litis contestationem, vt dixi suprà, & semel tantùm in tota lite, C. e. auth. in hoc sacramentum, nisi vt j. prox. vers. sed nunquid hæres. & ver. quid de quæstionibus. vnde correcta sunt omnia iura dicentia pluries iurari posse de calumnia, ff. de dam. infe. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. qui satisd. cog. de die. §. iubetur. ff. de iure-
9 iur. iusiurandum. §. qui iusiurandum. ¶† Differunt autem hoc iu-
a ramentum, & iuramentum de malitia, secundum Gof.[a] quia iuramentum de calumnia præstatur tantùm post litem contestatam, vt s. illud autem antè & post, extra. de elect. cùm dilecti. de testi. in
b causis. & c. pe. & c. vlt. & c. ad hoc. & aliàs incipit, præsentium[b]. de restit. spol. literas. in auth. eo. Col. vii. §. quia verò. & de fi. instru. §. si verò. Sed ego non credo, illud post litem contestatam præstari, nisi vbi iuratum est de veritate, vt s. ver. secundum. Item hoc semel in tota causa præstatur, vt s. illud verò, quoties aliqd dici, vel fieri malitiosè præsumitur. Item hoc locū habet tantùm, vbi agitur de rebus prophanis: illud vbi tam de profanis, quàm de ecclesiasticis. Item per hoc prouidetur, ne quid calumniosè fiat in tota lite, vt in prę. auth. de hoc. per illud verò, ne quod petitur, vel pro ponitur, in quo suspectus proponens habetur, malitiosè petatur
10 vel proponatur. ¶† Quartum verò est iuramentum de veritate dicenda: quod præstatur in spiritualibus, vel spiritualibus annexis sed certè cùm maius periculum sit calumniari in his, quam in ciuilibus, multò fortiùs videtur in eis de calumnia iurandum. Vel prosequere, vt no. ext. e. c. ii. Ego tamen vtrunque in eis pstari fa-
c cio ad cautelam[c]. Addo etiam in hoc iure, quòd respondebit de credulitate: aliàs enim non posset quæri per hoc iuramentum de credulitate: & probatur & no. ext. de iureiu. ex literis. Et idem posset etiam fieri in ciuili causa: vt ibi no. de hoc, secundum Papam, extrà de testi. ad hoc. aliàs incipit, præsentium. ver. sine iuramen-
d to[d]. & j. tit. prox. §. vj. ver. item nota. & præstatur hoc statim post litem contest. Tamen si diu post litem contestatam & post alios
e processus præstetur, non ob hoc processus vitiatur[e], vt not. in p.
f c. ex literis. & de testi. ad hoc. aliàs incipit, præsentium. §. testes.[f] & idem in iuro calum. vt ibi: & ibi no. de hoc, secundum do. meum.
11 & j. §. prox. ver. quid si non. ¶† Sed nunquid tunc extenditur tantùm ad sequentia? Arg. quòd sic, C. de iur. cal. l. ii. Tu dic, φ etiam
g ad præcedentia[g]. Vnde si fortè actor, vel reus aliqua negauit, adhuc interrogabitur super illo, vel super executione, vel alio cōsimili. Item præstatur hoc iuramentum semel tantùm in tota causa: sicut fit in iuramento calumniæ, cui succedit: quare eodem iure censeri debet, ff. si quis caut. si eum. §. qui iniuriarum. ff. de peti. hæred. l. item veniunt. §. cùm prædiximus. C. commun. de leg. l. i. Vel dic, & meliùs, φ præstatur quandoque pluries, vt patet extrà de testib. ad hoc. aliàs incipit, præsentium. ibi enim fuerat in curia iuratum de veritate per procuratores, & papa iterum mandat iu-
12 rari per principales. ¶† Differt autem hoc iuramētum à iuramēto calumniæ: primò, quia illud præstatur in ciuilib. & pecuniariis, vt eodem tit. cęterum. & c. cùm causam. & c. fi. istud verò tantùm in spiritualibus, & eis annexis: vt eo. tit. literas. de elect. dudum. ii. infra §. prox. ver. quid de causa. ¶ Secundò, quia in illo respondet de credulitate, vt in auth. Col. v. de his, qui ingre. ad ap. §. pe. & fin. sed in isto non, nisi de scientia, quam scit, 3. quæs. ix. hortatur. & in prædi. decręt. ad hoc ibi, ipsi sciunt, &c. & ita ipsum, quod verbum sonat. simile ff. iud. sol. iudicatum. & ff. de leg. iij. non aliter. & in p.
h decre. ad hoc[h]. ¶ Tertiò hoc, quia illud continet multa capitula, istud verò vnum solum, videlicet illud, quod ipsum verbum sonat. ¶ Quartò, quia de illo non datur dilatio. nam statim potest dicere, Credo, vel Non credo: in isto verò sic, vt ff. de interroga. act.
i §. qui interrogatur[i]. ¶ Quintò, quia illud præstant principales per
13 sonæ, istud etiam procurator, vt infrà. §. restat. in prin. & versi. j. † ¶ Sextò, quòd istud præstat syndicus, vel actor, in anima propria, vt extrà eo. in pertractandis. & c pe. in fi. & C. eo. l. ii. §. hoc etiam. illud verò præstatur in anima domini, vel vniuersitatis, vt j. §. prece. vers. cæterum. & seq. ¶ Septimò, quia si post illud pręstitum dicatur meliùs nosse veritatem, cogitur iterum respondere, vt in-
14 frà §. fi. in fi. ¶† Sed quæritur, an ante iuramentum de calumnia quis cogatur eligere actionem? super quod distingue, vt s. de act. seu per. §. sequitur. ver. notādum etiam. & ver. sed quando. Et no. secundum B. quòd iuramentum de veritate, non extēditur ad iuramentum calumnię, nec econuersò: vt sic notetur differentia inter ea, extra de testi. c. pręsentium. Primum enim est de scientia, se-
k cundum de credulitate, vt no. extra de confes. statuimus[k].

ADDITIONES.

a Secundum Goff. ¶ in Summa huius ti. in j. col. & easdem differentias posuit Mar. de Fa. in quæstione, an hodie sæpius de calumnia iuretur. & Host. in Summa, §. & in quibus. s. §. qn. & Aegid. vbi s.
b Incipit, præsentium. ¶ lib. vj.
c Ad cautelam. ¶ Et sic hodie fieri debet, vt eo. tit. c. j. in fi. lib. vj. & vide, quod ibi dixi super gl. penul.
d Sine iuramento. ¶ lib. vj.
e Vitiatur. ¶ Hoc patet eod. tit. c. j. in prin. lib. vj.
f Testes. ¶ lib. vj.
g Etiam præcedentia. ¶ vide j. §. pen. post prin.
h Ad hoc. ¶ Vt ibi scripsi in §. præterea. super iij. glo. Host. hoc improbat, dicens, quòd propter iuramentum de veritate, responde-re debet de credulitate: ibi vide, & quod scripsi hîc e. ti. c. in vlt. gl.
i Qui interrogatur. ¶ Vide, quod dicam j. §. vlt. super ver. fi.
k Statuimus. ¶ lib. vj. vide, quod suprà prox. dixi.

SVMMARIVM.

1 *In causa criminali quomodo & quale iuramentum sit præstandum.*
2 *Agere non dicitur quis ante litis cōtestationem, sed agere velle, licet ante eam in exceptionibus iuretur.*
3 *In causa appellationis præstandum est iuramentum de calumnia.*
4 *Iuramentum nunquam est præstandum ante quàm exigatur.*
5 *Coniuncta persona quibus casibus à cōdemnatione alterius appellare, & appellationem prosequi possit.*
6 *Quæstionibus pluribus, & contra plures, coram eodem iudice motis, an semel pro omnibus, vel in qualibet per se, sit iurandum.*
7 *Hæres defuncti qualiter habet iurare.*
8 *Iudice coram quo iuratum est, moriente, vel mutato, an iterum sit coram alio iurandum.*
9 *In causa iuris patronatus quale iuramentum sit præstandum.*
10 *Iuramentum non est in causa modica præstandum.*
11 *Mutans causam, vel actionem post iuramentum de calumnia, an iterum in noua proposita iurare debeat.*
12 *Vno petente, & altero excipiente, quis priùs iurare habeat.*
Reus excipiendo fit actor.
13 *Instantia triennio finita, an iterum sit iurandum.*
14 *In quæstionibus incidentibus qualiter sit iurandum.*
15 *Non possidens, nec dolo desinens possidere, an compelli possit iudicium subire.*
16 *Iuramentum de calumnia an sit in omnibus exceptionibus, etiam in declinatorijs, præstandum.*
17 *Iuramentum de calumnia an in prætorijs stipulationibus prestari debeat.*
18 *Procuratore subrogato in causa post prestitum iuramētum de calumnia, an sit iterum per eum iurandum.*

¶ In quibus causis iurandum sit de calumnia.

2. §. Sequitur videre, in quib. causis iurandum sit de calumnia. Et quidem in omnibus, vt dixi s. §. prox. vers. tertium. exceptis spiritualibus, in quibus non de calūnia, sed de veritate iuratur, extra eo. literas. vt dixi s. §. prox. versi. quartum. tamen secundum B. vbi agitur possessorio de re spirituali, tunc de calumnia iuratur, vt extrà de restit. spol. literas. versus fi. Ego dico contrà, vt habetur expressè extrà de testib. c. ad hæc. aliàs incipit, præsentium. prope prin. & in decre. literas. iuratur super exceptione, & de malitia, & bene: non autem super actione,
1 nec de calumnia. ¶† Quid de causa criminali? Dic, quòd iuratur
a de calumnia, vt not. extrà eo. tit. c. j.[a] & C. eod. l. j. Io. de Deo con-
b trà[b]. Quid de causis mistis? Dic, iurari de calumnia: quod exemplifica, vt extrà de procurat. tuæ. & de accusat. super his. & facit ad hoc xj. q. j. placuit. 16. q. j. frater noster. 14. qu. 2. super pruden-
c tia. Quæ causa dicatur mista. not. suprà, de contum. §. sequitur[c].
¶† Quid

ADDITIONES.

a c. j. ¶ Vide, quod ibi scripsi.
b Contrà. ¶ libro iudicum parte ij. eod. tit. in princip. ADDE, quòd Bar. in l. i. C. eo. tenet, quòd iurari debeat, sed dicit de consuetudine Italiæ non seruari: Abbas verò post glo. in c. i. extrà eo. dicit esse iurandum indistinctè.
ADDITIO. Adde tu videndum Lud. Rom. sing. cccexxiii. inci. tu habes. vbi singulariter ponit, an iuramentum calumniæ possit consuetudinem tollere. Hen. Ferran.
c §. seqt. ¶ Si est quæstio mādato, an qs sit pcurator? Gui. de Suz. dicit in l. i. C. de pcu. de calūnia iurari: alleg. l. i. C. e. tit. Sed qs iurabit pcurator, an nō? C. e. l. ii. Vel dic, φ iurabit, qa in hac causa nō est pcurator, sed principalis: vel, sm eū, non iurabit, quia ante litis cōtestationem non præstatur, nec hîc fertur diffinitiua. Primum ergo dictum procedat in iuramento de malitia.
ADDE, vt per Bar. in l. qui bona. §. qui alieno. ff. de dam. infect. & per Panor. in c. in pertractandis. extra. eod.

2 ¶†Quid, vbi imploratur misericordia, vel merum officium iudi
cis? putà petitur à Papa, quòd declaret verba ambigua inserta in a
liqua compositione, vel arbitrio, vel simile, aliquid? Et certè al-
legabatur in causa, quę vertebatur inter abbatem Montis maioris
petentis per dominum papam Clementem declarari verba cuius
dam compositionis ex parte vna, & hospitalarios sancti Antonii
ex altera, non esse iurandum: quia nulla est ibi actio, vel intentio,
vel aliquid loco eius, arg. ff. de no. ope. nunc. de pupillo. §. memi-
nisse. infrà ver. quid si causa. In contrarium dicebatur, quia ante li-
tis contestationem nō dicitur quis agere, sed agere velle, & tamē
ante litis contestationem in exceptionibus iuratur, vt s. §. proxi-
mo. Item & in extraiudicialibus, putà in inquisitione, in purgatio
a ne, & huiusmodi [a] ¶†Quid de causa appellationis[b]? Dic iurari de
3 calumnia, secundum H. & alios, si petatur, C. eod. l. ij. in princip. v-
b bi de hoc, & in auth. de his, qui ingred. ad appel. §. illud. ff. de dam.
infec. qui bona. §. fin. extrà eo. c. j. ibi. vel quacunque causa, &c. vbi
de hoc, secundum Papam. nam & ibi dandus est libellus, & lis est
contestanda, vt s. de lit. contest §. ii. & alia est à causa principali. q̄
dic, vt ii. q. vj. si quis in quacunque. & extr. de app. Interposita. in fi.
& de testa. Raynaldus. & hoc seruatur. Argum. contrà: quia causa
appellationis est eadem cum principali, extra de procurat. non in
c iustè. in fi. [c] Et nota, secundum Pil. [d] & Tancr. quòd hoc iuramen-
d tum remitti non potest, C. eodem, leg. ii. §. sed quia veremur [e]. A-
e zo [f] dicit, patri remitti contra filium agenti, & patrono contra li-
f bertum agenti, vt ff. qui satisd. cog. de dic. §. fin. & ff. de iureiur. iusi-
g urandum. §. j. hoc iusiurandum. Alii contrà: vt in præ. §. sed quia [g].
4 ¶†Quid si non exacto iuramento procedit in causa, & senten-
h tia fertur [h]? Dicit Pil. [i] tenere: quia non est præstandum, nisi exiga
i tur, ff. de no. oper. nunc. de pupillo. §. qui opus. & in præ. l. iusiuran
dum, secus si exactum fuit, C. de sentent. & interloc. om. iud. pro-
latam hoc prosequere, vt not. extrà de testib. tuis. & suprà §. j. in
k princip. Hoc tamen puto, quòd si omissum sit [k], poterit quando-
l que ante sententiam exigi [l]: arg. ff. de dam. infect. bona. §. pen. de
hoc extrà de iureiur. ex literis. in Summa do. mei de lit. contest. §.
5 & quando. suprà §. prox. versic. quartum. ¶†Item quæritur, quis
iurabit in illis casibus, qui sunt ff. de appel. non tantùm. & ii. q. vj.
non solent. ff. de liber. causa, l. i. ii. iij. & iiij. quibus potest coniūcta
persona à condemnatione alterius appellare, & appellationem
prosequi, & contra voluntatem eius agere? Dic, quòd appellans,
6 quasi suam fecerit causam p appellationem. ¶†Quid si moueo
m plures quæstiones, & contra plures [m] coram eodem iudice? Dic,
quòd in qualibet per se iurabo, non semel pro omnibus: arg. ff. de
excep. rei iudic. & an eadem. & arg. extrà de iureiur. clericus. quia
res inter alios acta, &c. extra de fide instr. inter dilectos. versic. por
rò si. & hoc, quando negotium non est commune. Sed si est com
mune, & indiuiduum, tunc omnes iurant, vel vnus pro omnibus:
quia malitiis, &c. ff. de rei vendic. in fundo. extrà de rescrip. ex te-
nore, & C. si vnus ex plur. appel. l. j. secundum Iacob. Bal. & Alber.
7 Pap. ¶†Sed nunquid hæres defuncti iurabit de calumnia? Respō
deo, sic: vt in auth. principales. & in præ. l. qui bona. §. penult. quia
licet defunctus non fuerit calumniatus, sed habuit bonam fidem
fortè hæres habet malam, ff. de accusat. si cui. C. de reb. cred. gene
n raliter. respon. i. Idem fortè [n] in procuratore, ad quem causa tran
sit, infrà versic. fin. Alii dicunt contrà: quia hæres eadem persona
cum defuncto censetur, in auth. iusiurandum, quod à mor. pręs. §.
ii. Tertii dicūt, quòd debet solummodo iurare, se nil dedisse, nec
8 daturum, in auth. Collat. ix. vt litig. iurent, in princip. ¶†Quid si
iudex, coram quo iuratum est, obiit, vel mutatus est? Dic, quòd nō
iurabitur coram alio iterum, quia idem cēsetur iudicium, vt ff. de
iud. mortuo. & l. cùm proponebatur. Ioann. contrà argum. ff. iud.
sol. l. iij. & l. quærebatur. & l. cùm apud. in auth. de resti. §. quia ve-
rò. C. de iudic. properandum. §. sin autē. in med. Dicunt alii, ꝙ par-
tes iurabunt, quòd nec dederunt, nec dabunt aliquid huic iudici,
vt pro eis iudicet, vt in præ. auth. vt litigios. iurent. in princip. Sūt
etiam qui dicunt, tunc de veritate fortè iurandum, C. de eden. l. ii.
9 ¶†Quid de causa iuris patronatus? Dicunt quidam [o], non de ca-
o lumnia, sed de veritate in ea iurari, cùm sit annexa spiritualibus,
extrà de iur. patro. ad aures. extrà de iudic. quanto, suprà in §. ꝓxi.
versi. sed nunquid tunc. Alii contrà: cùm non sit merè spiritualis:
& exponunt extrà eod. literas. nulli inducunt, id est, prohibent, ii.
10 q. v. cōsuluisti. ¶†Quid si causa modica est? Dicunt quidam, non
iurari. nam & sententia sine scriptis lata, tenet: & alia solennitas
propter exiguitatem omittitur, C. de senten. ex breuic. recit. auth.
nisi. ij. q. i. in primis. Dic contrà, vt ff. ad exhib. thesaurus. vt extrà,
de præben. maioribus. & de appe. c. de appellationibus. nisi iudex
p ex officio suo extra ordinem cognoscat. nam tunc non puto iurā
11 dum, arg. ff. ne vis fiat ei, qui in pos. mis. l. i. in princip. [p] ¶†Sed quę
q ritur, si quis post iuramentum calumniæ mutauerit actionem [q],
an iterum iurabit in noua proposita? Respon. sic: quia noua actio
est, & alia: & in qualibet iurandum est, s. eod. l. ii. in princip. quia &
in hac potest calumniari, ff. de dam. infect. qui bona. §. penul. Sup
actione enim iuratur, ff. fami. ercisc. inter cohæredes. §. si familiæ.
Alii dicunt, quòd potiùs super facto iuratur, arg. C. eod. auth. in is
12 to. iurator tamen, quia causa mutatur. ¶†Sed pone, quòd peto
r à te decem: tu confiteris debitum, sed opponis [r] exceptionem pa-
cti de nō petēdo: q̄ritur, qs primò iurabit? Et videt, ꝙ excipiēs: cū
ꝯster d̄ actoris intētione, & re⁹ in excipiēdo sit actor, ff. de excep. l.
s j. Dic contrà: quia originalis causa inspicitur, ff. de donat. id quod [s].
13 ¶†Quid

ADDITIONES.

a Et huiusmodi. ¶Reperitur de hac causa j. de libel. concep. §. nūc
dicendum. vers. xlvj.
b Causa appellationis. ¶Expeditū est, quòd iuratur, eodem tit. c. ii.
in prin. lib. vj. & opiniones Doctorum hîc, vbi vide, in j. gl.
c In fi. ¶Verificatur, vtrùm quia diuersis respectibus est eadem & di
uersa, vt no. de testib. Romana. in gl. ii. lib. vj.
d Secundum Pil. ¶vbi s. rub. iiii. in prin. Tanc. autem hoc dicit, vbi
suprà, in fin.
e Sed quia veremur. ¶Hinc est, quòd non valet consuetudo, ꝙ i-
stud iuramentum non præstetur, extrà de fideius. constitutus. ver
si. præsentium. Dixit tamen Pil. vbi s. parte iiij. in fi. non, quòd erat
contraria iuri consuetudo locorum habens, quòd solùm in tem-
pore sententiæ exigatur hoc iuramentum: audiui dominum me-
um, qui meo tempore Assessor fuit Mediolani. quòd ibi iuramen
tum calumniæ exigebatur solùm tempore sententię, & à victore
& de hac puto Pil. intellexisse, qui fuit de eius diœcesi. ADDE, ꝙ
Panor. in c. cæterum. extrà eod. vbi de hac additione, mentionem
facit, tenet contrarium.
f Azo. ¶Et Pil. vt post eum scripsi eo. tit. c. ij. & ratio ibi.
g Sed quia. ¶Hoc dictum Pil. & Tanc. placet Host. in Summa §. iii.
in fi. item placuit Fran. Vercel. vt scripsi eo. tit. c. j. in fin. pro ratiōe
sumens, quòd ibi non remittitur episcopo, qui pater est, de restit.
spol. conquerente. & ibi concord. in gl. ij. Primum dictum, quod
fuit Azo. placuit Accur. in l. ij. C. eod. post princip. eius ratio, quia
ius vetus non inuenitur in hoc correctum, & secundum hoc §. il
le de remissione hominis loquitur, non legis. & hoc teneas. Item
tenet Accur. in glo. prædicta, quòd remissio per principis rescrip-
tum hoc casu non valet, nisi in eo dicatur, non obstante tali lege.
de hoc plenè scripsi de exces. prælat. c. vno, lib. vj. super glo. & tūc
ipsius aduersario proderit, C. de fruc. & lit. expen. l. fin. Si autem ad
uersarius opponit cōtra rescriptum, in causa ista iurabitur, secun-
dum eum. Quod dixi aduersarium vti illo iure, intelligit Fran. qn̄
illud fuit impetratum à parte: secus si sit proprio motu principis
processum. facit, quod not. de mut. petit. c. ij. in fin. vlt. gl. & Pil. te-
net, vbi suprà, iiii. parte in fi. quòd etiam si impetrans non vtatur,
aduersarius tamē vtetur, ff. quod quisque iur. l. iii. §. i. ADDE Bar.
concordan. huic addit. in l. ii. C. eod. Quid econtrà, an remittatur
filio, vel liberto? Bart. dicit, quòd sic, in l. iusiurandum. §. qui iusiu-
randum. ff. de iureiur. per text. in c. sacramentum. §. in quibus. de
consue. recti feu.
h Sententia fertur. ¶Expeditum est, quòd valet sententia, eo. ti. c. i.
ii. respon. lib. vi. & vide, quod ibi no. in vl. gl. ADDE Rotam in an
tiquis decis. deci. dlx.
i Dicit Pile. ¶Vbi s.
k Omissum sit. ¶Nota, quia distinguit inter omissum & remissum.
l Exigi. ¶Vt in præ. decret. i. in prin. li. vi.
m Contra plures. ¶Ampliatur hæc quæstio, scilicet quando vnus ꝯ
tra vnum plures quæstiones mouet: vel plures contra vnum plu
res quæstiones mouent: & omnibus conuenit sequens solutio.
Alia quæstio de tutore duorum pupillorum inuicem litigantiū,
not. in l. ii. C. eo. ti. iii. §. quod obseruari. in gl. ii. in fi. consilium est,
quòd in altera det actorem: simile s. de aduoc. §. i. versic. quid si ad
uocatus.
n Idem fortè. ¶Sic sub dubio Fortè, loquitur Accurs. in præ. auth.
principales. in i. glo. tu dic sine Fortè, vt in prin. huius §.
o Dicunt quidam. ¶Bar. eo. ti. c. ij. in j. gl. & vide quod super ea dixi.
p In prin. ¶Hîc scias, quòd in causis, quib. proceditur simpliciter &
de plano, &c. hæc iuramenta de calumnia, malitia, & veritate, præ
stari debent, vt in cle. sæpe. de verb. signif. ibi, citatione. &c.
q Actionem. ¶Si dicatur accumulando procedi, hoc dico: quia ex
quo ponit iuratum, ponit litem contestatam: & sic non est locus
mutationi, C. de eden. edita. vide Cy. C. eo. l. ij. in parte j. q. xiii.
r Sed opponis. ¶Sup. in ipsa contestatione, ante quàm iuretur de
calumnia: aliàs superuacua esset quæstio.
s Id quod. ¶Sic dixit Accur. in l. ii. j. respon. in gl. sic ergo.

13 ¶†Quid si instantia sit triennio finita? Respondeo, iterum iurari. Idem dicit Ioan. si iudex in medio triennii mutetur, vt s. versic. qd
14 si iudex. ¶†Quid de quæstionibus incidentibus, vel emergentibus, nunquid iurabitur in eis de calumnia? Nō videtur, cùm sit in principali iuratum: & idem iuris sit in principali, & in accessoriis, vt extrà de offic. deleg. prudentiam. in fi. & quia semel tantùm iuratur, C. eod. authen. in isto. sed hoc verùm est in eadem causa. Vnde dic contrà, vt ff. de dam. infect. qui bona. §. si quis. & ad exhibē.
a thesaurus. & qui satisd. cog. de die. §. penul.[a] ¶†Quid ergo? pone,
15 peto à te fundum: tu dicis, te illum non possidere, nec dolo desiisse possidere, ego peto, quòd iures de calumnia, quæritur, quid iuris? Et certè cùm non possideam, nec dolo desierim possidere, nō compellor iudicium subire: vt ff. de rei ven. qui petitorio. in princip. & §. penult. ergo nec iurare, ff. de iudic. sed si restituatur. §. ex q bus. & de iureiur. tutor. §. fin. Dic tamen esse iurandum: & sic obti
b nuit[b]. ¶†Sed nunquid super omnibus exceptionibus etiam in
16 declinatoriis, est iurandum de calumnia? H. dicit, quòd sic, vt not. suprà de excep. §. viso. versic. sed nunquid. & C. eo. l. i. & probatur ff. qui satisd. cog. de die. §. fi. ff. de noxa. l. quoties. §. penul. Quidam tamen dicunt, sufficere de malitia iurari super declinatoriis, extrà de restit. spoliat. literas. & de electio. cùm dilecti. suprà §. j. vers. in
17 casibus. ¶†Sed nūquid in prætoriis stipulationibus iurabitur de calumnia? Videtur, quòd sic, C. de iuramen. calu. l. j. ff. de dam. infe.
18 prætor. in princi. & l. q bona. §. fi. ¶†Quid si post præstitum iuramentum de calumnia subrogetur procurator in causa? Dic, per eum iterum esse iurandum, cùm calumniosè possit probationes inducere, & alia facere. Alii tamen contradicunt: quod dic, prout
c no. secundum Papam, extrà e. c. i. super ver. j. sed nunquid hæres[c].

ADDITIONES.

a §. pen. ¶Aliàs vlti. in princip. Has leges tenuit do. meus in legibus do. Mar. in quæstione, quę incip. minor xxv. quòd si filius, qui minor 26. adiuit hæreditatem patris, conuenitur actione personali, vt hæres, & dato termino ad respondendum, ipse dicens se inconsultè adiuisse hæreditatem, quæ locuples putebatur, petit restitui ad confectionem inuentarii, & actor dicit id peti animo differēdi actionem, & petit, quòd iuret de calumnia, ꝙ audiendus est. Non obstat, quòd secundum hoc bis iurabitur, scilicet secundò post litem postea contestatam super personali, contra auth. de his, qui ingre. ad appel. in fi. vnde sumpta est auth. hoc sacramentum. C. eo. ti. quia id procedit in eadem instantia, vt dictum est s. secus in diuersis, per iura prædicta. ad idem ff. de eden. si quis ex argentariis. §. exige. & de iureiur. iusiurandum. §. qui iusiurandum. & facit, quod de causa appellationis dictum est s. versic. quid de causa. Itē si diceretur, quòd restitutio peti non possit in modum exceptionis, negari non potest, quin hoc petatur incidenter, C. vbi, & apud quos. l. vlt. in fin. & extrà de restit. in integ. c. fin. & eam esse præiudicialem actioni propositæ, C. de iure delib. l. sancimus. §. donec. facit Instit. de act. §. præiudiciales. & sic pro cognoscenda, de ord. cog. tuam. & hoc quia in perpetuum, vel ad tempus actionem excludunt, habent instar exceptionum. Ad tollēdum ergo suspicionem, purget se per iuramentum, C. de his, qui ad ecc. confu. l. vlt. §. sicubi. Procedit autem, secundum eum, quòd per se iuret, si est maior xxv. & intra tempora restitutionis. Si autem est adhuc minor, iurabit curator: de hoc infrà §. proximo, in princip. & ver. sed cùm pupillus. Si dicamus, quòd hoc casu recipiatur iuramentum de malitia, de quo s. proximo, ver. secūdum. & dixi eo. §. post princip. cessabit omnis difficultas. Et huic est simile, quod notat Guid. de Suza. in l. seruum. §. publicè. ff. de procurat. dicens, quòd qui allegat causas absentiæ, iurabit quòd animo calumniandi illas non allegat. cùm iuret istud solum capitulum: & sic non obstat auth. hodie. de qua suprà.

b Et sic obtinuit. ¶Hoc tenet Alber. Pap. super l. fin. ff. de rei vendi. l. de die. §. fi. in princip. alleg. s. & j. vers. proxi. Ad iura quæ prohibent bis iurari, respondet, illa loqui post litis contestationem, cū iuratum est.

c Nunquid hæres. ¶Primum dictum approbatum est eo. tit. c. ii. §. i. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum omnium possessorum desideratur, dum res venditur ciuitatis.*
2 *Abbas an iurabit de veritate, vbi collegium litigat per syndicum.*
Iuramentum de calumnia semel tantùm in causa præstandum est.
3 *Prælatus ecclesiæ causam per se prosequens, an possit iuramentum committere syndico seu œconomo.*
4 *Pupillo an expediat iuramentum præstari, vbi agit causam momentaneæ possessionis.*
5 *Pater an iurabit de calumnia in bonis aduentitiis.*
6 *Conuentus reali actione, nominans dominum in iudicio, an iurare habebit de calumnia.*
7 *Clericus an possit iurare de calumnia.*
8 *Minor, cuius nomine litigatur, an possit, vel debeat iurare.*
Impubes iurare non potest, secundum Canonistas.
9 *Omnibus, vel maiori parti de municipio iurare licet.*
10 *Procurator an possit iurare de calumnia. & nume. 12. & 13.*
11 *Procurator agens, & defendens nomine absentis, non iurabit, sed dabitur ei dilatio, vt denunciet vero domino, vt veniat iuraturus.*
14 *In procuratorio alicuius, aliàs sufficienti ad causam, si non exprimatur, quòd possit iurare de calumnia, an is poterit iurare.*
15 *Syndicus quo casu & quando possit iurare.*
16 *Hæres defuncti an possit, aut debeat iurare.*
17 *Iudæus litigans cum Christiano, an iurare permittatur super Euangelia.*
18 *Iuramentum calumniæ cuius expensis mittetur ad principalem absentem.*

¶A quibus sit iurandum de calumnia.

3. §. Restat videre, à quibus sit iurandum. Et quidem regulariter principales personæ debent iurare: primo actor, & postea reus, C. e. l. ij. §. j. & ii. & authen. principales.
a extrà eo. c. iii. & c. cæterùm. Item tutor & curator[a], œconomus,
b Conciliũ Lateranẽ.¶de cle.nõ resi.quia nõnulli. de præb. qa in tãtum.si loqueretur de concilio generali,e.ti.de multa.tũc sufficeret positionem facere de receptione secundæ, post illud, quo ad priuationem primæ.
c Talis,&c.¶Includit viij.
d Nam si decem.¶Sup.tantum:& debuit auctor de hoc ponere in positione, vt sequeretur hæc conclusio. Aegi. tamen dicit, ꝙ ex quo confessus est reus decem esse electores, ergo confiteri videtur.quòd non vltrà:quia indefinita,&c.19.di.c.j. vide ĩ.§.vij.versi.viij.in princ.
e Veritate patroni.¶Nimis permiscet auctor hîc actum electionis & præsentationis.
f Fuerunt contempti. ¶An cõtempt⁹ locũ habeat in patronis nõ vocatis ad præsentationem factã per cæteros, scripsi in dec. 3. de iure patro.super verbo,plurimorum.Aegid.hoc dixit,quòd fortè sic allegat,de elect.bonæ.ij.
g Hoc est.¶De articulis vide š.de teste,§.nunc videndum.ver.sed pone,auditor.& quod ibi dixi super ver.hoc etiam no.in fi.
h In summa.¶Secundum Vbert.de Bo.cuius quasi ad literam fuit totum,quod hîc sequitur vsque ad fin.& hoc,vbi š.j.
i Abbate.¶Lib.vj.

functi. Vel si agis publiciana, non dicas te à vero domino emisse: vel si agis Vti possidetis, nō dicas aduersarium possidere: & sic de similibus: & vide de hoc j.§.x.ver.hoc quoque.& s.de act.seu pe.§.sequitur.& §.seq.

SVMMARIVM.

1 *Cautela pro illo, contra quem ponitur in iudicio.*
2 *Vtile est responsionem illius, contra quem ponitur in iudicio, scriptis notare propter gratiam.*
3 *Positionibus semel respondens, an cogi possit ad iterū, vel vlterius respondēdū.*
4 *Positionem generaliter negare non sufficit, nisi ad singula in positione contenta respondeatur.*
5 *Positiones licet sint de consilio aduocatorum formandæ, non tamen responsiones. sed solùm à partibus faciandæ.*
6 *Responsio facta interrogationi, vel responsioni aduersarij, an teneat.*
7 *Vbi iuratur de calumnia, quæ & quomodo debeat is, contra quem ponitur respondere.*
8 *Iuramentum de veritate an se extendat ad iuramentum de calumnia, vel econuersò.*
9 *Interrogato dubitanti de eo, super quo interrogatur, danda est dilatio ad deliberandum, vbi iuratum est de veritate.*
10 *Præsumitur quis meliùs factum suum scire, quàm alius: nec debet quis alium consulere, qualiter in facto proprio se debeat habere.*
11 *Confessio de credulitate æquè præiudicat, sicut & de veritate.*
12 *Verbum Existimare, generale est ad credulitatem & scientiam.*
13 *Interrogatus vbi iuratur de calumnia, an possit respondere per verbum Dubito. & nu. seq.*
15 *Iudex quomodo se habere debeat, & quæ attendere casu quo is, contra quem fit positio, vel interrogatio, dicit se dubium.*
16 *Responsio qualibet referri dicitur solùm ad id, quod principaliter quæritur, nō ad alia, quæ implicari seu subintelligi possent.*
17 *Respondere ad penitus incertum nemo tenetur.*
18 *Principalis persona licet debeat positionibus respondere, si tamen per procuratorem litiget respondebit ipse procurator.*
19 *Procurator positionibus responsurus, si dicat se libello nescire respondere, aut dubitare, an condemnabitur in expensis.*
20 *Responsio eius, qui absque mandato defendit, an obstet principali.*
21 *Reus, qui nec agit, nec excipit de iure suo, an cogatur respondere positionibus super eius defectibus factis.*

¶De Responsionibus ad positiones.

a 6.§. Sexto tractādum est de respōsionibus ad positiones vel ad interrogationes [a]. Et certè exposita positione ei, qui respondere habet, ipse diligenter aduertere debet, an sint pertinentes, vel superfluæ, vel non: & postmodum sibi facta intimatione diuini iudicij, debet ipse respōdere: & eius respō
1 sio est scribēda, quæ dic, vt s.§.prox.ver.oblatis. ¶† Sit autē cautus is, contra quem ponitur, vt saluo sacramento pronior sit ad
b negandum [b], quàm ad confitendum: maximè vbi positiones dependent ex facto alterius: quia tunc potest habere credulitatem suam ad sic, vel non. & sic actori incumbit onus probandi, ff.de proba.ei qui dicit.s.§.prox.ver.& nota, quòd.
2 ¶† Quòd [c] autem scri
c benda sit eius responsio, vtile est, vt de ipsa possit constare, & ne super eodem articulo respondens iterum interrogetur, quod fieri non debet, siue priùs negauerit, siue cōfessus fuerit: ff.nau.cau.sta.licet.de pœn.dist. iiij.diuina.extrà de iudic.at si clerici.in fi.nisi nouum quid emergeret, extrà de iur.cal.cæterum.vel aliqua dubietas insurgeret, vt s.§.iiij.ver.regulariter.ibi, quæ intelligo, &c. Nouum autem quid esset, si perdita essent acta priora, vel aliquid
3 simile. ¶† Si igitur iteratò super eodem articulo iudex eum iter rogat, ipsum grauat, & iniuriam sibi facit, & quasi anceps periurium eum facit subire, ac vulgi infamiam incurrere: quia si aliter credit tunc, & aliter nūc, ex respōsione dicetur periurium & infamiam incurrisse, si aliter respōdeat nunc, quàm tunc: quia super eodem articulo duo contraria respondet, scilicet verum & falsum. Non ergo respondere tenetur vlteriùs, ex quo semel respondit, vt infrà §.prox.in princ.nisi fortè positio contineat duo, vel plura copulatiuè, vt in concord.quæ sunt infrà §.prox.ver.xj.ibi, pręmissa autem.secus tamen est in iuramento calumniæ, vt s.tit.prox.§.fin.in fin.argu.ad omnia præmissa, C.de iuram.cal. auth.in hoc 30.q.v.iudicantem. ff.ad l.Iul.de adult.si postulauerit.§.quæstioni.ff.de in lit.iuran.videamus.& in auth.de his, qui ingred.ad app.
d §.j.Collat.v. Quidam tamen, vt Accur.[d] & dominus meus, dicunt aliquem posse de eodem articulo pluries interogari: quia potest esse, quòd priùs quando negauit, non credebat, tunc verò apertis testibus credit: argumen.ff.de quæstio.repeti.ff.de dam.infec.qui bona.§.antepen.3 5.qu.9.graue.sed superfluè interrogabitur, ex
4 quo constet per testes. ¶† Illud etiam notandum est, quòd non sufficit generaliter negare positionem, nisi ad singula in positione contenta respondeatur, vt ext.de testi.ad hoc.alias incipit, pręsentium.ver.postea sigillatim.& j.§.prox.ver.xj.
5 ¶† Item nota [e],
e quòd licet positiones sint de consilio aduocatorum formandæ. non tamen responsiones, sed solùm à partibus sunt faciendæ.qđ dic, vt not.s.§.iij.versi.sed & patronus. Potest autem quis cogi re
6 spondere: quod dic, vt j.§.proximo, versi.& nota, quòd. ¶† Hoc
f autem scias [f], quòd licet non teneatur quis respondere interrogationi, vel responsioni aduersarij, si tamē responderit, tenet respōsio, vt extr.de dolo & contum.prout.ibi.de hoc s.§.iij.versicu.finit. nam & valet responsio facta in iudicio sine interrogatione, vt ff.de interro.act.si sine.§.j.& de proba.quoniam.& ibi de hoc.
7 ¶† Item nota, quòd vbi iuratur de calumnia, debet respondere is, contra quem fit positio, secundum quod credit, vel existimat, Credo, vel non credo: quia tunc qui ponit secundum credulita-
g tem, id est, secundum quod credit & existimat, ponit & iurat [g], C.de iur.cal.l.ij.respon.j.& §.j.s.de iur.cal.§.nunc dicamus.in princ. Vbi verò de veritate iuratur, tunc quia positio fit assertiuè, secundum veritatē, sicut & ipsum iuramentum, tenetur respōdere tantùm de veritate: dicendo, nego, vel confiteor: arg.3.quæ.ix.hortamur.& extr.de testib.præsentium.& si tunc de credulitate, quæratur, nō tenetur respondere: quia iuramenti forma hoc non patitur: ideoq; quidā in iuramēto de veritate, adiici faciunt etiam de credulitate, & vtrunq; iuramentum præstari, vt s.de iura.calu.§.j.
h ver.quartum.sed licet cautela sit, non est tamen secundum ius [h].
8 † quia iuramentum de veritate, non se extendit ad iuramentum
i de calumnia: nec econtrà [i]. Si tamē sic iuretur, (prout sæpe fieri facimus ad malitias excludendas) debet taliter iurans respondere de credulitate & de veritate, vt s.tit.prox.§.nunc dicamus.versic.
k cæterum.j.ver.hoc tamen. Licet autē [k] quando reus, vel actor iurant, quòd respondebūt per scientiam, vel credulitatem, respondenti sufficiat dicere, scio, vel nescio: credo, vel non credo: tamē positio non potest fieri super credulitate, vt ita dicatur: pono, ꝙ credo, vel me credere: vel pono, quòd sicut credo, tu fecisti, vel dixisti hoc: quia qui ponit, certum ponere debet, vt s.§.prox.ver. item qui ponit. Debet ergo quis clarè, non obscurè respondere,
l dicendo, nego, vel confiteor [l], vbi iuratum est de veritate, vel credo, vel non credo, vbi de calumnia. Alioquin si obscurè, vel nullo modo respōdeat, punitur. quod dic, vt j.§.ix.& s.§.quintò.ver.
9 oblatis. ¶† Quid si interrogatus dubitat de eo, super quo inter-
m rogatur? Respōdeo [m], danda est sibi dilatio ad deliberādū, vbi iuratū est de veritate: quia tūc oportet eum respōdere de sciētia & veritate, ideoq; potest tunc respondere, Dubito, nisi iudex viderit, quòd statim possit respondere, vt ff.de inter.act. q interrogat. & C.de iure deli.si curatoris.ff.de iureiur.iusiurandū.& ad præ.respon.j.& 27.q.j.& nuptiarū.in prin.& in fi.extr.de iura.cal.c.pen. vbi verò iuratum est de calumnia, cogendus est præcisè respondere ad interrogata, nulla concessā dilatione ad deliberandum: quia non tenetur dicere, nisi ꝙ credit, vel n̄ credit id, de quo quæ
10 ritur: nec pt dicere, dubito, C.de iu. cal.l.ij.respōso j.& §.ij.& auth.
n in hoc.super quo dic, vt infrà ver.sed nūquid. ¶† Caueat tamē [n] petens

ADDITIONES.

a Interrogationes. ¶De r̄nsione credo, vt in instr̄o continetur vel, huic simile: vide s.de teste, §.qualiter.ver.qui ergo si sit.de instru.edi.§.nunc dicamus.ver.quid si quis.
b Negandum. ¶Vide j.ver.sed nunquid.ibi, & si iudex.
c Quòd. ¶ponit verba Tan.vbi s.vsque ibi, nisi fortè.
d Tamen, vt Acc. ¶in l.ij.C.de iur.cal. §. qđ obseruari.in fi.gl.antepen. Host.autem in summa de iur.ca.§.quando.ver.sed nunquid. & vide Cy.in præ.§.in xiij.q.in fi.& in q.seq.
e Item not. ¶Secundum Tan.sub §.hoc modo.
f Scias. ¶Secundum Tan.vbi s.
g Et iurat. ¶Quidā distinguunt hoc casu actorem à reo, vt actoris credulitas sit asserta, cùm agens debeat esse certus: sed in reo non sic: de hoc per Cy.vbi s.in xj.q.
h Ius. ¶Olim, hodie sic, vt de iur.cal.c.j.l.fi.lib.vj.
i Econtrà. ¶ Secundum Aegid.vbi s.concedit tamen, ꝙ sequitur.
k Licet autem. ¶Verba Odof.vbi s.ante fi.
l Vel confiteor. ¶Nec sufficit dicere, non cōfiteor, vt scripsi de testibus, ex tenore.super 3.gl.vbi etiam vide materiā sequētis ver.
m Respondeo. ¶Secundum Aegid.vbi s.ADDE Bar.in §.quod obseruari.& Imol.in c.ex parte.de rescri.
n Tamen. ¶Secūdū Vber.in præ.char.vl.in prin.& eadē char.ī prī. vlti.col.dicit, ꝙ res mali exēpli est, cùm id dr̄ per aduocatum: sed si principalis suo ore iudicat.& æquitas mouet iudicem, cùm habeat iustam cām dubitandi, iustum est dilationem dari: alleg.l.3. & vltimam, ff.de inter.actio.

petens inducias ad deliberandum, ꝙ non petat ad consiliũ habẽdum. nam tũc nõ audietur. ipse eñ debet esse certus de facto suo ext. de rescrip. ab excõmunicato. & presumit meliùs scire factum suũ, quàm alius: nec debet aliũ consulere, qualiter in facto ꝓprio
11 debeat respõdere, vt s. §. tertiò. ꝓpe fi. † ¶ Hoc autem certũ est, quòd æquè præiudicat cõfessio de credulitate, sicut & de veritate, vt not. ext. de iureiur. ex literis. quãuis, vt s. de teste, §. j. vers. itẽ
a quòd deposuit. Ex quo patet[a], ꝙ malitiosi ꝓcuratores sæpe deierant, qñcũq; super aliquo interrogant, & respõdẽt, Nõ credo, licet sciant illud ꝓ certo: dicentes se excusari, qa aliud est scire, & aliud est credere. Sed certè non refert inter hoc, quo, ad partes, licet intersit aliàs, quo ad testes, vt ext. de testi. cùm causam. & probatur bene ext. de sum. trin. firmiter credimus. & simpliciter confitemur in prædictis verbis, de consec. dist. 4. firmissimè. Quid eñ melius credimus, quàm id, quod scimus? certè nihil, vt patet in articulis fidei, vt in præd. decret. & de hoc j. §. 9. ver. sed nunquid. & hoc etiam probat l. quæ appellat scientiam, credulitatem, vt C. de iur. calum. l. 2. §. quod obseruari. vbi dicitur, ꝙ tutores iurant, ꝙ ipsi causam scientes, ad eam perueniunt: & postea sequitur, quòd ipsi causam scire possunt, & sic ad iudicium peruenire: & statim ibi subijcitur, quòd iuratur ex scientia sui animi. hæc esse vera: & licet alia sit rei veritas, tamen quod quisq; credit & existimat, hoc
b esse iurandum. & attende, quod dicit, credit & existimat[b]. † Nã li
12 cet verbum Credendi, possit restringi secundum propriam significationem, verbũ tamen Existimat, generale est ad credulitatẽ & scientiam: & ad hoc facit canon, vbi dicitur, quòd quis dicitur scire, quod ab alio audit, vt 22. q. v. hoc videtur. i prin. Vnde vt tu iudex euites prædictam fraudem, facias in causa præstari vtrunq; iuramentum, scilicet de calumnia & de veritate, vt suprà. Item interroga respondentem super vtroque, scilicet de scientia & credulitate, hoc modo: quid scis, vel credis, vel existimas sup eo, de quo quæritur, vel ponitur: vt s. §. prox. vers. oblatis. & vers. item nota. & in præ. §. quod obseruari. & extr. de testi. ad hoc. §. j. ibi, qd sciat super positionibus, vel credat. extr. de accu. qualiter. j. in fin.
13 & de hoc infrà §. octauò. in princ. † ¶ Sed nũquid abi iuratur de calumnia, potest interrogatus respondere, dubito? Hoc iam s. te-
c tigimus, & adhuc dicamus[c]: & dicunt quidam, quòd sic, argu. ff. de pet. hære. si debitor. C. de excep. si quidem. & s. de exce. §. viso. vers. sed si debitor. ad fi. Nã inter Credere & Non credere, est medium, scilicet Dubitare, vt ibi, & arg. 41. dist. sæpe. xvj. q. j. prohibitum. C. de con. ind. l. fi. Alij contrà. nã licet primò dixerit Dubito, finaliter tamen cogẽdus est dicere, quid credit, vel existimat. nã iurauit respondere secundum existimationem sui animi, vt C. de iur. calum. l. 2. in prin. Sic ergo respondeat, vt non deserat interrogantem incertum, ff. de inter. act. de ętate. §. nihil. quod fit, cùm di-
d cit Dubito. Dominus Io. dixit[d], quòd nec semper respondere potest Dubito, nec semper cogitur respondere Credo: sed interdũ potest dicere Dubito, & interdum cogitur præcisè respondere, quid credat. verbi gratia: Actor posuit de quinquaginta: reus verò confitetur de 40. tunc reus potest cogi respondere, quod credit de decem: sed si nil de quinquaginta confiteatur, tunc potest respondere Dubito. Item si de suo contractu quis interrogetur, tunc tenetur dicere quid credit: si de alieno, putà hęreditario, vel alio, tunc potest dicere Dubito, vt iam dicam. Et si iudex imperitus cogat eum respondere, quid credit, sapienter agit respondẽs, si in negatiua declinet, vbi opinio sua non magis se habet ad sic,
e quàm ad non, saluo in omnibus iuramento[e]. Si ergo ita incertus is, contra quem fit positio, vel interrogatio, ꝙ non magis potest animum suum applicare ad credendũ hoc, quàm aliud, vt in hoc exemplo: credis illum, qui est vltra mare, viuere, vel non? Dicunt omnes, ꝙ potest dicere, Dubito, vt in præ. l. si debitor. & l. si quidem. vel potest etiam dicere Nescio: sed si iudex ad partis instantiam cogat eum respondere, dubitanti dabitur tempus ad deliberandum, vt suprà. Sed si iudex imperitus cogat eum omnino respondere, an credat, vel non, vt quidam faciunt, arg. C. de iur. ca-
f lum. l. 2. §. qd obseruari. vbi de hoc[f], tunc † respondeat sic, præ-
14 missa negatione, non credo eum mortuum g, sicut responsum fuit in dec. neq; scio, neq; credo ad te pertinere, extr. de rest. spol. cùm ad sedem. Nec enim sequitur ex hac responsione, ꝙ credat eum viuere, quia per suam rñsionem nihil ponit, sed negat tm̃. põt enim esse, quòd non credit eum esse mortuum, nec credit etiam eum viuum. Sed si postponeret negationem, dicendo, Credo eum non esse mortuum, tunc bene sequeretur, ꝙ credit eum viuum: & sic potest anceps incurrere periurium. de hoc vide j. §. prox. ver. 12. Hoc igitur casu, cùm is, contra quem fit positio, vel interrogatio, dicit se dubium, debet iudex attendere, an dubitet
15 de facto suo: † & tunc minus est probabilis ignorantia, C. de rescin. ven. quisquis. extr. de rescrip. ab excommunicato. an in alieno, de quo non teneatur quis respondere, & s. §. prox. ver. & no. imò in eo iusta est dubitatio, & ideo dabitur tempus deliberandi ff. de interro. act. & quia. Item debet attendere, an factum sit recẽs an ita antiquum, ꝙ factum etiam proprium quis potuerit obliuisci, C. de testi. iubemus. xxx. q. v. nostrates. 23. dist. præterea. Tractus enim longi temporis obliuionẽ inducit, ff. ad Treb. l. 3. §. duę. & 12. q. 2. longinquitate. quia omnium habere memoriam, &c.
h C. de vet. iure enu. l. 2. §. si quis autem[h]. † ¶ Item non est respon-
16 dendum ad ea, de quibus non fuit in iuramento intellectũ, vt de his, quæ non faciunt ad causam, vt ff. de nox. quoties. §. fi. & de iureiur. qui iurasse. §. pen. & j. §. prox. vers. 2. & respõsio refertur solùm ad id, qd principaliter quæritur, & non ad alia, quæ implicari
17 seu subintelligi possent. qd dic, vt j. §. prox. ver. 9. † ¶ Item ad penitus incertum non tenetur qs respondere, vt ff. de iureiur. qui iurasse. §. 2. & s. dixi: nec ad impertinens. qd dic tamen, vt j. §. proxi. vers. j. & ver. 2. Item quot modis sit respondendum, & qd iuris sit
18 de falsò respondente, j. §. nonò. † ¶ In summa notandũ est, ꝙ licet principalis persona debeat positionibus respondere, vt s. §. 3. vers. sed & secundum. & j. §. octauò. ver. hoc quoq;. & seq. tamen si per procuratorem litiget, tunc procurator positionibus respõdebit, vt ff. eo. non solùm. ff. ad leg. Aquil. proinde. §. j. ext. de testi.
i ad hoc. aliàs incipit, præsentium[i]. & si veritatem neget, vel quia ignorat, vel quia nec Deũ timet, nec homines reueretur: principalis vocandus est, & cogendus est respondere, vt in præd. cap. ad hoc. & ext. de iur. cal. in pertractandis. & C. de procur. l. fi. & ff. e. si actor. & hoc per iuramentum, vt s. de iur. cal. §. restat. ver. quid si aliquid. in fin. tenetur ergo quis talem procuratorem constituere, q sit instructus in facto, & qui respondeat veritatem, vt in prę. c. in pertractandis. & C. eo. l. 2. §. sin autem vel cognitus. & de dolo & cont. c. fi. respon. j. s. de procu. §. j. ver. item qd omnino. quia nisi iusta causa appareat, non habebit dilationẽ ad dominum cõ-
k sulendũ, extr. de procur. dilectus[k]. ff. eo. si actor. C. e. l. fi. † ¶ Quid si procurator dicit, se dubitare, vel nescire libello, vel positioni respondere, & velit dominum consulere? Respondeo Papa not. in præ. c. in pertractandis. ꝙ si id, qd ponitur, pertinet ad negotium principale, condemnabitur in expensis, quę propter hoc fient, & argum. huius dec. & arg. extr. de procur. auditis. & ca. constitutis. & in præ. concor. si verò sit nouus articulus emergens, qui fortè præuideri non potuit, non imputatur domino, si illum nõ instruxit. arg. ext. de iur. cal. cæterùm. in prin. & de testi. fraternitatis. &
20 de except. pastoralis. quare hoc arbitrarium est. † Porro responsio eius, qui absq; mandato defendit, non obstat principali. ff. de
l inter. act. si fine. §. si defensor. aliàs est lex[l]: & iunge hoc, qd est j. §. 8. ver. hoc quoq;. & §. x. ver. sed põe. Iudex aũt simplicẽ litigatorẽ, vel ẽt ad ineptã positionem non coget respondere, vt j. §. ꝓx. ver. 27. ¶ Vltimò no. ꝙ reus, qui nec agit, nec excipit de iure suo, non cogitur respondere positionibus super eius defectibus factis, vt s. de act. seu petit. §. super actionibus. ver. reus quoque.

ADDITIONES.

a Ex quo patet. ¶ Secundum Vber. de Bob.
b Existimat. ¶ Super quo verbo est gl. quam j. allegabo.
c Dicamus. ¶ Hoc dixit propter Bonagui. cuius verba sequuntur: de Accur. j. dicam. Vber. de Bobio ista prosequitur in præ. char. fi. circa medium, ver. sic autem. de quo j. dicam.
d Do. Io. dixit. ¶ Pil. magister noster dixit Bonagui. vbi s. præclarissimus legum doc. hoc autem dictum eis placet, & mihi.
e Iuramento. ¶ Vt s. e. §. in prin.
f De hoc. ¶ In gl. antepe. vbi quasi ad literam, sunt hæc verba vsq; ad vers. item quot.
g Mortuũ. ¶ Satis placet hęc responsio restricta ad suos terminos. Hoc dico ꝓpter Vber. de Bo. qui dicit, vbi s. ad fin. j. col. ꝙ hæc responsio sibi pluribus annis placuit: sed postea displicuit, quia credit illam Deo non gratam. Quicquid dicatur, etiam extra terminos istos viget eius vsus.
ADDE Bar. in d. §. quod obseruari.
h Autem. ¶ Venit ergo hoc per modũ subdistinctionis ad primũ membrum, quando quærit de facto suo: & sic ponit Gui. de Suz. vbi s. 2. Ex verbis autem Vber. in vers. si autem. quem allegaui in princ. huius vers. posset præmitti distinctio inter illas, quæ fiunt ante litis contestationem, & in his certum respondeat: & post, & tunc distinguatur, vt s. sibi tamen placet superior distinctio in vtriusque.
i Incipit, præsentium. ¶ Lib. 6.
k Dilectus. ¶ Vide quod ibi scripsi super vlti. gl. & in præ. c. in pertractandis. super verb. omnino.
l Est lex. ¶ Quid econuersò, dixi s. de defensore, in fi.

SVMMARIVM.

1 *Positio quomodo dicatur superflua.*

2 *Superfluitas in actis est reprobanda.*
3 *Ponens impertinentia,vel superflua,an sit audiendus.*
4 *Positio ad negotium impertinens an sit admittenda.*
5 *Non præsumitur quis semper possidere,qui semel possedit.*
6 *Interrogationem debet sequi responsio.*
7 *Superflua,vel inutili probatione,vel responsione,vel dilatione, nemo debet onerari.*
8 *Superfluum admittere securius est,quàm necessarium omittere.*
9 *Ponens si dicat intentionem suam iudici ad aures,nolens aduersarium instruere,an tunc possit reus cogi ad respondendum.*
10 *Iudex, qui auris sibilum patitur, meritò suspectus habetur, nisi quod in aure audit,publicè proferat.*
11 *Positio obscura non est recipienda.*
12 *Positio,ad quam non ipse,contra quem fit,sed alius debet respondere,an sit admittenda.*
13 *Positioni tali,cui non sit respondendum,an cogi possit quis respondere.*
14 *Respondere non cogitur quis,quando ex responsione ei præiudicatur.*
Filius an debeat respondere positioni patris.
15 *Positioni negatiuæ an sit respondendum.*
16 *Dictiones Tantùm & Solùm,faciunt negatiuam implicitam.*
17 *Iudex an possit admittere positiones negatiuas.*
18 *Negatiua simplex positio an sit probabilis.*
19 *Positio generalis in genere generalissimo,non est admittenda.*
20 *Positio captiosa an sit admittenda.*
21 *Positio non debet esse multiplex seu implicita,& continens seu implicans in se plures articulos,seu plura dicta.*
22 *Propositio cuius particularis est falsa,eius vniuersalis similiter est falsa.*
23 *Respõsio refert solùm ad id,super quo principaliter fit quæstio,seu probatio.*
24 *Positioni plures articulos continenti qualiter sit respondendum.*
25 *Positio generaliter facta an possit per speciales positiones diuidi.*
26 *Positioni,in qua continetur hæc clausula,& si non credis coniunctim,pono diuisim,an sit respondendum.*
27 *Positionibus sic est respondẽdũ,vt per responsionem nõ deueniatur ad piuriũ.*
28 *Status mentis quintupliciter circa dubitationem considerari potest.*
29 *Positioni iurris an sit respondendum.*
Probare ius scriptum nemo cogendus est.
30 *Iura sunt certa & finita & probata in se:& confessio in eis nil operatur.*
31 *Positio procuratoris de certo præmio contra dominum an sit admittenda.*
32 *Remuneratio de iure facienda est iuxta laborem.*
33 *Positioni calumniæ an sit respondendum.*
34 *Positioni dependenti à iam negata,vt sine periculo nõ possit confiteri,an sit respondendum.*
35 *Negans aliquid in genere an teneatur alteri postmodum ponenti in specie.*
36 *Positio impossibilis,vel contra naturam,non est admittenda.*
37 *Positioni implicitæ,vel trãspositæ,seu remotæ,vel repetitæ , nõ est respõdẽdũ.*
38 *Simplicitas amica legum dicitur.*
39 *Ponere nemo potest sibi contraria,vt contra id quod semel posuit.*
40 *Positio non debet fieri super crimine eius contra quem fit.*
41 *Ponenti de crimine commisso notorio,& famoso,an sit respondendum.*
42 *Ponenti aduersarium suum excommunicatum esse,an sit respondendum.*
Excommunicatio non debet imponi,nisi pro peccato mortali.
43 *Sententia canonis semper ligat,& est iusta:hominis verò sententia quandoque est iniusta,nec semper fertur pro crimine.*
44 *Ponenti iudicem,vel executorem excommunicatum:an sit respondendum.*
45 *Positio duplex & alternatiua,an sit valida.*
Positio quibus casibus non valeat.

¶Positiones quibus modis reprobentur,& de cautelis circa eas.

7.§.Septimo videndum occurrit, qbus modis positiones reprobentur,seu impugnentur: & de cautelis circa eas : ad cuius rei notitiam plura sunt attendenda.
1 †¶Primò[a] attendendum est,an positio sit superflua:putà si con-
a tingit,vel eadem est cum iam facta,vel cum iam concessa,siue cũ iam negata:vel si sit contraria iã factis,vel iam negatis,vel cõfessatis:sic fiat positio contra positionem: qbus casibus non est respondendum,extr.de testi.cùm tu.& de iureiur.veniens.in fin.de cohab.cler.& mul.clericos.C.si aduer.ven.l.fi.ff. de pe.hær. si qs libertatem.§.fin.ff.nau.cau.stab.licet. Nam si negat,qd̃ priùs ponendo,vel respondendo confessus est,vel econtra, in reatum p-
2 iurij incidit.ĩ.versi.15.† Nam superfluitas in actis reprobatur , C. de precib.Imp.offer.l.fi & resecatur,vt ext.in procemio Decre.§. sanè.imò etiam punitur,C.de appel.ampliorem.Sicut enim non admittitur quis ad probandum superflua,vel imptinentia,sic nec ad ponendũ,ext.de off.deleg.cùm contingat.circa fi.in auth.Colla,v.de his,q ingre.ad appel.§.fi.ext.de excep.dilecti.& in cõcor.
3 q̃ sunt ĩ.ver.2.¶Hoc † tamen[b] fallit,quando post iuramentum
b redigitur in positionẽ,qd̃ priùs deductum fuerat in petitionem. nam potest esse,& licitum videtur, vt propter reuerentiam iuramenti concedat litigator, qd̃ priùs litem cõtestando negauerat, vel econtrà: Instit.de pœ.teme.liti.circa prin.ff.de dam.inf.q bona.§.pe.ff.de eden.veluti.licet sit arg.contrà in præ.§.fi. in authẽ. de his,q ing. ad appel.& ext.de prob.per tuas.& vt eccle.bene.vt
c nostrum.& C.de non nu.pec.generaliter[c]. In talibus tamen subtilis aduocatus & cautus sæpe contraria reducit ad diuersa,& similia ad dissimilia,& impertinentia ad ptinentia,mutatis verbis, sed sententia retenta,nisi iudicis prudẽtia obuiet,ff.de verb.sig.natura cauillationis. & l.ea est natura.ff.de reg.iuris,ext.de his, q̃ fiunt à præla.sine consen.ca.cùm apostolica.§.auctoritas.ext.de translatio.inter corporalia.§.sicut autẽ episcopus.C.de legi.non dubium.C.de iu.properãdũ.§.j.ibi nullus tã audax,&c.& vide ĩ.de dispu.& alle.§.post hæc autẽ.ver.x.& ĩ.ver.14.&ver.15.&ver.xvij.
4 † ¶Secundò[d] considerandũ est,an id,qd̃ ponitur,sit ad negotiũ
d impertinens,id est,qd̃ si probatũ esset,non pdesset,qd̃ exemplifica,vt ff.de interrog.actio.si fine.§.si de peculio.aliàs, si fideiussor. §.fi.& l.si filius cũ patre.C.de pbat.ad probationẽ.j.in fin.& 30.q. v.iudicantem.in fi.ibi,adnecti conueniat.& in præ.dec.cùm contingat.in fi.C.ne vxor pro marit.l.fi.C.si mancip.ita fu.ali vt man. l.j.ext.de excep.dilecti.& c.cùm olim.C.ad exhib.l.2.§.fi. C.de p. & aliis reb.minor.si qdẽ.arg.ff.ad l.Fal.in rõe.2.§.fi.& l.in quantitate.§.fi.in fi.&tali positioni respondendum non est,vt quia non tangit causam in libello insertã,s̃.§.prox.ver.item non est. verbi gratia:ago rei vendicatione cõtra te: tu ponis de mutuo,vel ago de matrimonio spirituali:tu ponis de carnali:vel econtrà.vel volo probare me cõtraxisse cũ Berta tali loco,& pono te comedisse die tali in tali loco.Vel sic,ago interdicto Vñ vi.pro recuperando fundo,& pono,ꝙ olim possedi ego & maiores mei:certè hoc non sufficit,nec probatum sufficeret,nisi probem,vel ponam, ꝙ deiectionis tempore possidebam,ext.de off.deleg.c.consultatio-
5 nibus.†Non eñ præsumitur semper possidere,q semel possedit extr.de causa pos.cùm ecclesia.Itẽ impertiinẽs est,si sit de alieno facto,de quo nihil pertinet ad actorem,vel reũ,vt ĩ.vers.quartò. Accur.tamen dicit tunc respondẽdum esse,vt no.C.de iuram.ca.
e l.2.§.qd̃ obseruari[e].¶Item etiam impertinens est,si pono,ꝙ clericus in aliquo cõtractu ex quo nunc agitur,promisit respondere coram iudice seculari,& renũncauit decre.si diligẽti.q est ext. de foro compe.non enim valet talis renunciatio,vt ibi:qd̃ verũ est,vbi agitur ex ipso cõtractu.Si autem agitur,vt clericus ex hoc puniatur,tunc satis pertinẽs esset,vt ibi,& xi.q.j.c.inolita.& c. placuit.Sed & p̃r esse impertinẽs circa ea,q̃ in libello continẽtur , vt
6 patet in præ.cõcor.& s̃.ver.proximo,& s̃.§.v.in fi.† ¶Et nota,ꝙ cùm interrogationem debeat seq respõsio,vt i.q.j.§.ecce.qñ cogendus est qs respondere interrogationibus,seu positionibus,in quibus interest aduersarii,ꝙ respõdeat.vt ff.de interrog.act. si defensor.§.illud,qd̃ verũ est,si certum est iudici, ꝙ positio facit ad causam,vt ff.e.de ætate.§.qui interrogatus.& ext.de test.ad hoc. Si verò certus est,ꝙ impertinens est.quia non facit ad causam, ñ
7 debet cogere respondere nolentem:† quia nemo onerãdus est superflua,vel inutili probatiõe,vel respõsiõe,vel dilatione.ff. de testi.l.j.in fi.ff.de pcur.non cogendũ.§.fi.ff.vt in pos.le. hæc stipulatio.ext.de elect.cũ Vintoniẽ.& c.bonæ.in §.cõtra pcessum.ibi, de facili ꝯprobari,&c.& ff.de fideicom.liber.Thais.§.sororẽ.23. q.6.§.fi.in prin.de pœ.dist.7.q egerit.ibi,nã si scirem tibi & mihi prodesse,

ADDITIONES.

a Primò.¶Secundũ Rof.vsq; ad vers.in talibus. est sciẽdũ ꝙ Bon. sex ex ĩ.scriptis prosequitur,& hoc ordine: & idem Aegi. qa primò vnã,secũdo & tertio proseqtur & secundã,quartò,xv.quitò primam,sextò decimam septimam, in qua pl[9] instat:addit demũ Bonaguid.octauam,quæ est ĩ.xvj.Odo.vbi.s̃.posuit ex his 13. in prin.sui tractatus.
b Tamen.¶Fortè Rof.
c Generaliter.¶Huic contrario stari posset,si totũ,qd̃ fuit in petitione,simul iteraretur in positione:secus si per membra,vt no.in cle.de ver.sig.sæpe.ver.& quia.in gl.2.
d Secundò.¶secundum Rof.vsque ad ver.& tali.
e Obseruari.¶In gl.antep.vltra medium:sed non fateor,ꝙ gl.teneat,ꝙ de facto sic limitato,vt dicit auctor,teneaẽ pars respondere: vult ergo,ꝙ rñdere teneaẽ de facto alieno,s̃.quod ptinet ad cãm & sic ibi dicebat dom.meus,vt ẽr ponit Cy.vbi s̃.in vlt.q.& vide, quod dicam super ver.quando.in fi.

ADDE,quæ dicatur positio impertinens,Bart. & Bal. in l.cùm virũ.C.de fideicõ.vbi dicit,ꝙ p̃t fieri positio de iure præsumpto. Et an stante statuto,ꝙ positioni impertinenti qs teneaẽ respõdere si sit notoriè impertinẽs,Imo.in l.dies cautionis. ff.de dã.infe. tenet,ꝙ ñ:p quo faciũt no.in l.j.ff.qd̃ vi,aut clã.Quid aũt si qs positioni impertinenti responderit, an sibi præiudicet? vide Pan.ei[9] consil.vlti.Et an iudex potest cogere respondere positioni imptinenti? vide per episcopum Alex. in capitulo,solicitudinem.extrà de ap.

prodesse,&c. Si verò incertum est, vel dubitatur, an admittenda, vel non, tunc est in iudicis arbitrio, sicut & in quolibet dubio, cogat, vel non. tutius tamen est quòd cogat, quàm quòd non, vt ex
a trà de confess. statuimus. in fin^a. extr. de appel. cùm speciali. §. porrò. vers. excessu. ext. de reg. iur. ca. 2. ff. de interrog. act. de ætate. §.
8 ex causa. & l. qui seruum. §. in iure. & l. vbicunque. † Securius est enim superfluum admittere, quàm necessarium omittere: vt 13. q. 2. non æstimemus. cum suis concor. C. de testa. testand. C. de edend. is apud. quia quæ ex superabundanti fiunt, non solent vitiare contractus, vt ff. de reg. iu. non solent. & faciat hoc iudex præmissa solita protestatione dicendo, responde saluo iure impertinentium: & vtilius est cum hac protestatione litem abbreuiare, quàm eam superuacuis disputationibus protrahere, C. de iudici. properandum. §. illo proculdubio. & l. seq. §. patroni. C. de postul. quisquis. §. præterea. AEquitatem tamen iudex in dubio sequi debet, extr. de trāsact. c. fi. ff. de eo, quod certo loc. ꝙ si Ephesi.
9 † ¶ Quid si ponens dicit iudici ad aurem intentionem suam, nolens dicere publicè, ne aduersarium instruat vt extr. de fide instrument. contingit. Dicit do. meus, quòd si iudex euidenter deprehendat, quòd eius intersit responderi, cogat reum respondere, ff. de inter. act. si sine. §. pe. Item iudex non debet esse præceps in reiiciendo positionem. nam sæpe prima facie non videtur facere ad causam, & tamen bene est pertinens: vnde ponens exprimat iudici intentionem suam, saltem ad aurem, secundum dom. meum, & iudex attendet æquitatem, extra. de transact. capit. fina.
10 † ¶ Sed certè iudex, qui auris sibilum patitur, meritò parti alteri suspectus habetur, nisi quod in aure audit, publicè proferat, ex
b tra. de hære. cùm ex iniuncto. prope prin. 11. quæsti. 3. nolite 2.^b
c ¶ Tertiò ^c quoque considerādū † est, an positio sit obscura: qđ
11 si sit, nō recipitur & dicetur ei, Charissime, declara positionem
d tuam ^d, arg. C. de transac. vt responsum. ext. de spons. de muliere. C. de impub. & aliis substit. præcibus. 4. distin. erit. ff. de iniur. prætor. §. quod autem. 34. q. 2. nō satis. 28. q. i. sic enim neq; in fi. ff. de reb. dub. in ambigua. & l. si libertatis. §. sed si qs. & ff. de sup. leg. Labeo. ptopter dicta iura pone exēpla. Fiat ergo clarè & apertè positio, vt patet in formis positis s. §. v. nam cùm omnis positio sit cōfessio, siue asseueratio, vt j. §. 8. si sit ambigua, non est admittenda quasi nil posuerit, vt j. §. nonò. & in prædi. concor. Oritur autem obscuritas quandoque ex verbo, quandoque ex oratione. vt patet in præ. cōc. & ff. de act. empt. & ven. l. j. & l. tenetur. §. fi. & extr. de sponsa. ex literis. & quandoque ex respōsione, vt ext. de verb. sig. cùm olim. ideoq; clara & aperta debet esse responsio, sicut &
12 ipsa positio, vt s. §. prox. † ¶ Quartò ^e considerandum est, an id
e ponatur, ad quod non ipse, contra quem fit positio, sed alius respōdere debet, vt ff. de inter. act. si sine. §. alius. nec etiam de facto alieno, sed de facto aduersarij debet qs respondere, vt §. v. vers. &
f no. ^f ¶ Quintò ^g considerandum est, an per rñsionem, si ad posi-
g tionē fieret quasi ex quadā pcipitatiōe, præiudiciū fieret rñdenti. nam tunc ñ cogitur statim respondere, vt ff. e. l. qui interrogatur. & l. seq. in prin. & §. interdū. & 6. q. j. quæro. ext. de excep. cùm venerabilis. prope prin. ¶ Sextò cōsiderandum est, an valde intersit ponentis, quòd respondeatur positioni: in qua re summaria cog
13 nitio interponetur, vt in præ. l. si sine. §. illud. † ¶ Septimò considerandum est, an sit talis positio, cui ñ sit respondendum. vt putà si filius, qui se à paterna hæreditate abstinuit, trahitur in iudicium quasi hæres: & trahens sic dicit, pono te esse hæredem, certè non cogitur respondere, vt ff. e. si filius. j. & prætor eum tuetur, si tacu it, vt ibi dicitur: & est hoc speciale in filio: & sic non est contra ff.
h e. tit. de ætate. §. qui tacuit. Vel dic, secundum Rof. ^h quòd filius, q tacuit, habetur pro negante. Si autem negasset se hæredem, non
14 tenetur. nec enim mentitus est. † ¶ Item non est cogendus respondere, quandiu dubitat de iure suo: & quando ex responsione potest ei præiudicari. ff. e. l & quia. Est & alius casus, in quo nō est respondendum: putà si filius agit cum patre, in cuius potestate est. nō enim tenetur respondere patri: quia non est iudicium inter eos. Idem dico, vbi aliàs iudicium nō cōsistit, putà inter seruum & dominum, & huiusmodi, vt ff. e. si filius. 2. & l. si sine. §. si
15 seruus. ff. de iud. lis nulla. & l. non idcircò. §. cùm postea. † ¶ Octa
i uò ^i considerandum est, an positio sit negatiua: quod si sit, nō debet ei responderi: quia qui negat, non ponit, sed remouet, siue sit negatiua explicita, scilicet non habens determinationem loci, vel temporis: vt, pono, quòd non cognoui Bertam, extrà. de frigid. ca. 2. vel non fui citatus, extr. de elect. bonæ. §. porrò. siue implicita: vt, pono, quòd tempore electionis quatuor ex canonicis tantùm præsentes fuerunt: arg. extr. de causa possess. & prop. cùm
k ecclesia. ¶ Et nota ^k, quòd † hæ dictiones Tantùm & Solùm, faci-
16 unt implicitam negatiuam ^l: & neutra prædictarum negatiuarum
l poni potest: quod sic probo: positiones succedunt in locum probationum: vnde id solùm veniet in positione, quod in probatione, vt suprà vers. 3. sed negatiuè nulla est directè probatio: ergo nec positio, ext. de prob. quoniam contra. & in præ. c. bonæ memoriæ. j. §. contrà legati. ff. de probat. l. 2. vj. qu. vlt. actor. extra. de
17 causa pos. cùm ecclesia. de quo dic, vt j. de probatio. §. j. † ¶ Sed fortè excipitur, cùm aliquid indirectè probatur, extr. de testib. ex tenore. C. de contrah. stipul. optimam. Item nisi negatiua habeat implicitam affirmatiuam: quod exemplifica, vt ff de probat. si filius. 3. quæst. ix. iudicas. extr. de renunc. super hoc. & de proba. quoniam. in prin. & c. ex literis. & c. extra. de solut. is qui. ff. de probat. cùm de indebito. Item excipitur, cùm qualitas facti negatur, ff. de probation. ab ea. Item vbi ius præsumit in contrarium, C. de codicil. nec codicillos. ff. de donat. inter vir. & vx. Quintus. ff. de pb.
m si pactum. & l. si chirographum. Vel potest dici, secundum Rof. ^m quòd in prædictis casibus affirmatiuè fient positiones: veruntamen licet negatiua non possit poni à parte, iudex tamen, qui habet ex suo officio cuncta rimari. vt xxx. quæst. vlt. iudicantem. & 23. quæst. 8. occidit. ext. de offi. iu. deleg. super quæstionem. §. intentionis. potest & debet, si viderit expedire, ex officio suo interrogare super negatiua, arg. ff. de interrog. act. l. pe. & extra. de fide inst. cùm Ioānes. vbi iudex facit interrogationem, quam pars facere non poterat, cùm esset in causa cōclusum. Accipe etiam exemplum, prout not. C. de non nu. pec. in cōtractibus. maximè autem interrogat super negatiua, vbi agitur de salute, vel periculo animæ: argum. extra. de re iudic. lator. ad fi. Hodie verò expeditū est: quia iudex potest admittere positiones negatiuas, q̄ non possunt probari nisi per confessionem aduersarij, si sibi æquum & ex
n pediens videatur, extra. de confes. statuimus ^n. Si ergo sit æquitas admittat eas, licet hoc non fiat de rigore iuris: quæ constitutio facta fuit, secundum Vber. de Bobio, & Alber. Papi. & Homobo. dicentes, quòd & si negatiua non possit directè probari, probatur tamen per obliquum, scilicet per confessionem partis aduersæ, vt sic fiat probatio per eum modum, per quem fieri potest: vt aliàs ff. de procur. mutus. Vnde dicebam, actorem cogendum tali positioni respondere: Pono, quòd nihil tibi debeo: talis ergo æquitas præferenda est iuri, C. de iudic. placuit. extra. de transactio. capitul. fin. quam iudex semper debet habere præ oculis, ff. de eo, quod cert. loc. quòd si Ephesi. cùm ponens probare non possit talem negatiuam, & is contra quem fit, nouerit veritatem, æquum est, quòd respondeat, & quòd ad hoc cogatur: quia ad iudicem spectat veritatem inquirere modis omnibus, quibus potest vt ext. de præsum. afferte. & iam suprà dixi, & negatiua positio pbatur solùm per responsionem eius, contra quem fit, nisi in casibus præmissis. Affirmatiua verò si negat, pt pbari p testes, vt exr.
o de testi. ad hoc. aliàs incipit, præsentium ^o. De negatiua autem sic potes ponere exēplum: Promisi tibi per instrumētum soluere decem vsque

ADDITIONES.

a In fi. ¶ lib. 6.
b Nolite. 2. ¶ Facit, quod not. C. de iur. cal. l. 2. §. quod obseruari. in gl. ex hoc. ad fin.
c Tertiò. ¶ Secundum Rof. huius mens vsque ad finem.
d Positionem tuam. ¶ Cui declarationi non obstabit terminus datus ad ponendum, vt dixi s. de teste, §. nunc videndum. super ver. hoc etiam nota.
e Quarto. ¶ Secundum Ro. & idem numerus.
f Et no. ¶ Aduerte, quia ibi & hîc dicit, ꝙ de facto aduersarij debet qs respondere: & ibi præmittit, ꝙ de facto aduersarij debet actor, vel reus ponere: & sic vr inepta locutio. Si eñ actor debet pōere de facto aduersarij, ergo nō respōdet reus de facto aduersarij, sed de proprio: & sic in reo ponēte de facto aduersarij: & sic actor respondebit de pprio. Sed in hac materia factum propriū & aduersarij sunt connexa. In terminis pono, ꝙ mutuaui tibi: hoc factū vtriusq;, & in casu, quo factū esset in vno, cōmodū respicit reliquū vel incōmodū: p qđ cōclude, ꝙ de facto pprio, & de facto aduersarij, & de facto tertij, si faciunt ad causam, poni pt, & responderi debet: de tertio patet exemplum quintum in §. v. Item si non facit ad causam etiam in facto proprio, vel aduersarij, non procedit positio, vt patuit s. ver. 2. in prin.
g Quintò. ¶ Secundum Rof. iste ver. & sequens sub eisdē numeris.
h Secundum Rof. ¶ vbi s. ver. 7.
i Octauò. ¶ Secundū Rof. sub eodem numero, sed hîc lōgè pleni⁹.
k Et no. ¶ secundum Aegi. vbi s. c. 24.
l Negatiuam. ¶ Extrà de causa pos. cùm ecclesia. C. de iur. om. iu. l. iuris ordinem.

ADDE Bal. in l. cùm te. C. de prob. & in l. 2. eo. titu. & in §. quod obseruari. de iur. ca. per nouissimos in l. inter stipulantem. in fi. de verb. oblig.

m Secundum ¶ Rof. vbi s.
n Statuimus. ¶ lib. 6.
o Incipit, præsentium. ¶ lib. 6.

etem vsque ad annum spe futuræ numerationis: anno elapso petis à me illa decem: vnde videtur prima facie standum instrumēto, vt ext. de fide. instru. si cautio. Sed ego volo probare me non teneri, dicens, ꝙ nō numerasti mihi la decē: si verum est, constat me tibi non teneri: tamen id probare nequeo, cū sit negatiua simplex, vt s. Possum igitur ponere sic:

18 ¶ FORMA. † Pono per sacramentum meum a, quòd non numerasti mihi illa decem, quæ à me petis. Item quòd nullus nomine tuo numeraui: certè cùm tu scias veritatem, nec ego per testes hoc probare possum, æquum est, vt responder cogaris, C. de non numer. pecun. per totum, Instit. de libel. oblat. Potest quoq; & aliud exemplum poni sic: Pono, quòd rescriptum non fuit de speciali mandatn domini impetratum, vt ext. de rescrip. non nulli. & c. ex parte. Hoc enim respondere debet. cùm ipse hoc sciat,

b & ego probare non possum: & sic in similibus, secundū B. b Porrò in negatiua quidam distinguunt. nam si est præsumtio pro ac tore contra reum, putà quia dicitur homicidium commisisse, & ipse dicit se non fecisse dolo malo. Item si dicitur iniuriam verbo dixisse, & ipse dicit se non dixisse animo iniurianpi, tūc potest reus ponere sic: Pono, quod non feci homicidium dolo male: nec dixi verba animo iniuriandi, sicut dicitur C. ad l. Cor. de fic. l. j. & ff. iniur. si non conuicij. & hoc poterit probare per eum modum, q procedere poterit, sicut dicitur aliàs ff. de procur. mutus. in princip. nam probabit per confessionem aduersæ partis. & facit extrà de præsumpt. c. j. Antiqui tamen, qui simpliciter dixerunt, positiones negatiuas non esse admittendas, dicunt talem positionem admittendam: Pono, quòd testi per totam diem extra ciuitatem, se-

c cundum Alber. Papi c. † ¶ Nonò d consideradum est, an positio

19 sit generalis in genere generalissimo? vet bi gratia, dico sic: Po-

d no mihi fundum dari pebere. vel sic: Pono, quòd T. mihi debet aliquid. & certè talis positio est respuenda. præstando enim fundum vnius digiti, vel soluendo festucam, liberaretur is, contra quem fit: nec oportet eum laborare, opponere contra has positiones: arg. ff. de legatis, 2. Ttia. responso j. ff. de iure dotium, cùm post. §. gener. ff. de verborum significatio. locus. Generalis enim pari obscuritatem, vt ff. de iure fisci, l. ita fidei. & obscuræ positio-

20 ni respondendum non est, vt s. versic. 3. † ¶ Decimò e conside-

e randum est. an positio sit captiosa: putà quæ detegat periurium respondentis, quæ non est admitenda. Verbi gratia: pater conuētus iurauit nihil esse in peculio. vnde constat, quòd tutus est exceptione iurisiurandi, nisi pro rebus postea quæsitis, pro quibus conueniri potest. Finge igitur, quòd post iusiurādum aliqua res in peculio inuenitur, quæ tunc erat in veritate: & ponit aduersarius sic: Pono, quòd hæ res eo tempore, quo iurasti, erat in peculio: certè non tenetur patet respondere propter inconueniens, quod sequitur. nam si hoc confiteatur, iam confitetur per consequens se periurium, cùm iurauerit ipsam in peculio non fuisse: si verò neget, deierat, cum in veritate fuisset in peculio: & præterea non proderit ei exceptio iurisiurandi. & poterit conueniri ꝓ rebus, pro quibus iurauit. quod est inconueniens: quia ex tali iureiurando & actio & exceptio datur. hoc probatur ff. de iureiurando, qui iurasse. §. pater. & l. duobus. §. finali, & l. aliàs. & argu. C. de vsur. rei iudic. & l. finali, in fine. Nulli enim laqueus est immittendus, vt 22. quæst. j. de viduis. Vnde dicit Impetrator, Non spebis me auctorem periurij, C. si aduers. vend. l. j. & extrà de iureiuran. si verò. Non est ergo respondendum positioni, cui respondēdo, vel contrarius esset primæ responi, vel sibi præiudicaret. ff. de petit. hæred. si quis libertatem. §. fi. de hoc j. versic. 12. & 84. & s.

21 vers. j. † ¶ Vndecimò f considerandum est, an positio sit multi-

f plex, seu implicita: & continen, seu implicans in se plures articulos, seu plura dicta: quod esse non debet, ff. de iure fisc. ita fidei. Verbi gratia: Pono T. rectorem talis ecclesiæ mihi debere centum. Vel sic: Pono Seium fuisse filium Mæuij, & mihi debere cētum. Vel sic: Pono, quòd Seius filius Mæuij mihi debet centum. Vel sic: Pono, quòd possideo talem ecclesiam pertinentem ad tale monasterium. Vel: Pono, quòd possideo talem ecclesiam habentem curam animarum, & similia. Vtraque enim istarum positionum duo complectitur, quorum vnum potest esse verum, & alterum falsum simul & semel: quia potest esse, quòd Seius est rector talis ecclesiæ, vel filius Mæuij, non tamen debet centum, vel econtrà: vnde reus implicitus & perplexus est, cùm verum inficiari non debeat, & falsum asserere sit peccatum, extrà, de cri. fal. c. j. xj. quæ. 3. quisquis. 22. quæ. 2. primum. Poterit ergo dicere is, contra quem fit, Frater explica positionem, aliàs non respondebo: vel ipsemet explicet respondēdo, dicens. hoc est verum, illud falsum: argument. C. de impub. & aliis substit. l. precibus. extrà de sponsal. de muliere. ff. ad l. Cornel. de fal. filius. respon. j. & §. seq. extrà de testam. cap. Raynutius. & c. Raynaldus. vel si velit cautiùs respōdere, vbi vnum est falsum, reliquum verum, poterit simpliciter positionem negare, vt ff. de rebus du, si is qui ducenta. §.

g vtrùm. quod potest facere secundum regulam g, quæ dicit,

22 † Cuius aliqua particularis est falsa, eius vniuersalis similiter est falsa: argum. ix. distinct. si ad sacras. 3. quæst. nona, pura. ff. de ædil. edi. cùm eiusdem. extrà, de hæret. fraternitatis. Nec per hoc videtur vtrunque negare, sed solùm copulam, seu associationem. ve-

h rè enim possum dicere, non sum homo & asinus h. Vel si velis probare me hodie comedisse, & ponis sic: Pono, quòd hodie comedisti in ecclesia: certè si hodie non intraui ecclesiam, possum hanc simpliciter negare. licet hodie comederim. Vel si pono, ꝙ tu tali die percussisti talem clericum in capite lethali vulnere, certè licet percusseris, non tamen in capite, vel etiam in capite, sed non lethaliter, potes negare simpliciter positionem: vnde hoc casu debet quis distinctè ponere. vt suprà, §. quintò.

23 Sicut enim quidam scripserunt, † respōsio refertur solùm ad id, super quo principaliter fit quęstio, seu positio, vt suprà proximo versic. item non est. verbi gratia, si velim probare, quòd mutuaui decem T. defuncto: & pono sic, Pono, quòd decem mutuaui T. cuius tu es hæres. si illud simpliciter confitearis, videris solùm de mutuo confiteri: non autem, quòd sis hæres defuncti: quia illud videtur dictum demonstratiuè, non autem ponendo, seu affirmando. argumentum ff. de condition. & demonstratio. cùm tale. §. falsa. cum similibus. Vnde, secundum eos, debet veritas responderi super articulo principali. Quidam tamen in talibus, & vbicunque positio in aliqua parte sui continet aliquid, quod negari possit, admittunt talem responsionem, non credo, vel nego, prout ponitur: sicut & admittitur illa responsio, nego narrata, prout narrantur, vt suprà de litis contest. §. secundo. Alij dicunt, quòd debet respondens dicere, hoc, vel hoc modo, credo illud, vel illo modo, nego, vt præmissum est. Curare debet ergo iudex, vt certum quid ponatur, & distinctè, certumque respondeatur, ff. de interrogat. action. l. de ætate. §. quod autem, & §. nihil. ff. de confession. certum: Fatuum est enim, sic multa in vna positione implicari. vnde cautus dicta diuidat, non commisceat, & diuisim respondeat, non coniunctim, ne decipiat, vel decipiatur. parum enim interest in vitio decipere, vel decipi, 16. quæstio. j. si cupis.

24 † ¶ Cæterùm hodie prouisum est, vt si positio continet plures articulos, iudex debeat positionem membratim diuidere, & postmodum sigillatim super quolibet articulo positionis faciat sufficienter à partibus responderi. Nec sufficit generaliter negare positionem, nisi ad singula in ea contenta respondeatur, vt extrà de testibus. ad hoc. §. j. de consecratio. distinctione 4. quæris à me. circa medium, ibi, respōdet Credis. & ad cætera, quæ singula querūtur, sic respondet, &c. Præmissa autem vera sunt, cùm plura copulatiuè in positione continentur. Disiunctiuè autem plura possunt in positione contineri: vt videtur argument. in præd. §. vtrùm. ff. de conditio. institution. l. quinta, ff. de quæstionibus. repeti. extrà de testibus, cùm clamor. de rescrip. ex parte. s. ibi, do-

i lo, vel negligentia, &c. vbi de hoc secundum Papam i. Institu. de hæred. insti. §. penultimo. Sed certè nec sub distinctione plura in vna positione admittimus, nisi vbi est probabilis ignorantia, vt in facto alieno, ff. de iur. & facti ignoran. regula. quia qui ponit, certum ponere debet: sicut & respondens certum respondere debet, vt suprà prox. & disiunctiua incertitudinem notat, vt ff. de verb. obliga. vbi autem. §. illud. ff. de iniuriis, prętor edixit. §. quod

25 autem prætor. & s. de litis contest. §. 2. in princip. † ¶ Illud autē certum est, quòd si positio fiat generalis, putà pono contenta in libel

ADDITIONES.

a Per sacramentum meum. ¶ Quod potest esse de veritate, sed sequens de credulitate.

b Secundum B. ¶ Eius dictum posui in 4. gl. decr. i. de confes. super qua addidi tertium exemplum, secundum Host. cùm ponitur. diœcesanum non instituisse.

c Secundum Alberic. Papien. ¶ & Vbert. de Bob. vbi supra. ante fi. allegant l. optimum. alleg. supra. post prin. & ff. de eo, quod cert. loc. l. non vtique.

d Nonò. ¶ Secundum Rof. sub eodem numero.

e Decimò. ¶ Secundum Rof. sub eodem numero.

f Xj. ¶ vt s. sed hoc longè plenius.

g Secundum regulam, ¶ quam ponit Tancre. vt supra. §. qualiter. ad finem.

ADDITIO. Adde Bald. cons. 403. incipien: quòd non sit. col. 2. vers. non obstat. in v. vol. quòd vbi oratio est in parte falsa, tota oratio negari potest: & quæ dicat oratio vniuersalis, quæ paticularis, quæ indefinita, & quę singularis, vide Bar. in l. si ita. ff. de leg. 2. Hen. Fer.

8 ¶† Cæterùm si fit cōfessio inter viuos super contractu, ad liberandū alium à se, tunc si testes sunt solenniter adhibiti post xxx. dies, intra quos competit exceptio non numeratæ pecuniæ, præiudicat talis confessio, & non ante. C. de non nu. pec. in cōtractibus. & C. de quad. præscri. l. ii. in fi. nisi in quibusdam casibus, in quibus statim confitens obligatur. ¶Primus est, quādo quis confitetur se recipisse tributum, vel censum fisci, vt in in ea. l. ¶Secundus, quando maritus post cōfectionem dotalis instrumenti confitetur se recipisse totam dotem, vel partē: vt s. §. prox. ad fi. ¶Tertius, in deposito certarū rerum, vt in præ. l. in cōtractibus. ¶Quartus est, quando in libro curiæ, vbi scribuntur pecuniæ receptæ ꝓ distractis rebus, scriptum est, aliquam pecuniam pro tali re distracta se recepisse. C. de quad. præscri. l. ij. § fin. ¶Potest & quintus ad
d iici, secundum Odof. [d] quando mulier cōfitetur pro intercessione se pecuniam recepisse. C. ad Velle. antiquæ. Sed is casus videtur potiùs ad obligandum. Hoc autem certum est, quòd in cōfessione extra iudicium facta ad liberandum, non est necesse causam liberationis exprimi: imò sine causa præiudicat, ff. de pact. pactum. Secus, quando ad obligandum, vt s. iuxta regulā Arriani, ff. de act.
9 & obli. Arrianos. ext. de probatio. ex literis. ¶† Porrò si qs cōfitetur sup ꝓprietate, si qdē sup dominio fit cōfessio falsa cā adiecta, vt qa confitetur rem non esse suā, siue in iudicio, siue extra, siue coram testibus, non præiudicat. nā si quis bona, quæ fuerant patris, cōfiteatur

ADDITIONES.

a Obligatur. ¶Non naturaliter: quia tempus non est modus inducendæ naturalis, ff. de act. & oblig. obligationum ferè. §. placet. sed ciuilis priùs inefficax, fit efficax, secundum Odof. vbi s. dat simile de l. Iulianus. ff. de condit. indeb.

b Ad fi. ¶Idem posuit s. de excep. §. viso. ver. super excep. vbi etiam ponit exceptionis formam, & scripsi de fide instrum. si cautio. sutio. super gl. pe. ibi vide plenius.

c Similibus. ¶distinctionibus: Mar. de Fa. quam statim allegat, an sit noua obligatio, an cautio super præterita, vide j. de feudis, §. ij. sup iiij. q. fuit iij. Mar. de Fan. cui cōcor. Io. de Bla. vt ibi scripsi. Et ad intellectum eorum, quæ hîc dicuntur, scire debes, quòd ipse Io. in suo libello, vbi tractat de actione ex stipulatu, tenet ex stipulatione sine alicuius causæ expressione agi posse, cū ipsa stipulatio sit sufficiens tam ad agendum, quàm ad excipiendum: quod sic probat: Promissio & solutio paria iudicātur à lege, C. ad l. Fal. l. vlt. facit ff. de donat. si patronus. §. j. & de cōst. pec. idem est. ii. sed nemo pręsumitur indebitè soluere, vt ff. de prob. cùm de indebito. sic ergo dicetur, quòd nullus præsumitur indebitum promittere. Vnde cùm causa promittendi semper præsumatur, non est necesse quòd causa inferatur, cùm etiam stipulatio dicatur à stipite, quod designat firmitatem: Insti. de verb. oblig. in prin. Per se ergo sine alia causa firmitatem ad agendum designat, vt ibi probatur, idem deducendo per singulas obligationes, Instit. de oblig. §. fi. ff. de ꝓcura. l. licet. §. ea obligatio. sed in aliis singulis obligationibus siue exceptione causæ agi potest: ergo & in ista. Item in stipulatione est obligatio ciuilis, vt patet Instit. de acti. §. de consti. Item subest naturalis, ff. de pact. l. i. §. adeo. Cùm ergo ibi sit vtrunque vinculū ad agēdum, ergo promittens est necessario obligatus alicuius rei soluendæ causa, Inst. de obli. in prin. & si ab agēte petat in libello causam sibi edi, respondebit agens, ꝙ causam sui facti ipse scire tenetur, ff. pro suo, l. vlt. ff. ad Velleian. quanquam. C. de rescin. ven. quisquis. Propter ipsius ergo scientiam cessabit editio, ff. de eden. si quis ex argentariis. §. prohibet. Dicit autem, legem ii. §. circa. ff. de doli excep. & de verb. oblig. si quis cùm aliter loqui, quando cōstat nullā vel falsam fuisse causam, vt dicit auctor in præ. iiii. q. versic. & idem. quòd à principio putabat causam, & neuter in dolo: quia pòst reperta falsa, vel nulla, si agat tunc stipulator, promissori, qui errauit, competit exceptio doli, vt in §. circa. Apparet enim tunc veritate comperta dol[us] stipulatoris, licet à principio forsan in dolo non fuerit, vt dixi Concludit ergo duo: Primum, quòd quis quis promiserit causa non expressa, valet stipulatio: cum semper pręsumatur causam interuenisse, vt est dictum: & ex ea agi potest, donec probatum fuerit causam nullā, vel falsam interuenisse: quod per obliquum probari poterit, vt in præ. ver. & idem. Secundum est, quod sequitur ex primo, scilicet quòd causa stipulationis in libello edenda est. Adiuuatur autem sic opinio prædicta lex sine distinctiōe dicit, quòd si promittatur aliquid certum, agitur certi condictione: si incertum, ex stipulatu, Insti. de verb obli. in prin. & ff. si certum per. si quid certum. & ff. de verb. obli. stipulationum quædam. & l. vbi autem. Sed si Legislator voluisset, quòd necesse foret causam exprimi, id, quod sibi erat facile, addidisset: facit l. vna, circa fin. C. de cadu. tol. extra. de transact. c. ii. ver. vnde si circa. cum concor. quę volunt, quòd vbi lex non distinguit, &c. ff. de Publi. de pretio. cum similib. Inducit etiam, quòd si requireretur causa in stipulatione, ergo & cā causæ: & sic in infinitum iri posset: quod euitatur à iure, ext. de rescrip. c. ij. lib. vj. cum concor. ii. glo. ff. de dam. infec. qui bona. vide circa fin. ff. de re iud. l. à diuo Pio. §. si post. Sicut igitur non requiritur oblatio ex oblatione, ff. de re iudic. si se non obtulit. §. ij. sic nec causa causæ, nec lis ex lite, C. de fruct. & litium expens. l. terminato. Item constat. quòd verba legis describentis stipulationem non ponunt causam, sed dicunt eam sic contrahi: promittes? promitto: facies? faciam: dabis? dabo, inst. de verb. oblig. in princip. Roff. tamen in rubrica de certi condictione ex stipulatu, tenet contrarium cum domino suo Azone: quod etiam repetit de cōdict. sine causa, scilicet quòd causa est necessario exprimenda in stipulatione: scilicet promitto tibi ex tali causa: aliàs in effectu stipulatio est nulla: quia exceptio doli obstabit agenti imò & obligatio sine causa condicitur, ff. de do. exceptio. l. ij. §. circa. de condict. sine causa, l. qui sine causa ff. de probat. cum de indebito. §. fi. ad idem ff de do. l. nuda. Nec sibi placet, quòd dicatur facta animo donandi: quod negat verum, nisi vbi ius exprimit in casibus, quos dicit per dominum suum not. ff. man. l. idem. Adiuuat dictum suum Roff. per casus varios, vbi sine expressione causæ nil agitur in trāsactione, ff. de transact. cùm hi. §. in hac causa. Inquiritur etiam causa, si petatur missio, C. de edic. diui Adri. tol. l. fin. In apocha, C. de apoc. public. l. prima. Respondet ad id, quod dictum est, legislatorem non expressisse, dicit hoc verū in libro Institutionū, pp rudes: sed satis est in libris Digestorū, & in aliis id expressum: sic & actio edi debet cū causa. remittit ad ea, q̄ dixit de cā agendi: & verba illa, quæ allegantur, promittis? promitto, &c. fatetur, quòd sunt apta ad obligandum, sed non cū effectu non expressa causa. Et huic concor. quod ipse scripsi rubr. ne vis fiat ei. qui satisda. de opere demol. ante fin.

d Secundum Odof. ¶In distinctione non habeo: sed Gul. vbi s. ponit istum, & addit vi. C. arbi. tut. l. fin. & hi duo no. de prob. iii. in fi. vlt. glo.

tur esse matris, non præiudicat, nec tenet confessio, vt ĩ. ver. hoc
quoque. Et est ratio, quia nuda traditio nunquam transfert domi
nium, nisi iusta causa præcedat, vt venditio, vel alia, ad quam tradi
tio sequatur, ff. de acqui. rer. dom. nunquam. Item & quia domini
um non transfertur nudis pactis, vt C. de pact. traditionibus. nec
etiam amitto dominium, licet rem habeam ꝑ derelicto, ff. de ac-
a quir. poss. si quis vi. §. differentia[a]. Cæterum si fiat confessio super
possessione, putà quia quis dicit se nõ possidere, statim perdit pos
sessionem, quæ etiam solo animo amittitur, vt ibi, & ff. eo. posside
10 ri. §. in amittenda. & etiam retinetur, C. eo. nemo ambigit. ¶†Se
quitur videre de cõfessione in vltima voluntate facta: in quo ite-
rum subdistingue. nam aut confitetur quis ad obligandum se al-
teri, aut ad alium sibi obligandum, aut ad alium liberandum. Si qs
confitetur in vltima voluntate ad obligandum se alteri, aut non
capaci, aut capaci. Si non capaci, putà ei, cui nihil legari potest, vel
etiam ei, qui vsque ad certum modum capere potest, vt C. de na.
lib. auth. licet patri. dicendo, sciant omnes, quòd tali filio meo de
beo centum, quę ad me de bonis eius peruenerunt: & talis confes
sio non valet. præsumitur enim facta in fraudem, cùm, sibi legare
non posset, nisi spurius contrà probet, ff. de probat. qui testamen-
tum. vbi de hoc, ĩ. de suc. ab intest. vers. quid si inter se. Si verò con
fitetur se debere capaci: aut testator confitetur, & iurat sic esse: &
tunc valet, etiam si nihil debuerit, & hæres tenetur id soluere, vt
ff. de legat. iii. cùm quis decedens. §. codicilis. C. de prob. auth. qđ
11 locum. sed hoc creditoribus non pręiudicat, vt ibi no. ¶†Sed nũ
quid patris confessio hæredi præiudicat, quo ad debitum bono-
rum subsidium, vt si pater confessus fuit cum iuramento Titium
deposuisse centum libras apud eum, ad hoc vt filius hæres teneat
illa restituere? Et videtur, quòd sic, per præd. auth. Sed certè secũ
dum hoc posset filius sua legitima fraudari: quod esse non debet,
ext. de testa. c. Raynutius. & c. Raynaldus. Vnde dic, quòd talis cõ-
fessio ei uon præiudicat, cùm sit quasi creditor: arg. extr. de inoffi.
test. contrà veterani. §. si quis impuberis. secundum Vber. aut nõ
iurat, sed simpliciter dicit, sciant omnes, quòd debeo tali centum,
exprimendo certam quantitatem: & tunc valet. vt legatum, non
b vt debitum, quia nihil debebatur[b], ff. de leg. ij. Lucius. §. quisquis
c mihi. nisi[c] probet testatorem id errore dixisse, ff. de aur. & arg. le.
qui vxori. C. de falsa causa adiect. l. j. Sed si non expressit certam q̃
titatem, sed dixit, quod debeo tibi, lego: & nihil debebat, nihil va-
let, ff. de liber. leg. legaui. §. contra autem. ff. de leg. j. l. si sic. Si autẽ
dicit, sciant omnes, quòd debeo tali centum, vt patet per instru-
mentum, quod est apud illum: vel, lego vxori meæ centum, quæ
mihi dedit, sicut continetur in tali instrumento, tunc non præiu-
dicat hæredi, nisi instrumentum exhibeatur, C. eo. l. pe. & fin. ff. de
12 lib. leg. l. legaui. ¶†Verùm si confitetur quis in vltima volunta-
te ad alium sibi obligandum, dicendo, confiteor, quòd talis debet
mihi centum, hoc non prodest sibi, C. de probat. rationes. & l. exẽ
plo. & auth. quod locum. Quòd si cõfiteatur ad alium liberandũ
valet, vt ff. de do. ex hac scriptura. Vnde si testator confitetur sibi
solutum esse, præiudicat hęredi, nisi probet testatorem errasse, C.
de falsa causa adiect. l. j. & l. pe. Et hęc vera sunt, quòd valet confes
sio ad liberandum, dum tamen verba sufficientia sint ad liberãdũ,
vt in l. rationes. in fi. quia liberatio intelligitur esse relicta, C. de fal
sa causa adiect. l. j. & ij. Si verò esset minus sufficiens, putà dixit has
res tantùm esse in suo patrimonio, cùm tamen multæ aliæ ab ali-
is possiderentur, quos nolebat earum nomine conueniri, tunc
non valet confessio, nisi præstito iuramento. in auth. Col. v. de iu
reiur. à mor. præst. C. de proba. auth. quod obtinet. Et nota, quòd
qui dicunt ɔfessionẽ extra ius factam non præiudicare, inducunt
pro se ff. de inter. act. l. i. in fi. & l. fi. Sed certè ibi ideò non præiudi-
cat, quia fuit facta contra ius, suprà §. proxim. ver. xij. Vbi ergo cõ-
fessio fit extra iudicium, vt ex ea quis obligetur, bene præiudicat.
nam talis confessio vim pati habet, iii. qu. ix. si debitum. C. de non
numera. pecu. cùm vltra. & l. in contractibus. & infrà versi. proxi.
13 ¶†In summa nota, quòd licet confessio extra ius facta non pre-
iudicet iure confessionis, præiudicat tamen quandoque iure pa-
cti, vt C. de episcop. & cleric. si quis in conscribendo. in princip. &
ff. de pactis, tale pactum. & ecoutrà: quod non valet iure pacti, prę
iudicat quandoque iure confessionis, vt C. de fide instru. l. iij. Hoc
quoque notandum est, quòd respondens quid esse de bonis ma-
ternis, quod est de bonis paternis, nihil agit, vt C. de iur. & facti ig
nor. cùm falsa: nam, secundum Iacob. Bald. si illa confessio extra
ius fiat, non præiudicat, vt ibi, & ff. de interrog. action. leg. j. in fin.
quod verum est, si fiat non adiecta causa, vt ff. de probat. cùm de
indebito. §. fin. nisi alter probauerit sic esse, prout ipse confessus ẽ,
vt ibi: maximè autem verum est, quod dicit ṗ. l. cùm falsa. vbi fit ɔ
fessio per errorem: & sic ibi loquitur. Quid si ex certa sciẽtia fiat?
dicit Iac. Bal. non præiudicare. nam ratio ipsius l. cùm falsa. hìc du
rat, scilicet quòd confessio extra ius facta, nocet: ideoque, secun-
dum eum, per præ. l. exsufflatur opinio Iacobi de porta Rauenna
te dicentis, confessionem extra ius factam pręiudicare, vt C. de ꝓ
d bat. non epistolis. & l. non nudis[d]. Sed ipse Iac. respondebat ad l.
cùm falsa. & exponebat ibi, nihil egisti, supple, si cõtrarium proba
14 re paratus es. Tu verò hoc prosequere, vt suprà. ¶†Quid si con-
fiteor rem meam esse tuam, nunquid per hanc confessionem res
desinit esse mea, & fit tua? Respon. si per errorem dixi, non mihi
nocet, vt ff. de acquir. rerum domi. si procurator. & de condictio-
ne causa dat. l. iij. §. subtiliùs. ibi, nam eum, &c. Quid si ex certa sciẽ-
tia? Respon. nec adhuc mihi præiudicat: quia falsa demonstratio
veritatem non tollit, vt in præ. l. cùm falsa. extra. de consang. & af
finit. quia circa. nec nuda ratio facit aliquem debitorem, ff. de do-
nat. nuda ratio. multò minus nuda confessio, ff. de acquir. rerum
15 dom. nunquam nuda. & arg. C. de lib. causa, iubemus. ¶†Quid si
confiteor tuam esse, & me à te ad vtendum tenere? Respon. dicũt
Iacob. Bald. & Vber. mihi præiudicium non parari, argumen. C. de
do. quisquis. Argumen. tamen contrà, C. de non numer. pec. l. ge-
neraliter, & in prę. l. cùm de indebito. Sed si hoc dixi ex certa scien
tia, scilicet rem meam tuam fore, si probare possum contrarium,
non mihi præiudicat, vt iam dixi. sed videtur, quòd statim fiat eius
rei dominus: sicut rem meam ex aliqua causa tibi concedo, cuius
vsumfructum mihi retineo, statim videor in te illius rei domini-
um transferre, vt C. de do. quisquis. & sic videor rem meam à te
in feudum tenere. Sed Iac. ad hoc respondet, dicens, multum inte
resse, qualiter verba cõcipiantur. Si enim dicit, volo rem istam in
feudum tenere, non tamen per hoc paratur præiudicium verita-
ti: quia falsa demonstratio, &c. vt s̃. licet quidam dicant, quòd ille
statim incipit ciuiliter possidere: quod non placet. Si verò dicit, ɔ
fiteor me velle habere talem rem in feudũ, tunc nocet, ff. de pact.
tale pactum. vel, secundum Vber. si dico sic, confiteor rem istam
esse tuam, & volo eam à te conducere in emphyteusim, tunc præ
iudicat, vt in præd. l. quisquis. & in l. tale pactum. in princip. Si ve-
rò dixi, confiteor rem istam, quæ mea est, esse tuam, & volo eam
à te habere in emphyteusim, tunc nõ nocebit, vt in ṗ. l. cũ falsa. Itẽ
e in cã societatis statim transit dominium, vt ff. pro socio, l. j. & iij[e].
Et quæ

ADDITIONES.

a Differentia. ¶Et ibi gl. soluit contraria de §. pen. Inst. de rer. diuis.
cum concord.
b Nihil debebatur. ¶No. & vide, quod post Inn. scripsi extr. de suc.
ab intest. cùm dilectus. super verbo, asseruit. Hoc etiã scias, quod
Pe. de Bel. ibi no. Inn. improbat, vt refert Cy. in l. generaliter. in 6.
q. Falsum est eum ibi dixisse, quod dicit, vt ibi videri potest in glo.
prædicta, vbi ipsius verba posui. Plus dico, quòd si ad literã dixis-
set, quod dicunt, per optimè dictum esset. Adde vltra ea, quæ ha-
bentur in d. §. codicillis. Bal. in cons. clxxx. & cliiii. ii. lib. per Ang. ɔ
sil. xxix. Rom. cons. ccccxlv. Ab. cons. lxxxv. & xv. ij. lib. & ibi, quòd
pater confitendo in testamento non præiudicat filiis in legitima,
etiam quo ad pias causas.
c Nisi. ¶excipit à legato.
d Nudis. ¶ Et dicunt Antiqui, quòd inducebat pro se q̃dam falsam
auth. cuius tenorem ponit Accur. in gl. de qua s̃. post prin.
e L. j. & iii. ¶Dubitatur, posito quòd aliquis pro se & consortibus
absentibus, quorum se dicit gestorem, recepit à Titio confessio-
nem de feudo, vel emphyteusi, quam tenet ab illis, nunquid con
sortes, vel ipsorum hæredes agere ex illa poterunt sine cessione?
Dyn. hoc tractans suo cons. xxxij. ad negatiuam allegat, quòd per
liberam personam nostro iuri nõ subiectam non quæritur nobis
ius agendi sine cessione, C. per quas pers. nob. acq. l. i. ff. de verb. o
blig. stipulatio. §. alteri. nam si nõ quæritur sine cessione per eum
quem constat habere mandatum, multò minus quæretur per ge
storem sine mandato. Tenet contrariũ, scilicet quòd eis, vel ipso-
rum hęredibus ratum habentibus, sine aliqua cessione competet
ius agendi. Constat autem, quòd hæredes eius possunt ratum ha-
bere, quod poterat defunctus, si est ius tale, quod soleat in hære-
des transmitti, aliàs non, ff. rem rat. hab. l. si is qui. & l. bonorum. I-
tem constat id quęri per gestorem ratihabitione sequente, quod
quæritur per procuratorem mandato præcedente, ff. de reg. iur. l.
hoc iure. §. deiecit. Item constat, quòd per traditionem, vel quasi,
factam procuratori, quæritur dominium sine cessione ipso iure:
si procura. & l. traditio. §. fi. & l. per seruum. §. fi. Ergo & quæretur
per gestorẽ ratihabitione secuta sine cessione, ff. de ne. ges. si ego.
Sed confessio, de qua s̃. habetur loco traditionis: argum. ff. de do-
nat. l. quisquis. ff. de acquir. poss. interdum. in prin. & §. fin. & l. qui
bona. Ergo consortibus, vel hæredibus ipsorum ex illa confessio
ne est dominium acquisitum, & per consequens, ius agendi. indu
cit l. etiam l. certum. ff. e. tit. §. certè. vbi patet ex confessione facta
procuratori pręsenti, quęri domino personalẽ actionem sine ces
sione: & id ideo, quia plus ex facto ɔfitentis quæritur ius agendi,
quàm

Et quæ dixi circa dominium, locum habent etiam circa possessio
16 nem. ¶†Sed quid si confiteor te possidere, quod possideo? Respon. non paratur mihi præiudicium in possessione, per præ. l. cùm falsa. licet sit arg. contrà ff. ad l. Fal. l. j. §. si legatarius. quia hoc verũ est, cùm per errorem cõfiteor, vt xxij. q. ij. in quibus. secus, si ex certa scientia, ff. de acqui. pos. quod meo. tunc enim amitto possessionem, quæ solo animo perditur, ff. eo. per diuersas. §. item. Sed nunquid tu statim incipies possidere? Respon. non: quia solo animo non quæritur possessio, ff. eo. licet. & sic dominium aliter amittit,
17 quàm possessio, vt eo. tit. si quis vi. §. differentia. ¶†Quid si in iudicio, & ex certa scientia confiteor? Resp. mihi præiudico: vt ff. de inter. act. confessionibus. & ff. de confes. l. certum. §. sed si fundum
18 secundum Ia. Bald. ¶†Vltimò quæritur: ecce filiusfamiliàs emit fundum, de quo factum est hincinde instrumẽtum, in quo ꝯtinetur, quòd venditor renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, & ꝙ sibi est pecunia soluta: postmodum vero filius cõfessus est coram testibus, se pretium non soluisse: quæritur: an confessio filii noceat patri, vt possit à venditore conueniri, non obstante re
a nunciatione filii [a]? Et videtur, quòd non, arg. C. de probat. cùm ꝑcib. Nec obstat confessio cum solennitate facta: quia alias nõ valeret, vt ff. depositi, Publia. Nec enim renunciando, vel paciscendo potest filius patri præiudicare, vt C. de iureiur. neque. Item exceptio sibi quæsita pacto non tollitur eo inuito, vt ff. de pactis, l. fi. Item non licet filio mutare consilium in alterius præiudicium, ff. de reg. iur. nemo. & facit ff. de oper. no. nun. de pupillo. §. si plures. & C. de non nu. pec. si cui. & licet filius remiserit, non præsumitur pater remisisse, ff. de ritu nup. l. in eo iure. §. inde ait. & facit C. quorum leg. l. j. §. deinde ait. Arg. contrà: quia in omnibus istis tacitè intelligitur, quòd pretium fuerit numeratum, vt in præ. l. si cui. ff. de compens. cùm filio. Item quia pater certat de lucro captando, venditor non: ergo debet melior esse cõditio venditoris, quàm patris, C. de iure delib. l. fi. §. si legatarii. alioquin lucraretur ex aliena iactura: quod esse non debet, vt ff. de condi. indeb. nam hæc natura. extra. de pœnis, suam. xii. q. ij. fraternitas. & remittentibus actiones suas, &c. ff. de ædil. edi. l. itẽ quæritur. §. si venditor. & ff. de minor. si iudex. de consec. dist. 4. quæris. prope prin. vii. q. j. quàm periculosum. Item ex quo filius ipse cõtraxerat, per ipsum poterat distrahi: quia omnis res per quascunque causas, &c. extra de reg. iur. c. j. ff. eo. nihil tam naturale. Secundò potest dici, quòd si pater ex hoc contractu fuit obligatus, potest conueniri: aliàs si
19 sed filius sic, vt ff. de act. & oblig. filius. secundum Vbert. ¶†Vltimò nota, quòd confessus in iure pro iudicato debet haberi, vt extra. de confes. c. ij. de simo. c. de hoc. C. e. l. vnica, & de hoc s. §. j. Fallit hoc, cùm quis confitetur incertum, ff. eo. certum. Item fallit in causa matrimoniali, vt s. §. sequitur. vers. decimò. & in aliis casibus ibi positis. An autem valeat confessio cedentis contra eum, cui
b facta est? no. s. de procur. §. sequitur [b]. Illud quoque verum est, ꝙ confessio coniugum contra matrimonium facta, non nocet: sed
20 pro matrimonio facta, sic, vt s. §. prox. vers. x. †Sed nec confessio in vna causa facta, & inter alias personas, præiudicat in alia, nisi tales sint causæ, quòd sententia lata in vna, obstet exceptio rei iudicatæ in alia, ff. de excep. rei iu. cùm quæritur. de hoc, secundum Papam, extrà. de test. constitutus. & C. de inoff. test. contra maiores. & ff. eod. Papinianus. §. sed nec impuberis. C. qui pot. in pig. hab.
c authen. item possessor [c]. ¶†Quid si egi contra te actione legis A
21 quiliæ: negasti te damnum dedisse: lite contestata confiteris: nũquid potes? Respon. Accur. no. quòd sic, Insti. de act. §. item mista. Alii contrà, vt ff. de mino. si ex causa. §. nunc videndum. Vel, secũ
d dum alios [d], dic, quòd post litis contestationem pœnitere non potest post probationes: sed ante probationes sic, ff. de iureiur. eum
e qui [e]. ¶†Quid si actum est de furto ciuiliter, & reus confessus est:
22 nunquid ex tali confessione condemnabitur in iudicio criminali postmodũ contra eum instituto? Argum. quòd nõ, ff. de quæst. l. j. §. diuus. Argumen. contrà in his, quæ no. C. de lib. causa, l. fi. ex
f tra. de excep. c. j. §. fi. [f] ¶†De facto quæritur: vniuersitas quædam
23 debebat mihi decem ratione salarii: syndicus vniuersitatis confessus fuit in iudicio de communi omnium & meo consensu, se illa debere ex causa mutui: quare iudex cõdemnauit eum mihi ad decem ex causa mutui, & tanquam syndicum. & etiam suo nomine: nunc queritur, an sententia mandabitur executioni contra eum? Et videtur, quòd non. nam videtur simulatio: quare pro infecto debet haberi, C. si cer. pe. si non singula. in fi. & l. si ex pretio. extrà qui filii sint leg. per tuas. nec nouatio facta fuit, quia hoc non fuit actum expressè, C. de nou. t. l. fi. Arg. contrà. quia illud locum ha
g bet in contractibus: secus autem in iudiciis: quia tunc non [g] dicit
24 nouatio necessaria, vt no. C. de iud. l. j. & ff. de noua. l. aliam. †Præceptum enim factum confesso, obtinet vim sententiæ. nam mandatur executioni, & actio ex eo nascitur, vt ex sententia, vt C. de excep. rei iudic. l. fin. & no. ff. de appel. l. fin. §. j. & quando prouoc.
h nece. non est, l. ij. Et hoc verius est [h].

ADDITIONES.

¶quàm ex facto procuratoris confessionem recipientis. Cui est simile ff. quod vi, aut clàm, l. iij. in prin. Concludit ergo, ratihabitione secuta competere ex confessione ius agendi ratione dominii actione in rem, & agendi personali condictione ex moribus ex ꝯfessione, qua declaratum fuit rem feudalem. Vidimus de consortibus, quorum nomine recepta fuerat confessio sed quid si singulari confiteor id, super quo res iudicata omnibus prodesset, vt in querela, nunquid confessio habebit eandem vim, vt omnib. prosit? Vber. super l. si sine. ff. de interrog. act. tenet, quòd non, per l. fi. eod. tit. Non obst. l. si filius ĩ. eo. tit. quę loquitur in filio in potestate constituto: & idem vtrobique not. Cy. in pręal. l. in vii. quæst. dicit Petrum distinguere inter contentiosam iurisdictione, & volũtariam: vt primo casu valeat, quo ad omnes: secundo non.

a Filii. ¶Id est, facta filio.

b §. sequitur. ¶De confessione nil ibi tractat, sed de testimonio ibi ponit in fi. allegare debuit de cessio. actio. §. j. ver. sed nunquid sola. & facit, quod dixi post Iac. & Cy. de iur. calum. §. restat. ver. procur. Adde Pau. de Cast. cons. lxxxiii.

c Possessor. ¶Facit, quod ibi not. in fi. vlt. glo.

d Secundum alios. ¶Alber. Gal. vbi s. ver. sed pone. ĩ. & idem Acc. vt statim dicam.

e Eum qui. ¶Et sic dixit Accc. in præalleg. §. i. iij. gl. reddens pro ratione pœnitendi, ꝙ non releuat actorem ab onere probandi: & allegat hanc leg. Ibi etiam tractat casum conuersum in priùs confesso, postea negante: dicẽs, illum puniri, cùm vltima mora noceat, ff. de peric. & commo. rei ven. l. illud. Subdit etiam, eum, qui duplum soluere non potest, in corpore puniri, ff. de pœ. l. i. §. gñalr.

f §. fi. ¶De confesso furtum, qui ante litem cõtestatam moritur, an teneatur hæres? vide suprà de interrog. §. ii. vers. quid si is. & aliam remissionem ibi addidi.

g Non. ¶Sine Non, posuit Alb. Gal. quod placet: & si vis subintrare materiam, vide, quod plenè no. Cy. in l. i. statim allegata in ii. quę. not. etiam de hoc C. de vsur. rei iudic. l. fi. in gl. sic ergo.

h Est. ¶secundum Alb. Gal. cuius ad literam fuit iste ver. eo. ti. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Confessio multipliciter est consideranda.*
2 *Confessio procuratoris in iudicio facta, quo casu præiudicet, aut quando possit procurator eam reuocare.*
3 *Delatio iuramenti per procuratorem facta, an domino nocere possit.*
Confessio defendentis mandatum non habentis, an præiudicium afferre possit.
4 *Procuratoribus duobus constitutis, quorum vnus negat, alter confitetur, cui sit standum.*
5 *Confessio tutoris, vel curatoris, an noceat pupillo, vel adulto.*
6 *Confessio criminis per contrarij probationem potest reuocari.*
Cõfessio legitimè & ꝑ principalẽ in iudicio facta, an, & quo casu sit reuocabilis.
7 *In criminibus an possit quis errorem suum corrigere.*
8 *Confessus crimen an ex hoc poterit appellare.*
9 *Error habitus in principali an possit in causa appellationis corrigi.*
10 *Nouis defensionibus, aut allegationibus an quis vti possit in causa appellatiõis.*
11 *Error facti negotio nondum finito nemini nocere debet.*

¶Confessio quæ & quando valeat reuocari.

a 4. §. Postremo videndum est, quæ, & quando confessio valeat reuocari [a]. Et est sciendum

ADDITIO.

a Reuocari. ¶Notatur, quia de confessione quæritur in hac materia, non de negatione. quasi de illa non dubitetur. Ab eo enim qđ tendit in ipsius fauorem, diuertere potest: sed non ab eo, quod respicit fauorem aduersarii regulariter. ideo expedit de hoc tractari Hoc tamen scias, ꝙ si negatiua esset contra eum, idem, quod in affirmatiua: pone terminos decret. vt nostrũ. vt eccles. bene. ver. ergo. vbi archiepiscopus primò dixerat se non contulisse. & hoc erat contra eũ, per qđ petebat papam, vt de vacante officio potuisset disponere: reuocatio faciebat pro ipso, secundum illa, quę narrauerat. Ad idem de temp. ord. dilectus. vbi confessus fuit episcop⁹, ꝙ ñ habuerat mandatũ archiepiscopi: & hoc erat ꝯ eũ, cũ mãdatũ alleuiasset culpã. Idẽ dici posset de dec. ii. de capel. monach. si dicat, ꝙ presbyter primò negauerat se iuisse ad illorũ capellã, qđ postea ꝯfessus fuit, vidẽs ꝑbationes paratas. ad idẽ de testib⁹, ex tenore. Si eñ ille miles ꝯfessus fuisset se in septimana paschali ñ habuisse vxorẽ, hoc erat in fauorẽ actricis. Nõ potuisset igiť id postea reuocare. Interrogatus, an essẽ in sacris tẽpore, quo fui elect⁹ in episcopũ, respõdi, ꝙ ñ: hoc ẽ ꝯ me. Interrogat⁹ de ætate, respõdẽdo se minorẽ, vł maiorẽ, vel respõdẽdo, ꝙ habuit mãdatũ, vł ꝙ erat laicus, vel cleric⁹, & his similes, ẽm veritatẽ causarũ, qñq; faciunt ꝑ ipso, qñq; ꝯ ipsũ: & tñ sunt affirmatiuæ. Ex his cõcludiť, in hoc §. tractari de cõfessionib⁹ de affirmato: vł negato, q respiciũt fauorẽ aduersarii ĩ totũ, vł ĩ ptẽ, an istæ possint reuocari, & qualr.

dum, quòd confessio fit quandoque extra ius: de quo §. proximè dictũ est. Quandoque etiam fit in iudicio: & tunc aut fit ante litis contestationem, aut post. Si fit ante litis contestationem, tunc ex iusta causa potest reuocari. quod dic, vt §. de interrog. ante lit. cõ-
1 test. fac. §. fin. †Si verò fit in iure, scilicet lite contestata, aut tunc fit per aduocatum, aut per pcuratorem, aut per tutorem, vel cura
a torem [a], aut per principalem personam. Si fit per aduocatum praesente, vel sciente clientulo, & intelligente, perinde est, ac si per ipsum fieret, C. de error. aduoc. l. j. Vnde si tacet, sibi praeiudicat, nisi
b eam reuocet. extra. de cens. olim [b]. & §. de aduoc. §. iam nunc. versi. ex praemissis. quod potest facere ipse, vel aduocat⁹ vsque ad triduum simpliciter sine probatione erroris, vt C. eo. ti. l. fin. ibi, contraxisse, &c. vel etiam post triduum, quandoque ante sententiam priùs tamen errore probato, extra. de confes. c. fin. & ff. eo. non fatetur. C. eo. error facti. ff. ad l. Aquil. inde Neratius. §. si. Ergo si in-
c continenti, vel eadem die [c] eam clientulus, vel eius procurator, quod perinde est, reuocet, tunc sufficit simplex reuocatio, vt ext. de appel. cùm causam, quae. & de offi. deleg. cùm olim. j. in fi. extr. de testi. cog. c. praeterea. & sic intelligo praedicta iura, quicquid alii
d somnient. Quidam [d] autem dicunt, quòd clientulus debet statim, postquam scit confessionẽ aduocati, reuocare, vel saltem eadem die: & in hoc grauatur: sed potest hoc facere simpliciter, & in hoc alleuiatur: suam autem non potest, nisi probato errore, & in hoc grauatur: sed hoc põt quandocunque vsque ad sententiam, & in hoc alleuiatur. Principalis ergo persona, etiam intra triduum nequit suam cõfessionem reuocare, nisi priùs errore probato: licet aliud sit in confessione aduocati, vt dixi: & hoc in errore facti ali-
e ud, secundum quosdam, in errore iuris, vt j. ad fin. Rof. dixit [e] simpliciter & indistinctè, quòd errorem aduocati potest quis, sicut & proprium, vsque ad sententiam reuocare. nam quod dicit aduo-
f catus, perinde est, ac si ipse dixisset [f], C. de errore aduoc. l. j. & ff. pro suo, l. fin. in fi. imò magis debet ei in errore alterius, quàm in proprio subueniri, ar. ff. de reg. iur. qui in alterius. Hoc autem certum est, quòd si clientulus interrogatus, an ratam habeat confessionẽ aduocati, respondeat simpliciter Sic, tunc non potest reuocare, nisi errore probato: si verò respondeat se ratum habere in eo, qđ pro eo facit, in eo verò, quod contra eum est, minimè, tunc nudo verbo sine probatione erroris potest reuocare intra triduum, qđ contra eum est: ideoque consulo, quòd aduocatus, & etiam prin-
g cipalis, protestetur, vt in prae. ver. ex praemissis [g]. & semper sub cõditione proponat, vt in eo. tit. §. final. ver. item sit cautus, ne. Quidam autem distinguũt, an errauerit in facto, an in iure. quod dic, vt in Summa dom. mei, eo. ti. §. an error. Error autem iuris potest
h quandocunque reuocari [h]. ¶†Si verò fit per procuratorem, prę-
2 iudicat [i], nisi eum reuocet: quod potest facere quandocunque an
i te sententiam, errore probato, extr. de offi. del. cùm olim. j. prope
k fin. extra. de confess. c. fi. extr. de elect. scriptũ. prope prin. [k] Quòd autem procuratoris confessio domino noceat, probatur extr. de postul. c. j. prope princ. ver. verùm. cum suis concor. & ff. ad l. Aql proinde. §. j. & ff. de interrog. in iure fac. l. alius. & l. si defensor. ex-
l tra. de re iud. suborta. Quidam [l] tamen contrà, nisi procurator habeat de hoc speciale mandatum, vel nisi sit generalis procurator.
3 ¶†Sicut nec pactum, nec delatio iuramẽti per eum facta, nocet domino, nisi ad hoc habuerit speciale mandatũ, ff. de iureiu. iusiu-
m randum. §. fi. & l. seq. & ff. de pact. nam & nocere [m]. vel nisi domin⁹ confessionem ratam habeat, extra. de procur. c. j. Alii, inter quos
n est Vincen. [n] distinguunt inter procuratorem & defensorem: vt confessio defensoris, id est eius qui non habet mandatum, non p
o iudicet, vt in prę. l. si defensor. & ff. de procur. Plautius [o]. nisi dominus postmodum ratum habuerit, ff. de interrog. act. qui seruum. confessio enim procuratoris, id est eius qui mandatum habet ad causam, vel etiam eius qui habet literas de rato. praeiudicat domino, extra. de procur. c. j. & de offi. deleg. coram. & in prę. l. proinde. nisi dominus contrarium possit probare: ad quod potest admitti. nam & contra propriam confessionem admitteretur, si se doceret errasse, vt in prae. l. error. Verius credo cũ Io. quòd semper obstat domino confessio veri procuratoris, vt in praemis. cõcor. nec est expectandum, quòd dominus ratam habeat confessionẽ. arg. ff. de cond. inde. si procurator. & l. indebitam. nam & quando procurator delinquit circa iudiciũ, domino praeiudicat, nisi fines mãdati excedat, extr. de off. deleg. cùm olim. C. de procur. si procuratur. De hoc, & quando factum procuratoris domino praeiudicet, no. extra. vt lit. non contest. c. j. in fin. & §. §. sequitur. ver. xiiij. & §. nunc videndum. & vide in Repertorio nostro eo. tit. & in titu. de proc. Item an tacituritas procuratoris habeatur pro confessione, not. §. tit. prox. §. ix. & est argum. quod not. extra. de postu. prae lat. c. i. prope princip. ibi, non negaui &c. vbi de hoc, secundum Pa
p pam. [p] Quę autẽ actio oriatur ex confessione procuratoris, no. ff. de inter.

ADDITIONES.

a Vel curatorem. ¶Si per praelatum, vide no. de elect. dudum, 2. in gl. nota ergo. & hic per Cynum de praelato & de capitulo, q. xv. & seq. & de his, quando agere possint, vide plenè §. de acto. §. j. in vlt. char. Adde Rom. con. 388.

b Olim. ¶Vide, quod ibi not. in glo. secunda, & quod super ea scripsi: & in decretali, cùm causam. de appel. super v. glo. ibi distinxi p iudicium negotii principalis ex confessione & sola ordinatione litis per contestationem. ADDE vt plenè per episcopum Alex. in c. dilecto. extra. de appel. & ibi, an procurator confessionem aduocati reuocare possit.

c Eadem die. ¶Vt dicit decreta. cùm causam. de appel.

d Quidam. ¶Scilicet Bonagui. vbi suprà, in fi. & Cyn. vbi suprà. versi. pen. tenet principium huius dicti, scilicet quòd incontinenti fieri possit, nil probãdo: allegat ff. de manu. test. l. Stichus. & illud regulare, quae incontinenti fiunt, &c. aliàs, secundum eum, necesse erat probare errorem, C. de erro. aduocatorum, l. j. & opiniones contrarias dicit truffas.

e Dixit. ¶Rob. 7. qui poss. esse aduoc. vlt. prin. ver. bene intelligat.

f Dixisset. ¶Imò ex ipsius persona aduocatus format talia dicta, vt scripsi in prae. decre. olim. super ij. gl. & patet ex forma rubricae C. de errore aduoc. libel. seu procon.

g Ex praemissis. ¶Hoc consilium non approbat vsus, vt ibi dixi.

h Reuocari. ¶Contrarium dicit in fi. huius §. ibi: inde dixit Accur. in l. fin. C. de erro. aduo. positis circa huiusmodi errorem aduocati duabus opin. sua & Pla. omnes concordare, errorem iuris reuocari posse vsque ad sentẽtiam: & sic loquitur de errore aduocati.

i Praeiudicat. ¶De hoc per Host. in Summa eodem titulo, §. j. versi. dominus causę. & multùm plenè per eum in Summa de procu. §. pen. ver. sed nunquid confu. & pleniùs per Cy. vbi suprà, in quaestione iiij. in qua etiam de tut. & cu. tractat prolixè, & ponit octo opiniones, quarũ prima distinguit, an confessio emanauerit praesentibus dominis, pupillis, vel adultis: & tunc praeiudicat, licet minores restituantur: aliàs non praeiudicat. Secunda distinguit, an cõfiteantur tales in causis quas inchoarunt, an in aliis. Tertia distinguit, an confessionem fuerit secuta sentẽtia, necne. Quarta, an tutor in tota lite durauerit, vel non durauerit. Quinta, quòd praeiudicet, nisi dominus, pupillus, vel adultus, probet contrariũ & haec placet gloss. ff. de procurat. non solùm. Sexta Iacob. de Rauen dicentis, confessionem administratorum talium non praeiudicare, habito respectu ad dominos. Septima distinguit an confiteatur praeparatoria, & praeiudicat: an decisoria, & non praeiudicat: pro ratione sumũt, quòd vbi maius periculum. &c. Octaua, quam dicit Canonistarum est, quòd confessio procuratoris nocet domino, nisi probet illam erroneam, vt lit. non contest. c. j. de re iud. suborta. Distinguit demum inter procuratorem & defensorem: & haec clara. Item inter procuratorem habẽtem speciale mandatum ad hoc, & ista clara: vel habentem generale tantùm: & hanc coniungit tutoribus & curatoribus, distinguens voluntariam iurisdictionem à necessaria. Primo casu non praeiudicat, ff. eo. certum. versic. sed an ipsos. secundo respondendo positionibus, vel petitionib⁹, praeiudicat: cùm & pręiudicet sententia: ergo & confessio, ff. de re iu. sed si se obtulerit. in prin. & §. tutor. nisi dominus probaret contrarium confessionis, vt in prin. decret. i. in fi. Diuersitatis ratio, qa in voluntaria iurisdictione videtur donare. quod nõ potest, ff. de pactis, contra iuris. §. si filius. In necessaria & contentiosa, quę redditur in inuitum, nõ donat: nec prohiberi debet agnoscere bonã fidem, ff. de admit. tut. quoties. §. sicut. Sed si opponas, quòd quandoque tales sunt ribaldi, respondetur in tutoribus, qui satisdant, non est timenda fraus: in procuratore imputet sibi dominus, qui talẽ elegit, si non potest se contrariis probationibus releuare. Adde, an confessio praelati noceat domino, Paul. de Cast. consi. j.

k Prope prin. ¶Vide, quod ibi not. in j. gl. & quod super ea dixi.

l Quidam. ¶Hoc tenuit Vinc. in l. j. C. eo. per l. certum. ff. eo. sed dic ipsum procuratorem teneri, per leges §. prox. allegatas. Idem tenet Iac. de Are. in l. certum. dicens, solùm in tribus casibus domino praeiudicari. Primo, si mandauit eum sic confiteri, ff. de interrog. act. si seruum. j. respon. in fi. Secundo, quando ipso praesente, & non contradicente, confessus est, C. de erro. aduoc. l. j. Tertio, quando ratum habet, vt sequitur: & dicit eũ ratum habere, si statim, cùm scit, non reuocat, ff. de sol. ratum. rem ra. hab. l. quo enĩ. C. ad Mace. l. fin. facit, vt lit. non contest. c. i. in fin. de iureiur. c. vlt. ii. respon. lib. vi.

m Nocere. ¶De procu. qui ad agendum. in fi. lib. vi.

n Vinc. ¶In decret. i. de postul. in prin.

o Plautius. ¶Et de hoc eo. tit. non solùm. in prin.

p Secundum Papam. ¶Vide, quod ibi dixi super gl. ii. & est expeditum de confes. c. ii. lib. vi.

a de inter.act.de ætate.§.qui interrogatus[a].¶†Sed pone:feci duos
4 procuratores,vnus confitetur,alter negat: quæritur,cui stetur[b]?
b Respon.[c]secundum eos, qui dicunt confessionem procuratoris
c domino non obesse, planum est: secundum alios verò videtur, quòd neutri.nam si duo arbitri diuersas,&c.ff.de excep.diem.§.si
d plures.ff.de re iudic.duo.extra.eo.c.fin.[d] sed videtur ei standum, quod magis nocet,ff.de lib.causa,vno.§.fi.ff. ad Syl.si quis.§.fin. Sed distingue:nam aut incontinenti vnus confitetur,& alius negat:quo casu melior est conditio prohibentis,ff.de cur.fur.consilio.§.fin.Aut ex interuallo: & tunc statim dominus obligatur ex confessione sui procuratoris. vnde nequit consequi ex negatione sui procuratoris,quod ex sua cõsequi nequiuisset,ff.de mino.l.iiii.§.sed an vltrò.C.quod met. causa,si per impressionẽ.Vel dic, quòd stabitur idoneiori,ff.de testi.ob carmen.§.fin. secundum Odof.Alii dicunt,quòd si dominus velit contrà probare,audietur, cùm,& si tantùm vnus esset,hoc posset:& sic intelligunt ff.de cõfes.certum.§.si quis. Si verò non est probare paratus, tunc ei no-
5 cet:& vide s̄.de tut.§.fin. versi. quid si duo. ¶†Confessio autem tutoris,vel curatoris,vtrùm noceat pupillo,vel adulto,no.ff. eo.
6 certum.§.ii.¶†Cæterùm si fit per principalem personam[e],& sit
e legitimè facta,secundum ea,quæ habes s̄.eo.§ sequitur.statur ei, & nocet,C.de confes.l.vnica,extrà eod.c.ii.xiiii.q.ii.§.i.nec reuocari potest,nisi errore probato:& tunc potest vsque ad sententiã
f non post,nisi fuerit appellatum[f], C.de trãsact.sub prætextu.C.de
g iur.& fact.ign.error facti.ff.e.non fatetur. Vnde[g] si fui confessus, me occidisse hominem, nunc probo eum viuere:admittar ad re-
h uocandum,vt in præd.l.inde Neratius.§.fi.[h] vel fui confessus me promisisse tibi decem,vel matrimonium cõtraxisse Narbonę tali die:nunc volo probare,quòd in illa die eram Romæ, extrà de testi.ex tenore.C.de contrahen. stipul. optimam. vel fui confessus me tibi debere decimas de aliquo prædio , nunc volo probare illud esse in alterius parochia, extrà, de paroch.c.fin.& de decimis,
7 q̃m.& c.cùm contingat.xvi.q.i.si quis.¶†Sed nunquid in criminalibus potest quis suum errorem corrigere? Dicit Vber. ꝙ si in ea perseuerauerit,secundum ea,quæ no.s̄.in prin.huius tit.ver.&
8 hoc in ciuili.¶†Sed nunquid confessus crimen potest ex hoc ap-
i pellare? Respon.non,secundum Vber.[i] C.quorum appel.non reci.l.ii.& ii.q.vi.§.sunt,quorum. ver.nullus etiam,&c.& est speciale in causa criminali,secundum eum.Ego dico,quòd confessus,siue in ciuili,siue in criminali causa,potest appellare,si non admittitur ad probandum errorem,ff.de confess. cùm fideicommissum. secus si sit conuictus,& confessus, & argumentis superatus: vt in præ.concor.Arg.contrà,C.de erro.aduoc.l. fin. hoc prosequere, prout no.extr.de app.cùm speciali.§.porrò.& c.Romana. §.sĩ aũt
k post sententiam[k].scilicet & ĩ.de app.§.in quibus.versi.ii.[l]¶†Sed
l nũquid in causa appellationis potest quis corrigere errorem ha-
9 bitum in principali. Videtur,quòd non, cùm sit finitum negotiũ per sententiam,extrà de confess.c.fi.& in præ.l.error. extra. de litis contest.exceptionis.lib.vi.ff.de re iu.l.i. Dic contrà:nam appellatione suspenditur pronunciatum:& ita non potest adhuc negotium dici finitum,ff.ad Turpil.l.i.in fi.& ad hoc C.de erro. aduoc. l.fin.Nec potest etiam dici res iudicata,vbi est à sententia appella-
10 tum,vt s̄.de excep.§.dicto.ver. vt autem hoc. ¶† Et præterea in causis appellationis nouis defensionibus & allegatiõibus vti possum,C.de appel.eos.§.i.& de temp.appel.per hanc.extra.de testi. fraternitatis.& exceptionem peremptoriam in causa principali omissam in causa appellationis proponere, extra. de fide instru. cũ Ioannes.C.sentent.rescind.non poss. peremptorias. At corrige-
m re errorem est perẽptoriã proponere:& sic obtinuit[m].Cætera de
11 hac materia vide s̄.de positio.§.decimò. & per totũ titulũ. ¶†In
n summa nota,ꝙ error facti negotio nondũ finito nemini nocet[n], C.de

ADDITIONES.

a Interrogatus.¶Hic est duplex error,causatus ab Alber.Gal.codẽ tit.post prin.versi sed quæ actio.qui simpliciter de confessione q̃rebat,non expresso procuratore:& dicebat sic:Dic,quòd aut confitetur formiter,aut informiter:vt no.ff. &c. &in Alber. habetur additio talis.Sed certè ibi non inuenio notatum:sed tãgitur ff. de confess.l.certum.in fin.vlt.glo.sed non soluit Accur.an hæc additio fuerit sua,vel alterius:fuit malè locata:quia cùm in fin.ver.poni debuisset,posita fuit post præmissum,vt no.ante illud, ff. & verum est,ꝙ in illa glo.aliquid dicitur de forma,dicendo, illud quæritur,si cùm forma quis confiteatur ex venditione, an vtile ex vẽdito teneatur:& verum,ꝙ Accur.non soluit:sed Rof.vbi s̄.in pri. hoc prosequitur,dicens actionem in factum dari ex confessione, licet fateatur Ioan.in Arbore nil de illa dixisse:sed ꝙ supplendum sit alleg.ff.de testib.l.scio quæsitum.ff.de spon.oratio. Dicit ergo, ꝙ si quis confitetur se tibi debere decem, aut informiter,id est,sine adiectione causæ, aut formiter, id est, causa adiecta, putà mutui:decre.si cautio.de fide instru.determinationem ponit pro hac forma:primo casu oritur actio in factum:secundo,vtilis certi condictio,sicut si daretur directa ex vero contractu. nam qui confitetur,obligatur ex eo,sicut ex cõtractu,ff.de inter.act.de ætate. §. q interrogatus.sicut est,secundum eum,in iureiurando delato:vt si iuratur formiter, id est,adiecta causa, datur vtilis ex contractu: si informiter,datur in factum,ff.de iureiuran.l.nam postea.§.pen.& vlt.& l.sed & si possessori.& l.si duo patroni.§. pen Nec est verũ, ꝙ ex confessione oriatur vtilis confessoria: quod quidam dicunt per l.inde Neratius.§.vlt.ff.ad l.Aquil.vbi de hoc. nam confessoria pro seruitutibus est inuenta:remittit ad tractatum suum de cõfessoria:& scripsi de iudiciis,examinata.super gl.ii.Fatetur tamen ꝙ nedum in vtili,de qua est dictum,sed etiam in actiõe in factum vt competat,requiruntur illa decem, quæ in versibus & in prosa habentur, propter quod ipse prosam. vel regulã prosequitur, & exponit,priùs:& post quasdam obiectiones ponit satis congruas materiæ,quas per te videas: ponit etiam libellos & positiones, q & quæ conueniunt vtrique actioni: & valent hæc ad declarationem eorum,quæ no.in decre.si cautio.de fide instru.in iiii.glo.& eius,quod no.ĩ.de accus.§.i.ver.quid si latro.

b Stetur.¶Tene,quod no.de procu.si duo.lib.vi.in iii.glo.

c Respon.¶Secundum Albe.Gal.cuius fuit iste ver.eo.tit. ver. pe.

d c.fi.¶Per quæ iura ponit Alb. opinionem,quæ habet, ꝙ domin⁹ eligit cui stetur,sicut eligitur ordinarius in sententiis delegatorũ suorum.

e Personam.¶In hoc membro distinguit Cy.vbi s̄.q.xj.dicẽs,ꝙ aut scienter,aut ignoranter. Secundo casu aut in facto errauit, aut in iure.Si in facto,regulariter vsque ad diffinitiuam reuocari potest vt in l.error.Fallit C.de cond.inde.ea quæ.Inst.de obl.quę ex quasi contract.§.fi.&sic loquitur l.si is.ff.e.Secundo casu.quia debuit peritos consulere,secundum gl.nullo iure reuocat.ff.eo.tit.non fatetur.& de reg.iur.quod quis.& Dy.hoc concedit,si post litem contestatam erretur: sed ante litem contestatam excusatur, sm eum,ff.de inter.act.de ætate.§.qui iusto.& Celsus. hoc not. in regula,ignorantia.lib.vi.Sed secũdum Petr.casus est in contrarium si non violetur litera,in l.cùm fideicom.ff.eo. tit. Item in damnis vitandis excusat,vt in l.error.Dicit ergo verũ esse illud non reuocari ipso iure , sed sic restitutionis ope. Et in hoc differt ab errore facti,quod reuocatur ipso iure.In confessione autem facta scienter,distinguit,an sit ad præparationem litis:& tunc ante litem cõtestatam pœnitet,postea non,ff.de rei ven.is qui. Si tendit ad litis decisionem,confessus non pœnitet,vt in l.i.C.eo. Fallit in casu l. inde Neratius.ff.ad l.Aqui.§.fi.Notoriè enim constat, te nõ interfecisse hominem, qui viuit:sed non sic notoriè cõstare potest, te non debere,quod confessus es.ad id,quod distinxit post Iac.de Are.in decre.ff.eod.ti.remittam in fin.Attento dicere, quòd in hac materia summè necessaria esset principalis constõ determinans has varietates secundum ius,vbi præualeret,quid certum:aliàs videretur placito,quod eo casu meritorum putarem: de quo Insti. de iure na.gen.§.sed & quod principi.distinctio tamẽ Dyn. plenè placet,ad quam in fine remittam.

f Appellatum.¶De hoc statim ĩ.ver.pen.

g Vnde.¶Exempla ista fuerunt Bonagui.ver.s̄.ante fin.

h §.fi.¶Si ille verò mortuus est.sed inuẽtus est occisor, dicit Iac.de Are.ꝙ in hoc casu,qui euenit Pergami,Iuristæ ibi cõcordabant ꝯfessũ decapitandum.per l.iiii.ff.eo.ti.ipse super lege illa tenet ꝯtrarium,inducens l.i.ff.de quęstio.§.vlt.dixit etiam Gui.de Suz.super l.inde Neratius.ꝙ si q̃s vulnerauit aliquem,quem fortè credidit occidisse,& capt⁹ sic confessus est,etiam amici admitti debent ad probandum,quòd ille viuit.

i Secundum Vber.¶Et Iac.Bal.vt dicit Alb.Gal.vbi s̄.ver.sed nũq̃d ꝯfess⁹.ipse tenet cũ Guli.allegãs,q̃d no.ff.d̄ ap.l.fi.§ i.Add̄ ad hãc materiã,ꝙ ꝯfessio extraiudicialis in criminali nõ nocet,quãtũ ad hoc,vt possit ordinariè puniri,sed extraordinariè tãtũ: vide Rotã in nouis decis.decis.clxxx.vbi pulcherrimè hoc tractatur.

k Post sententiã.¶Li.6.vbi de hoc in gl.alternatiuam.&vide quod super ea dixi.

l Ver.2.¶Sic incip.& allegare intendit,quicquid continetur sub illo ver.vsque ad ver.3.

m Obtinuit.¶Secundum Alb.Papien.in l.per hanc.C.de temp.app. ideo vide Vber.Iac.Bal.super l.error.

n Nocet.¶Hoc verũ,ꝓbato errore,quẽ ꝓbari necesse est p allegãtẽ, vt s̄.§.2.ver.3.& scripsi ad fi.gl.ad q̃ hoc ĩ fi.remittã. Alb.Papi. ad id allegat ff.ad Tre.si hæres ab eo.in fi.& dixit Gul.in l.error.ꝙ si obligauit me plurib⁹ in solidũ p instrumẽta, & Titi⁹ ex illa obligatiõe agit ꝯ me,&ego ꝯfessus fui me ex illo instrumẽto sibi obligatũ:si postea appareat illi⁹ nomẽ in instrumẽto scriptũ ñ esse,ꝓbatus erit error.alleg.ff.ad l.Aq.ĩde Nerati⁹.§.vlt.cũ l.seq.Dicit ẽt ꝓbatũ errorẽ,si aduersari⁹ id ꝯfiteaẽ:alleg.ff.de inter.act.l.fi.& dixit Alb.Pa.vbi s̄.ꝓx.dixi cũ Io.&Azo.& ĩhoc oẽs cõiter ꝯcordãt, ꝙ ꝓbat dicẽdo errasse,&ꝓbãdo tẽ aliter se habere,ff.d̄ ꝓb.verius.

de adm

C.de iur.& facti igno.error.extra.de confes.c.fi.putà quia errauit quis in aliqua confessione in iudicio facta:& bene dicit Facti:sec⁹ autē,si errauit in iure a. nam tunc statim ꝓ iudicato habetur,C.de confes.l.j.ff.eo.non fatetur.vbi de hoc.Vnde dixit Rofre.secus esse,si naturale indebitum iuris errorem promittat,vt ff.de condic. inde.in summa.Pileus tamen dixit idem esse in errore iuris:& supplet in præd.l.maximè b.

ADDITIONES.

☞ de admi.tut.hoc autem.C.de episc.aud.si legibus. Fit etiam hæc probatio per testes,instrumenta,& literas amicorum,ff.de interroga.act.de ætate.in fi.Et si dicas,quòd illud dicere probare,non concludit erratum,quia potuit res aliter esse eo sciente, confiteor:sed stabitur præsumptioni ignorantiæ,nisi probet aduersarius scientiam,vt etiam dixi,vbi in fin.remittam:quod est verum,nisi esset casus,quo scientia non obstaret,vt suprà §.proxim.versicul. quid si ex certa.& dixi nunc in distinctione Cyn. versicul. in confessione.

a In iure.¶De hoc s̃.§.ij.ver.iij.

b Maximè.¶Vide,quod scripsi in decr.vlt.e.tit.super ver.error facti.& post Dy.in regula,ignorantia.de reg.iur.lib.vj.in princ.dist. de hoc etiam per Cy.C.de iur.& fact.ig.l.error.in vlt.q.

ADDITIONES NOVAE.

§ De hac materia vide Bal.C.de confessis.vbi multas quęstiones singulares ponit,& Albric.eo.tit.

§ An confessio clerici facta coram iudice laico faciat haberi pro condemnato , vt sic ex illa confessione agi possit. dic quòd non, Imò est nulla,& eius vigore non potest fieri pręceptum.c.at si clerici.de iudi.Idem Cyn.& Bar.in l.j.C.eo.Innoc.in c.per inquisitionem.de elect.vide quod no Bal.in l.magistratibus.C.de iurisdi. om.iud.Ioan.An.in ti.de confessis.§.sequitur.vers.quinto.in additio.suis,& conclusit ibidem Ioann. Andr.quòd vbicunque iurisdictio iudicis incompetentis non potest prorogari per confitentes ibi confessio nulla sit:siue emanet per modum iurisdictionis contentiosæ,siue voluntariæ.sed vbi iurisdictio prorogari potest,tunc valet dicta confessio,Inno.in dicto cap.dicit quòd dicta confessio clerici non valet vt possit ex ea damnari,tamen cleric⁹ tractus coram iudice competente poterit compelli ad confitendum illud quod fuit confessus coram iudice incompetente.& addit in c.cum dilectus de successione ab intest. ꝙ si clericus decessit, ita ꝙ non potest compelli virtute dictæ confessionis,poterit ferri sententia contra hæredem suum.sed hoc non est verum:qa ex quo cōfessio non ligauit defunctum,ad hoc vt pati posset sententiam,multominus ligauit hæredē.pro hoc fac.gl.in l.iubemus. de lib.cau.sed si emanaret confessio coram iudice, non tamen in figura iudicij,non præiudicat talis confessio,sicut nec extraiudicialis,dicta l.iubemus.in gl.Ange.in l.j.ff.de confessis.Item confessus vnum in vno iudicio ꝯpetenti,potest dicere oppositū in alio iudicio ad alium effectum.vt no.in Auth.Item poss.C.qui potior in pig.ha.Bar.in l.diuus.de cust.re.vide Bal. in l.magistratibus.de iur.om.iu.& Auth.si qua per calumniam.de epis.& cle.& Ang.in dicta l.magistratibus.

§ Maiorem fauorem debet inuenire confessus quàm conuictus, Inn.in c.prudentiam.de off.deleg.in ver.reus.in 4.col.lecturæ.

§ Per confessionem aduersarij potest quandocunq; probari, In. in c.finali,de testibus.

§ Cōfessio idem operatur quod publicum instrumētum de contractu confectum,& non minor est probatio per confessionem, ꝙ̃ per publicum instrumentum,l.cum te transegisse.de transact.

§ An cōfessio facta coram auditore,aut inquisitore infamet,Bar. quòd non,per glo.in l.quid ergo.§.si ex compromisso.de his qui notan.infa.

§ Per confessionem partis veritas nō tollitur.sed præsumptio iuris bene eliditur:nec dicitur erronea confessio ratione præsumptionis legalis.ita dicit Bal.in consiliis suis.

§ In l.quid tamen.ff.de ar.Guil.inducit in argumētū,ꝙ annullato processu,possit reus confessionem quam fecerat,annullare & reuocare.quod est verum quàdo vtrumque est irritum,secus quādo confessio valet,vt c.Pisanis.extr.de resti.spo.per Abb.

§ Nota ꝙ confessio facta in foro animæ nō potest opponi in foro cōtentioso,vt c.fraternitatis.de schismat.Item confessio facta in foro animæ est intentanda secundum mentem proponentis, vt c.exhibita.& c.significasti.de homicidio.

§ Quidam confessus est alium occidisse,cum reuera alius occidisset: postea reperitur & probatur alium occidisse, an dictus confitens debeat ex tali confessione puniri.not.per Albric.in l.4.ff.de confess.& videtur casus in l.Inde Neratius.§.si quis hominem viuum.ff.ad leg.Aquil.

§ Quidam confessus est alium occidisse ad sui defensionem , an debeat puniri,si non probat ꝙ ad sui defensionem.Bar.ponit in l. diuus.de off.præsi.Bal.in l.vnic.C.d confes.& l.cum te.de don.ante nuptias.& in l.ea quæ per inficiationem.C. de con.indeb.& ibi tenet quòd debet puniri in totum.

§ An confessio facta pręiudicet hæredi,& nunquid cōfessio filij facta præiudicet patri,no.Bar.in l.eius qui delatorem.de iure fisc. & l.cum filius.de verb.obli.Bal.in l.ij.de eden.

§ An debeat intelligi ꝙ habeatur pro confesso ipso iure vel per sententiam.Bart.in dicta l.eius qui delatorem.qui dicit quòd debet intelligi per sententiam.

§ Confessio facta in iudicio per errorem iuris absente parte, an valeat Dy.quòd sic in l.ij.§.cum plura.de iure fisci.

§ An confessio facta per errorem in causa principali,& nō reuocata ante sententiam possit postea in causa appellationis reuocari,Inn.in c.ex parte.de confes.& tenet ꝙ sic.idem gl.in l.creditor. §.iussus de appel.

§ In l.de ætate.§.ex causa de interr.actio.vbi Bar.ponit cautelam quando quis vult reuocare confessionem.

§ In l.j.C.de cōfessis,per statutum ordinatur ꝙ omnes debeāt in scriptis dare eorum patrimoniū,& omnia debita quæ habēt modo quidam in sua scriptura posuit se dare debere cētum Titio ex causa mutui:Titius petit illa centum,ille negat se debere:an poterit conueniri ex ipsa confessione,Albri.ibi quod non.& not.in l. quæ quisque.de acquir.re.do.

§ In Auth.quod obtinet.de prob.nūquid per negationem dominij probetur negatiua.verbi gratia, testator in testamēto dicit talem rē non esse suam,nec ad eum pertinere,an per hoc probetur testatorem nullum ius habere in ea re.Dic,aut illa verba sunt prolata contemplatione certæ personæ,& tunc si sunt iurata probāt negatiuam , si autem non interuenerit iuramentum , videtur illi possessori legata liberatio.vt l.Titia.§.Gaius.de leg.ij.aut non respiciunt contemplationem certæ personæ , & tanquam nuda nihil operantur.arg.l.filius.§.diui.de leg.j.Bal.in dicta Auth.

§ Quid si agebam contra te ad xx.& tu confessus fuisti te debere dare decem tantum,& ipsa soluisti:volo postea à te petere & alia decem,an possim?gl.in l.rationes.de probatio.dicit ꝙ nō:imò creditor debet sibi imputare cur talem confessionem cum dictione taxatiua admisit:secus si simpliciter confessus fuisset de decem sine alia taxatione.

§ An confessio procuratoris in criminalib⁹ noceat domino.no. in l.proinde.§.fina.ad leg.Aqui.& l.non solum.in princip. de procurat.

§ An hæres possit reuocare cōfessionem defuncti, no.in l.nō idcirco.de iur. & fac.igno.secundum Bal.& in l.error.in fi.eo.tit.

§ An pater possit reuocare confessionem filij,not.in l.ij. si ex noxa.cau.ag.

§ An procurator possit reuocare confessionem domini,dic ꝙ sic ex causa,l.per hominem.ff.mand.

§ Quando valet confessio coram notario facta absq; iudice,Bal. in l.j.C.de confess.

§ An confessio erronea possit reuocari,Bal. in l.error.de iuris & fact.igno.

§ An videatur quis cōfiteri posita in libello:no.ỹ.de libel.cōcep. An confitenti crimen debeat dari dilatio vel terminus defensionis,no.in l.j.§.si quis vltra. de quæstio.

§ An confessio vsurarij facta in iudicio faciat ipsum haberi pro vsurario manifesto, Bal.in l.j.de confess.

§ Quid de confessione facta in testamento se fore vsurarium manifestum.Bal.in l.ij.C.de fal.cau.adiec.leg.

§ An contra confessionem fictam admittatur probatio in cōtrarium,Bal.in l.quoniam.de his qui not.infam.& in l.ij.§.ꝙ si actor. de iur.cal.dum dicit,nisi probetur contrarium. in quæstione illa, an positiones debeant haberi pro confessis.

§ Quid si iudex faciat præceptum in confessum,an possit postea reuocari confessio.Bal.ponit in l.error.C.de iuris & fact.ig.& refert ꝙ Bar.in l.non fatetur.de cōfessis.& dicta l.error tenet quòd possit reuocari.quod reprobat Bal.propter tria,primò quia istud præceptum est terminus disceptationis,sicut conclusio in causa. Secundò, quia istud præceptum trāsit in rem iudicatam, vt l.si debitori.de iudiciis.Tertiò quia ex illo pręcepto nascitur obligatio & actio,l.cum non solum.§.necessitate.de bōn. quæ lib.& sic habet vim diffinitiuæ.& hoc est verum in præcepto habente naturam iurisdictionis contentiosæ.sed in præcepto quod fit à tabellione,quod appellatur præceptum garentigiæ sto cum Bar.quia ex isto non augetur nec inducitur obligatio,sed quidam modus exequendi datur.est enim istud pręceptum accessorium contractus,& non stat per se: secus quando iudicialiter præcipitur,quia tunc fit principaliter propter se, vt stat per se , vt dicto §. permittitur.

§ De confessione facta absente aduersario,Bar.ponit in l.fi.de in

terroga.action.& dicit ꝙ confessio facta absente parte in iudicio valet, si iudex ipsam recipiat nomine partis absentis, l.j.§.exigere. de mag.con.& l.si ob causam.de euicti.Item hoc est verum in cõfessiõe facta in iudicio simpliciter absente parte: secus si actor in libello quem dat absente aduersario aliquid confiteatur contra se, quia sibi præiudicat, licet pars sit absens.& not. in l. prima. de confessis.

An cõfessio facta per patrem vel matrem super filiatione valeat,& quid operetur. Dic aut confessio fit in præiudicium confitẽtis,& in fauorem filij, aut facta est in præiudicium filij. Et in istis quid operetur confessio, dic aut confessio fit per respectum ad extraneos, aut per respectum ad seipsos. Primo casu aut non fuit facta animo confitendi, quia propter aliud facta fuit: aut facta fuit animo confitendi: primo casu nullo modo preiudicat.l.epistola.in principio.de pact. secundo casu puto quòd præiudicat, quo ad qualequale præiudicium, l.si duo.de iureiur. l.j.§.j. de quæst. secundo principali, aut fuit facta pro ipso filio, quia pater & mater confessi sunt illum filium:&talis confessio non præiudicat, l.non nudis.& l.non epistolis.C.de prob.aut fuit facta principaliter super hoc,&tunc præiudicat sibi,&eius hæredibus, l.Lucius.§.quisquis.de leg.ij.&bene dico quòd nocet eius heredibus, donec probetur contrarium: cuius contrarium probatur per coniecturas, per l.filium.de his qui sunt sui vel alie.iur.aut fuit facta contra filium,& tunc aut loquitur de confessione patris, aut matris. Primo casu non puto quòd confessio patris in aliquo præiudicet sibi, l.j.§.si quis.de carb.edict.sed confessio matris preiudicat sibi, l.fi.de prob.donec filius contrarium probet: quod probabit per coniecturas.dicta l.filium. Segnorolus.de homic.

An confessioni quæ partim est pro se & partim contra se debeat stari. Bal.ponit in l.j.C.de confes.exemplum, vt si confiteor me occidisse hominem ad mei defensionem. Ad huius intelligentiã dic quòd l.perfecta.C.de dona.quæ sub mo.non cernit separationem vel interuallum ad impediendum adiici diem, vel conditionem, vel modum, sed solam actus perfectionem vel complementum:ideo si confessione perfecta statim adiiciatur dies, mod⁹ vel conditio, non valet nisi adiectionem probent.gl.j.in dicta l.perfecta.propter Iaco.Butrig.reprobata opinio.spec.in titu. de posi.§. 10.in fin.dicit, aut verbo non geminato: vnica est tantum oratio respondentis, vel sermonis conceptio: vt, fateor sub modo vel sub conditione tali, & videtur inesse, nec præiudicat confitenti, nisi facta probatione conditionis vel modi, scilicet quòd extiterit vel venerit. Aut verbo geminato duplex est oratio, vt fateor quòd promisi:sed promisi sub conditione vel modo tali:& tunc per primam partem statim sibi præiudicat, & contra se, quia per aliam non potest primam alterare, nec statur ei pro se, argu.l.per seruum.§.j.de vsu & habi.in prima enim non licet, in secunda est perplexitas vel repugnantia.de verbo geminato no.in l.Iulianus. de condi.ind.Mihi verò videtur minus forte orationem primam præiudicare:primò quia absoluta vel perfecta dici non potest in mente, sicut patet apertè in coniuncto immediate, sine quo primùm voluit dicere quod potuit facere, ar.l.j.§.fin autem ad deficientes.C.de cadu.tol.ideo non videtur perfecisse quod non agitauit in mente, vt l.Labeo.de supell.le.Secundò, qa coniuncta loco vnius habentur, nec connexa distinguntur, sed vnum pars alterius reputatur.l.j.§.idem ait.de vsufruc.accresc.præterea nec diceretur incõtinenti, sicut requirit dicta gl. si cõstaret quòd prima oratio fuisset absoluta & perfecta ab hac propositione quæ significat inter lineitatem, l.j.§. in flumine. ne quid in flumine public. ab hac dictione cum, quæ denotat simulationem, vt l.x.ff.de acti. & obl.ita quòd nec temporis tantum, nec sermonis continuatio principaliter attenditur, sed ratione adiuncti. Igitur incontinenti, id est in actu simul se tenet, & intra,& in fragrãti re,&non extra. Quartò multiplicatio seu geminatio verborũ auget sensum, vt l.cum quæstio.§.fi.C.de leg.ibi nec verbis, sed rebus,&c.vt l.fi.C. de vsuris. Et cognitioni iudicis solent hæc relinqui, l.publ.§.fina. deposi. Sed tunc quæro quare vel in quo erit dictum arbitrium. Dic quòd aut confitentis vel asserentis aduersarij assertioni vel confessioni totali:& statur ei assertioni etiam pro se asserente nedum contra,& procedit gloss.in dicta l.publia.§.fina.magis ex vi consensus quàm assertionis, arg.l.contractus.de reg.iur.aut non assentit ei aduersarius,&tunc aut loquitur in actore libellante, capitulante, vel ponente, vt l.cum precium.de libera.caus. non pro se, quia debet probare quicquid est causa suę intẽtionis:& sic procedit alia gloss.in l.ij.de dona.ant.nupt.& l.qui accusare.de eden. aut in reo,& tũc aut in reo excipiente,& tunc idem vt stetur ꝓ se nõ ꝓ se, eadem ratione, quia debet probare quod ex cã suæ exceptionis, l.j.de proba.l.quotiens.§.qui dolum.de prob. nisi sit mera negatiua, vt non numeratæ dotis vel pecuniæ, l.si ex dote. vel si ex cautione.de non num.pec.aut in eorum altero, vel in vtroque interrogante, capitulante, vel positionibus respondente:& tunc aut in totum contra se & statur vt hic,& l.j.de confessis.aut in totum pro se,& non statur, l.rationes.& l.exemplo.de probat. aut implicitè, vt partim contra, & partim pro, & tunc aut vnum est principale,& aliud consequentia necessaria,&tũc si valet principale quod est contra se, & consequens necessarium quod est pro se, l.si filius.ĩ.eo.econtra si non valet principale, nec accessorium nec tacitum, l.3.§.fi. de seruit. vr.p̃.aut neutrum ad aliud est consequens,&necessarium,&tunc aut sub vna oratione&sermonis conceptione verbo non geminato, non præiudicatur, nec statur ei nisi aduersarius probet modum vel conditionem, l.per seruum.& l.si quidem. de exceptio.aut sub vna vel in diuersis orationibus:& tunc aut incontinenti, id est in actu qui se tenet simul, & tunc idem, quia in continẽti videtur inesse, l.lecta.ff. si cert.pe. aut ex interuallo,& statur & præiudicat in eo quod est contra se non pro se, nisi probet modum, vel ꝯditionem, vel diem:&sic obtinet glo.in dicta l.si quidem.in fi.quia responsiones sunt separatæ, nec iam factum potest reuocari nisi probato errore, l.error.C. de iuris & fact.igno.& l.j.de confessis,& l.proinde.§.Neratius.ad leg.Aquil.ergo nec modificare nec conditionare, quod est species:nisi forte ponens sic posuisset, vel capitulasset separatim:vt puta promisisti mille. Item sub tali modo, quia sic videtur consentire possibilitati sic respondendi, vt dicta l.Publia.§.fin.&hoc in claris & certis:in ambiguis serua l.si quis intentione ambigua.de iudi.&sic confitens se hominem occidisse ad sui defensionẽ, in vna oratione sibi non præiudicat, nec posset omnino separari, vel in totum approbari: & tunc absoluitur, vt l.vt vim.de iusti.& iu.vel in totum reprobari, & tunc incumbit aduersario onus probandi eũ occidisse, sicut si simpliciter negasset quid. Quo probato an ille possit postea obiicere, & probare ꝙad sui defensionẽ in eo q̃d verè primò negauit. Ioan.An.in nouella in ca.nullis pluribus.de reg.iur.lib.vj.Bal.in l.j.de confessis, dicit quòd non sufficit, nisi dicat ad defensionem necessariam.

Confessus sum recepisse à titio nomine dotis vxoris meæ, deinde Titius promittit centum:an soluto matrimonio possit Titius agere contra me.Bal.in l.si absen.C.si cer.pe.tenet ꝙ non, quia quando procedit refutatio,& sequitur promissio, intelligitur refutatio facta spe futuræ numerationis.vide no.per Iac.de Are.& Bar.in l.fi.ff.de solu. mat.per Bal.allegat l.si minor xxv.an. cui fideic. ff.de minor.

Si confessio allegatur ad pœnam euitandam, sufficit confiteri ante receptionem testium: secus si allegatur ad præmium: quia tunc statur primæ depositioni.ita Bal.in l.ea quæ. C.de condi.indeb.&ibi plenè de hoc.Item dicit ꝙ quando quis ex confessione debet consequi beneficium statuti, ꝙ in ipsa confessione debet ꝑseuerare: adeo ꝙ si postea negat, non consequitur præmium.ita Bal.ibi,& allegat gl.nota.in §.item iusta.Insti.de act.Item si negat aliquid quod non sit in sui arbitrio, quod nõ offendit legem: vbi per eum.

Qui negat acta, non potest se iuuare ex eis, Bal.in l.error. C.de iuris & fac.igno.& not.in c.perpetuus.de fide instr.

An confessio procuratoris noceat domino, Bald. in l. non solum.de procur.in princ.Bart.in l.certum.de confes.& cap. j. de lite non contest.

An confessio facta coram vno iudice faciat fidem coram alio, Ang.& Iac.But.in l.j.C.de exhi.re.quòd sic.licet alij contra.

An confessio pœnitentialis probet Bal. in l.archigerontes.de epis.audien.

Quod delictum per confessionem efficitur notorium, In. in c. qualiter.in ij.col.de ac.& c.statuimus.de off.de leg.lib.vj.

Quod si reus confitetur rescriptum esse verum, quod postmodum apparet falsum, quòd sibi non præiudicat talis confessio. In. in ca.cum venerabilis.de except.quod facit pro intellectu l.cum precum.de liber.cau.

Quidam confessus est se habere à quodam milite in feudũ, dictam confessionem reperiente pro se& pro quibusdã consortib⁹, an consortes qui nõ erant præsentes possint agere, Bal.in l.j.quãdo lice.ab emp.disce.fac.Bal.in l.ij. de seruit.& aqua. Angel.in l.si quis certum.§.si quis absente.de confes.

Quod ꝯfessio partis in vno iudicio facta, etiam inter personas easdem in alio iudicio non probat, secus in vera probatione Bal. in l.is apud quem.de eden.cum simi.

An confessio erronea facta in libello probata veritate noceat. Bal.in l.ij.C.de error.aduo.

De confessione facta in tormentis.domi. Bart. de Sali.in l.ii C. de custod.reo.Bal.in Rub.de nouo Cod.fa. & Angel.in d.l.ij.Iac. butri.& Ange.in l.j.ff.de custo.& exhi.reor.

An sufficit confessio vsurarij confitentis apud acta se fore vsurarium, Bal.in l.ad hæc. C.de lat.libert.tol.

De cõfitente delictum & negante qualitatem, Bal.in l.ea quæ de conditio.ob causam.& l.contra negantem.ad leg.Aquil.

De confi

De confitente fecisse aliquid ad suam defensionem, an videatur negare vel confiteri, Bal.in l.nec codicil.C.de codic.& l.vnica.C.de confessis.

An quis possit simul & semel fateri se fecisse delictum, & dicere ad sui defensionem, Ioan.An.in c.nullus.de reg.iur.libr.6.

Quod ꝯfessio facta inter prohibitos, in fraudem fieri presumit Bal.in l.hac edictali.de secun.nup.& no.in l.qui testium.de prob. & l.senatores.de natural.lib.per Bal.& quod no. Ange.in l.sicut. §.superuacuum.qui.mo.pig.vel hypot.sol.

¶Bald.de Confessionibus.

¶NOTA, quòd in criminali n valet confessio, vel negatio minoris sine auctoritate tutoris, C.de auct.præst.l.clarum. Quod est verum in spontanea: sed in tormentis sic, pp iussum iudicis. ex quibus colligi potest, ꝙ tantum valet iussus iudicis in actibus minorũ agendis, quantum auctoritas curatoris, &c. ¶Confessio fit interdum ad iudicij euitationem. interdum ad iudicij inchoationem, iterdum ad veritatis indaginem, post litem ꝯtestatam. Primo casu aut confitens offert. & tunc loquitur, ff.de procur. l. si reus paratus. Aut petit dilationem: & tunc fit præceptum cũ dilatione arbitraria, ff.de iud.l.si debitori. ex quo præcepto oritur actio in factum, vt not.in l.fi.§.necessitatem. C.de bo.quæ lib. Et nota quod ista confessio, quæ fit ad litis euitationem, est miraabilis naturę: qa licet fiat in causa famosa, non infamat, vt d.l.si reus. Quod intelligo, quando causa est ex contractu, vt mandati: secus si ex delicto, vt furti: quia tunc infamat confessio facta etiam non in figura iudicij, ff.de infa.l.ictus fustium. Certè gl. dicit, illud esse ex genere pœnę corporalis, & publicè inflictę, non ex mero vigore confessionis. ¶Item nota, quòd si agatur ad pœnam criminalem, tunc per istam confessionem non euitatur iudicium: quia in criminali semper est ferenda sententia, ff.de cust.reo.l.si confessus. Si verò fit in contestatione litis, vel postea, confessio, tunc est necessaria sententia, nisi cõpetens soluat. Et nota, ꝙ ista talis solutio est mirabilis naturæ: quia fingit, ꝙ per cõfessionem nullam infamia sit cõtracta. Et est ratio, quia fertur amodò sñia absolutoria, vt d.l.si reus. Bald. vide ĩ.de reg.iur.§.item nota, ꝙ in confessum.& ĩ.e.§. præceptum. ¶An ex sola confessione possit quis dãnari ad mortem? dic, quòd sic, si est spontè confessus. & sufficit semel: si autẽ cum tormentis, non valet confessio, etiam decies repetita, nisi pcedant indicia, quę debent esse verisimilia, C.de quęstio.l.milites §.oportet.ff.de ed.ed.l.quæstio.§.fi.& de prob.l.cum probatio.ff. de quæstio.l.maritus. Si autem indicia præcedunt, & de facto liquet, licet de persona sit incertum, hoc certificatur per confessionem, in qua sit perseueratum, id est, quæ non sit reuocata, in §.effectus.per G. ¶Confessio ista non debet fieri coram solo notario, nec corã iudice in camera, sed coram iudice ad banchum causarum, C.de cust.reo.l.ij.facit quod no.C.de lib.causa, l.iubemus. & ff.de testi.l.3.§.idẽ diuus.ibi, ego interrogare soleo. Arg. cõtra, quod no.ff.de infa.l.ictus. sed ibi fuit processum de facto, nõ via iudiciorum, ff.de inter.act.l.noluit.§.j.sed in præparatoriis, q̃ sunt modici præiudicij, vbi non requiritur solennitas sessionis pro tribunali sic. Vnde aliud in criminalibus, vbi stat pondus diei & æstus. Bald.vide ĩ.de appella.§.confessus in tormentis.& de re iud. §.iudex debet sedere. ¶An valeat confessio in criminali absente accusatore? videtur, quòd sic: quia in criminali fiscus est aduersarius: sed fiscus est vbique præsens, vt no.in l.j.C. de quadri.præscri. ergo. Item quia iudex supplet in criminali, ff.de adul.l.constante. Bal. ¶Titius confitetur se occidisse quendam, cuius nomẽ ignorat, an ex ista confessione possit puniri? Dic, quòd si cõstat de corpore, non curo de nomine, vt not.3.q.8.libellorum. sicut si quis occiderit puerum nõ baptizatum, vel in vtero matris, cui nomẽ non est impositum: si autem non constat de corpore, tunc secus, ff.ad Sil.l.j.§.item illud. Bald. ¶Punitus est non malefactor ex sua confessione: quæritur, an verus malefactor releuetur, quin & ipse puniatur? Dic, quòd nõ, ff.de interro.act.l. qui seruum. post prin. & arg.ff.de adult.dominici.§.quæritur. Non enim alius pro alio potest soluere pœnam corporalem. Bald. ¶Confiteor me hominem occidisse hoc modo, videlicet ad mei defensionem: quæritur, an nullo alio probato debeam condemnari? Et videtur, quòd non: quia non confiteor, imò interimo obligationem natam: facit quod no.per G.suprà ti.j.§.fi.ver.antepe. Item confessio idem est, quod concessio: sed ego non concedo illam speciem homicidij quę mihi obiicitur. nam mihi obiicitur species homicidii voluntarij, & ego confiteor in necessario. Item ista cõfessio est sub vno contextu: ideo nõ potest diuidi, ff.depo.l.Publia.in fi.facit. quod not.C.de dona.quæ sub mod.l.ij.ad idem extrà de ac.c.cum dilecti. Contrarium est verum, quia præsumptio est contra confitentem: quia præsumitur in maleficio dolus: & ex illa præsumptione iuris damnabor potius, quàm ex qualitate confessionis, C.de fic. l.j.sed Bart.in l.Aurelius.§.j.de li.le. Hinc est, quòd si statutum dat beneficium confitenti, iste non meretur beneficium: quia non ꝯfitetur simpliciter maleficium. Idem, si sit cõfessus per gerundiũ id est, confiteor me fecisse defendendo: quia gerũdium significat modum, vnde confessio est modificata, non simpliciter. tamẽ statur contra se. Alij dicunt, quòd non potest diuidi: quia est vnum constructum & vna oratio. In passiua significatione gerundium significat necessitatem, vt no.in l.j.de eden. ¶Gerundia & supina sunt communis significationis, vt no.in c.j.de postu.lib.vj.in nouella. ¶Confessio instrumenti dotalis non excludit exceptionẽ non numeratæ pecuniæ, nisi sit renunciatum tali exceptioni, §.sequitur.ver.pe.ru facias, vt sit pactum, id est promissio, nõ vera renunciatio: vt scilicet promittat non opponere exceptionem nõ nu.pec. quod pactum valet, tãquam pactum dotale: nec præsumitur donatio: facit quod no.C.de do.cau.l.j.per Acc.& hoc verum quoad personalem actionem inter ipsos contrahentes: sed quo ad præiudicium aliorum creditorum, ista confessio non meretur priuilegium iuris: quia est dos confessata, vt not.in l.assiduis.C. qui po.in pig.hab.in gl.parua. vnde non habet tacitam hypothecam. quod est not.Bald. ¶Confessio matrimonij excusat accusationem stupri, §.j.vers.sed pone.G.sed non accusationem raptus, C.de rap.vir.l.j.ff.de his, qui.vt indig.l.Claudius.B. ¶Cõfessio facta in vltima voluntate, nõ probat debitum esse, vel nõ esse, ff.de li.le.l.Aurelius.§.fi.de leg.ij.Titia.§.Lucius. vnde potest talis confessio reuocari, quia est species vltimæ voluntatis, non autem est species probatiõis. & facit pro eo, qui legat decem pro vsuris, vel i malè ablatis: vt si conualescit, non possit ex ista scriptura conueniri, de quo dic per Cy.C.de non nu.pec.l.generaliter. Bald. ¶Item confitetur quis factum, sed non modum, seu qualitatem: arg.C. arbi.tu.l.interdictæ. Bal. ¶Quando in confessione opponitur dictio taxatiua, non prodest ꝯfiteri, C.de transa.aliàs.de exce.si quidem. ¶Prohibita confessio præsumitur simulata, ff.de prob.l.qui testamentum.& ibi no.Bald. ¶Contra fictionem non admittitur confessio: ergo nec positio: sed cõtra præsumptionem iuris & de iure, sic in auth.de æqual.do.§.illud.Bal. ¶Confessio facta in iudicio, siue formiter, siue informiter, valet, sicut iuramẽtũ, vt not.ff. de inter.act.l.j.Inst.de act.§.item si quis post. Si autem extra iudicium, tunc aut ad deliberãdum, & valet, ff.de pact.l.tale pactum. aut ad obligandum, & non valet ipso iure confessio informis, id est sine limitata causa: sed in reali, sine limitata causa valet, vt si cõfiteor te dominum: quod dic, vt l.cùm falsa.C.de iuris & fac.ignor.p Cy.& hîc per Spec.dico, ꝙ valet in modum probationis, n quò i nudis verbis fiat alienatio, l.traditionibus. secundum Spe. vnde q rem propriam recognoscit in emphytheusim ab ecclesia, nõ prę iudicat sibi, probata veritate, secundum Iac. quod est verum in errante: sed sciens videtur donare: vnde sufficit donatio in ecclesia absq; traditione, secundum Bart.vt l.vt inter diuinum.C.de sacro san.ec. Sed potest responderi, quòd illud in vera donatione, secus in præsumpta, vt no.ff.de polli.l.j.& C.de dot.prom.l.j. nec videtur tradere possessionem, qui nihil agit, & rem propriam conducit. ff.de vsucap.l.ei à quo. vide ĩ.de instr.edit.§.instrumentum habet vim.& in §.deficit.ĩ.eodem §.confessio in absentia.& ĩ.de locat.§.an quis soluendo. Bal. ¶Confiteor filiumfamiliâs mihi soluisse, deinde ipse promittit mihi non obstante refutatione: quæritur, an ista noua promissio obsit patri? Et videtur quòd n, C. de loca.l.si cùm Hermes.ff.de pact.l.fi. In contrarium, quia videtur ꝯfessio simulata, ex quo incontinenti est ab ea discessum. arg.ff.de priuileg.cred.l.si venter.§.fi.C.de pigno.l.fi.ff.de manu.l.4.§.fi.ab ignoto.ff.quib.mo.pig.vel hypotheca sol.l.voluntate. Et facit p marito, qui confessus fuit se ab vxore habuisse dotem, quã frater vxoris statim postea promittit non obstante refutatione, vt non teneatur maritus vxoris, nisi ad cedenda iura, ff.de iure dot.l.si extraneos. Argum. contrà ff.mandati, l.inter causas.§.abesse. Item quia ius fuit quæsitum mulieri, quod ius pacto sibi auferri nõ potuit: aliàs esset facile viro submittere promissionem in fraudem mulieris. SOL. Si mulier consenserit promissioni, debent ei iura cedi: si non ꝯsenserit, tũc non nocet sibi talis promissio, per leges allegatas, cum simili. & vide ff.de acquir.possess.l.prædia.per Bart. Bald. ¶Confessio in absentia aduersarij facta non probat solutionem, in authen.de testi.§.& licet non obligationem. C.de lib.cau. l.Arrianus.§.fin. nisi fiat in iudicio aduersario citato: quia tunc iudex supplet locum absentis, C.de appel.l.ampliorem.§.j.& nisi sit confessio inserta positioni in libello, C.de liber.causa, l.cùm precum. ¶Renunciatio in absentia an teneat? dic, vt C.de pact.l.post quam liti. ¶An remissio, vel pactum valeat? dic, vt ff.de pactis, l. idem in duobus. & de liber.leg.l.non solum.§.liberationis. ¶De ratihabitione dic, vt in l.Pomponius.§.j.ff.de ne.gest. ¶De gratia & beneficio dic, vt no.ff.de iureiur.l.Labeo: & vide l.fi.in prin.C. arbit.tutel.Bald. ¶Quid de cessione? vide suprà de cessione, §.an cessio. Bald. ¶Quandoq; processus non tenet ratione iudicis in-

competentis:& tunc nec confessio valet,extrà de iud.c.at si cleri ci.quandoq; ratione ordinis iudicij deficientis:& tunc tenet con fessio,de restit.spo.c.Pisanis.quandoque ipsorum litigantium in habilitate:& tunc non tenet,ff.de inter.act.l.si filius.la.ij.C.de au ctor.præstan.l.clarum.Bal.¶Confessio,quæ non est erronea,põt exponi,non perimi,de act.cum dilecti.Bal.¶Syndicus confessus fuit se debere id,quod debet vniuersitas,an ex ista confessione te neatur ipse,vt ipse?fuit iudicatum,quòd sic,§.nunc videndũ.ver, de facto queritur.G.Certè imò nõ tenetur,nisi tranferendo in se iudicium fuerit confessus:nam quo ad ipsum iudicium,confessio non habet causam.Bald.¶Præceptum obtinet vim sententiæ,& ex eo oritur actio in factum,scilicet quando fit in confessum:ibi dem G.& ob hoc dicit Ioan.cùm appellatur ab eo,non est neces se exprimi causam,sicut cùm appellatur à diffinitiua: ita not.ipse de appel.c.peruenit.el.ij.quod no.vide suprà eo.§.ij. ver.ex quo, Bald. ¶Confessio aduocati non nocet domino, si infra triduum reuocetur:secus in confessione procuratoris, quæ statim nocet, nisi probetur error,§.postremò.per Gul. Hoc verum,nisi procu rator confitetur bona fide?si autem per dolũ,tunc non videt sibi hoc mandatum,ff.mandati.l.creditor.§.Lucius. Tamen domino nocet post litem contestatam:quia procurator est dñs litis, ff. de excep.dot.l.apud.§.quæsitum,& l.purè.§.j.sed ante litem cõtesta tam in decisoriis secus.Bald. ¶Si duo sunt procuratores, & vnus confitetur,alter negat,quid iuris?§.fi.ver.sed pone,facit.G.¶Cõ fessus potest appellare & reuocare confessionem in causa appel lationis,ver.sed nunquid confessus.& ver.seq. not.de app.credi tor.§.iussus.secus autẽ si quis est confessus, & insuper conuictus, C.quo.app.ñ rec.l.ij.& l.fi.ver.de hoc vide.& ĩ.de ap.§.appellans à diffinitiua.Bald.¶An pater possit reuocare confessionẽ filij:est arg.quòd sic,ff.si ex nox.causa ag.l.ij.in gl.& ff. quod quisq; iur.l. 3.§.si filius.ff.de app.l.Lucius.C.de acc.l.ij.&de lib.cau.l.ij.scilicet pro suo interesse.Bald. ¶Quando quis confitetur factum, & ne gat qualitatem,vide C.arbit,tu.l.cum interdictæ.& suprà eo.§.itẽ confitetur quis.Quando quis confitetur conditionaliter,vel sub modo,vide C.de except.l.si quidem.Item quando quis confitet partem,& partem separabilem negat,vide C.de transact. l. si qui dem.Bald.¶Quid de confessione facta coram arbitro?vide infrà de instru.edit.§.confessio facta. ¶Contractus factus apud acta, æquiparatur confessioni factæ in iudicio, infrà de sent. §. contra fugitiuum.¶De confessione guarentigiæ,infrà de appe.minori xxv.annis.cum §.sequent.vbi habes,quòd confessio minoris va let,licet detur restitutio.Pro plena materia confessionis vide Bal. in l.vnica,C.de confess.& l.generaliter.C.de non num.pecu. per Cy. & Bart.

a ¶De Probationibus [a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ponentis intentio, si per responsionem ad positiones non fuerint probata, qualiter statuere habeat iudex terminum ad probandum.*

2 *Terminus vnus an possit præfigi ad producendos testes super principali, & ad illos reprobandum.*

¶Actore non probante,reus, & si nihil præstiterit, absoluitur.



N superiori tit.diximus, quid iuris sit,cùm quis acto ris intẽtionem confitetur:nunc dicendum restat, qd iuris sit, cùm negat. tunc enim actori incumbit pro batio eius quod dicit,ff.de proba.l.ij.vj.q.vlt.actor.4.
b q.3.ver.qui intendit.ideo de probationib⁹ supponamus [b].¶†Si
1 ergo per responsionem ad positiones non est ponentis intentio probata,debet iudex partibus terminum statuere ad probandum hoc mõ:Dicet enim notario:scribe,ꝙ statuo partibus terminum xv.dierum ad probandũ, quod ꝓbare voluerint:quẽ terminum statuo ꝓ prima dilatione.Vel sic: statuo vsq; ad mensem pro pri ma,secũda & tertia dilatione:arg.extra.de ꝓb.licet. Sed prius di ctum magis est in vsu. Sed & caue, vt in primo termino aliquam inducas probationem: alioquin non dabitur tibi secunda dilatio sine causæ cognitione,arg.in auth.de testi.Collat.vij.§.quia verò
c secundum AEgi. [c] Ex causa tamen dabitur tibi secunda & tertia: quarta verò non sine solennitate.quæ prosequere,vt ſ. de teste,
2 §.qualiter autem.vers.volens ergo.& seq.¶†Potest etiam vnus terminus præfigi ad producendos testes super principali, & ad re
d probandos illos,extr.eo.c.præsentium.§.testes [d].&ex tunc nõ de bet quis admitti ad reprobandũ,vt ibi, & arg.in præ.c.licet.Sed videtur,quòd tunc fraus poterit cõmitti.nam si talis terminus da tus est vtrique parti,actor malitiosè differet ꝓducere testes suos vsq;ad vltimam horam finalis diei ipsius termini,vt sic reus suos nequeat intra terminum producere:qui etiam post terminum ñ admittetur,vt in ea decre. Sed certè tunc dari debet reo noua di latio ad reprobationem huiusmodi faciendam,arg.iij.q.iij.§.spati um,ver.ei autem.C.de temp.in int.rest.l.petendæ.ext.de iud.§.fi.
c & de rest.spo.frequens.§.solet [e].Sed & licet præal.decr.licet.det
f mentem ad hoc [f], nihilominus consideratis loci distantia,perso narum & negotij qualitate, dilationem huiusmodi moderetur, vt in præ.§.quia verò.prope fi.ext.de app.cùm sit Romana.&est expssum in præ.§.testes.& vide ſ.de teste,§.qualiter.in fi.De pro bationibus igitur aliqua disputemus,dicentes: Quis,& qualiter debet probare:Quid,& quando debet probari:Et quod sunt spe
g cies probationum [g].

ADDITIONES.

a Pauci ex practicis auctoribus formarũt hanc generalem rubricã; & quomodo generalis hîc conueniat,licet species subsequantur scripsi super rub.eod.titu. vbi vide in prima obiectione. ¶Pileus formauit hanc Rubricam:& est prima quertę suę partis.¶Tanc. eam posuit,& est v.tertię partis.¶Ioan.de Deo Cauil.lib.v.rub. 3. & in li.Iudicum,item multimoda probatio.vbi nil ad gen⁹.¶Gal licus formauit rubricam,quam restrinxit ad testes.¶Rolandinus doctor etiam eam formauit,vt dixi ſ.rub.de teste.

b Supponamus.¶Per id patet,quod congruè pręcessit suprà prox. vt scripsi super rub.eod.tit.in fi.

c Secundum Aegi.¶Cuius fuit totum,quod in hoc principio præ cedit,& sequitur,sua rub.xlix.& videas,quòd Aegid.& auctor cõ sentiunt, in principio causæ terminum ad probandum simul assi gnari actori & reo.& faciunt leges,ff.eod.titul.quidam.C.ad leg. Cornel.de falsis,l.vbi.& de abolit.l.fallaciter.Si enim id in crimi nalibus,fortiùs in ciuilibus:& facit decret.licet.eo.tit.statim alle gatis,& decre.cùm causam.de testib. Ad contrarium facit,quod notatur ĩ.proxi.versic. sed vbi ego dico, quòd varietas causarum vtrunque dictum iustificat,si sunt duo electi,quorum vterque se cõfirmari petit,& aduersarium cassari:hîc optimè datur commu nis dilatio.Idem in interdicto Vti possidetis,& similibus:& de his non est dubium.Sed si petis à me mutuum,depositum,legatum, vel aliquid tale,licet partibus nolentibus possit talis terminus assi gnari,putà quòd reus possit restituere & petere nullum terminũ sibi agnari cum actore, ne frustra fatigetur actore non probante, maximè si sua defensio veniret probanda de longinquo:facit,qđ not.de testibus,capitul.de testibus.in vlt.gloss. In foro tamen se culari,actore & reo volentibus probare per testes, caueat sibi re us,ne expectet publicatioem testium actoris,si in foro illo serua retur opinio Ioan.& Azo.vt scripsi super gloss.prædicta.Tunc er go per optimè procedit datio communis termini,vt actor actio nem probet,& reus defensionem.In foro igitur canonico,vel se culari, vbi nostra opinio seruaretur, procedit illa gloss. & termi norum diuisio.Sunt & qui dicunt interesse actoris, terminum si bi & reo simul non dari,moti per l.petendæ.de temp.in integ.re stit. vt post suas dilationes probare possit in termino reo dando, & hoc etiam eo inuito,vt notatur ſ.de dilat. §. videndum.versic. quid si reus. Videamus de alia coniunctione,quàm statim subdit, §.vnicum terminum dari ad producendum testes probatorios in principio,& reprobatorios personarum: & fateor, quòd sic fuit factum in dec.licet.eo.tit.statim alleg.& patet in decre.cùm cau sam.de testib.& fieri potuit, eo quòd in ipsa productione etiã an te quàm deponant,vel cùm deponunt, possunt producere testes reprobatorios:tamen in ipsa eadem dec.licet,ibi,indulto extunc altero mense.& demum in dec.præsentium.statim alleg.ibi,si ve rò abbas.patet,termino diuiso,& non simul,confundi terminos primæ reprobationis & secundæ:per quem modũ fraudi,de qua sequitur,obtimè prouidetur.

d §.testes.¶Lib.vj.

e §.solet.¶Lib.vj.

f Ad hoc.¶Si intendebat de cõmuni termino,de quo pręmisit,de buit dicere tres menses:sed i intendit ad hoc,scilicet ad reproban dũ,de quo proximè dixit:& hoc intendit,ꝙ non est tempus illud iuris& ordinarium:quod patet in dec.pręsentium.§.si verò.vbi si computas,videbis tres menses,quod d.§.testes.ĩ.allegato nõ pos sumus ita concludere:concor.autem hîc:quòd no.de conuer.cõ iu.ex publico.in 3.gl.

g Probationum.¶Hæc membra posuit Tanc.vbi ſ.ad quæ ꝑmitte bat,quid sit probatio:quod fortè actor omisit ꝓpter ea,quę scri psi eo.tit.super rubr.Subdebat etiam,cui facienda esset probatio, quòd etiam posuit Pil.sed auctor id,quasi notissimum,non cura uit, Dicebat autem iudici fidem faciendam, non aduersario: alle gat Pil.C.de testib.eos.Canonis.const.4.q.3.eos.Tan.alleg.eo.ti. si quando.§.sed cum.& C.ex quib.cau.si idcirco.xxx.quæstion.v. iudicantem.extr.de rescri.inter cæteras.ideo Hostien.in fin.eod. titul.§.si cui ius nouum.patet & de rescrip.statutum, §. cùm verò actor.ad fi.lib.vj.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua alia facti, alia iuris, alia qualitatis.*
Negatiua facti quomodo diuidatur, & quæ sit earum qualibet.
Probari non potest, quod non est.
2 *Negatiua facti pura, simplex & indeterminata, an sit probabilis.*
3 *Negatiua facti determinata an sit probabilis.*
4 *Negatiua iuris qualis, & à quo sit probanda.*
5 *Negatiua iuris quid sit.*
6 *Neganti ius quare incumbat probatio, non autem neganti factum.*
7 *Negatiua qualitatis quæ sit, & qualiter probanda.*
8 *Qualitas quotuplex sit, & quomodo probetur.*
9 *Reus regulariter nihil tenetur probare: imò actore non probãte debet absolui.*
10 *Onus probandi per quæ transferri possit.*
11 *Onus probandi an sola præsumptione pro actore transferri possit.*
12 *Spontanea probationis assumptione transfertur onus probandi.*
13 *Repetẽs tanquã indebitum: quod iã soluit, regulariter debet indebitũ probare.*
Onus probandi an, & quomodo ratione delicti transferatur,
14 *In communibus iudiciis vtriusque partis probationes admittuntur.*
15 *In crimine falsi vtriusque partis testes audiendi sunt.*
16 *Partis vtriusque probationes quibus casibus admittantur.*
17 *Partibus vtrisque super suis articulis in causa testes producere volentibus, si simul concurrant, quis prior audietur.*
18 *Probatio in causa appellationis competit actori, vel appellanti.*
19 *Furiosus per dilucida interualla si testamentum faciat, & vnus dicat ipsum furiosum, alter autem econuersò dicat, quòd non, cui istorum incumbat probatio.*
20 *Probatio communis opinionis, aut præscriptionis, cuius initij memoria non extat, qualiter fieri possit.*
21 *Distinguere rationes agentium, vel actuum, non interest testium.*
22 *Præscriptio tam longi temporis, cuius initij memoria non extat, an probari possit per testimonium de simplici auditu.*
23 *Testibus plura deponentibus standum est digniorib. & verisimiliora deponentibus, iudicis arbitrio.*
24 *Signa apparentia an possint esse testimonia ad probandum de non visis, aut non auditis.*
25 *Nouale durat tandiu quandiu ecclesia parochialis enormiter non læditur.*
Priuilegium de noualibus, quo ad religiosos, quomodo sit intelligendum.
26 *Priuilegium an perdatur vnico actu contrario.*
27 *Fundi pars an, & quomodo dicatur fundus.*
28 *Opinio communis idem est, quod credulitas.*
29 *Interrogatus de communi opinione qualiter debeat respondere.*
30 *Opinio communis transfert onus probationis.*
31 *Probatio per communem opinionem, quibus casibus locum habeat.*
32 *possessio continua qualiter possit probari.*
33 *Medium colligitur per extrema.*
34 *Probatio non est in transcursu facienda.*

¶Qui, & qualiter debent probare.

1 I. §. Probare † autem debent actor & accusator, qui aliquid dicunt, si reus id neget, vt iã dixi: quoniam actore non probante, reus, & si nihil præstiterit, absoluitur, C. de eden l. qui accusare. 2. q. v. §. j. ext. vt ecc. bene. c. j. de cau. pos. & propriet. cùm ecclesia. prope fi. de iureiuran. c. fi. Non ergo re⁹ negans probare debet: & hoc ideo, quia negantis factum per rerum naturã nulla est directa probatio. vt ext de elec. bonæ. j. & de prob. quoniam contra. in prin. & in præ. l. actor. ext. de renun. su-
a per hoc ᵃ. & in præ. decre. cùm ecclesia. & quia ei qui dicit, non ei
2 qui negat, incumbit probatio, vt supra. ¶† Super quo scias, quòd
b negatiua alia facti, alia iuris, alia qualitatis ᵇ. Negatiua facti alia pura & simplex & indeterminata, alia terminata, alia prægnãs. Negatiua facti pura & simplex & indeterminata est, q̃ non habet determinationẽ loci, vel tpis, vl̃ alteri⁹ rei: vt cũ dico, nõ fui citat⁹: vt in præal. decr. bonæ. §. ꝯ hoc. vel si dico, ñ ꝯxi cũ Berta. & talis ꝓbari ñ pt, quia negationum non sunt causæ. Cùm enim aliquid negatur esse, hoc probari non potest: quia quod nil est, probari nõ potest: & testis volens eam probare, repellendus est, extra. de causa pos. cùm ecclesia. extrà de prob. iurauit. Est tamen quidam mod⁹ probandi eam, extr. de probat. tertio. extr. de frigi. & male. fraternitatis. prope princip. ibi, quòd eadem non poterat esse mater. ¶Tertius per iuramentum, extr. de iureiur. c. fi. ¶Quartus, si dico simpliciter me non interfecisse Titium. possum enim hoc probare, probando eũ viuere, vel morte naturali eũ obiisse. vel ꝙ alius eum interfecit, ff. ad leg. Aqui. inde Neratius. §. si quis hominem. cum duabus legibus seq. & ff. de interrog. ac. qui seruum. ¶Quintus, per acta, extrà de re iud lator. ad fi. & ca. consanguinei. ¶Sextus, si dicatur, quòd aliqua clausula fuit apposita in literis iudicũ non de conscientia ipsorum. statur enim super hoc testimonio eorundem, arg. extr. de exces. prælat. inter dilectos. §. præterea. extr. de præscrip. olim. ¶Septimus, propter probationis impossibili-
3 litatem: quod dic, vt j̃, versic. rectoris. & seq. † Negatiua autem facti determinata, scilicet habens determinationem loci, vel temporis, bene probatur: saltem indirectè, vt si nego me Titium ĩter fecisse, vel cũ Berta contraxisse tali die & loco, bene possum hoc probare indirectè probando, ꝙ illa die alibi eram, C. de contrahen. stip. optimam. extr. de testib. ex tenore. Inst. de inutil. stipul. §.
c item verborum ᶜ. Sed quomodo fiat istud, cùm instrumẽtum debeat edi sine die & consule? Dic. quòd tribus modis petitur edi: quod dic, vt j̃. de instru. edi. §. videndum restat. Item negatiua fa-
d cti prægnans est, quę habet implicitam affirmatiuam ᵈ: vt si dicam non sponte renunciaui. iam enim implicitè affirmo, siue inficiando assero me vi, vel metu renunciasse: & hoc possum & debeo ꝓbare, extrà de renunc. super hoc. in fin. Vel si dico non sum in patris potestate: quia iam simpliciter assero, negando me liberatum à patria potestate: & ideo debeo hoc probare, ff. de probat. si filius. Item si nego testatorem fuisse sanæ mentis: quia negando implico eum fuisse alienum à mente: & ideo id debeo probare, vt 3. quæst. ix. indicas. extrà de suc. ab intest. c. fi. C. de codicil. nec codi-
e cillos ᵉ. & sic in similibus. ¶† Sequitur videre de negatiua iuris:
4 & hæc probanda est ab eo, qui eam opponit. verbi gratia: nego emancipationem rectè factam: iam enim nego eam iustè factam, & ideo debeo probare, ff. de probat. ab ea parte. in fin. Vel dico, quòd non potes esse procurator, ff. de procur. mutus. vel testis, ff. de testi. l. j. vel non potes matrimonium contrahere, extrà de spõ. cùm apud. vel postulare, vel agere, vel huiusmodi, quæ à iure cõmuni conceduntur. Si enim dico te aliquo iure prohibitum, debeo illud ius probare: argum. in præd. decret. cùm apud. ff. de procurat. l. j. quia omnia licent, nisi probentur prohibita, xj. quæstio.
5 j. aliud. & ff. de regul. iuris. non omne. ¶† Negatiua autem iuris est, cùm negatur aliquid iure factum esse: vt, iuris solennitatem abfuisse: & hoc aut in iudiciis, aut in contractibus. Si in iudiciis, aut negatur post quàm sententia transiit in rem iudicatam in processu iuris solennitatem abfuisse: & tunc in causa nullitatis talis nẽgatiua probatur: aliàs semper præsumitur pro processu iudicis, extra. de re iudi. sicut. & de renunc. in præsentia. vbi de hoc. Aut ante quàm in rem transiit iudicatam: & tunc non probat negans: imò non præsumitur pro processu, nisi quatenus, & c. extrà de probat. quoniam contra. Si verò in contractibus, tunc de iure communi probare debet, qui solennitatem iuris negat adhibitam, vt in præd. l. ab ea. Tamen fauore ætatis minor, qui dicit rem suam alienatam, non adhibita iuris solennitate, scilicet tutore auctore, & cum decreto, hoc non probat: imò rem reuocat: nisi is, qui dicit adhibitam, hoc non probet, ff. de Publicia. quæcunque.
6 §. fin. ¶† Sed quæritur, quare neganti ius incumbit probatio, & non neganti factum? Respon. quia præsumitur contra negantem ius. omnia enim præsumuntur licere, nisi probentur prohibita, ff. ex quib. cau. ma. necnon. §. hoc, quod eis. xj. quęstio. j. aliud. Sed contra negantem factum, nulla est præsumptio, nisi in casibus, vbi idem iuris est, quòd in negante ius: vt infrà versic. secundum.
7 ¶ † Restat videre de negatiua qualitatis, quę est, si quis dicit, non
f es bonus, non es diligens, non es legitimus ᶠ, non es soluendo ᵍ:
g hîc enim negatur qualitas: & qui hoc dicit, debet probare. nam quilibet præsumitur idoneus, nisi probetur contrarium, vt extrà de seru. in ord. faciend. c. vnico, de præsump. c. fin. ff. de leg. ij. cùm quidam. & l. cùm pater. §. rogo. C. de inoffic. test. omnimodo. versi. si tamen. ff. de priuil. cred. si creditores. in fin. Super hoc tamen
8 distingue: † Nam qualitas alia est scientiæ, vel ignorantiæ. & hęc probatur per examinatorem: non per eum, qui eam proponit, vt extrà

ADDITIONES.

a Super hoc. ¶Hucusque Tancre.
b Qualitatis. ¶Hac diuisione cõtenti fuerũt antiqui nostri, incluso Host. in Sũma huius tit. §. ij. sed Iac. de Bel. addit negatiuã solennitatis: q̃ antiqui sua secunda, vel tertia putauerunt includi, vt patet j̃. versi. statim. vide in solutionibus contrariorum. C. super l. actor vbi pulchrè prosequitur, hoc eod. titul. ibi etiam Cyn. materiam prosequitur.
c Verborum. ¶Tu dic, ꝙ tanta posset esse locutionis coarctatio, ꝙ etiam directè negatiua cadit in intellectum testis: & sic potest directè probari, vt plenè scripsi in prædict. decret. bonæ. super glossa j.
d Affirmatiuam. ¶Secundum Tanc. vsque ad ver. sequitur.
e Codicillos. ¶Et ibi sic not. in vlt. gl.
f Legitimus. ¶Vide q̃stionem, quam de hoc disputant, posiam super regula infamibus. de reg. iu. lib. vj. Si autẽ negetur filiatio, dic, vt extrà de probati. per tuas. qui fil. sint leg. transmissæ. & capitul. per tuas. ADDE in simili, quòd asserenti aliquem non legitimè institutum, incumbit onus probandi negatiuam. vide Rotam in antiq. decis. decisione xl.
g Soluendo. ¶Vide, quod scripsi in decret. bonæ. super glo. negatiua. in fin.

extrà de præb.cùm secundum.extrà eo. qualiter. & extrà de æta.
a & qual.accepimus.& c.fi.xxiiij.dist.quando [a]. Alia ætatis:& hæc aut est notoria.& tunc probatur per aspectum corporis,extrà de ele.dudum.j.ff.de min.minor xxv.an.ex aspectu.Aut de ea proba biliter dubitatur: & tūc,qui dicitur minor,probat se maiorem,vt extrà de elec.cùm nobis.quod verum est,secundum Ioan.si ipse sit actor.Nam si reus dicatur minor,qui dicit,hoc probet,vt not. suprà de actore,prope princ.versi.si ergo excipis.Alia ordinis:de qua si dubitatur,probat,qui negatur ordinarius,extrà de cleri.pe reg.per totum. Alia conditionis alicuius,vt legitimatio,excommunicatio,interdictum:vnde si dico te illegitimum,vel excōmunicatum,vel interdictum,& similia,hæc debeo probare:quia qui libet præsumitur bonus, &c.vt suprà. An negatiua positio sit ad-
b mittēda,vt dixi plenè suprà de positionib⁹,§.vij.ver.8. [b] ¶†Nūc
9 ad propositum redeamus:& no.quòd reus non tenetur probare regulariter:imò actore non probante,licet reus nil probet, absoluitur,vt suprà in prin.Sed licet reus generaliter probare nō tene
10 atur,† tamen quædam sunt, quæ transferunt onus probandi in
c eum [c]. ¶Primum est exceptio:putà peto à te decem:tu excipis,ꝙ soluisti:vel peto fundum quem probo meum: tu excipis de præscriptione,& similia:certè debes has exceptiōes probare:nec mirum:nam reus in exceptione fit actor,ff.de exce.l.j.ff.de proba.in exceptionibus. extrà eo.ex literis.in fi.xvj.q.3.inter memoratos. extrà de præscrip.auditis.Et hoc verum est,cùm reus excipiendo aliquid asseuerat:secus est,si excipiendo neget,vt patet in exceptione non numeratæ pecuniæ:quoniam ea à reo proposita,actor debet probare numerationem, & non reus exceptionem, vt C.
d de non num.pec.si ex cautione [d]. ¶†Secundum est præsumptio,
12 ¶†Sed in sententiis & confessionibus & huiusmodi, consueuit sententiam proferens, vel confitens loqui, vt ĩ. e. §. instrumentũ. vers. item opponitur, quòd instrumento perdito. hoc modo.

¶FORMA. Ego talis in tali causa, sic pronuncio, vel sic ꝯfiteor vel dico:& pòst subiungit sic: In cuius rei testimonium & memoriã futurorum hoc præsens publicũ instrumentum per talem notarium ĩ. scriptum fieri iussi. iũge, si vis,& meo sigillo signaui. Notarius verò postmodum sic se subscribat.

¶FORMA. Ego talis, tali auctoritate notarius, prædictæ prolationi, vel confessioni, vel prædictis interfui,& vt ṡ. legi, auctoritate & mandato prædicti iudicis, vel confitentis, vel protestantis fideliter scripsi,& in publicam formã redegi,& meo signo rogatus signaui. Acta sunt hæc, die,& loco talibus, præsentib. talibus,& c. Iudex quoque, vel confitens posset in fine subiungere: Et ego talis huic instrumẽto me subscribo: sed hoc non habetur in vsu:& notabiliter post subscriptionẽ notarij dixi de loco, die & præsentibus, ad hoc vt ipse notarius videatur clariùs testificari de ipsis. Non enim testificatur de singulis in narratione iudicis seu in sententia contentis, sed solùm de sententię prolatione: vt dicam ĩ. §. restat. ver. in summa.& hæc in sententia ordinarij. In sententia verò delegati qualiter subscribet, vide ĩ. de sententia, §. vt autẽ. ver. si autem sententia. præmissa probantur j. q. vij. §. quoties. prope fi.
g & xij. q. 2. ij. cũ redemptor.& de ꝯse. di. ij. ego Berengari⁹. ꝑpe fi.[g]
¶† Et no

ADDITIONES.

a Mutetur. ¶De indictione remis. dabo ad duas quæstiões §. instrumentum. ver. item quòd non est.

b Dies. ¶Hora diei necessariò ponenda nõ est, nisi in casu ff. quod vi, aut clàm. auth. qui aliter. §. j. Cõtract⁹ aũt si fieret citra mediam noctem, attribuitur diei præcedenti. pòst verò attribuitur sequẽti, ff. de fer. more Romano. ext. de off. del. consuluit. Lex superiùs allegata ponit casum in illo, qui ædificare volẽs, ne dicať clã ædificasse, denũciat hoc ei, quem suspicatur prohibiturũ: q̃a hui⁹ denũciationis debet scribi dies & hora. Veritas habet, ꝙ regulariter instrumẽtũ necessariò non debet habere horã act⁹, de quo ꝯficiť expressam. Tñ qñq; expedit poni horã: vt pone. lata snia calendis hora 3. q appellat xj. mẽsis ante tertiã, faciat illud apponi in instrumento: aliàs oportebit eũ per testes probare horã. Omissio ergo horæ tunc non vitiat instrumentum, sed aggrauat appellãtẽ. Idẽ dico in omnibus fiendis intra terminum, qui terminus finiť certa parte diei. Idem, quando de gestis diuersis vna die scire expedit, ꝙ fuit priùs: facit de testib. ex tenore.& exempla vide in regula, cum sint partium. lib. 6.

c Vnus. ¶Et quomodo hoc fuerit necessarium, satis scripsi de ver. sig. quæsiui. super gl. pen.

d Seq. ¶Nihil ibi ponit de loco loci, sed ibi addã sup ver. qđ si loc⁹. ADDE, vt plenè ꝑ Ang. ꝯs. ccxx. Sufficit tñ, si loc⁹ tacitè ẽ appositus per coniunctionem causæ: ita tenet Bal. cons. cclxxvij. 3. lib.

e Rogatis. ¶Dicit Ac. vltra ꝑdicta ĩ auth. de ĩstr. cau. §. sed & si. ꝙ qstiõ notari⁹ ĩ hoc ĩ similib⁹ debet eẽ vniformis, vt faciliùs fiat ꝯparatio: all. e. ti. §. si verò nulli⁹.& tex. illius,& §. j. allegati ꝓbat, qđ dicit iste ver. vult em̃, ꝙ ante ĩ strumẽtorũ ꝯpletionẽ adhibeať ex scripto testiũ ꝑsentia. Solet aũt hæc vocari subnotatio, ĩ qua scribunť noĩa testiũ & ẽt cognomina, si sine illis eẽ posset dubiũ ĩ noĩe, ff. đ test. ad testiũ. §. si qs ex testib⁹.& C. e. hac ꝯsultissima. circa ꝑtinc. Scribere aũt ñ teneñť ipsi testes ĩ scriptura publica tabelliõis: ĩ priuata sec⁹, ĩ qua testes subscribũt, C. e. ti. l. ꝯct⁹. §. j. q not. in pig. h. a. l. scripturas. Prĩcipalis tñ teneť subscribere. ĩ auth. đ fid. ĩstr. §. oportet. C. q. test. fa. pos. hac ꝯsultissima. đ iure đ li. l. fi. §. si aũt dubi⁹. qui tunc si nescit scribere, scribit vnus ex testibus, vel adiungitur ali⁹ notarius, vel testis, qui subscribat, vt in dictis legibus.

f Rogatus. ¶Vide, quod ibi scripsi.

g Fi. ¶Quod sequitur, vide quasi ad literam e. ti. c. j. vt scripsi in magna gl. ver. nunc de rogatione.

13 ¶†Et nota, quòd tabellio semper debet dicere in instrumento, se fuisse rogatum facere instrumentum. eo enim mortuo, vel nõ recordante de rogatione instrumenti, non valeret instrumentũ. si autem viueret, & recordaretur, crederẽ sufficere in hoc eius testimoniũ solùm: ar. in auth. de tabe. in prin. & de fide inst. §. si verò
a neq;[a]. Alij tamen dicunt, quòd semper præsumitur rogatus, vt in
b præ. ver. item nunquid[b]. Et scias, quòd cùm officiũ tabellionatus sit publicum & cõmune. quando notarius rogatur à partibus, q̃d fieri debet, vt in auth. Col. 4. de tab. §. nos igitur. & inde dictæ sũt rogationes, non debet esse in occulto, sed diligenter cũcta debet quærere, vt sciat quid agitur, ĩ auth. e. ti. §. nos autem. Si tamẽ ꝯ facit, nihilominus valet instrumentum, licet sit magna suspicio cõtra illud, quia s. occultè rogatum est: & est ex hoc notarius puniẽdus, ar. vt eccl. bene. vt nostrum. extr. de clandest. despon. c. fi. §. sanè. extr. de elec. quia propter. in fi. Sed si instrumẽtum suspectum est, ergo videtur abiiciẽdum, nisi producens approbauerit illud, C. de proba. iubemus. & ff. e. l. j. sed ibi loquitur, quando scriptura vitiata est, vel aliàs supecta ex sui forma, vel propter rasurã, extr. d̃ fi. inst. inter. aliàs aũt secus: quia licet aliquæ suspiciones adsint, tamen valet, nisi aliàs contra illud probetur, nec propter solã suspicionem cassandum est, ar. ij. q. j. primò. secundũ Papam, ĩ. §. restat. in prin. & si notarius negetur rogatus fuisse, debet illud producẽs probare per testes, vt videtur C. de iure delib. l. fi. §. si autem dubi⁹ ibi, & iubenti ei tabel. &c. Vtrùm in conficiendo instrumẽtũ exigatur iussus partiũ, & qualis, no. ĩ. §. prox. ver. sed nunquid. & seq. Debet etiam instrumentum continere tempus rogati instrumẽti, in auth. de tabel. §. fi. quod esse debet. Idem cùm tempore celebrati contractus. si enim aliud esset, putà quia ferret testimoniũ d̃
c præteritis, non valet, secundum Papam, extr. de cohab. cler. tua[c].
14 ¶†Sed pone: T. promisit mihi x. quibusdam præsentibus, & etiã tabellione: processu temporis peto, quòd tabellio inde conficiat publicum instrumentum, cùm ipse, vt dicit, bene teneat ĩ memoria sua nomina præsentium & seriem verborum? Resp. dicit T. ꝙ hoc facere nõ potest: quia non fuit rogatus, nec ad hoc vocatus, vt s. ver. prox. Itẽ si non rogatus scriberet, suspectus esset: quia se ingereret, ff. de proc. quæ omnia. In cõtrarium facit, quia ipse seruus public⁹ dicit, vt Inst. de adop. §. nõ aliter. Vnde publicè seruire debet: nec est necesse, quòd sit rogatus, sed sufficit eũ fuisset p̃sentẽ. Nam & testis non rogatus potest testimonium ferre, ff. de test. ad fi. Et tabellio inter testes numeratur, ff. de testa. Domitius. Sed prius dictum verius est: vt ĩ. §. prox. ver. sed nunquid. & seq. Qualiter autem tabellio se in instrumentis alienis exẽplatis subscribet?
15 dic. vt ĩ. §. pro. ¶†In fine autem post omnia suum apponat tabellio signũ, vt per illud, & alia euidentiùs ꝯparatio fieri possit, cùm necesse fuerit, C. de assess. l. fi. & in auth. de fide inst. §. oportet aũt.
d in prin. Col. 6.[d] Quòd contractus & instrumenta fiant, quòd testes adhibeantur, ac signum instrumento apponatur, à veteri Testamento habet̃. legitur enim Ieremiæ xxxij. c. in fi. Agri pecunia ementur, & in libro scribentur, & imprimetur signũ, & testis ad-
e hibebitur[e]. In quibusdam tamen locis, vt Narbonæ, tabelliones non vtuntur aliquibus signis, sed solùm se in instrumẽtis subscribunt: & licet in hoc sit regionis cõsuetudini standum, vt in conc. quæ s. ver. post annos. ibi, quamuis in hoc stem, &c. & ibi, circa tẽpus autem, &c. tamen vtile est & honestum, vnumquenq; nota-
16 riũ suũ proprium habere signum. ¶†Illud autem non est omittendum, ꝙ quidam à principio instrumenti omnes publicatiões ponunt, præter nomẽ tabellionis, vt 28. di. in nomine. in prin. Ro
f lan. aũt tabellio Bonon. egregius, dicit[f] melius fore, ꝙtres in principio ponant̃: s. illæ, quę notant tempus instrumẽti, putà anni Domini, indictio, & dies: & ẽt quarta, s. nomẽ principis, in cuius ꝓuĩcia conficitur, vbi hoc est fieri consuetum: aliæ verò tres, s. locus testes, & nomen tabellionis, & etiam quarta, s. signum notarii, in fine ponantur. Quidam tamen signum in principio instrumenti, & in fine apponunt. In sententiis verò diffinitiuis & interlocutoriis omnes publicationes in fine ponunt, licet sit ar. contrà in p̃d.
g c. in nomine. in prin.[g] ¶†Illud etiam scias, quòd nõ est vis, vtrũ ĩ
17 strumentum cõficiatur in prima, vel tertia persona, siue per verba de præsenti, siue de præterito: quod dic, vt ĩ. §. instrumentum. ver. item opponitur, quòd instrumento. Qualiter autem libellus appellationis scribetur in actis: & qualiter formabitur, cùm in p̃sentia alterius iudicis appellatur, non eius, à quo appellatio interponitur: no. ĩ. de ap. §. off. autem eius. Quibus iuribus specialiter ĩ instrumentis renunciari consueuerit, no. ĩ. de renun. & ꝯclusiõe.

ADDITIONES.

a Neq; ¶Et C. de falsis. si quis decurio. & quod ibi no. in vl. gl. Nõ obstat s. vers. testes. §. j. ad fi. ver. quid ergo, si dicitur. in fin. quia aliud est simpliciter scribere, quàm subscribere etiam se rogatum, vt ibi dixi.

ADDE videndum Ang. consi. cclxxiiij. ex themate & ex actis.

b Nunquid. ¶Ibi allegat ad hoc tria iura, & remittit ad similẽ. Istud autem dictum placet Acc. in §. nos autem. statim allega. in fine 4. gloss.

c Tua. ¶Vt scripsi in dec. j. e. ti. ad fi. 2. col. ver. tempus autem. & cle. de ver. sig. abbate. super. gl. ex hoc.

d Col. 6. ¶Iste §. non dicit, quòd tabellio teneatur signum apponere: sed conditionaliter loquẽdo dicit, ꝙ vbi signũ apposuit, iudex debet ex illo comparatiõem facere: lex finalis præallegata nõ loquitur de signo notarij, sed consiliarij: lex etiam 2. C. lib. x. de conuen. fisc. deb. quã ad hoc allegat Alb. Gal. e. ti. ante finem, nõ ponit subnotationem pro signo: imò pro subscriptiõe, quã in apocha solutionis facere debet exactor debitori fisci, vt ibi no. Cùm igit̃ nullo iure caueatur, signũ necessariò, velut substãtiale, appõi debere restat, propter illius defectũ instrumẽtũ non vitiari. Primũ patet, ponderato præ. §. oportet. & præ. auth. de tabell. & auth. vt nomen imper. &c. Licet ergo sit cõmendabilis solẽnitas ĩ instrumẽto ponẽda, non tamẽ ipsius quasi minimę solẽnitatis omissio vitiat instr̃m, ff. de ven. insp. l. j. §. fi. ff. de in integ. rest. min. l. scio. & facit, quod de cæterorum locorum ꝯsuetudine sequit̃. Itẽ Ac. id omisit, C. de tab. l. generali. lib. x. in gl. libertus. & facit, quod s̃. dixi in princ. post Rolan.

ADDE, quòd cum hac opi. videtur transire Ang. consi. ccxx. Et adde, ꝙ subscriptio, vel signum non potest per notarium alteri demandari, Bal. in l. singulos. per illum tex. ff. de testa.

e Adhibebit̃. ¶Gratissima fuisset Rolandino huius auctoritatis notitia locandæ ad finem sui operis, vbi remissio. in prin. huius §.

f Dicit. ¶Et est vltimum verbum sui operis.

g Prin. ¶Arbitrarium est, vt ex superioribus patet.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura propria quomodo ex rogationibus poterit exemplari.*
2 *Instrumento casu perdito, an possit tabellio, qui illud scripsit, ad solius perdentis petitionem reficere. & nu. seq.*
4 *Mandatum partium an exigatur in confessione primi instrumenti.*
5 *Iussus vtriusque contrahentis an sit in conficiendo instrumentum necessarius.*
6 *Tabellio non debet in instrumento aliud apponere, quàm quod ei iniunctum est.*
7 *Obligationes prosunt & obsunt partibus, non instrumentum.*
8 *Instrumento debiti cancellato an debitor sit liberatus.*
9 *Creditor debet apocham facere debitori.*
10 *Solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
11 *Instrumentum continens alicuius rei debitum, non debet refici, nec iterum ex rogationibus exemplari.*
12 *Publicatio, seu exemplatio, quomodo contra aliquem sit facienda.*
13 *Instrumentum ruptum, aut amissum, qua forma refici possit.*
14 *Creditor petens instrumentum debiti perditũ refici, qualiter se debeat habere.*
15 *Creditore volente & petente instrumentum debiti perditum, aut ruptum refici si debitor se opponat negans se debitorem, an sit audiendus.*
16 *Debitore, instrumẽto debiti amisso, negãte se debitorẽ, debet ꝓbare se soluisse.*
17 *Instrumẽtũ de refectione alterius instrumẽti, cõtinere debet causam refectiõis.*
18 *Copiam iudicialium volens alteri partium facere, quomodo exemplum inchoare debeat.*

¶Scriptura propria qualiter exempletur seu reficiatur.

3. §. Postquam de instrumẽtorum publicatione ac cõfectione docuim⁹, vtile esse censemus de proprietate, id est, propria manu confectæ scripturæ, exemplatione, & de eius refectione, aliqua memorare. Et priusquã ad hãc
a ꝑueniat̃ doctrinam, no.[a] quòd aliud est exemplar, & aliud est exẽplum. Exemplar. dicitur ipsa originalis scriptura: exemplum verò quòd etiam vocatur index, vel transsumptum, est scriptura exemplata, seu sumpta ex priori, seu originali scriptura. Vnde versus:

Exemplar generans, exemplum quod generatur.

Exemplari aũt publico fides adhibetur, exemplo non: quod dic,
1 vt ĩ. §. nunc dicendum. prope prin. ¶†Si igitur propriam scripturã iterũ ex tuis rogationibus exemplare velis, & sumere, potes id facere auctoritate propria, quoties opus erit, vt ĩ. dicam, scribendo eam per ordinem, sicut primam, nulla tñ de priori habita mẽtione, dum tñ ille personæ exhibeatur, cuius interest: & ad quam spectat, vt ff. de eden. prętor. §. j. vt putà priuilegiata instrumenta, exemptionalia, & cuiuscunq; contractus mobilium, vel immobilium rerum. item testamentũ procuratorium, emancipatio, tutela, & cura, & quælibet alia scriptura, de qua & per quam nullum imminet periculũ, nec alteri partium fit præiudicium, ẽt si plures eiusdem

ADDITIO.

a No. ¶Incipiunt verba Rolandini parte x. c. j. & 3.

eiusdem tenoris inueniantur, vt j. dicam. Sæpe etenim ad cautelā quis duplicata vult habere instrumenta. hæc probantur ff. de testa. vnum testamentum. ff. de his quæ in testamen. delen. l. fi. ff. de bo. pos. secundū tab. l. j. §. si quis in duob. licet sit ar. ɔ ext. de rescr.
a ex tenore[a]. dum tñ sint eiusdē formæ, & datæ, vt dixi. Inde est, ꝙ cauti tabelliones, cùm partibus exhibent instrumenta, sibi etiam in suis registris retinent ipsorum instrumentorum formas: quod fieri vtile est. Nam primis casu deperditis, faciliùs sub eadem forma reficere poterūt: sed & si de fide priorum quomodolibet hæsitetur, ad registrum ipsorum poterit recursus haberi, in auth. de tab. §. illud quoque. Col. 4. debet enim instrumentum refici sub eadem forma, qua priùs erat, si casu perdatur, vt dixi. Veruntamē non est vis, vtrum refectum loquatur in prima, vel in secunda p̄sona. quod dic, vt j. §. instrumentum quoque. ver. item opponit,
2 quòd instrumento. ¶ † Sed nunquid casu perdito instrumento tabellio, ꝑ illud scripsit, potest ad solius perdētis reficere petitionem? Videtur ex præmissis, quòd sic, & ar. C. lib. x. de discussor. l. 2.
b cum suis concor.[b] & ext. de conuer. coniu. dudum. ver. verùm. & ext. de fide instr. c. pen. ff. de eden. prætor. §. j. Sed dic contrà. ne dētur occasio mali. nam soluto debito, illud iterum peti posset instrumento in fraudem refecto, vt iam dicam. Iudex tamen poterit summariè cognoscere de amissione, & quædam alia fieri poterunt, vt j. dicetur in ver. nisi. Si autem nemini per refectionem paratur præiudicium, potest refici ēt sine iudicis auctoritate, vel parte altera non citata, vel amissione non probata, vt s. dixi: & ꝓbatur in præ. c. dudum. quia cùm ibi vterq; coniugum per instrumentum continentiam perpetuam promisisset, nunquam à voto poterat resilire, vt 23. q. v. q̄d Deo patri. xvij. q. j. qui bona. quia actio semel extincta amplius non reuiuiscit, vt de cons. di. 4. quæris. versus prin. ff. de solut. qui res. §. aream. ideoq; cùm renunciatio iuris, quod ibi ille C. habebat in L. quondam eius vxorem, appareret per instrumentum, ius illud non poterat reuiuiscere alio instrumēto, super illa absoluta renunciatione refecto: imò potiꝰ renūciatio confirmaretur, sicq; ibi non generabatur præiudiciū ex refectione instrumenti. Consulo tñ, ꝙ vbi aliqua oriri potest suspicio, iudicis auctoritate, vel saltem parte altera vocata, reficia
c tur, ar. ext. de off. arch. ad hæc. in fin. C. de auctorit. præstan. l. fi.[c] ¶
3 † Pone ergo: promisisti per instrumentum mihi soluere centum vsque ad pascha, ex quauis causa: soluisti, & tibi restitui instrumētum, vel illud cancellaui, vel fregi: demum adeo tabellion ē solutionē huiusmodi ignorantem, dicens me casu instrumentū crediti perdidisse, nūquid statim debet illud reficere? & si refecerit: nūquid valet? Dic. ꝙ non: quia sic posset bis debitum repeti, & fraus fieri: cui obuiandum est, vt prædixi. ext. de rescri. sedes. In talibus
d ergo debet ordinarius adiri, & de amissione sibi fides fieri[d], vt ex. de priuil. cùm olim. j. in fi. ¶
4 † Sed nunquid in cōficiendo primū instrumentum exigitur mādatum partium, vt ei dicatur, rogo, vel mando, vel cōcedo, vel delego, quòd facias instrumentum? ¶ Et videtur, quòd sic, extr. de fide instru. cùm P. & in auth. de tabell. in princi. ibi, non esse à se delegata, &c. & §. nos autem. ibi, omnibus modis adiungatur, &c. sed aliud in teste, qui fortiùs valet, ff. de testi. ad fi. nisi in casibus, vt s. de teste, §. j. prope fi. ver. item quòd nō
5 fuit rogatus. ¶ † Item nunquid est necessarius iussus vtriusque ɔ
e hentis? Distingue: secundum Azo.[e] & Vin.[f] nam si commune sit
f negotiū putà in gratiam, vel præiudicium vtriusque, tunc vtriusque iussus exigitur, vt in præ. §. nos autem. & in præd. dec. ad hoc. in fi. Si verò pro vno tantùm fiat, tunc sufficit eius mandatū, cuiꝰ gratia fit. Alter enim, in cuius præiudicium fit, nunquam mandaret ff. de verb. obl. inter stipulantem. §. j. ar. ext. de prob. c. 1. maximè in denunciationibus & protestationibus. quæ fiunt ab vno alteri, in quibus ad alterius requisitionem potest confici instrumētum, extr. de testi. significauit. Si autem non contineatur in instrumento aliquid de mandato, præsumo fuisse mandatum, vt arg. C. de contrahen. stipul. l. j. Inst. de inut. stipul. §. si ita scriptum fuerit. Inst. de fideius. §. fi. & j. §. instrumentum quoque. ver. item oppo
6 nitur contrà. & vide s. §. prox. ver. post testes. & seq. ¶ † Et breuiter scias, quòd tabellio non debet apponere in instrumento, nisi quod ei iniunctum est, quantuncunque ipse illud viderit: in auth. Coll. 4. de tabel. §. nos aūt. vel ab altero ɔhentium, vel ab ambo
g bus, vel etiam ab altero, cui fortè dederit instrumentum[g]. Vł tñ, quòd non prosit instrumentum, nisi solùm præcipienti: ar. C. res inter alios act. per totum, ext. de præb. dilecto. in fi. Ar. contrà ꝙ
h ceptum ab vno cæteris preiudicet, vel[h] sufficiens sit probatio. cū
7 sit seruus publicus, vt C. lib. x. de iure fis. l. facultas. ¶ † Obligationes enim prosunt, & obsunt partibus, nō instrumentum: quod si est obligatio, nec etiam ex eo oritur obligatio, sed est tātùm probatio obligationis, vel cuiuslibet alterius facti. Quidam, dicunt, instrumentum non nocere, nisi solùm eis, inter quos fit: & hoc etiā in aliis nō nocet. dicitur enim inter contrahentes fieri, licet non ambo, sed solùm alter eorum, vel etiam quicunq; extraneus, cuiꝰ intersit, fieri inde præcipiat publicum instrumentum. Alij dicunt id non posse ab extraneo præcipi, nec etiam ab vno contrahentium, nisi ambo cōsentiant: aliter enim nec est ɔctus, nec distractus, ff. de pœnis, l. j. §. & hæc pactio. & l. ab emptione. C. de act. & ob. sicut. Quid enim interest extranei, de alieno facto præcipere fieri instrumentum? & hoc verum est in ɔtractibus, qui de partiū fiunt voluntate: in aliis autem, qui nō fiunt de partium voluntate, vt est testamentum, sententia, protestatio. & huiusmodi, sufficit mandatum eius solius, qui illud facit fieri, vt patet ex forma iuramenti, quod tabellio præstat in sui creatione, vt j. §. restat. vers. sed quæro. Cōtrarium tñ seruari sæpe videmus, s. ꝙ notarij instra ꝑficiunt, quocūque iubēte. quod ea rōe defendi pt. q̄a licet ad p̄sens non intersit, poterit in posterum interesse: Inn. papa no. ext.
i de fide instr. c. j.[i] quòd siue ab vno ɔhentiū tm̄, siue ab eo, cuius ñ interest, siue à quocūque, cuius interest, ꝑcipiatur, valet instrumētum à publica persona factum: quia id non prohibetur à iure, ff. d̄ prob. ab ea parte. §. 2. & facit ff. de iure fis. in fraudē. §. ex his bonis. & §. seq. Ille tamen, qui non præcipit, nō potest agere. vt sibi edat
k nisi suus procurator hoc præceperit, ff. de eden. si quis ex argentariis. §. 2. & 3. Tu dic, etiā in his, quos res tangit, vt s. dictum est[k]. ¶ † Quid

ADDITIONES.

a Tenore. ¶ Ibi ex quo diuersi sunt iudices. dicuntur diuersa rescripta: secus si idem essent iudices, eadem data, & forma, vt ibi no.
b Concor. ¶ In vl. gl.
c L. fi. ¶ Dixit Nicolaus, vbi s. ꝙ nullū est instrumentum super actu qui, vel cuius effectus pendeat ex voluntate partium, quin eiꝰ refectio posset alteri præiudicare: quia posset illud esse reuocatum de consensu partium: & ideo non congruit, secūdum eū, de īstrumento venditionis, vel locationis exemplificare. Item, vt dicit, talis cognitio nō pertinet ad tabellionē, sed ad iudicem: facit j. ver. prox. in fi. & si bene aduertis, hoc dictum non ɔdicit ei, quod est dictum de dec. dudū. quia ibi effectus non pendebat ex voluntate partium, vt ibi dicitur.
ADDE, vt per Alex. cons. lix. j. lib.
d Fieri. ¶ Supple, parte vocata: facit, quod scripsi e. ti. c. fi. in prin. magnæ gl. in ver. illud autem tenendum. ad hoc facit etiam decretalis, quæ sequitur.
ADDE, an sufficiat facere fidem per iuramentum, Alex. consilio lviij. j. lib.
e Azo. ¶ Qui hoc, & quod præcedit, no. in §. nos aūt. qui sequitur.
f Vin. ¶ Qui hoc no. in dec. cùm P. e. ti. & eius ēt fuit totus ver. præcedens: & de hoc per Inn. e. ti. c. j. vbi scripsi, in gl. magna, ver. quidam tamen dicunt. & est in 3. col.
ADDE, an notarius debeat eē rogatus ab ambabus partibus Alec. cons. cix. 2. vol.
g Instrumentum. ¶ Et per hoc no. ꝙ poterit vt testis, quod nō potest vt tabellio: concor. s. e. §. ver. sed pone. & vide j. §. restat. versi. sed quæro, sub qua.
ADDE ad propositum, quòd notarius non potest aliquid addere, detrahere, vel mutare: & si fecerit, nō vitiabitur tota scriptura sed id quod est additum, vel mutatum. casus videtur in l. quoties. §. sed si conditio. & ibi hoc per Bal. ff. de hæred. instit.
ADDE, q̄n tabellio ꝓbet: vt gl. in hac cōsultissima. & ibi auth. C. qui test. fac. pos. Bal. in ti. de pace Constan. in rub. de fide instrum. Alex. cons. cxlvj. 2. lib.
h Vel. ¶ Dixit Inn. propriè loquendo.
i C. j. ¶ Vbi hæc scripsi in 3. gl.
k Est. ¶ Hāc materiā pleniùs & aptiùs prosequēdo, distinguēdo dicit Nico. Ma. tria mēbra, q̄a aut agit̄ de facto, vel actu. q ꝑcedit, & substātiā suā capi ex ɔsensu partiū, vt sunt pacta & ɔtus: & tunc mādari debet ab omnibus, quorum cōsensus in illo actu requiritur, C. e. l. ɔctus. in prin. & ꝓ regula dari pt, ꝙ quorū ɔsensus in aliquo actu requirit̄, ipsorū volūtas in scriptura ꝓbatoria req̄rat̄: facit C. de don. ī hac. & de relatio. l. ij. in fi. & si aliter scripserit, ñ ꝓbabit inter eos talis scriptura, in auth. de tabe. in prin. & §. j. & q̄d ibi no. Aut de eo q̄ritur, q̄d pēdet ex volūtate vnius tātū, vt est vltima volūtas, prestatio, repudiatio, & similia: & tūc sufficit mādari ꝑ illū ex cuiꝰ volūtate ꝑcedit: & hic ēt firmat̄ superior regula. fa. C. q test. fac. pos. l. hac ɔsultissima. §. at cū. & auth. de test. hac ɔsultissima. & si ał̄r scriptū fuerit, ñ ꝓbabit ɔ illū. sicut. n. actꝰ pēdet ex illius volūtate, sic & scriptura ꝓbatoria pēdere debet. facit, q̄d dixi s. sup rub. ver. seq̄tur videre. Et q̄d dr̄, in cuius volūtate ē aliq̄d agere, vł nō facere, in illius volūtate ē illud diminuere, vł tollere. ff. de pactis, iurisgētiū. §. adeo. de in litē iur. videamus. §. pe. & l. in actionib. §. j. Aut de eo q̄ritur, q̄d ꝑcedit sine alicuius volūtate, vt ruina, inundatio, natiuitas, partus, mors, & similia: & hîc distinguitur, an aliquis iuris effectus oriatur ex illo actu, propter quod pe

8 ¶† Quid si debitor soluit sortem: creditor verò dicit se instrumē
tum debiti perdidisse, nolēs fortè illud restituere, ne ex eo super
vsuras valeat conueniri, nunquid poterit debitor ab eo postulare
vt sibi faciat instrumentum de solutione? Dic quòd sic: ar. C. de fi
de instr. plures. in prin. vers. & quod resecantes. ibi, vel aliis priua-
tur, &c. & ar. C. de solu. pecuniæ. quare enim non daret, quod alij
prodest, & sibi nō obest, ff. de euict. in creditore. secundum Vber.
a Cancellato autem instrumento[a] debitor liberatus videtur, argu.
lxxvj. di. hunc numerum. & C. de plus petit. l. j. nisi creditor contra
b rium probet, vt ff. de probat. chirographum[b]. Securius est ergo
facere instrumentum de solutione, quàm restituere debiti instru
c mentum[c]. de hoc no. ff. de pac. postquam. & l. Labeo. ¶† Quid si
9 solui decem, quæ tibi debebam, & restituisti mihi instrumētum
debiti: processu temporis timeo, quòd tu probes instrumenti ip-
sius amissionem: & sic mihi incumbat onus probandi solutionē
& instrumenti redditionem: nunquid ego possum implorare iu-
dicis officium, vt cogaris mihi facere instrumentum de confessio
ne solutionis? Et videtur, quòd sic, ar. in præ. l. in creditore. Credi
tor enim debet apocham facere debitori, C. de fid. instr. plures. ad
hoc etiam bene facit C. de quad. præscr. l. ij. prop. fi. ibi, sese, quòd
non accepit, &c. à contrario sensu: & in auth. de alie. rerum eccl.
d §. emptoribus. & de collatore, §. 2. & hoc credo[d]. Ar. contrà: Im-
putem enim mihi, quia quando solui, hoc non petij, ff. de sol. Mo
10 destinus. ¶† Item solutione eius, quod debetur, tollitur omnis
obligatio, & nullæ reliquiæ obligationis remanent, Insti. quibus
e modis tol. obl. in prin. ¶[e] Illud quoque notandum est, quòd si qs
extraneus velit exemplum authentici instrumenti à te conscribi
debes ei illud dare de voluntate & præcepto eius, cuius est: & tūc
eundem seruabis in exemplando modum, qui seruandus est in a-
lienarum scripturarum exemplatione: de qua ĩ. prox. §. disputaī,
f secundum Rolan. Bon.[f] ¶† Vbi autem instrumentum continet
11 alicuius rei debitum, non debet refici, & iterum ex rogationibus
exemplari. nam ex hoc posset debitori imminere periculum, eo
quòd res toties peti posset, quoties instrumentum debiti appare
g ret, vt prædixi:[g] & patet ĩ. de execu. sen. §. fi. ver. illud. Sed si perdi-
tum fuerit, tunc refici poterit, amissione probata, vt ff. de eden. si
quis. §. fi. & ff. loc. & cond. si quis domum. §. Imperator. & C. de pi.
act. si creditor. Et sufficit hoc probari per iuramentum eius, qui se
h asserit amisisse. sic enim seruat vsus[h]. ar. ff. de bo. auct. iu. pos. cùm
plures. ad fi. C. de testa. adhibita tali solennitate. Creditor enim fa
ciet coram iudice debitorem vocari, vel aliū, qui ex hoc lædi pos
set: ar. ff. de eden. si quis ex argentariis. §. fi. ff de bo. aucto. iud. pos.
i l. fi. §. fi. item auth. vt fratrum filij, §. j. ext. de test. significauit[i]. quia
si veniens cōfiteatur debitum, & dicat se adhuc creditori teneri ĩ
re, vel in pecunia, in instrumento debiti contenta, quodque non
vult cōtradicere, vel se instrumenti perditi refectioni opponere
tale tunc iudex à creditore exigat iuramentum.

¶FORMA. Tu iurabis, quòd instrumentum illud, quod refici pe
tis, nullo dolo à te, vel alio nomine tuo, vel te sciente adhibito
perdidisti: quodq; nescis vbi, vel apud, vel penes quem sit: quod-
que dolo, vel fraude illud habere, vel possidere non desiisti: qđ q;
illud nō postulas refici fraudulenter: quodq; si quocūque tempo
re illud ad manus tuas peruenerit, vel habere poteris, restituas ta
bellioni, qui illud confecit, vel iudici cancellatum & annihilatū,
nec eo amplius vteris in præiudiciū debitoris, sed solùm isto pu
blicato, seu exemplato: quodq́ te nunc velis cassum & irritum ha
beri & nullius esse momenti, C. de fi. instr. l. fi. ff. de eden. si quis §.
12 exigiī. & ĩ. § prox. ver. qualiter. ¶† Quid si is, contra quē fit publi
catio, seu exemplatio, dicit nō esse faciendam? Resp. si obiicit iu-
stam causam, & statim, vel intra breue tēpus paratus est docere đ
iure, audietur, vbi in expectatione, vel dilatione breui non immi
net periculū: aliàs fiat publicatio saluo iure suo, vt ext. de confir.
k vti. vel inuti. cùm dilecta. & de priuil. ex parte[k]. ¶† Præstito autē
13 huiusmodi sacramento, iudex iubeat tabellioni, qui illud scripse
rat, quòd ipsum reficiat, & refectum exhibeat creditori, vt no. C.
de admi. tu. chirographis. in ij. glo. de quo iussu & processu idem
tabellio ad sui excusationem fieri faciat publicū instrumentum
per manum alterius tabellionis, hoc modo:

¶FORMA. Cùm P. coram tali iudice postularet sibi quoddā re-
fici instrumētū debiti centum librarū, in quo H. tenetur eidē scri
ptū manu B. notarij, eo q illud se pdidisse dicebat, ipse H. citatus &
ɔparēs corā præfato iudice ɔfessus fuit se debitorē esse dicti P. in
quanti

ADDITIONES.

☞ petitur scriptura: putà actio, exceptio, accusatio, excusatio, vł aliqd
simile, quod potest induci, vel tolli ex voluntate priuati: & tunc
procedat, quod dictum est, quando scriptura petitur de actu, cui⁹
substantia pendet ex voluntate plurium, vel vnius, vt quod de ac
tibus dictum est, dicatur etiam de effectib. actuū: ar. ff. de adimen.
leg. l. 3. § ɔditio. & ibi concordantiæ. Si verò effectus, de quo agi-
tur, non potest induci, vel tolli ex volūtate alicuius priuati, vt na-
tiuitas hominis quo ad successionē patris, vel mors, quo ad idē,
facit C. de ca. & postli. re. l. nec nos. tunc scriptura non fiet ex mā-
dato alicuius priuati, & facta nō probabit, cùm certū modū req-
rat scriptura tabellionis, vt sit probatoria, vt š. patuit: & si in talib⁹
fieri habeat scriptura, fiat auctoritate iudicis, qui non respicit vo-
lūtatem singulorum, sed veritatem sibi cognitam, ff. de off. præs.
illicitas. §. veritas. C. de accu. l. singuli. De his autem, quę officium
& auctoritatem iudicis requirunt, non debet tabellio facere scri
pturam, nisi ipsius auctoritate, vel mandato, C. de iur. fisci. l. 3. lib.
10. cùm ibi not. sicut de apparitore dicitur suprà, quod me. causa.
l. fi. in fi.

a Instrumento. ¶ Non sic de rogatione, vt patebit infrà in forma,
ego B.
b Chirographum. ¶ Vide ver. porrò. ĩ. eo. §.
c Instrumentum. ¶ Hoc dicit præ. l. pecuniæ. per qđ patet credito-
rem hoc casu non excusari, volendo reddere instrumentum.
d Credo. ¶ Per easdem leges idē tenuit Mart. de Fano, allegans etiā
ff. si vsusfr. pe. l. pe. in fi. & idem Lamber. de Ramp. in sua quæstio
ne, allegans etiā C. de pact. con. l. vj. prope fi. & C. de collat. fund.
patri. l. pe. lib. xj. ad idē bene facit, qđ no. ff. de admi. tut. l. chirogra-
phis. in gl. 2. ff. sol. ma. l. 2. in prin. qđ ibi no. in fi. 3. gl. & idem dixit
ibi Dy. in casu conuerso, s. quòd creditor petere poterit cogi de-
bitorem, vt faciat instrumentum debiti, de quo facit fidem per te
stem: vide de test. significauit. & qđ ibi no. in gl. pen. ADDE Bar. ĩ
d. l. chirographis. & Bal. in auth. si quas ruinas. C. de sac. san. ec. vbi
dicit, quòd si instrumentum debiti est antiquum, idem: item si cō
fines sunt variati.
e In prin. ¶ Hæc iura loquuntur in cessione, quæ facta solutiōe ex
interuallo, fieri non p̄t contra aliū per eū, cui est facta solutio, ra
tione p̄dicta. Et si dicis, eadē ratione nec liberatio, ex quo per so-
lutionē extincta erat obligatio? respondeo, q non q̄rit iste libera
tionē, sed liberationis pbationē, vt š. ver. prox. in qua nulli immi
net præiudiciū, nec sibi, vt š. ver. prox. Itē in hac materia Hug. for
mabat casum ɔuersum & talē: Debitor in centū satisfecit credito
ri, & recepit instrumētū solutiōis, qđ postea pdidit: creditor sciēs
instrumētū pditū, ɔuenit illū ad centū: ad q̄ dānatus fuit debitor,
quia solutionē probare nō potuit: recuperato demū instrumēto
de solutione cū sentētia p instrumēta reperta nouiter retractari
nō possit, ext. de re iu. c. suborta. in fi. C. de trās. sub p̄textu. petebat
remediū: & Hug. dedit tale, p l. si qs ex argētariis. §. ex hoc edicto.
vt diceret sic, agens vtili actiōe ex illo §. debebas tu olim creditor
reddere mihi instrumētū, in quo tibi obligatus erā, statim cū tibi
solui: & hæc non fecisti: imò quia non reddidisti, fui tibi condem
natus ad centum: peto igitur à te centum, quia tanti mea interest
mihi non fuisse redditam cautionem: dicebat ergo per illum §.
hoc iustè peti.
f Bon. ¶ Cuius ēt est, quasi ad literā, exceptis allegationibus & ver.
quid si is. qui fuit Host. vt ibi dicam, totū, quod sequitur vsq: ad
ver. postremò. in parte. x. c. 3. & 4.
g Prædixi. ¶ In ver. sed nunquid casu.
h Vsus. ¶ Qui ēt hūc libellū, vel litis contestationem hoc casu nō
requirit. Sed id fatetur. Nic. quando hæc petitio incidit priori: vt
petitur debitū in iudicio, & actor non inuenit instrumētū qđ pu
tabat habere, obligationis, vel reus non inuenit instrumentū so-
lutionis. tunc sine nouo iudicio per sacramentū petētis iudex id
expediret, saluo iure vtriusq;: ad hoc C. de test. aut. si testis. ff. ad ex
hiben. l. 3. §. ibidē. & C. de fid. instr. l. fi. Vbi aūt super hoc adiretur
iudex, putat quòd sicut daretur libell⁹ vt cogeretur facere, sic da-
bitur vt cogatur reficere perditum, vł deletū, ad īstar argētarij, ff.
de eden. si quis ex. §. fi. & vocabitur pars creditor, vel debitor, vel
is cuius interest: quo veniente, ordinato iudicio pcedetur in cā: si
non veniat, tunc si non resistat notarius, sine libello procedatur:
facit C. si vt se minor ab hær. absti. auth. si omnes. ff. de min. in cā.
§. causa. C. si per vim, vel alio mod. l. fi. Itē, sm eū, ɔdictore non ve
niente stabitur iuramento petitoris, vbi verisimilitudo assistit: &
id saluo iure aduersarij, & super principali, q non sit iure refectū,
C. quorum bonor. l. j. secus si veniat contradictor: quia cùm ple-
na cāæ cognitio fieri debeat, n̄ stabiī soli sacramēto. Nec obstat l.
fi. C. đ fide inst. nā ibi stabiī sacramēto eius, q dicit īstrumētū pdi-
tū, quo ad hoc vt n̄ teneaī illud, qđ dr̄ pditū, pducere sup cā, qua
prīcipaliter petebaī debitū: hìc petiī refectio pp pditionē: vn̄ ple
na pbatio reqriī. p̄sumptio tn̄ ē p ipso, qa apparet īstrumētū in p
tocollo cācellatū. p qđ apparet: fuisse: & pditiōis vt plurimū diffi
cilis ē pbatio: pp qđ ī talibus recipiī facilior pbatio, C. đ repud. ɔ
sensu. Vn̄ ī l. si qn̄. adiūctis aliqbus indiciis. & fide petitoris p̄cipuè
vbi nulla indicia ɔtria sunt p ɔdictore: putat petitori, & n̄ aduersa
rio iusm đferēdū ī pbatiōis đfectū, iuxta legē, ī bōæ. C. đ reb. cre.
i Significauit. ¶ Ad idem ff. de adop. nam ita. & quod ibi no.
k Parte. ¶ Ad literā fuit Host. hoc ti. §. vlt. ver. quid si aduersarius.

quantitate præmissa,& refectioni eiusdem instrumenti non con
tradicere,vel se opponere nolle,præstans insuper idem P.corpo-
raliter iuramentum, quòd illud verè & sine dolo perdidit, nec in
fraudem refici petit,quodq́ue illud præfato H. restituet,si vnquã
ad eum peruenient: iudex autem prænominatus dicto P.pręcepit,
vt illud instrumẽtum reficiat & exhibeat H.præfato: post hoc au
tem B.notarius,qui illud instrumẽtum scripsit,illud exemplabit,
& scribet de verbo ad verbum,sicut fecit primum:& se taliter sub
scribet:¶FORMA.Ego B.tali auctoritate notarius,his omnibus
interfui, & rogatus scripsi, & hoc instrumentum, quod alia vice
a creditori præfato exhibui,iterum ex rogatione cãcellata[a] de præ
cepto talis iudicis exemplaui.& refeci,& ipsi P.creditori dedi, eo
quòd ipso H. debitore coram tali iudice vocato, seq́ue debito-
rem confitente,& refectioni instrumenti non contradicente,dic
tus P.iurauit illud sine fraude perditũ fore,prout in instrumento
14 manu talis notarii facto noscitur contineri. ¶†Si verò debitor
legitimè vocatus minimè compareat,volens ipso,vel alius refe-
ctioni contradicere instrumenti: idem creditor iurabit , vt suprà,
hoc addito , quia iurabit sibi non esse de prædicto debito satisfa-
ctum, vel quòd adhuc tantum ex eo percipere debet & postmo-
dum præcipietur notario,qui illud scripserat,vt s̃.& hoc mutato
q̃ in instrumẽto præcepti dicetur,ipso debitore legitimè citato,
& non comparente : & hoc idem etiam in subscriptione notarii
15 dicetur.¶†Quòd si fortè debitor veniens, neget se debitorem,
seq́ue instrumenti refectioni opponat : dicens simpliciter se sol-
uisse,non tamen ostendens principale instrumentũ debiti cancel
latum penes se esse,tunc iudex statuet ipsi debitori terminum, in
tra quem probet se soluisse:quod nisi fecerit,recepto præfato iu
ramento à creditore,præcipiet vt fiat refectio instrumenti. Si ve-
16 rò probauerit solutionem,non fiet refectio.¶†Porrò si debitor
principale instrumentum debiti cancellatum penes se fortè ostẽ
dat,tunc etiam incumbit ei onus probandi,qui affirmatiuam pro
ponit:& affirmantis,non negantis,aliqua est probatio:vt s̃. de pro
ba.§.j.in prin. Si ergo debitor dicit,ecce habeo instrumentum de
biti cãcellatum,quod quidem mihi redditum est:quare cum per
redditionem chirographi tollatur naturalis obligatio,sum à debi
tore liberatus:creditor verò id neget,dicens instrumentum reddi
tum non fuisse: iudex imponet debitori , vt probet redditionem
instrumenti:super quo vide,quod not.ff. de pactis, postquam. Si
verò creditor dicat se perdidisse instrumentum, & illud ad debito
rem sine causa peruenisse,tunc imponetur probatio creditori, vt
probet se perdidisse,vt extr. de priuil.cùm olim.j.cùm suis cõcor.
Vide in his non est tutum affirmatiuè proponere , præsertim iu-
stam causam fouentibus,& de sufficientia probationis hæsitanti-
bus,cùm plerunque probationis onus implicitum sit, & graue, vt
ij.q. vij. plerique & sæpe deficiat probatio, licet ius non deficiat,
b ff.de test.tut.l.duo[b]. ¶† In summa not. quòd siue debitor confi-
17 teatur,siue citatus non veniat,siue solutionem,vel redditionem
instrumenti non probet,siue alia causa interuenerit, quare refici
debeat instrumentum , semper tamen in instrumento præcepti,
quod facit iudex notario, de refectione instrumenti , & etiam in
subscriptione notarii reficientis , facienda est mentio de proces-
su,& ex qua causa instrumentum reficiatur, vt patet ex præmissis
18 formis. ¶†Postremò nota,quòd si velis copiam iudicialium ac-
torum alteri partium facere,sic tuum exemplum inchoare debe-
bis:prępones enim talem titulum:¶FORMA.Hęc sunt acta quę
dam habita inter partes infrà scriptas coram iudice tali, anno tali,
tempore talis Papæ,vel Imperatoris,vel Regis, quorum tenor ta
lis est.Positis autem istis de verbo ad verbum,prout iacent, tabel
lio sic se subscribet:Ego talis, tali auctoritate notarius, prædictis,
omnibus interfui,&,vt s̃.legitur,auctoritate & mandato dicti iu-
dicis hoc fideliter scripsi,&in publicam formam redegi,& rogat°
signo meo signaui.Quòd si fortè acta sint multa,multasq́ue peti
as contineant, eas diligenter tabellio alleget, & in fine cuiusque
petiæ suum signum apponat:& tunc dicat in fine vltimæ petiæ p̃
dictis omnibus interfui,& vt s̃.in tot.præcedentibus petiis suis,&
in fine signo meo signatis legitur ,auctoritate & mandato, &c. vt
s̃.Qualiter autem acta iudicialia debent scribi, no. secundum Pa-
c pam,extra.de offi.deleg.cùm in iure[c].

ADDITIONES.

a Cancellata.¶Not.quia prudentes notarii , statim quòd fecerunt
instrumentum,ex protocollo illud cancelant,vt sciatur authenti
catum semel fuisse, nõ tñ deletur, vt omni tempore appareat sic
fuisse.Sic instrumentum debiti,cuius est facta solutio,inefficax ẽ:
tamen præseruatur,vt appareat debitum fuisse,ff.de fur.qui tabu-
las.& vt possit restitui debitori,vt in l.dissolutæ.C.de condict.sine
causa,& ad exhibend.l.fi.Si verò protocollum est tale,ex quo plu
ra instrumenta confici possunt,tunc non cancellatur,cùm vni ex
illis datum est: sicut cùm pars debiti soluitur, non cancellatur in-
strumentum, sed subscribitur, vel scribitur apocha de solutione,
vt præd.l.qui tabulas.§.j. & tali scripturæ tabellionis statur, scili-
cet, q̃ illi datum sit instrumentum; sicut & ei creditor de præsen-
tia testium in instrumento scriptorum,in auth.de fide instrum.§.
si quis instrumenta.Etsi non esset annotatio,staretur super tali da
tione ipsius iuramento:sicut & de principali ei creditur,C.de testi.
l.si quando.faciunt,quæ dicta sunt s̃.

b Duo.¶Vide quod scripsi,vt lite pen.c.ecclesia.ii.super vltima gl.
vbi posui dictum Goff.& Accur.in l.vna,§.ille autem.C. de Lati.
liber.tollen.& demum distinctionem Iacobi de Are.hoc addito,
quòd ad secundum membrum subdistinctionis Iacobi, quam ibi
scripsi,inuenio Alb.Gal.extra volumen distinxisse qualitatem de
bitoris, & quantitatem temporis, quo instrumentum fuit penes
ipsum:vt scilicet si est homo bonæ opinionis ipse debitor, & lon-
go tempore penes se habuit instrumentum,sibi non incumbat p̃
batio,sed creditori:quo non probante,iudicabitur debitor libera
tus. Ad primum alle. q̃ ex personarũ qualitate facta pensamus,ff.
de liber.causa l.diui fratres.& de acti.& obl.l.vlt.in fi. xxxvii. dist.
qui de mensa.in prin.& ibi concor.ext.de præ.nisi essent.in prin.
Ad secundum allegat , quòd ex longitudine temporis inducitur
obliuio,C.de testa.iubemus.bene facit extra.de præsum. illud. in
prin. & quod ibi scripsi in princ.in fi.magn.gl.Cessantibus his,vel
vno saltem istorum,id est,quòd neutrum concurrat, mihi videt̃,
quòd sentiatur contrarium: quod contrarium simpliciter tenet
Gui.de Suzar.in l.debitori.C.de solut.In casu,quo non erat debi-
tor ipsius familiaris,non dico ex familia,sed satis est,quòd fuerit
eius aduocatus, vel procurator talis , qui consueuerit sua instru-
menta rimari,secundum eum.Simon Vincen.in præd.l.vna,in fi.
C.de Lati.libert.tol.dicit se tenere cum Azo.hanc partem,quam
vide per Azo in summa de prob.in j.col. circa medium,scilicet q̃
præsumatur redditum instrumentum,ex quo inuenitur penes de
bitorem,nisi per creditorem probetur contrarium.Loquitur ta-
men Azo de cancellato.Sed ipse Sim.non curat,an sit cancellatũ
vel non:& in hoc concor.Accu.qui in principali articulo tenens
contrarium,non distinguit etiam,an sit cancellatum, vel non , in
l.3 ff.de pact.Et cùm facilimum sit debitori habẽri penes se instru
mentum,illud incidere,vel cancellare.satis mihi placet,quancun
que opinionem teneas,hîc non ponderari.Adde,quòd commu-
niter tenetur opin.Bar.in l.si fullo.§. sarcinator. ff. de fur. de qua
latè per nouiss.in l.Labeo.ff.de pact.vide etiam Bal.consi.cclxxxj.
j.lib.& consi. cciij.4 lib.

c Iure.¶Vt scripsi super j.gl.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura aliena cùm extra iudicium exemplatur, duplex concurrit ratio.*
2 *Notarius aliquam scripturam exemplans, quibus verbis vti debeat.*
3 *Exemplificans instrumentum si amplius solemnitatis velit adijcere, qualiter inchoabit suum instrumentum.*
4 *Notarius instrumentum reficiens, quot tabelliones sibi debeat adiungere, et in strumento subscribere & nu. 8.*
5 *Instrumentum publicum exemplatum à tabellione, qui dicit se scripsisse, prout in authentico continebatur, &c. an probet.*
6 *Instrumento exemplato an, & quomodo sit fides adhibenda.*
7 *Fides semel instrumento exemplato adhibita, an sufficiat ad eius validitatem.*
9 *Tabellionibus tribus instrumento exemplato se subscribentibus, & se originale vidisse non vitiatum profitentibus, an vno illarum scribente credatur.*
10 *Præsentia iudicis & eius auctoritas, est de substantia formæ publicationis alicuius instrumenti.*
12 *Auctoritas episcopi, vel alterius authenticæ personę, quomodo debeat in exemplis literarum apponi, & scribi.*
12 *Modus exemplandi in curia Romana, à quibusdam tabellionibus.*
13 *Forma, qua quamplures vti solent in publicandis, seu exemplãdis instrumentis.*
14 *Instrumentum qualiter & quo pacto demum sit publicabile.*
15 *Excipi quomodo possit, & quando, contra instrumentũ exẽplatum publicandũ.*
16 *Tabellione alij tabellioni suas abbreuiaturas legante, an tabellio legatarius poterit in publicam formam redigere sine iudicis auctoritate.*
17 *Instrumentum, in quo abbreuiatura inuenitur, quæ à nemine potest intelligi, an possit publicari.*
18 *Iura sæpe abbreuiaturis vtuntur.*
19 *Instrumẽta exẽplari siue renouari possũt p̃pter vetustatẽ, vel aliã iustã causã.*
20 *Instrumentum qualiter, & quando possit in iudicio exemplari.*
21 *Instrumentum sine die et consule in iudicio exemplandum, qualiter formetur.*
22 *Inscriptis in iudicio exemplandis an sufficiat solius notarij subscriptio.*
23 *Falsitate, vel contrarietate inuenta in instrumento super ijs, de quibus tabellio testimonium perhibet, totum instrumentum cassari debet.*
24 *Publicatio instrumenti, seu exemplatio in iudicio, apud quem fieri debeat, & per quem, & in quibus casibus locum habeat.*
25 *Exẽplatio instrumẽti in iudicio facienda in plurib. casib. locum habere dicitur.*
16 *Instrumentum licet etiam iudicis auctoritate sit publicatum, non facit fidem, nisi vocatis ijs, quos res tangit.*
27 *Publicatione instrumenti diu facta si obijciatur, quòd nõ fuerint vocati ij, quorum interest, quomodo sit præsumendum.*
28 *Publicatio instrumentorum, vel priuilegiorum, vel testium ex parte rei productorum, qualiter fieri debeat.*

¶ Scriptura aliena qualiter exempletur seu reficiatur.

4. §. Ostenso, qualiter propria scriptura exempletur & reficiatur, consequens est, vt de aliena aliqua perstringamus. Circa quod distingue [a]: Nam illa exemplatur aut extra iudicium, aut in iudicio: item si in iudicio, considerandum est, an sint acta iudiciorum, an alia scriptura: de quibus singulis videamus. ¶ † Cùm ergo scriptura aliena extra iudicium exemplatur, duplex cõcurrit ratio. Prima, vt per exemplum habeatur memoria eorum, quæ in authentico continentur: & tunc notarius incipiet sic: ¶ FORMA. Hoc est exemplum cuiusdã instrumenti, cuius tenor: siue, hoc est exemplum quorundã literarum domini papæ, vel talis legati, vel ordinarii, quarũ tenor ẽ talis. vel sic: hoc ẽ exemplum cuiusdã scripturæ, quæ reperitur in quodam quaterno actorum scriptorum, siue quæ scripta dicuntur manu talis notarii sic intitulato: & pone totum titulum, si titulũ habuerint: quo posito, dices, cuius scripturæ tenor talis est: & subsequẽter in eadem linea nullo medio, vel interuallo relicto, incipias, & per ordinem exemplabis, prout in authentico inuenies vsque ad vltimam literam, etiam si in instrumento sit nomen tabellionis illius, qui authenticum illud scripsit, † licet non tenearis ponere signum eius: demum posito signo tuo, te subscribes hoc modo:

¶ FORMA. Ego talis, tali auctoritate notarius, hoc instrumentũ iuxta authenticum scriptum manu prædicti talis notarii fideliter exemplaui, nihil addens, vel minuens, quod sensum mutet, vel etiam intellectũ. vel has literas iuxta authenticas, bulla papali plũbea, vel legati, seu ordinarii cerea pendenti munitas fideliter exẽplaui, nihil addens, vel minuens, &c. vt s. vel prædictam scripturã ex quaterno prædicto sumpsi, & fideliter exemplaui, nihil addens &c. Prædictus autem modus exemplandi, facilis est, in instrumentis non magni ponderis solitus adhiberi. ¶ † Si autem velis aliqd amplius solennitatis adiicere, poteris inchoare, & intitulare exẽplum, prout est superiùs prælibatum: subsequenter verò per ordinem, prout in originali continebitur, exemplabis: omnibus autẽ conscriptis, & etiam nomine notarii originalis, † præter signum eius, quod nullo modo scribere teneris, adiũge tibi duos, vel tres tabelliones [b], cum quibus diligenter ausculatis ipsum exemplũ cum authentico: & si inuentum fuerit concordare, vnusquisque illorum posito suo signo se subscribat hoc modo:

¶ FORMA. Ego P. tali auctoritate notarius, hoc exemplum vna cum infrascriptis A. & B. notariis iuxta authenticum manu prędicti talis notarii scriptum, fideliter & diligenter ausculataui: & quia vtrunque cõcordare inueni, me testem subscripsi. Alius quoque tabellio se subscribat hoc modo:

¶ FORMA. Ego A. talis tali auctoritate notarius, hoc exemplum vnà cũ supra scripto P. & infra scripto B. notario iuxta authẽticũ scriptũ manu talis notarii diligenter, &c. vt s. prox. Postremò verò tu tabellio, qui exemplasti, te, posito tuo signo, sic scribes: Ego B. tali auctoritate notarius, hoc instrumentum iuxta authenticũ manu prædicti talis notarii scriptũ fideliter exẽplaui, & postmodum cum prædictis P. & A. notariis diligenter, &c. vt s. proximè. No. tamen, quòd præmissi duo modi non præbent exemplo plenam fidem, nec ex tali exemplo valet exactio fieri, licet ad solam memoriam fiat [c], vt dixi extr. de fide instr. c. j. C. de eden auth. si qs in aliquo, j. §. nunc dicendum. ver. & generaliter. & seq. ¶ † Vnde si tabellio exemplans publicum instrumentum, dicit se scripsisse, prout in authentico continebatur, nec plus, vel minus, nec in eo interfuisse, vel insertas fuisse aliquas cancellationes, vel interlineaturas, non probatur per tale publicum exemplum: tum quia nõ est officium notarii firmare primum instrumentum authenticũ, & ei firmitatem præstare: tum quia licet ita scripserit, prout in primo continebatur, nec sint ibi cancelliationes, vel interlineaturæ, tamen possunt ibi esse alia, propter quæ fides illi adhibetur, vel ꝑ pter personam tabellionis, vel propter personam eius, qui illud confici fecit, j. ver. porrò. ¶ Secunda quoque ratione exemplantur instrumẽta, s. non tantùm vt habeatur memoria eorum, quæ in authentico continentur, † sed vt etiam tali exemplo plena fides adhibeatur, & ex ea possit exactio fieri [d]. habebit enim eandẽ vim, quam habebat primum, & perpetuam firmitatem habebit: in auth. Col. viii. vt fratrum filii, §. id quoque ff. de admi. tu. chirographis. in auth. de fid. instr. §. si verò nullus. sed nec plus iuris tribuit, quàm haberet is, qui publicationem, seu exemplationem petiit, extra. de fide instru. c. fin. & de confir. vt ili, vel inut. cùm dilecta. de priuilegiis, ex parte. C. de testa. publicati. ¶ † Sed [e] nunquid sufficit, quòd semel facta fuerit fides? Videtur ꝙ sic. ff. de bo. pos. secũ. tab. l. j. §. semel. aliàs est ver. sub secundo §. Dic contrà, nisi & iterũ fiat. extr. de priuil. cùm olim. i. Hoc in instrumentis. nam testamenta & acta perpetuam firmitatem habebunt, C. de re iud. gesta. ext. de testi. significauit. & c. Albericus. & hoc, quãdo ex parte rei pro ducti sunt: secus si ex parte actoris, vt j. versi. in quibus. Hoc ergo casu talis est solennitas adhibenda: Intitulabis enim & inchoabis exemplum, vt s. dixi: quam intitulationis doctrinam in quolibet poteris imitari, procedens per ordinem vsque ad finem, & exemplãdo, vt dictum est: deinde adhibitis quinque vel quatuor tabellionibus [f], insinuabitur iudici, vt coram eo legatur & auscultetur: & coram ipso iudice cum ipsis tabellionibus diligenter auscultabis: & si concors inuentum fuerit, iudex ipse suam interponet auctoritatem: quam scribet, interuallo vnius lineę post nomẽ tabellionis originalis relicto, hoc modo:

¶ FORMA. † In nomine Domini, amen: Anno, indictione, & die talibus, hoc exemplum per me B. subscriptum notarium sumptũ ex authentico manu talis notarii scripto, tali iudici insinuatum fuit, & in eius præsentia per me ipsum B. & alios subscriptos notarios diligenter cum authentico auscultaui: & cùm iudex nouerit illum cum ipso authentico concordare, vt adhibeatur eidem exẽplo de cætero plena fides, suam autoritatem interposuit, & decretum. Postmodum verò vnusquisque illorum tabellionum subsequenter se hoc modo subscribat.

¶ FORMA. Ego H. tali auctoritate notarius, hoc exemplum vna cum infrà scriptis M. N. R. & B. notariis iuxta authenticum instrumentum manu talis notarii scriptum, coram ipso iudice diligenter & fideliter auscultaui: & quia vtrunque concordare inueni, de ipsius iudicis mandato ad eiusdem exempli bonam fidem & testimonium me subscripsi. Et eodem modo cæteri subscribent se. In fine verò tu tabellio, qui exemplum scripsisti, pones nomen tuum hoc modo: Ego B. tali auctoritate notari⁹, hoc exemplum ex au

ADDITIONES.

a Distingue. ¶ Secundum Rolan. cuius est, quod sequitur, vsque ad ver. Innoc. verò exceptis allegationibus, & his, quæ j. signabo, & hoc parte x. ij. alleg. iii. c.

b Tabelliones. ¶ Vide j. ver. hoc ergo casu. & quod ibi dicam.

c Fiat. ¶ Secundum Roland. hîc continuatur versi. hoc quoque. & hoc medium fuit additio.

d Fieri. ¶ Hîc continuat Roland. ver. hoc ergo casu.

e Sed. ¶ Iste versic. est vltimus Hostien. in sum. huius tit.

f Tabellionibus. ¶ Miror de Rolan. & nõ minus de auctore, qui sequutus est eius verba hîc, & s. in prima forma, dicendo, quòd in illa sunt tres, vel ad minus duo tabelliones adiungendi principali notario, & in ista quinque vel quatuor tabelliones adminus. cùm enim fateatur primam fidem nõ facere, sed solùm tenere memoriam, vt s. versi. not. ad quid tot notarios fatigat, quod per vnum solum, imò & per priuatum expediri pt, si illud instrumẽtũ exemplet? Item cùm j. prox. ver. fatet, ꝙ ẽt quinq; notarii nõ sufficiunt ad fidem sine iudice faciendam, ad quid tot ponimus, qđ nullo iure ꝓbant? Scias aũt primũ dictũ non seruari, & meritò, vt prædixi. Nec scđm seruatur in totũ, scilicet quo ad tãtum numerum: sed bene seruatur, quo ad duos adiũgẽdos. quod commẽdo, potissimè qñ non sunt præsentes, quos res tangit: qđ qñq; contingit, vt patet j. ver. qđ si citatio. in prin. & in ver. porro & s. §. prox. ante fin. ver. si verò debitor. & quando specialiter alterum non contigit, vt in præd. ver. porrò. Omnis enim cautela est adhibenda & licet non necessaria, commendenda: sed cùm decr. vlt. e. tit. in singulari loquatur, dicens per publicam personam illa exemplanda, tu qui dicis exemplationem fiendam per plures, vel quòd tot publicæ ꝑsonæ sint necessariæ, da tex. & tres leges alleg. in versic. s. prox. in prin. id probant. Dico igitur, exemplationem, vel insinuationem de auctoritate iudicis factam per vnum notarium secundum formam pđ. decre. vltimæ, fidẽ facere. Habet tñ ille notarius in instrõ subscribere testes, sicut & in aliis instris, Et hoc pcipuè assero. qñ sit aduersario præsente: sed idem quando absente, vel qñ nullus ẽ aduersarius, vt prædixi: licet hoc maximè casu commendem cautelam propter rationem, quæ ponitur j. versi. prox. facit ad prædicta, quod not. in præd. decre. vlt. in vlt. gl. & j. versi. per quem.

ex authentico scripto manu prædicti talis notarii fideliter scripsi,
vel sumpsi: & postmodum in præsentia iudicis cum dictis tabel-
lionibus H.M.N.O.& R.diligenter & fideliter cum ipso authenti
a co auscultaui,&c.vt s̃.prox.[a] ¶†Sed nunqd creditur istis quinq;,
9 vel quatuor,aut tribus tabellionibus subscribentibus,& se origi-
nale vidisse non vitiatum,non cancellatum profitentibus, vno il
lud scribente?Resp.non,nisi iudicis auctoritas interuenerit, vt j̃.
ver.fiebat.& est ratio,quia suspicio est,quòd authenticum fuerit
vitiosum,& quòd ideò fecerit publicari.materia enim fabricandi
falsum tollenda est,Inst.vi bo.rap.§.sed ne dum talia.extra.de ac-
10 cusat.qualiter. ¶†Præterea iudicis præsentia & auctoritas est de
substantia formæ publicationis: ideoque non valet, quod agitur
ea omissa,ff.man.diligenter.extra.de rescri.cùm dilecta.in fi.de of
fic.deleg.venerabili.qui fi.sint leg.per venerabilem.§.j.Ad iudicẽ
enim spectat examinare,approbare, vel reprobare: non ad tabel-
lionem,vt extra.de fide instr.c.fi.C.de testa.testamenta.& sic loq
tur in auth.vt fratrum fi.§.illud.quod prima facie contradicit.Itẽ
contrà,quia in ore duorum,&c.ext.de testi.in omni.Item contrà
quia credendum est publicæ personæ,quæ illud scripsit,C.de pro
bat.cùm precibus.extr.de præsum.illud.& de præscri.ad audienti
am.Sed dic,quòd videtur in sua causa testificari,4. q. 3. §.item in
criminali.ver.nullus in re.Item contra ext.de prob.quoniam cõ-
tra.vbi in dubio præcipitur ad acta originalia recurri:sed ibi tabel
lio per se acta illa tradiderat de præcepto iudicis,in modum priua
tæ scripturæ.nec fuerant sumpta in præsentia iudicis.& auctorita
te solenni:sed nec ibi dicitur, quòd licet instrumẽtum publicum
inde factum fuerit,iudex illud examinauerit cum originali: ideo-
11 que dicit recurrendum esse ad originale,vt eo.tit.fi. ¶†Hoc au
tem scias, quòd plerunque adhibetur auctoritas episcopi, vel al-
terius authenticæ personæ,præsertim in exemplis literarum:quę
quidem in testimonium & fidem ipsius exempli faciet illud suo
sigillo muniri,& scribetur hoc modo:
¶FORMA. In nomine domine,amen: Anno, indictione & die
talibus,hoc exemplum per me subscriptum B.notarium,sumptũ
ex authenticis literis tali sigillo munitis,fuit in præsentia venera-
bilis patris M.Dei gratia Narboñ.archiepiscopi,à meipso B.& ali
is subscriptis notariis diligenter cum authenticis literis ausculta-
tum: cumque idem pater venerabilis cognouerit illud cum ipsis
authenticis cõcordare, ad ipsius exempli plenam fidem & testi-
monium suam auctoritatem interposuit,faciẽs illud sui sigilli ap-
b pensione muniri[b]. Arg.extr.de probat.post cessionem.& xi. q. 3.
curæ. Posset etiam illa persona scribere vniuersis, & testificari se
vidisse literam originalem cum vera bulla & cæteris non vitiatã,
nec abolitam,&in huius rei testimonium suum sigillum appone
re, & notarius in fine se poterit subscribere, & de mandato illius
12 hæc in formam publicã se redigisse asserere. ¶†Porrò in Roma-
na curia talis modus exemplandi à quibusdam tabellionibus ob-
seruatur.incipiunt enim hoc modo:
¶FORMA. In nomine Domini.amen: Anno,die,indictione &
loco talibus,pręsentibus quoque me subscripto notario,& testi-
bus infrà scriptis,talis instãter à tali auditore petiit, quòd per me
transcribi & exemplari faceret quoddam instrumentum manu
talis notarii scriptum:cuius si quidem instrumenti tenor inferiùs
annotatur.Idem verò iudex illius precibus ac instantia motus, p̃.
cepit mihi præfato notario, quòd instrumentum ipsum auctori-
tate sua transcriberem,exemplatum etiam exhiberem. Tenor au
tem dicti instrumenti talis est:In nomine domini, &c. scripto au-
tem toto tenore,sic tabellio se subscribet:Ego talis notarius hoc
exemplum,siue transcriptum,vt in prædicto instrumento non vi
tiato,non cancellato,nec in aliqua sui parte abolito inueni,tran-
scripsi & publicaui,nullo addito,vel diminuto,qđ sensum immu
tet,excepta fortè litera,vel syllaba,quæ sensum immutare nõ po
test:& meum signum apposui.hoc probatur extr. de fide instru.c.
pen.& c.fi.cum suis concord.ext.de priuil.cùm olim.j. in fi. C. de
edi.diui Adr.tol.l.4 prope prin.Si ergo in insinuatione aliquid o
missum est, propter quod sensus non immutetur, semper valet,
vt extr.de fide instru.ex parte.j.q.i.Marcion. Si verò aliquid addi-
tum,vel diminutum est,per quod fiat immutatio sensus,tunc nõ
valet insinuatio,ix.dist.ego solus.s̃.versic.no.tamen.¶Cæterùm
c quidam prouinciales,& dominus meus[c] in publicandis,seu exẽ-
plandis instrumentis hac forma vtuntur:
13 ¶FORMA.†Anno Domini,&c. A.veniens coram B.iudice tali,
supplicauit humiliter,& petiit instanter,quòd instrumentum,cu
ius forma infrà sequitur,faceret in publicam formam redigi:cùm
ob vetustatem ipsius propter difficultatem probatiõis à iure suo
cadere posset, ipso instrumento penitus antiquato: qui B. iudex,
volens probationibus subuenire,ne veritate occultata iustitia va
leat deperire,citatis & vocatis omnibus,qui fuerant euocandi,&
quos res tangebat,videlicet tali&tali.ipsisq; venientib.&nihil op
ponentibus,propter quod deberet huiusmodi publicatio impe-
diri,vel etiam se contumaciter absentantibus,dicto instrumento
vndique diligenter inspecto,& inuento non cancellato, non vi-
tiato,nec in aliqua parte sui abolito,mihi j̃.scripto notario præce
pit, vt eius tenorem in publicam formã redigerem ad fidem per-
petuam faciendam:Ipsius verò instrumenti tenor talis est: Anno
&c.ponatur de verbo ad verbum tenor,& omnia signa; secundũ
dominum meum. Alii tamen dicunt contrà in signis,vt s̃.ver.j.&
ii.& si erat ibi sigillũ,dicatur,quòd erat tali sigillo sigillatum: post
modum dicunt in fine: Et ego talis notarius de mandato talis iu-
dicis, & ipso auctoritate præstante, prædictum instrumentum in
publicam formam redegi:qui præsens fuit in omnib⁹ suprà dictis
& ipsum originale vidi,& iudici & testibus ostendi,& exposui, &
perlegi,non vitiatum,non cancellatum,nec in aliqua sui parte a-
bolitum,seu suspectum:neque in chãrta, neque in scriptura, nec
in sigillo,si sigillum habebat:tũc etiam testificetur,quòd sigillum
integrum erat,in forma seu impressione & in literis circumscrip-
tis,quæ legibiles apparebant,extra.de fide instrument. inter.post-
ea subiungunt: Actum in tali loco,talibus pręsentibus ad hanc pu
blicationem videndam & audiendam testibus vocatis & rogatis.
14 ¶†Et collige ex præmissis, quòd instrumentum ita demum pu-
blicatur,si apparet ñ vitiatum,nõ deletum,vel interletum,vel vi-
tiosum in aliquo,vel cancellatum,seu vituperatum,neque in te-
nore,vel in signis,vel subscriptionibus,vel etiam sigillo, vel filo,
extra.de fide instrum.inter.& c.fin.& C.de edicto diui Adria. tol.
l.fi.j̃.§.instrumentum.vers.item excipitur,quòd est vituperatum.
15 ¶† Illud quoque prætereundum non est,quòd rogationes,seu
protocolla tabelionis,qui decessit,exemplari,& in publicam for-
mam redigi per alium tabellionem nequeunt sine iudicis ordina
rii auctoritate,vt extra.de fide instrum.c.pen. sed nec eo viuente
tabellio potest alii committere completionem instrumenti, sed
per seipsum id facere debet.quod dic,vt j̃.§. instrumentum ergo.
vers.item opponitur,quòd non est confectum.j̃.ver.prox.Iudex
ergo ordinarius hoc alicui tabellioni commitat hoc modo:
¶FORMA. Cùm S.filius & hæres quondam R.notarii concesse-
rit Titio notario rogationes patris sui exemplandas, & in publi-
cam formam redigendas,eo Titio id sibi iudicis concedi autorita
te cum instantia postulante,talis iudex ei prædictas rogationes o
lim præfati C.legitimè ac fideliter exemplandas,&in formam pu
blicam, iuxta tenorem infrà scripti sacramenti, redigendas com-
misit:qui Titius corporaliter ad sancta Dei Euangelia iurauit, ro-
gationes ipsas,eas videlicet,quæ cancellatæ non fuerint,quoties
opus erit,fideliter exemplare:& in publicam formam redigere,e
as solummodò iis,quorum interfuerit,exhibendo:cancellatas ve
rò pro cancellatis scribere: quando sic exegerit ius & casus, nilq;
addere,minuere,vel mutare,nisi quemadmodum in ipsis rogatio
nibus scriptum inuenerit &notatum,&in his omnibus,omni do
lo & fraude semotis,fidem debitam conseruare,vt in præ. §. illud
quoque. Titius autem, cui facta est præfata commissio, rogatio-
nes sibi commissas,cùm opus fuerit,exemplabit,hoc modo: scri-
bet enim rogationem de verbo ad verbum,prout eam in quater
no inueniet,nihil addendo,vel minuendo. Nam nec is:qui abbre
uiaturam fecit,aliud ponere debet,vt in authen.Coll.4.de tabell.
§.illud quoque.licet hoc non sit in propriis scriptis ita strictè ac-
cipiendum,vt j̃.§.instrumentum ergo.ver.item opponitur,quòd
res.quo facto taliter se subscribet:
¶FORMA. Ego Titius,tali autoritate notarius,ex commissio-
ne mihi à tali iudice facta,prout in rogatione cancellata,vel non
cancellata olim Rolan.notarii inueni,ita fideliter per ordinem e-
xemplaui,scripsi,& in publicam formam redegi. Quòd si fortè in
rogatione ipsa non fuerint anni Domini scripti, videat, an in ali-
qua rogatione præcedẽti,seu abbreuiatura, scriptus sit dies quòd
si inuenerit,posito signo &nomine suo &tota illa subscriptione,
d vt ff. de eden.si quis ex argentariis.§.si initium[d]. sic addat: Quam
quidem rogationem & sumpsi,& exemplaui de quaterno, in cu-
ius primo folio,vel secundo,vel tertio,erant scripti anni Domini
hoc modo,scribẽdo annos sicut inuenit in rogatione notæ,quæ
præsentem proximè præcedebat rogationem: vt in præ.§. si initi-
um.erat etiam dies scriptus hoc modo: die xv. intrante Maio, se-
cundũ Rolan. Quidã tñ in initio instrumẽti illos annos Domini
ponunt,

ADDITIONES.

a Prox. ¶Secundum Rolan. qui hoc continuat ver.hoc autem.
b Muniri. ¶Secundum Rol.qui hoc continuat vers.illud quoque.
c Meus. ¶Qui ponit hanc formam in summa eod. titul. prope fin.
d Initium ¶& Instit.ad l.Aquil.§.antepen. & ibi concordantiæ,&
vide j̃.§.instrumentum.versic.quid ergo.

ponunt,quos proximè inueniunt præcedere rogationem ipsam,
sicut & faceret in propria rogatione: quod quidem fieri potest,
a sed præmissus modus verior est [a]. ¶† Quid si aliquis tabellio le-
16 gat alii tabellioni suas abbreuiaturas:quod potest.vt ff.de eden.
b quidam.§.nihil.ad fi.[b] nunquid tabellio legatarius poterit in pu-
blicam formam redigere sine iudicis auctoritate?notauit do.me-
c us in Summa eo. tit.[c] quòd per alium ad hoc officium deputatũ,
quasi vicarium tabellionis,hoc fieri potest.ipso etiam tabellione
viuente,& iusta ex causa,& vera,& non ficta impedito, dummo-
do ille deputatus sit iudicis auctoritate,in auth.q̃ fide inst.§. in his
verò.& de tabel.§.antepen.& pen.Col.iiii.Eo verò mortuo non
valebit,nisi iudicis auctoritas interueniat:& vide s̃.versic.prox.in
17 prin.¶† Quid si abbreuiatura sic inueniatur abbreuiata,quòd ne
scitur quid dicere velit?Respõdeo,si cõtractus celebratur in scri-
pris,non poterit publicari,vt patet in his,quæ not.in Summa do
d mini mei,eo.tit.§.quid de contractibus [d]. aliàs si per scripturam p̃
cedentem,vel sequentem,vel per aliam eadem manu confectam
in simili,vel eodem contractu poterit fieri fides,bene poterit pu-
blicari,arg.ff.de leg.j.si seruus plurium.§.si numerus numerum.&
ff.de fundo instruct.l.cùm de lanionis.§.asinam.&de pig.act.l.vel
vniuersorum.& de vsur.qui semisses.Cætera enim quæ ibi defici
unt,quæ cõtinentur sub,&c.vel sub aliis signis, cum his præsum-
ptionibus iudicis auctoritate supplebũtur,vt ff.quod cum fal. tu.
au.l.ii.§.ij.& in auth.Coll.ix.vt fratrum filii,§.illud quoque.Idem
etiam est,si id, quod defecit,per testes,vel per confessionẽ aduer-
sarii probari possit: putà, quia cohærentiæ deficiunt, vel aliquid
e tale [e].quod factum ergo non potest iudex supplere, quia nequit
diuinare,extr.vt ecle.benefic.vt nostrum.sed ius supplere potest,
cuius est minister:& hoc est cõtra illud:quod dicitur,quòd factũ
est in iudicis potestate,sed ñ i⁹,ff.ad munic.l.ordine.§.durioribus.ii.
q.3.notãdũ.& rasura in narratiõe iuris,&ñ facti,obest,ext.de fi
f de inst.ex literis.& vide infrà §.instrm.ver.itẽ opponit, instrm [f].
¶† Quid

ADDITIONES.

a Verior est. ¶ Dixit Rolan.mihi videtur tutior.&hîc continuat,vt vidimus,quòd intendit resistere ei, quod dixit proximiorem poni:quod etiam placet Vber.de Bo.sed commendat potius in fine, quàm in principio poni.Et quia de rogatione cancellata facta est mentio,est sciendum, dominus meus in legib. disputauit hanc quæstionem,si in rogatiõe notarii mortui, ex quo nullum factũ fuit instrumentum,scriptum est de manu ipsius,sit cassum & cancellatum de volũtate partium: & vna pars petit de illa fieri instrumentum,altera resistit,quid iuris sit, quæritur?Declinauit in partem,quòd instrumentum fieri debeat his rationibus:quia cancellatura non habet sua solennia,scilicet testes,diem &consulem:de quibus dictum est in princip.huius titul.& sic quia non habet publicam formam, impedire non debet confectionem instrumenti:cùm nec ei soli sit credendum, an contractus intercesserit, vel ab eo sit recessum: licet de eo,an instrumentum fecerit, recurrat ad eum,si viuit,vt not.in auth.de hære. & Fal. §. si verò absint Itẽ instrumentum cãcellatum probat debitum fuisse,ff.de furtis,qui tabulas,qui dicit,quòd desiit esse debitor,id probet:quod illa scriptura non facit.Fiat ergo instrumentum,maximè ne detur tabellionib.materia delinquendi,C.de Lati.liber.tol.l.vna.§. ille autẽ. & ibi concordan.in j. gl.Cùm ergo cancellatio nõ perimat instrumentũ,ff.de his,quæ in test.delen.l.ii.& illa scriptura Cassum,&c. & quæ dici possit calumniosa, & non bona fide facta , forsan à tabellione corrupto nullam vim habere debet,ff.hoc eodem ti.l.ij. de custodia reor.diuus.Ad allegata in contrarium,quę plus vrgebant,respondet, quòd hoc casu scriptura cancellata non erat penes eum,qui se vellet ex illa iuuare:sed erat penes tertiũ. qui dolosè potuit cancellare: & sic nocet parti.Nec obst.ff.de dolo,si qs tabulas.&ad legem Aq.q tabulas.quia ibi dolo tertii sic erant tabulæ deletæ,quòd legi nõ poterant:& ideo cum ex illis is,ad quẽ spectabant,se iuuare non possit,agit contra delentem ad interesse:sed hîc legi potest. Nec obstat in authentica de tabellio. § .nos autem.nam ibi tabellio audiuerat contractum,& committebat alii scribendum,quod non licet:hîc autem omnia consummata erant per tabellionem. Alterum ergo horum fiet:aut illa scriptura producetur,& probabit:aut sumetur exemplum ex illa, iudice auctore,secundum eum.Per hunc finem colligere potes,dominum meum intellexisse de rogatione perfecta, & coram partibus lecta aliàs certum est quòd si notarius rogatus partium notas,vel protocollum scripsisset,quod postea coram partibus & testibus non legisset,illud non valeret,nec fidem faceret: patet hoc ff de leg.iij. l.fideicommissa.§.j.Iterum sciendum est,quòd Roffredus sua quõne quadragesimaseptima prolixè tractauit de instrumentis communibus inter partes, quæ per pactum ipsorum contrahentium, vel præcepto arbitri,cancellari debuerunt, vel cãcellata fuerunt, an fides eis habeatur,si in iudicio producãtur? adddens,si tabellio post mandatum sibi factum per arbitrum de cancellando,ante cãcellationem tamen fecerit vni parti instrumentum,vel fecit parti instrumentum de iam cancellato de voluntate partium,an talia instrumenta fidem faciant?& an tabellio commiserit falsum?hęc quia in voluminibus habentur transeo:& solùm in vltimo allegabo prius quàm notarius non teneatur:quia falsum non committitur sine dolo,etiam si subsit lata culpa,ff.de sicar.in lege Cornelia. quod est generale in maleficiis. Vnde si ex lata culpa credens dominium permissurum,vtor re sua,furti non teneor,ff.de furtis, l.inter omnes.ad fin.In contrarium de iure est,notarium de volũtate contrahentium facere instrumenta,C.eod.titul.l. contract⁹. consuetudo hoc habet,& æquitas suadet:& minimè sunt mutanda,&c.ff.de legi.minimè.ff.de aqua pluuia.arcẽ.l.in summa.§.quãquam.& sic expedit ad fraudes vitandas,in authen.eod.titul.post princip. Collat.vj. Nec sufficit defuisse malam fidem, ff. de re mil. l.iii.§.in libello.Item lata culpa cõparatur dolo,ff.si mẽs.fal. mod. dix.l.i.ergo,&c.Soluit,eum puniri pœna stellionatus,si fuit in dolo,ff.de crim.stellionat.l.j.aliàs non punietur.Reliqua priora soluit,& latiùs quàm quæreret,dicens,quòd si instrumẽtum cancellatum est,vel rasum,aut per casum,aut per partes,aut dolo,vel malitia alterius.Primo casu valet,ff. de bonor. possess. secundum tabul.l.j.si post.Secundo casu valet ad probationem præteriti,nõ futuri,ff.de fur.q tabulas.& l.quidẽ tabularũ. Tertio casu fidẽ nõ adhibet,C.q̃ edict.di.Adri.l.fi.& q̃ testã.l.si vn⁹ de ix.qñ interlienatũ est,nisi notari⁹ dicat ĩ fine,se id sua manu fecisse:all.l.ij.ff.de his quæ in test.del.in q.j. dicit instrumentum fidem non facere: quia actio semel extincta,&c.ff.de solut.qui res.§.aream.nisi de voluntate vtriusque partis,C.de trãsact.si diuersa.& hoc,si talis sit actio, cuius primæ reliquię non remanserunt:quia tunc resuscitari non potest,ff.de pact.si vnus.§.pacta.Vbi autem cassatum fuit de mandato arbitri,tunc quia primitiua actio non tollitur,nec ipso iure, nec ope exceptionis, videretur fides adhibẽda:putat contrarium emologato arbitrio,C.de arbit.l. ne in arbitris. & si scriptum fuit instrumentum priùs quàm cancellaretur,dicit,ne dolus patrocinetur,illud admitti non debere,ff.de dolo, non debet.cum l.seq. ADDE,quòd primam partem addit.sequuntur Bal. An.& Paul.q̃ Cast.in l.si vnus.C.de testa.& Pau.de Cast.con.xxxviij.incip.dubium facit.vide tñ An.conf.cclxxiiij.& Petrũ de Anch.con. ccxliii.

b Ad fi.¶ Et medio,& ante medium.

c Eo.tit.¶.§.vlt.versic.quid si tabellio.& seq.hoc versi.vide paulò post illum versi.quid si abbreuiatura.idem Vbert.de Bo.dicens in Italia seruari, quòd legatarius de auctoritate iudicis in consilio, vel arengua licentiam recipit,& iuratur,vt s̃.proximè. ADDE, quòd Bar.in l.si quis ex argentariis.§.j.in fi.tenet, absque iudicis auctoritate poterit expedire succedens notario defuncto: cuius dictum Abb.in c.cùm P. tabellio. sequitur: & quia inuenitur sibi mandatum à lege.

d Contractibus. ¶ Et scripsi post eum eodem titulo: cùm P. super verbo,redacta.& s̃ prox.dixi:vbi hoc ponit Host.nam.§.hîc. allegatus materiam vers.non tractat,sed solùm de cõtractibus in scriptis.

e Tale.¶ Sic intellige,quod scripsi,vbi suprà.

f Instrumentum. ¶ Et vers.seq.ad materiam huius ver.& sequentis scire debes,quòd fuit hoc disputatũ per do. Octauianum de Florentia de notario habente ad publicandum alterius notarii rogationes,an possit supplere illarum defectum circa substãtialia & si non , an hæredes imbreuiantis possint conueniri ad interesse & qualiter succurratur ei,ad quem pertinet abbreuiatura,si compleri non potest? Ad primũ inducit, quòd cùm omissio substantialium contractus reddat illum nullum,ff.de transact.cùm hi.§.si prętor.vi.q.i.nihil.& cùm solus princeps validet inualidum,ad quod sufficiant no.de transact.quanto.in v.gl.ergo supplere non poterit.Induxit etiam l.si quis arbitratu.& l.quicquid astringendæ. de verbor.oblig. Ad contrarium inducit,quia omissio fiendorum ñ vitiat,extrà de spon.c.j.ff.de ventre inspi.l.j.in fin.extrà de sacra.ñ iteran.c.j.& vlt.ff.qui satisdar.cog.de die.§.si seruus.de leg.ii. vnũ ex familia.§.vltimo,de cond.& demonst.l.auia. in prin. de re iud. Paulus.& l.actorem.de præt.stipu.l.j.in fi.de testa.hæredes.§.j.per quæ iura patet,omissum supplendum:& sic non scriptum scribendum.Soluit,quòd circa substantialia,de quibus in authen. vt nomen Imper.præpon.in princ.supplere non potest,etiam si de illis per testes inscriptos,vel alios fieret,cùm ab initio non valuerit:iura vide collecta de regul.iuris,non firmatur.libr.vi.& ff.eo.tit. q̃ ab initio. Circa reliqua tenet,quod no.infrà versiculo proximo: alleg.ff.de donat.qui id quod.C.de iudic.properandum.§. fin autem.in medio. ¶ Antequam ad alia dubia procedam,scire debes, quòd dubia in protocollis solẽt esse talia q talis debitor,vel alius promisit,&c.& renunciauit,&c.vel similia. Itẽ qñ dubium insurgit ex signis,vel notis,quæ secundũ intẽtionem scribentis aliqua designant,quod secundum characteres & ordinẽ literarum pera

lio: no

18 ¶†Quid ergo, si in abbreuiatura continetur, & renunciauit, &c. quid ponet notarius: Respon. ea sola, quæ ĩ instrumentis consue-
a uerunt apponi[a] siue sit ipse idem notarius, qui rogationem scripsit, siue subrogatus. Iura enim quandoque ponunt similes abbreuiaturas, ff. de petit. hæred. l. Item veniunt. §. petitam autem. ff. de lib. & posthumis, Gallus. in princ & §. nunc de lege. & versicu. idē
b credendum est. ff. de nau. fœn. l. periculi. ff. de euict. si ita quis[b]. ex-
c trà de re iud. ad apostolicæ. §. & vt ad præsens[c]. & facit C. de veter.
19 iure enu. l. j. §. sed & hoc studiosum. ¶†Breuiter ergo tene, quòd propter vetustatem, vel aliam iustam causam, possunt instrumenta exemplari, siue renouari, vt extrà eodem c. fi. cum suis concor. & potest esse iusta causa, si perdita sint, vt suprà §. postquā. in prin. & arg. extrà de conuer. coniug. dudum. & iudicis ordinarii, vel delegati, ab ipso auctore exemplata eandem vim cum originalibus
20 habent, vt extrà de fide inst. cap. penult. & fin. ¶†Vidimus de scripturis alienis extrà iudicium exemplandis: nunc autem dicamus de ipsis in iudicio exemplandis. Et quidem si aliena scriptura fuerit acta publica, id est, scriptura in iudicio facta, puta instrumentū procurationis, syndicatus, tutelæ, curæ, vel huiusmodi, ff. de regu. iur. acta. & l. seq. extrà de probat. c. fin. debet & potest illa per ordinem exemplari cum die & consule: id est, cum annis Domini, & nomine tabellionis, & cæteris omnibus per ordinem, quæ in eadem scriptura continentur, præmisso titulo in hunc modum:

¶FORMA. Hoc est exemplum cuiusdam instrumēti, cuius tenor talis est: quo exemplato tabellio se subscribat hoc modo: Ego B. imperiali, vel tali auctoritate, & nunc talis curiæ notarius, prædictum instrumentum de præcepto talis iudicis ad authēticum scriptum manu talis notarii, prout in eo inueni, per ordinem fideliter exemplaui. Quæ autem fides adhibeatur exemplis originaliū scripturarum in iudicio productarum, not. infrà §. proximo, vers. illud. &, secundum Papam, extrà de offic. deleg. cum in iure. & de
21 probat. quoniam. ¶†Si verò[d] fuerit alia scriptura, quàm acta pu-
d blica: vt putà scriptura priuata, sicut est instrumentum emptionis donationis, locationis, vel simile, & pars aduersa petat in iudicio ipsum exemplari, & de eo sibi copiam fieri, tunc illud sine die & consule, id est sine publicationibus instrumenti, exemplabitur, nisi illud de falso arguere velit. quod dic, vt j. §. videdum. ver. facienda. Igitur sine die & consule exemplabitur in hunc modum:

¶FORMA. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti, cuius, die & consule prætermissis, tenor talis est: & omissis annis Domini, indictione, die & loco, testibus, & nomine tabellionis exemplabitur solus tenor, & in fine exēplās tabellio se subcribet hoc modo:

¶FORMA. Ego B, tali auctoritate, & nunc talis curiæ notarius, prædictum instrumentum, die ac consule prætermissis, de mandato talis iudicis iuxta authēticū fideliter exemplaui. Quòd si cum die ac consule exemplabitur, dicetur simpliciter:

¶FORMA. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti, cuius tenor talis est: & omnibus per ordinem scriptis à principio vsque ad finē, taliter tabellio se subcribat: Ego B. tali auctoritate, & nūc talis curiæ notarius, prædictum instrumentum de mandato talis iudicis iuxta authenticum scriptum manu talis notarii, cum die & consule & omnibus per ordinem in eo contentis, fideliter exēplaui. Si autem fit copia legatario de parte testamenti, dic, vt j. §.
22 compendiosè. vers. & breuiter ¶†Et scias, ꝙ in scriptis in iudicio exemplandis sufficit solius notarii subscriptio exemplantis, secū-
e dum Rol. notarium[e]. Inno. verò Papa. III. no. extra. de fide instrumen. c. fin. ꝙ attestationes & alia acta per solum tabellionem sine testibus scripta, non sunt publica scripta: nec faciūt fidem corā alio iudice, nisi sint publicata, vt j. ver. & not. tu dic, vt j. §. restat.
23 versic. sed cum literis. †Et no. ꝙ si aliqua falsitas, vel contrarietas inuenitur in instrumento super his, de quibus tabellio perhibet testimonium de visu, vt putà quando dicit, Actum in tali loco, & talibus personis præsentibus, & tali die, totum instrumentum cassatur, tanquam cui falsitas est admista, ix. dist. si ad sacras. iii. quæ. ix. puta. secus si super aliis contrarietas reperitur: quod dic, secundū Papam, vt ext. de offi. del. cum in iure. & j. §. postremo, aliàs, instru-
f mentum. vers. quid si aliquot[f]. ¶†Et quoniam de publicatione
24 & exemplatione huiusmodi agimus, id latius prosequamur[g], vi-
g dentes, apud quem fiat, & per quem, & in quibus casibus locum habeat, & qualiter fiat, & quis sit eius effectus. Fiebat autem olim publicatio apud magistrum census, vt C. de testam. consulta. & l. publicari. & l. testamenta. hodie verò fit apud defensorem ciuitatis, vt in authen. Collat. iiii. de defens. ciuit. §. sed neque. & etiam apud ordinarium iudicem, licet non habeat administrationem: & & apud delegatum ab ordinario administrationem habente, vt in auth. Collat. ix. vt frat. filii, §. illud. sic intelligit, sm dñm meum
h ext. eo. ti. cùm P. & c. si instrumēta, p dec. ext. de in integ. restit. cā[h].
Si ergo

ADDITIONES.

Alios non potest intelligi: dabat Nico. exemplū, Cum duo CC. ponuntur pro A. vt dicit se vidisse: & ego vidi magna volumina veterum librorum sic scripta. Ipse autem Nico. tenet, quòd si abbreuiatum in protocollo habet certum intellectum per se, ex diffinitione, iuris, vel consuetudinis, vel communis intellectus: dat exēpla, Inst. de fideiussor. §. fi. vbi si scriptum est quem fideiussisse, præsumuntur omnia solenniter acta. ad idem ff. de legat. iii. l. librorū: §. libris. & §. sed si bibliothecam. & de fundo instruct. l. cùm de lanionis. §. asinam. extrà de donat. pastoralis. de verb. signific. propterea cum suo suffragio. tunc ipse, qui fecit protocollum, illum intellectum in instrumento exprimere poterit: quia conscius de intellectu scripturæ, alium intellectum scribere non debet: aliter autem, secundum ipsum Nico. nil potest addere, vel minuere, sed ad literam debet scribere, prout iacet protocollum, Iste enim nec scit intentionem scribentis, nec potestatem habet interpretandi alienam scripturam: si quid ergo addendo, vel minuendo immutat, non valet in ea parte: facit C. de iure fis. l. ij. lib. x. in aliis no. C. de transact. si ex falsis excessibus. rigor videtur mihi iste, & placet, quod not. de his imbreuiaturis j. ver. prox. Pro tuitione tamen rei, consulo, quòd iudicis auctoritate fiat declaratio per ipsum notariū vsitata in similibus instrumentis. ¶Redeo ad disputata, & in ij. quæstione ar. prò & contra, sumuntur ex dec. vltima, de sepul. & ibi no. in vlt. gl. cum suis remis. soluit hæredes notarii subscribentis sic confusè, teneri & conueniri posse actione mandati, vel locati: & sic ex contractu, vel quasi: alleg. in auth. Col. iiii. de tabellio. & Insti. de perpe. & temp. act. ante fi. Sed Iac. de Belui. in l. j. de edend. C. in solutione contrariorum dicit, notarium non teneri actione mandati, licet fuerit rogatus: quia non facit ratiōe mandati tantùm, sed plus ratione officii: nec facit gratis. Dicit igitur cum ad id teneri officio iudicis & actione in factum, ad similitudinem argentarii. alle. ii. l. eo. tit. & ff. eo. prætor. §. j. & l. argentariis. §. j. in quibus & de hoc & per id soluta sit tertia. Sed secundum disputationem, si hæredes non sunt soluendo, poterit petere testes, qui interfuerunt instrumento, ad perpetuam publicari memoriam, cùm scriptura deficiat, & sic probatio facti deperit, alleg. de testi. significauit. ff. ad l. Aquil. in lege. ADDE in vers. nec scit intētionem scribentis. quòd Bald. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthu. quem isti sequuntur, Ang. Raph. Imo. & Alex. in l. argentarius. in prin. ff. de eden. dicit: quòd si notarius fuit rogatus de imbreuiatura, in qua sit scriptum, talis vendidit tali pro tanto pretio, præsentibus, &c. quòd ipse notarius indistinctè nulla iudicis auctoritate interueniente, poterit extendere. Si aūt notarius sit subrogatus loco alterius, non possit imbreuiaturam extendere: quia successor, tanquam non informatus, non potest declarare factum prædecessoris, l. Pomponius scribit. si frumētum. ff. de rei vend. quod intelligit verum Ant. de Bu. in c. cùm P. tabellio. de fi. inst. nisi successor extenderet de mandato iudicis, & parte citata. de quo vide Paul. de Castr. consi. lj. & Alex. consi. 28. 2. libro.

a Apponi. ¶Sup. per eum: sic dixit Vber. de Bo. in l. si fundus. ff. de e nic. allegabat ibi ff. de ædil. edict. quòd si nolit. §. quia assidua. de testi. l. testium. §. fin. de aqua plu. arc. l. si priùs. §. j. Alia quatuor iura vide s. versi. prox. in prin. & omnino vide, quod ibi dixi post finē in j. q.

b Si ita quis. ¶Et l. seq.

c Præsens. ¶Lib. vj. quia illud, &c. ibi non habetur communiter: vide, quod ibi scripsi.

d Si verò. ¶Gl. est contraria in l. j. §. editiones. ff. de edendo, quam ibi communiter sequuntur Docto. ibi vide.

e Notarium. ¶Cuius s. alleg. c. hic finitur.

f Aliquot. ¶vbi dicam. Adde, quòd vbi in instrumento est aliqua falsitas vitio notarii: totum reputatur falsum: Rota in antiq. decisio. ccvii.

ADDITIO. Adde tu, an instrumentum in parte falsum, reddat falsum in totum: vide omnino Bal. cons. lvj. incip. factum tale. in j. col. in iii. vo. & eundem Bald. consil. cccc v. incip. quæstio est. vbi pulchre. in iiij. vo. Hen. Fer.

g Prosequamur. ¶Inchoant verba Host. in Summa eo. ti. §. vlt. qui licet membra ista ibi non præmittat, illa tamē prosequitur, & præmiserat in princ. tit.

h Causa. ¶Ipse Host. hoc not. in summa huius tit. §. vlt. in prin. In apparatu in neutra illarum decre. expressit, per ordinarium non habentem administrationē id fieri posse: sed bene expressit, delegari id non posse per talem ordinarium, vt in eis scripsi: in insinuatione, quæ voluntariè fieret, potest hoc procedere, vt cùm creditor petit, & debitor consentit instrumentum insinuari: sicut & dicere mus de insinuatione donationis, quæ summam excederet: aliàs cùm, secundum quod statim sequitur, si certa persona tangitur, illam citari oporteat, aliàs edictum publicè poni non video, quomodo per talē iudicem hęc insinuatio, vel publicatio fieri possit.

Si ergo talium iudicum auctoritas non interuenerit, publicatio
non valebit, C. de eden. procurator. & secundum hoc intellige ff.
de admin. tutor. chirographis. secundum dominum meum. Per
quem autem fiat, ex præcedentibus satis patet. Fit enim per tabel
lionem, qui est publica persona, extr. eo. c. si. vel si ille non habea-
tur, per duas personas honestas, vel tres cum subscriptione, vel e-
tiam vna cum nominibus præsentium in scriptis, & cum sigillo
authentico, secundum dominum meum, extr. e. ca. ij. & c. cùm di-
25 lectus. & de prob. quoniam ¶† In quibus casibus locum habeat
facile est videre. habet enim locum in dictis testium publicandis,
& in publicam formam redigendis: & hoc ex parte rei indistincte
ex parte verò actoris, quādo timetur de ipsorum absentia diutur
na, vel morte propinqua. quod dic, vt extr. vt lit. nō contest. quo-
niam, & j. ver. qualiter. Item in testamentis, vt in præd. l. publicati.
& eo. tit. consulta. Item, quando tabellio morte præuentus est, vt
s. vers. illud quoque. Item in priuilegiis, & instrumentis, quando
propter vetustatem, vel aliam iustam causam timetur de consum
ptione ipsorum: puta quia litera incipit deleri propter chartæ viti
um, vel in causti, extr. eo. inter. vel à muribus corrodi, ff. de bon.
pos. secundum tab. l. j. §. si rosæ. extr. eo. c. fin. quod enim paulatim
labitur, conuenit reuocari, in auth. colla. vj. de quæstio. circa prin.
Vnde vetustatem renouamus, in auth. Colla. vij. de admin. circa
prin. Vel in aliam iustam causam, vbicunque mouerit iudicem, vt
in sententiis, & aliis actis publicandis, & similibus, extra. de testib.
Albericus. & de sententia & re iud. sicut. vel si perditum sit, vt j.
26 versic. sed nunquid. † Qualiter autem fiat publicatio, satis superi-
ùs declarauimus, & adhuc aliqua supponamus. Fiat ergo à iudice
pro tribunali sedente, citatis & vocatis his, quos res tangit, extra.
de off. archid. ad hæc. C. de auct. tutor. l. fi. ff. de aqua plu. ar. in con-
cedendo. in authen. de instrumen. caut. §. de quibus. ff. de adop. nā
ita. & l. adoptio. Et nisi vocentur. non facit instrumentum fidem
licet sit ordinarii iudicis auctoritate publicatū: & sic obtinuit co-
a ram me [a]. C. de fide instru. l. fi. & in pręd. concor. & seq. extrà de te
stib. significauit. Cauendum est igitur, vt de citatione fiat publicū
instrumentum, per quod possit probari citatio, si negetur, vt in c.
significauit vel si inueniri non possit, mittatur citatio ad domum
extr. de cle. non resi. ex tuæ. j. eo. §. vt autem versicu. sine scriptis.
27 ¶† Sed quid si post publicationem diu factam obiicitur, quòd
b non fuerunt vocati hi, quorum intererat [b]? Respondeo: dicunt q-
dam præsumi omnia fuisse solenniter acta. Alii dicūt tunc demū
præsumi, si in publicatione contineatur eos fuisse vocatos, vt in
præ. l. alioquin contrà, secundum ea, quæ no. j. de sententia, §. vt
28 autem. vers. & nota ¶† Quid si citatio eum apprehendit, nec ve-
nit? Videretur sufficere, vt fiat publicatio: & sibi debet imputare,
extrà de cōfir. vtil. cùm dilecta. & de priuil. ex parte. C. de fide inst.
l. fin. in authen. vt spons. larg. §. ad hæc. C. de remis. pig. si eo. extrà
de re iud. quamuis. Idem est, si hoc scit, quamuis citatio eum non
apprehenderit, secundum do. meum, arg. extrà de elec. cùm inter
vniuersas. ff. de act. emp. & ven. l. j. in fi. & in præ. c. quamuis. Verū
c tamen quia difficiliter scientia probaretur, tutius est quòd citet [c].
Et hoc intellige, cùm duplicatio instrumentorum, vel priuilegio
rum; vel testium ex parte rei productorum imminet facienda: qa
hæc debent habere perpetuam firmitatem: secus si ex parte acto
d ris testes publicentur [d]. tunc enim sufficit, quòd actor intra annū
certificet reum super hoc: & illud habet necesse facere: aliàs an-
no elapso non valent dicta, vt in præ. dec. quoniam. in prin. Et sic
non obstant, quæ aliàs contraria videntur est enim speciale, vt di-
xi. Sed nec illud dicitur propriè publicatio, sed exēplatio, vel tran
29 scriptio. ¶† Publicare enim, ppriè est, in publicam formam redi-
gere: quod aliàs non fuit. Exemplare verò est transcribere: quod
aliàs est publicum, secundum Papam: largè tamen aliter dicitur,
30 & patet s. ver. in quibus. ibi, item priuil. & s. ver. cęterùm. ¶† Por
rò si absentes citari & expectari non possunt sine periculo perdi-
tionis instrumentorum, putà propter vetustatem: vel aliam cau-
sam consimilem, publicatio fieri potest etiam eis absentibus, se-
cundum Papam, vt in præ. c. cùm dilecta. §. j. & in præ. c. quoniam.
in prin. Item si sit instrumentum, quod alium non tangit, putà pri
uilegium, vel indulgentia, tunc debet saltem edictum solenne e-
mitti: & aliter non valebit priuilegii publicatio, nisi fiat per illum,
qui priuilegium illud concessit: tunc sic, quia ipse de nouo illud
concedere posset. Nec obstat extra. de confir. vtili vel inutili, cùm
dilecta. vbi nullum edictum fuit emissum, quia ibi aduersarius cō
e paruit, & fuit auditus. secundum Papam. [e] ¶† Et (vt hoc pleniùs
31 intelligas) nota, quòd quandoque petuntur attestationes. vel
alia publicari: putà, quia scriptæ sunt per solum tabellionem sine
testium subscriptione: nec inueniuntur apud iudicem authentica
tæ per tabellionem: vel fortè negātur esse acta. tunc enim est pu
blicatio necessaria, & non aliter, vt patet j. §. restat, vers. sed cùm li
teris. Et tunc sic fiet, iudice videlicet pro tribunali sedente, & vo-
catis his, quorum interest, vt s. vocato etiam notario, qui eas scri

psit. Eodem etiam modo fiet publicatio litis contestationis: & p
derit ad interrumpendam præscriptionem, vt C. de præscrip. xxx.
an. cùm notissimi. non tamen, vt possit post triennium in causa p
f cedi, secundum Papam [f]. Sic etiam fit publicatio instrumentorū,
quæ tabellio defunctus notauit, vel sunt vetustate consumpta. vt
s. vers. illud. & ver. cæterum. Et hæc vera sunt, vbi attestationes &
32 aliæ scripturę minus solennes publicātur, & authenticantur. ¶†
Vbi autem scriptura facta non est de eo, quod petitur publicari,
vt quia sententia lata est, vel processus, vel contractus factus, vel
aliquid factum est sine scriptis: & ideo petuntur attestationes, &
huiusmodi, ad certam rei memoriam publicari, vt extr. de testib.
Albericus. & c. significauit. tunc iudex vocabit testes, qui senten-
tiæ prolationi, vel tempore contractus, vel processus præfati in-
terfuerunt, & per publicam formam redigi iubebit in publicam
& authenticam formam, quod priùs erat in mente testium tan-
tùm, vel etiam in chartam publicam, & non authenticam: ad hoc
sufficit iudicis auctoritas. Vel saltem ad maiorem cautelam pote-
rit ibi contineri, quòd iudex decreuit fidem adhibendam fore illi
scripturę: arg. ff. de iud. de qua re. C. de re iud. gesta. ff. ad l. Aquil. in
lege Aquilia. & in præ. c. significauit. Attestationes enim sine te-
stibus per tabellionem scriptæ non sunt publica scriptura, secun-
dum Papam, vt s. ver. & scias. Idem etiam fit in testamēto sine scri
ptis edito: quod dic, vt j. §. vt autem. ver. ad huius. ibi, sine scriptu-
g ra, &c. & j. ver. prox. [g] Similique modo fit, quando is, qui constitu
tus est in eodem instrumento procurator contra plures, agit con
tra omnes. potest enim instrumentum huiusmodi exemplari, &
in publicam formam redigi, & decerni partibus præsentibus, &
non ɔtradicentibus, eandem fidem illi transsumpto adhibendam
quæ authentico, siue originali adhiberetur: & ꝙ possit fieri pro-
batio per illud, nam cōstituere procuratorem quoddam gestum
fuit: ergo potest hoc in publicam formam redigi, cùm vnum nō
sufficiat omnibus, vt in præ. l. gesta. & in auth. vt fratrum filii, §. il-
lud. & j. §. nunc dicamus. ver. & scias. Sed opponatur: nam licet pu
blicatio fieri possit in actis, vnde non est instrumentum confectū
vt s. tamen secus est hîc, vbi fuit instrumentum de procuratione
confectum. Respōdeo: nihil prohibet fieri publicationem alicu-
ius gesti, licet sit inde instrumentum cōfectum, si instrumentum
illud non sufficit omnibus, vt ff. de eden. si quis ex. in prin. & licet
hoc casu, scilicet quando transsumpto fides decernitur adhiben-
da, aliqui his verbis vtentur, scilicet quòd publicatur gestum: me-
liùs tamē videtur dici publicari, vel edi instrumentū. ¶ Item quo
modo fiet publicatio huius procurationis absente domino nec
vocato, contra ea que s. dixi? Respondeo: ex quo procuratori cō
cessum est agere contra plures, per consequens concessum vř, ꝙ
procurationem faciat publicari, sine quo mandatum non posset
commodè adimpleri, ff. de iuris. om. iud. l. ii. extra. de off. deleg. prę
h terea. Odof. et dixit [h], ꝙ in exēplatura instrī, q̄ fit p notarium iudi-
cis auctoritate, est pars citāda: aliàs nō poterit p exēplū probatio
i fieri, vt in pdictis iuribus. Sed alii [i] hoc negant, cū nō inueniatur iu
re cau

ADDITIONES.

a Coram me. ¶ Concordat Odoff. vt j. vers. & vt hoc. in fi.
b Intererat. ¶ Hoc membrum plenius scripsi post In. & Host. de te-
stib. Alber. in gl. quid si contra. in prin.
c Citetur. ¶ Fuit verbum Host. vbi s. sub versi. & qualiter.
d Publicentur. ¶ Melius diceret, producantur: quia tunc non publi
cantur. & vide, quod dixi in decret. quoniam. post prin. super ver.
aliud. Quando verò recipiuntur ad rei memoriam, tunc publicā-
tur, vt ibi not. in §. sunt & alii. quod procedit etiam ex parte acto-
ris, qui adhuc agere non potest, vt dixi in d. §. in prin. & in decr. sig-
nificauit. de testib.
e Secundum Papam. ¶ vt scripsi post eum de testi. Alber. in gl. quid
si contra. ante fi. vbi vide pleniùs.
f Secūdum Papam. ¶ Vbi s. & vbi dixi. Hostien. resistit huic dicto in
foro canonico, per decret. pen. de iud.
g Vers. prox. ¶ quod sequitur, pleniùs scripsi post Inno. in præd. gl.
quid si contra, vers. qui etiam. scripsi hîc.
h Dixit. ¶ In authen. si quis in aliquo. C. de edend. & idem ibi Sim.
Vin. alleg. iura, quæ dicunt illos vocandos, quorum interest, ff. de
adop. non ita. & his similia, quæ vide s. vers. qualiter.
i Sed alii. ¶ Vincen. eo. tit. c. fin. & Gui. de Suz. in auth. prædicta, si qs
in aliquo, qui induci non potuit ad faciendum partem de necessi
tate vocandam. formabat autem quæstionem, vbi s. Gul. Quid si
tale instrumentum postea producatur, contra quod aduersarius
allegat se nō fuisse citatū. Itē petit originale exhiberi, quod vult
probare falsum producens: primū negat: ad secundum respon-
det se illud pdidisse. dicit ipse, ꝙ n̄ audet ɔsulere publicatiōē n̄ va-
lere: sed pnunciabit iudex, personarū & causæ qualitate pensata.
instrum

re cautum, quòd pars sit requirenda ad hoc, dicunt tamen esse tu
33 tius, quòd citetur. ¶† Hoc etiam not. quòd si partes exemplatio
ni consentiant sine iudice, non valet, arg. extrà eod. si instrumen-
a tum [a] quamuis consensus partis sine iudice, sufficeret ad faciendū
instrumentum de contractu, vel super confessione contractus iā
34 facti, secundum Papam. ¶† Et no. quod testamenta sic publican-
b da sunt [b]: in primis enim mortuo testatore, & petita eius publica
tione, faciat iudex iurare eum, qui petit publicationē, quòd eam
causa calumniæ non petit, vt C. quemad. test. aper. l. eius. arg. ff. ad
exhib. thesaurus. vt s. proxi. §. ver. vbi autem. ¶ Item vocabit pro
his omnibus omnes, quos res tangit, vt s. eod. vers. qualiter. Item
vocabit testes inscriptos in testamēto: & si qui, vel etiam omnes,
sunt absentes, mittetur ad eos testamētum, vt recognoscant sigil
la sua: & vtrùm testamēto interfuerunt: & si omnes consenserint
publicabit illud, ff. quemad. test. aper. l. j. in fin. & l. cùm ab initio. &
l. seq. Nec est in hoc tabellio requirendus. nam in prædictis legi-
bus nulla de eo fit mentio. loquuntur enim de testamento, quod
non est per tabellionem scriptum. C. de testa. cùm antiquitas. §. fi.
Eodem etiam modo facienda est publicatio, si non appareat testa
mentum. ff. quemad. test. aper. si in duobus. §. fin. & hæc publicatio
quæ apud certos iudices facienda est, vt suprà in multis legibus,
apertio testamenti vocatur: & ea facta, authentica sunt instrumē-
ta: Testamentum enim non est authentica, nec publica scriptura,
nisi scriptum sit per tabellionem: tunc cùm sit authentica scriptu
ra, non oportet scripturam illam exemplari, nisi aliqua causa sub-
35 sit, vt hîc ¶† Quòd autem testamentum à testatore, vel alia pri-
uata persona scriptum, quod fieri potest, vt C. de testa. cùm antiq.
tas. §. fin. & auth. ibi posita: & quòd non sit authentica scriptura,
patet ex eo, quòd non fit per publicam manum, nec habet sigillū
authenticum, vt extrà de fide instr. c. ij. & infrà §. nunc dicendum.
ver. tertio. Hæc autem publicatio auctoritatem authenticationis
habet: quia per eius ostensionem fit missio in possessionem here
ditatis. per edictum diui Adriani, C. de edict. diui Adrian. toll. l. fin.
Aliter autem licet sigilla, numerus testium, & aliæ solennitates
prosint ad hoc, quòd voluntas testatoris valeat, nihil tamen pro-
bant, nisi scripta sint per publicam manum. Sed in exemplatione
publicorum instrumentorum hæc non sunt necessaria, cùm illa
authenticationem suam retineant ex sigillo, vel signo prelati, vel
tabellionis. Quod ex eo patet, quia post mortem prælati, vel ta-
bellionis fidem faciunt, secūdum Papam. Dominus autem meus
c no. in Summa eodem tit. [c] quòd cùm testamentum publicandum
est, debent testes simul vocari, & totus tenor testamenti legetur
coram eis: & si iurauerint sic esse, vt scriptura testatur, præcipiet iu
dex redigi in publicam formam, vt C. de testa. hac consultissima.
§. fin. & pen. & qui testam. facere poss. hac consultissima. §. at cùm
humana. Sed contrà, quia sunt testes sigillatim examinandi, extrà
d de testib. c. ii. [d] ¶† Sed nunquid fiet idem in aliorum instrumento
36 rum publicatione, vt totus tenor coram testib. legatur simul? Re
spondeo: Hugolinus dixit, quod sic, quia tangit testes: quare ab eis est
probandum, suprà versic. qualiter. Arg. contrà: quia diligenter e-
xaminandi sunt, in præd. c. significauit. & c. Albericus. & facit prò
& contra extra. de priuil. cùm olim. i. Tamen secundum dominū
meum, in vtroque casu tutius videtur, & verius, quòd sigillatim
examinentur, nisi fortè ex causa aliud iudici videatur. Quid enim,
si tenor instrumenti nimis prolixus sit: vel si quis intendit proba-
re prolixum processum coram aliquo habitum, de quo testis nul
lo modo, vel non de facili recordari potest? ex tali quidem cau-
sa, vel simili potest iudex, si vult, legere tenorem coram testib. ido
neis & fide dignis, etiam simul vocatis: & sic non sigillatim exami
nabit. Si verò sint suspecti, eos examinabit sigillatim. Et ex his vi-
detur dominus meus intelligere, quod etiam scriptura authentica pu
blicetur: quod verum est ex causa, vt ex superiorib. liquet. Item vi
detur ex præd. decre. cùm olim. quòd priuilegium, vel instrumen
tum perditum publicari potest, si tenor per testes probetur. & ar
37 gu. in præd. l. si in duobus. §. fi. ¶† Et nota, quòd in publicatione
testamenti notarius se hoc modo subscribet. exemplabit enim to
tum illud testamentum, & postea dicet: Anno, mense, die, & indi
ctione, & loco talibus, hoc testamentum fuit exhibitum coram
tali iudice, vel episcopo, præsentibus talibus testibus sigilla sua re
cognoscentibus, vel præsentibus talibus testibus idoneis & hone
stis, inuenientib. in eo talia signa dependentia: & ego talis, tali au-
ctoritate notarius, de mandato talis iudicis, vel episcopi, exēplaui,
quam veracius potui, nil addens, vel minuens, & in publicam for
mam redegi, originali ipso, quod sigillatum fuerat, in tali archiuo
remanente: & illud originale iterum sigilletur ab ipsis testibus, qui
interfuerunt publicationi: & sic originale in archiuo ad perpetu-
am memoriam remaneat sigillatum. Et debent ibi testes esse sep-
tem. qui intersint publicationi, & apertioni, & vltimæ sigillationi
& hoc exemplatum superioris auctoritate fidem facit originali
38 perdito, C. de testa. publicari. ¶† Quare ergo sigillatur illud, & re
ponitur? Respondeo, quasi protocollum semper ad memoriam
remaneat: aut si fortè exemplum periret, vel suspectum diceretur
vel falsum, possit semper recursus ad illud haberi. Poterit autem
illud, quoties opus fuerit, aperiri: & iterum sigillari coram iudice,
& de nouo exemplari. & publicari: & semper valebit. Originale
ergo semper in vno loco sit. Illud verò, vel illa, quę exemplata, &
publicata sunt, portentur ad iudicium, & vbi opus erit: hæres
autem, qui scit, in quantum est hæres: etiam ante publicationem
potest hæreditatem adire, & ad suos hæredes transmittere, C. de
caduc. tol. l. j. §. j. ij. & iij. & §. cùm enim. & §. in nouissimo. & C. de
iure delib l. iii. De publicatione autem testamenti sine scriptis, vi-
de j. §. vt autem. ver. ad huius. Quis autē sit publicationis effectus
e vide s. ver. secunda quoque [e].

ADDITIONES.

☞ instrumentum publicatum esse suspectum: & sic producens ca-
rebit illius commodo, nisi illud iustificet, C. de probat. iubemus.
de fide instru. l. fi. in prin. & C. de fal. l. fi. Consuluit tamen vocari e
um: qui ex publicatione lædi posset, vt s.

a Instrumentum. ¶ Vbi post eum pleniùs scripsi ad fi. ii. col. ver. sed quid si tam. Adde Panor. ibi.

b Publicanda sunt. ¶ De hac parte satis scripsi post Inno. & Hostien. eo. tit. c. fin. in j. & ii. col.

c Eodem tit. ¶ §. fi. vltra med. ver. & si testamentum.

d C. ii. ¶ j. soluitur. & sunt quæ sequuntur etiam verba Hostien. & Ioan.

e Quoque. ¶ Fuerat hîc quintum membrum, ver. & quoniam. ff. e.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta possunt, vsquequo sit in causa conclusum, produci.*
Lite contestata, & iuramento de calumnia præstito, potest iudex statuere terminum peremptorium ad producendum instrumenta, quib. sunt partes vsuræ.
2 *Exceptio quandoque impedit litis contestationem.*
3 *Iustificare personam aliud est, & aliud iustificare causam.*
4 *Probationes super principali non sunt ante litem contestatam admittendæ.*
5 *Mentionem faciens in libello, vel positione de aliquo instrumento suo, non alterius, debet illud etiam ante litis contestationem exhibere.*
6 *Iudex, apud quem res agitur, acta publica, tam criminalia, quàm ciuilia, iubebit exhiberi ad inuestigandam veritatem.*
7 *Arbiter qualiter, & quando possit facere fieri editionem.*
8 *Actor interrogatus à reo, an velit vti instrumentis, an possit cogi respondere huic petitioni.*
9 *Oblatio instrumenti procurationis in iudicio dicitur de actis, non tamen tenor instrumenti.*
Factum suum nemo dicitur ignorare.
10 *Medium dicitur colligi per extrema.*
11 *Rescriptum commissionis & procurationis, est in actis inserendum.*
Delegationes & subdelegationes per sola iudicum sigilla probantur.
12 *Originalia semper debent penes iudicem remanere.*

¶ Instrumenta quando sint exhibenda.

5. §. Nunc dicamus, quando sunt exhibenda instrumēta. Et certè vtraque pars exhibere potest ea ante publicationem testium, & post, quandocunque voluerit, vsque-
quo sit in causa conclusum, extrà de fide inst. cùm dilectus. & de
testi. cùm causam. Postquam autē est conclusum, id est renuncia-
tum productioni instrumentorum, & aliis probationibus, induci
non possunt, nec aliquid valet in causa mutari: argu. extra. de cau.
pos. pastoralis. in fi. extra. de testa. cùm venissent. de procu. auditis.
C. de reb. cred. si quis iurisiurandi. nisi noua orirentur capitula ex
veteribus pendentia, in quibus possunt de nouo instrumenta ex-
hiberi, ēt in cā appellationis, sicut & testes noui recipi, ext. de test.
fraternitatis. C. de temp. app. per hanc. vel nisi esset talis psona, cui
bñficiū restitutionis in integrū indulget: putà minor, vel ecclesia
a vt dicemus j. de in int. rest. [a] Quidam autem dicūt, etiam post con
clusionē posse produci. nā cū in cā appellationis, pduci possunt,
melius est ante tempus occurrere, &c. vt C. in quib. caus. in integ
rest. non est nec. l. fin. Alii dicunt aliter: quod dic, vt no. Papa. extr.
b de fi. inst. cū dilectus [b]. sed tu tene, quod prædixi. ¶† Licet autem
1 possint, vsquequo sit in causa conclusum, produci, iudex tamen
statī post litē ꝯtestatā & post iurm̄ de calūnia pstitū pt pfigere ter
minū pemptoriū ad exhibēdū oīa instra, qb. sūt partes vsurę in cā
vt ff.

ADDITIONES.

a Resti. Hucusque Tan. in ver. quando sint.
b Cùm dilectus. ¶ Vbi scripsi super gl. ii.

a vt ff.de eden.l.i.§.edenda.vbi de hoc [a]: & sic sæpe obtinui. Quidã tamen hoc reputant durum, cùm id vsque ad conclusionem liceat, vt prædixi, & secundum eos, licet hoc iudex possit, non tamen facere debet, ff.de iud.non quicquid.ff.de reg.iur.non oẽ.xi.q.i.aliud.de hoc s̃.de dilat.§.videndum.ver. quid si data, & versi. quid
b si datus [b]. ¶†Sed pone. appellans à sententia in causa appellatio-
2 nis offert libellum, & appellato negãte appellatum fore, fit fides iudici de appellatione per publicum instrumentum, de quo petit appellatus copiam sibi fieri prius quam respondeat libello: appellans verò dicit, non debere copiam fieri ante litis contestationẽ: quia illud producit tantùm, vt liqueat iudici appellatum esse, ex-
c tra.de appel.Romana.§.si verò vocatis [c]. & appellantem non calumniosè agere cãm appellationis: quęritur, quid iuris? Et primò videtur, ꝙ debet copia fieri, nec respondebitur priùs. nam talis exceptio impedit litis contestationem, vt dixi s̃.de excep.§. nunc videndum. vers.sed pone, quòd in causa. Item quomodo cognoscetur de meritis appellationis, nisi prius appellatio ostendatur, vt in præ.dec.Romana.& arg.ff.de iure codicil.quidam.extra.de eccle.
d ædifi.ca.pen.in fin.& de re iud.abbate sanè [d]. hoc etiam probatur C.de eden.is apud quem.quæ etiam facit in contrarium. Dic contrà: nam cùm testes & instrumenta parificentur, vtique non sunt producenda instrumenta super principali causa ante litis cõtestationem, sicut nec testes, C.de fide instru.in exercendis.extra. vt lite ñ cont.per totum, & in præ.§.edenda.& C.e.l.fi.& sic obtinuit. nã articulus appellationis huiusmodi est negotiũ principale. Negando tamen esse appellatum, lis est contestata. Idem quoque puto, si dicatur, non esse iustè appellatum, vt s̃.de lit.contest.§.ii.versi.sed nunquid per. Nam in processu de hoc cognoscetur: & tunc demum lite contestata copia fiet: sed ante litem contestatam sufficit iudici fieri fidem, aut ei, qui causam appellationis committit. Idem quoque dicendum est, si à grauamine, vel interlocutoria ante sententiam, vel etiam extra iudiciũ fuerit appellatum. Et hæc obtinent de iuris rigore: æquitas tamen in contrarium suadere vi-
e detur [e]. ¶†Sed pone: peto coram iudice appellationis sententiam
3 contra me latã cassari, vel cassam pronunciari? Respondet aduersarius, exhibe sententiam: ego dico, nõ habeo ipsam scriptam, qa iudex noluit mihi facere copiam, vel quia amisi: quæritur, an appellatus eam exhibere cogatur? Respõdeo, dicit papa, ꝙ sic, vt ex-
f tra.de fide instrum.G.perpetuus.vbi de hoc [f]: & arg.C.de eden.is,
4 apud. ¶†Sed quid: ecce T.cedit mihi ius, & actiones, quas habet contra P. conuenio ipsum P. ipse verò ante litis contestationem petit copiam instrumenti cessionis: & videtur, ꝙ sit facienda: quia personam alterius in iudicio repręsento, ex quo ago ex iure cesso vt patet in his, quæ no.s̃.de procur.§.sequitur videre. Item quamuis resultet, ꝙ actu habeam ius in re, nihilominus tamen agendo ex iure cesso vice procuratoris fungor, vt probatur & no.ff. de ꝓcur.seruum.in fin.& l.seq. Ergo ante litem contestatam est copia facienda, extrà de procur.in nostra.in fi.iii.q. vj. si quis episcoporum.§.exceptio.& not. C.de procur.ita demum. quia sine mandato non debet audiri, ff.de procur.l. j. Contrarium tamen puto, qa ante litis contestationem non sunt admittendæ probationes sup principali, etiam si ego velim: extrà vt lite non contest, per totũ, extrà de iudic.exhibita. Item si fieret copia ante litem contestatã, sequeretur absurditas: quia pari ratione hęres, legatarius, emptor permutator, & quilibet habens causam, vel titulum ab alio, teneretur ante litem contestatam exhibere instrumẽta, quibus huiusmodi causa, vel titulus cõtinetur. quod ridiculum esset dicere: qa sic cognosceret de principali: & ideo tales exceptiones nõ impediunt litis contestationem: & vide s̃.de actore, §.primò.ver. item qui se dicit. Vel dic, ꝙ si ago meo nomine, scilicet vtili actiõe, tũc non cogor exhibere ante litis contestationem: secus si ago directa, scilicet nomine cedẽtis: quia tunc idem iuris est, quod in procuratore, tutore, & similibus: & sic obtinuit, arg.ff.de procu.licet. & sic dom.Clemens papa IIII. visus est sentire. de hoc dixi s̃. de
g actore, ver.item contra prælatum, & seq. versus fin. [g] ¶†Quid si
5 quis in libello, vel positione facit mentionem de aliquo instru-
h mento suo, non alterius [h]: dic, quòd iudex ex officio suo faciet illud exhiberi, etiam ante litis contestationem, vel ante aduersarii responsionem: argum. ff.de eden, l.fi. Nam sine illius inspectione non potest plenè deliberare respondens, arg.ff.de eden.l.j.in prĩ. quod verũ est si habet illud in promptu: alioquin facta fide hoc per iuramentum, procedetur in causa. licet non exhibeatur, & cogetur respondere libello, vel positioni simpliciter: nec tunc in curia Romana admittitur talis responsio: credo. quod ponitur, si appareat instrumentum, vel scriptura, de quo, vel de cuius tenore ponitur: oportet enim cõfiteri simpliciter, vel negare. alioquin per talem responsionem in nullo ponens releuaretur: quia si instrumentum in iudicio exhiberetur, fidem faceret, nec de hoc positionem fieri oporteret. Idem puto si ponat de communi scriptura, quod de propria: secus si de aliena. nam ponens illam non cogitur exhibere: & is, contra quem ponitur, simpliciter cogitur respondere, vt j.§.prox.versi.ex præmissis.& vide s̃. de teste, §. quali
6 ter autem.versi. quid ergo. ¶†In summa nota, quòd iudex, apud quem res agitur, acta publica, tam criminalia, quã ciuilia, iubebit
i exhiberi ad inuestigandam veritatẽ, vt C.de edendo, is apud quẽ [i]. & exponitur ibi, Res, id est, causa appellationis, vt C. de app. nec causas.& l.eos.in fi.vel Res, id est, causa principalis: sed tunc exhibentur acta, quia actor diu absuerat, vt C.de iud.properandum.§. j.& §.& si quidem.vel Res, id est, causa principalis, quæ apud successorem primi iudicis agit, ff.de iu.mortuo.vel loquitur in admi
k nistratore, qui debet ter acta videre, vt C.de iud.authen.ad hæc [k].
7 ¶†Sed nunquid arbiter faciet fieri editionem, secundum formã præd.l.is apud quem? Respondeo, non videtur: arg.ff. de arbitris, non distinguemus.§.de officio. Ar.contrà, ff.eo.non ex omnibus.
l §.sed & contumacia [l]. ¶†Quid si actor interrogetur à reo, an velit
8 vti instrumentis: & si velit, dicit, quòd ea debeat exhibere, nunqd actor est cogendus huic petitioni respondere? Videtur, quòd sic: nam si voluerit vti, & exhibere, sciet reus, an velit vti suis: & æquitas debet ad hoc iudicem mouere, ff.de inter.act.vbicunque.& argu.extr.de dolo & contum.prout. Econtrà videtur, vt s̃.de posit. §.6.ver.hoc autem.& quia nondum deliberauit actor. an velit vti eis: ideoque debet habere tempus ad deliberandum, ff.eo. qui interrogatur. fortè enim ignorat, an sibi prosit, C.de prob.ad probationem dominii. Sed dicunt quidam referre, an ex facto suo conueniat, vt tunc respondere cogatur, cùm non debeat factum suũ ignorare, vt C.de rei ven.quisquis.& potuit de liberasse cum peritis, vt in iii.q.iii.c.induciæ.§.spatium.ver.ei autem. & C. de ing. & ma.si auiam.an ex alieno: & tunc non, ff.pro socio, l.fi. vel saltem habebit tempus ad deliberandum, vt s̃.secundum Papam. P.verò dicit, non debere respondere. nam & post sententiam poterit falsum dicere, si voluerit, C.de fide instru.l.fin.C. ad l. Cor. de falsis,
9 querela. ¶†Illud autem scias, quòd quando instrumentum procurationis, vel huiusmodi, offertur ĩ iudicio, licet oblatio ipsa de actis sit, non tamen tenor instrumenti. Vnde nisi aliàs solenniter publicetur, oportet semper originale ostendi, secundum Innoc. extra.de fide instrum.c.i. Alii verò aliter dicunt, & maximè post litem contestatam, arg.ff.de procur.Pomponius.§. rati. Ex quo autem instrumenta coram iudice, vel alio de ipsius mandato, & parte præsente sunt producta, & exemplata. ex tunc non cogitur ad editionem originalium, ad quam raro agi potest: sed solùm acto-
10 rum, ad quã semper agi potest, vt j. dicetur. † Prima enim sic originalia instrã trãslata sunt in acta, s̃.§.ostenso. ver. vidimus.& seq. Idẽ ẽt ẽ, si ñ sunt exẽplata, sed in actis ꝯtinet, talis ꝓduxit instrumẽtũ quoddã, qđ sic ĩcipit, & sic finit. ex tũc eñ instrũm illud, seu ipsius tenor inter instrumẽta cẽsetur. nã per extrema colligitur mediũ, vt xxviij.

ADDITIONES.

a Vbi de hoc. ¶Et ibi de hoc tenet Gui.de Suz.vltra iura ĩ remissionibus alleg.inducens l.ff.de hære.inst.si quis instituatur. §. item si conditioni.ibi, vt nisi intra certum tempus, &c.& similis tex.habetur ff.de bon.auct.iu.pos.l.iiij.allegat etiam ff.de cur.bon.dan. l. j. & C.de inoffic.scimus.§.fin.& idem scripsi in authen.si quis in aliquo.C.de eden.facit secundum prædicta de rest.spol.frequens.§. solet.lib.vj.facit etiam ad prædicta l.si ea.C.qui accus. non pos.& quod ibi no.ADDE videndum Innocen.in cle.sæpe.de verb.sig.& vide Rotam decis.cxlvii.in antiquis.

b Si datus. ¶Ibi de remis.ad cle.sæpe.& ibi no.

c Vocatis. ¶lib.vj.

d Abbate sanè. ¶lib.vj.

e Videtur. ¶Hoc dictum scripsi in præ.§.si verò.in glo.quando appellatus.vide quod scripsi de probat.c.j.in glo.si quæritur.ver.dixi, quòd aliud est iustificari personam, aliud est iustificare causam. ADDE, quòd Spe.dictum commendat etiam Bal.in l.j.§.j.ff.de eden.& vers.seq.adde vltra no.in d.l.is apud quem.Fede.cons.ccii. incip.audiui.

f Vbi de hoc. ¶Et ibi scripsi super verbo, communium. ADDE versic.seq.Lap.alleg.& Pau.de Cast.An.Bar.Alex.in d.l.is, apud quẽ.

g Finem. ¶Et per ibi scripta vides, quòd legitimare causam suam quis non cogitur ante litis contestationem, sed personam sic, vt etiam scripsi de prob.c.i.in vltima gl.

h Alterius. ¶De hoc scripsi post Innocen.de prob.c.i.

i Quem. ¶Et ibi totus iste ver.in j.gl.

k Ad hæc. ¶Vt extrà de offi.dele.super quæstionum.§.intentionis. vers.non obstante.

l Contumacia. ¶Vide, quod ibi no.in gl.quomodo.

vt xxviij.dist.qa.ff.de hære.inst.l.sed & si.§.solemus.Vel dic,vt j.§. prox.ver.j.præmissa probantur extrà de proba.quoniam contra.
11 ibi,instrumentorum productiones.†Per vnam decr. dicunt quidam, quòd rescriptum commissionis & procurationis, & huiusmodi,inserenda sunt in actis:quod licet tutum sit,si tamen non fiat post litem cõtestatã,non habet necesse probare mandatũ procurator, ex quo vsque ad litis contestationem admissus est, vt in præ.§.rati.Nec iudex commissionem sibi factam, vt no secundũ
a Papam,extrà de elec.statuimus [a].& de offic.iud.deleg. cùm in iure.Vel dic,&meliùs,quòd bene oportet probari rescriptum commissionis,& procurationem in iudicio exhibitam,& in actis redactam,scriptam & publicatam fuisse: non tamen oportet originalia, monstrari, nec tenorem eorum probari:secus si non sunt in actis scripta,vt in præ.c.quoniam contra.Sufficit enim in actis cõtineri,ꝙ talis exhibuit coram tali iudice parte præsente, quoddã rescriptũ apostolicũ per procurationem suam:nec est necesse inseri tenorẽ. Eorum delegationes autem, & subdelegationes debent scribi,vt in præd.c.quoniã cõtra.& s̃.de rescri. præsentatione,§.primo.ver.sed obiicitur.& seq.& sufficit ibi dici hæc subde-
b legatio scripta fuit per tales, Alij dicunt,& hoc obtinuit [b],quòd delegationes & subdelegationes probantur per sola sigilla iudicum.vt extr.de offi.deleg.prudentiam.in princ.non enim cẽsentur acta,cùm fiant sine causæ cognitione,&partibus pręsentibus, vt s̃.de probat.§.videndum.ver.sed nũquid.Nec obstant his,quæ
c dicta sunt in prædicto §.rati.[c] ¶†Et scias,quòd si pars aliqua re-
12 petit instrumentum procurationis, vel aliud à se in iudicio exhibitum,aut illud est speciale ad causam illam,ĩ qua exhibuit:& tũc sibi non restituetur,cùm originalia debeant penes iudicem remanere,vt s̃.de testi.§.publicatis in prin.repetere non potest.aut est generale etiã ad alias causas:&tunc æquum est sibi originale restitui, copia illius penes iudicem remanente, vt eo in aliis casib. vti possit,vt probatqr in his,quæ no.s̃.versi. illud autem.meliùs.s̃.§.
d ostenso.ver.& hoc pleniùs.ibi,similique modo [d].

ADDITIONES.

a Statuimus.¶libr.vj.vt ibi in gl.no.ibi,vbi enim.
b Obtinuit.¶Vt scripsi in præd.decr.quoniam.in gloss.no.ex quo vers.alij dicunt.
c Rati.¶Constat enim,ꝙ litis contestatio est de actis.Item,quòd ꝑ eam procurator factus est dominus litis: & de hoc latiùs vide in gl.præd.ver.obstat.
d Modo.¶Vtrùm aũt debet eligere producens testamentũ ante litis,contestationem,an verò illo vti,tanquam testamento,dic, vt j̃.§.compendiosè.ver.&no.& seq.

SVMMARIVM.

1 *In instrumentorum exhibitione iudici facienda qualiter sit procedendum, & qua forma tabellio vti debeat.*
2 *Scriptura notarij de quibus dicatur specificare.*
3 *Instrumento volens sine pœna vti,quibus verbis vtetur.*
4 *Tabellio an,& quando sit cogendus rogationem exhibere.*
5 *Instrumenta producere volens quid agere debeat.*
Diuersas scripturas producens sibiipsi dicitur præiudicare.
6 *Scripturæ,vel probationes non sunt in transcursu faciendæ,nam celeritas in iudicio improbatur.*
7 *Appellatio legitima dubiam reddit quæstionem.*
8 *Papa iudicibus mandante in causa eis commissa vt procedant iuxta priorum continentiam literarum, an primis literis non apparentibus,sit procedendũ.*
9 *Exhibitio parti in iudicio qualiter sit facienda.*
10 *Instrumentorum omnium,quibus vtitur quis in iudicio pro se,debet etiam fieri copia aduersario contra se.*
11 *Actor an ad suam intentionem fundandam petere possit à reo instrumenta sua propria,quibus non est vsurus.*
12 *Producente aliquo instrumentum,quod contra se est,si aduersarius voluerit se eo iuuare,producens autem dicit se per errorem produxisse,an producenti nocere debeat.*
13 *Instrumentorum editio qualiter parti sit facienda.*
14 *Iudice præsumente falsitatem malitiosè opponi,an opponens cogi possit ad pœnam extraordinariam seipsum obligare.*
15 *Aduersarius videns quòd dies non edatur,si ponat, quòd instrumentum die certa fuit confectum,an producens teneatur de hoc respondere.*
16 *Editio instrumenti tribus modis petitur.*
17 *Instrumentorum genera sunt multa.*
Instrumenta hæreditaria,cùm sint communia, debẽt inter cohæredes exhiberi.
18 *Ponente aliquo instrumenta patris sui esse in arca alterius, an iudex ad talem petionem ex officio suo iubere possit arcam talem aperiri.*
Pro seruo fugitiuo rimari possunt etiam cubicula senatorum.
19 *Producens instrumentum diuersa pacta continens,an possit per aduersarium cogi totum,vel in parte edi.*
20 *Instrumento continente,quòd solutio fieri debeat vsque ad sex menses,quo modo per huiusmodi editionem possit sciri,an aliquid debeatur,vel non.*
21 *Instrumenta si petantur exhiberi lite pendente,tunc iudex in omnibus casibus iubebit ea exhibere.*
22 *Editio instrumentorum diuersimodè fieri potest.*
23 *Editio instrumentorum fieri debet præsente iudice,vel alio ab eo deputato,& in loco tuto.*

¶Instrumenta qualiter exhibeantur.

6.§. Videndum restat,qualiter instrumẽta exhibeantur. Et quidem sciendum est,ꝙ aut
1 loqueris de exhibitione facienda iudici,aut de faciẽda parti.† Siquidem de faciẽda iudici,sic procedas:veniens enim ad iudicis ꝑsentiam cum tuis instrumentis in termino tibi ad hoc assignato, dicẽs ei:Domine,ad probãdum de iure meo produco vobis hæc instrumenta mea pro veris, & publicis in causa tali quam habeo cum tali coram vobis.Et tunc iudex ea recipiat,seu per notarium suum recipi faciat:tabellio verò scribet hoc modo:
¶FORMA.Die tali talis exhibuit in iudicio tale instrumentum, manu talis notarij scriptũ ĩ cã tali,purà ꝓcuratoriũ,vel instrumẽtũ tutelæ,seu curæ,vel emptionis,& huiusmodi. Et si scribat horã exhibitionis.id approbo pp multas calũnias vitandas,quas plerũque occurrere vidi.Quòd si fortè iudex,vel tabellio sit tibi suspectus,consulo,vt tibi retineas exempla ipsorum instrumentorum,ne quid machinari valeat falsitatis,vel,qđ melius est notarius ea transcribat,vel saltem principiũ,& finẽ cuiuslibet instrumẽti:& reporta,si potes,originalia tecũ.posset enim,sicuti iam contingit,ea,malitiosè occultare,& negare te produxisse: nec posses probare tenores ipsorũ,nisi ipsorum transcripta,vel principium & finem retinueris. Cautela enim prodest.l.dist. presbyteros.63. dist.quanto.extrà de elec.licet.& c.bonę.Quidam autem nouitij aduocati faciũt simpliciter scribi,quòd ipsi quatuor,aut quinque instrumenta producunt ad suam intentionem probandã:& post
2 secum illa reportãt.¶†Quid ergo erit,si eo asserente per instrumenta producta suam intentionẽ plenè fore fundatam:altera vero pars negat illa fuisse producta,quia scriptura notarij nõ magis specificat de illis,q̃ de aliis instr̃is,sed dicit simpl̃r,quatuor.aut qn
a que?Certè obtinuit [a] scripturã hmõi non probare illa fuisse pro-
3 ducta:& vide j̃.ver.item nota.¶†Quòd si velis sine pœna vti in-
b strumento,quod falsum dicitur,dices sic [b]:Ego talis dico,& protestor instrumentum tale,quo vtor,factum manu talis notarii,verũ & verax esse,sed si apparuerit esse falsum,tũc nolo eo esse vsus. & perinde esse volo,ac si vsus non fuerim:arg.ext.de cri.fal.ad falsariorũ.Et si aduersarius dicit,Certifica me,an velis eo vti,vel nõ tenetur:sed põt sic ꝓtestari:arg.C.de exce.si quidẽ.ff.de no. ope. nũ.de pupillo.§.si quis ipsi pretori.Nam ex vi talis protestationis si appareat postmodũ verum esse, poterit eo vti, & habebit effectũ ex virtute huius dictionis. Tunc,q̃ extremũ tempus significat ff.de condit.& demonst.l.quarta,§.fi.& de vulg.substi.in substitutione. secus si sic simpliciter diceret,nolo eo vti: quòd tunc non posset eo vti aliqua ratione,C.de fide instrum.si aduersarius.& ad
4 leg.Cor.de fal.si falsos codicillos. ¶†Et nota, quòd tabellio cogendus est rogationẽ exhibere,cũ necesse fuerit,recepto tamen
c cõpetẽti pretio pro labore:arg.ff.de eden.argentarius. in princ.[c] ¶†Item

ADDITIONES.

a Obtinuit.¶Per Aeg. vt ipse refert,vbi s̃.&totum,quod præcedit, est de ipsius mente,vel verbis.& scripsi de prob.c.j.in gl.no.quòd ex quo.in prin.post Inn.& Host.
b Dices sic.¶secundũ Gui.de Suz.super auth. si qs in aliquo. C.de eden.&vide j̃.§.instrumentum.ver.item opponitur,quòd aduersarij.quod & ibi scripsi.
c In prin.¶Vbi hoc not.Acc.Et per hæc verba Acc.& auctor vidẽtur velle,ꝙ rogatio, vel protocollũ probet.ꝓ quo dicto facit,qa omnia illa habet,q̃ habere dèbet instrumentum,& plus:quia ipsa rogatio est origo & fons,vñ sumitur instrumentum:& sic plus illi credendum,ix.dist.vt veterum.& quod ibi nota.& 76. dist.ieiunium.C.de eden.l.pen.& auth.si quis.Sed Nic.contradicens protocollum esse principium instrumenti nondum completi, vnde nisi compleatur,pro nihilo est,arg C.ad Silla.l.pen.in fi.dat simile de testamento,& de sententia,quæ nondum completa,licet scripta,nihil probat.Patet primum ff.de testa.si is q.& l.ex ea.Secũdũ C.de sent.ex breuic.recit.l.j.& videtur,fm eos,casus C.de fide instru.cõtractus.in prin.ibi,non aliter vires habere,quàm si in mundum.&c.& sequitur,vt nulli liceat prius quàm.&c.Et licet ibi loquatur de contractu in scriptis,quo ad substantiam obligationis, idem tamen dicendum de alio, quo ad substantiam probationis, ex identitate rationis,C.de constit.pec.l.fi.de confir.vti.vel inuti. cùm dilecta.& facit,quod not.C.de testa.l.j.& ij.bene facit ad prĩcipale dictum,de elect. ecclesia vestra. ADDE ad hoc videndum Pau.de Cast.cons.ciiij.& omnino vide,quia pulchrè casus incipit ad primum.

5 ¶†Item nota, quòd cùm volueris istrumēta producere, lege ea, & perlege diligēter, & vide, an faciant contra te. nam si producis diuersas scripturas, tibi imputatur: & dicere poteris,

Heu patior telis vulnera facta meis.

C. de fide instr. scripturæ. extrà eo. imputari. Si autem pro te videris facere, ostende ea iudici, cui fides est facienda, nō hosti. C. de ꝯdict. ob tur. causam, l. j. extr. de rescri. inter ceteras. ff. de prob. quin
6 quaginta. ¶†Item nō exhibeas ea, vel aliquam probationem in transcursu: sicut quidam faciunt miseri aduocati: quod si fiat, non videbitur fuisse factum, C. de contrahen. stip. l. optimam. Celeritas enim improbatur: quod dic, vt s. de aduo. §. hic docēdum. ver. cùm aūt. Alij etiam in termino dato ad probandum, & ad instrumenta præsentanda & ostendenda, portant plenū saccū de chartis, ea non distinguendo: & sic non potest sciri, de quibus sit parti
a copia facienda: vnde nō videtur valere talis præsentatio [a], arg. ff. de iniur. item apud. §. hoc edictum. ff. de bonis auctor. iud. pos. l. fi. ff. si quis cau. l. ij. §. quæsitū. Ar. tamen cōtrà, quòd valeat, C. de anna. excep. l. fi. ibi. huiusmodi narratione, &c. C. de præscri. xxx. vel xl. an. omnes. s. de quadri. præscri. l. ij. C. cōmunia præ. in tradēdis.
b s. ver. primo [b]. ¶†Sed pone: ecce appellatum est à iudice delega
7 to: huius appellationis causa tibi commissa est, ita vt si inueneris
c ritè appellatum [c], procedas in causa secūdum formam prioris rescripti: quæritur, an ille delegatus debeat tibi mittere bullam, vel sufficiat trāscriptum per manum publicam? Respondeo: no. Ioā.
d de Deo in quæst. suis [d], quòd primus iudex non tenetur mittere bullam, cùm super hoc lis pendeat, & appellatum sit: si tamen dubites, debet ille tibi per suas literas fidem facere, vel per publicū
8 instrumentum, extrà de prob. c. fi. ¶†Sed quid: ecce papa sic mādat iudicib' in causa eis commissa procedere nō obstātibus, Procedatis iuxta priorum continentiam literarum, vt extrà de iudic. quia V. primæ autem literæ non apparent, quamuis constet eos ipsas habuisse, sed postea fortè periisse: quæritur, an poterunt procedere? Respondeo: dic, quòd non, nisi fortè prima priùs appareat, ar.
e extrà de fide instrum. c. j. vbi de hoc [e]: xxv. q. ij. c. scimus. C. de edē.
9 auth. si quis in aliquo. vel nisi probetur tenor prioris. ¶†Porrò [f]
f si quæras de exhibitione parti faciēda, illa hoc modo fiet: recitentur enim instrumenta à iudice, vel ab eo, cui ipse deputauerit, parte contraria audiente, quæ sibi copiam postulet: instrumentū nō tradatur eidem ad transcribēdum, sed per notariū, vel per duos viros idoneos ad hoc deputatos transcribatur, & exinde parti aduersæ copia fiat. Quòd si super vno tantùm capitulo de priuilegiis, seu instrumentis quæstio fuerit, illud solum recitetur, & trāscri
10 batur, & parti aduersæ copia fiat, extrà de fide instr. ꝯtingit. ¶†Illud autem certo certius est [g], quòd omnium instrumentorū, qui
g bus quis in iudicio vtitur pro se, debet etiam fieri copiā aduersario contra se, ff. de eden. l. j. §. edenda. C. eod. titul. is apud quem. & xlv. dist. qui syncera. ibi, ex eorum codicibus, &c. quod locum ha
11 bet tam in actore, quàm in reo. ¶†Veruntamen actor non potest petere ad suam intentionem fundandam à reo instrumenta
h sua propria, quibus non est vsurus, extr. de prob. ca. j. [h] C. de testi. nimis. C. de eden. l. fin. in fi. 4. q. 3. c. si testes. §. item qui intendit. nisi sint communia. nam illa petere potest, vt ff. de edē. si quis ex argentariis. ff. de iure fisc. in fraudem. extrà de fide instr. G. perpetuus. Reus verò potest petere ab actore sua propria instrumenta ad probandam suam exceptionem, C. de eden. non est nouum. & similiter actor à reo ad suam replicationem probandam, C. eod. l.
i fin. in fin. & iam dicam. Azo & Vinc. [i] dicunt, quòd nec actor reo, nec econtra, cogitur edere instrumentum, nisi quo in iudicio est vsurus: vt sunt attestationes, & acta, vt in prædi. §. edenda. de hoc
12 not. Insti. de inuti. stip. §. item verborum. ¶†Quid si aliquis produxit instrumentum, quod contra se est: & aduersarius vult se eo iuuare: producēs aūt dicit se per errorē produxisse: quare sibi nocere non debet, arg. pro eo, ff. de iudi. l. ij. nam & pœnitere potest, ff. de rei vend. is qui se. ff. de in ius voc. quamuis. C. ad l. Cornel. de fal. si falso. Sed dic, quòd non iuuat se errore. nam potuit deliberare, extrà de fide instru. imputari. C. de act. & obl. sicut. ff. de iur. & fac. ignor. regula. §. sed iure, ff. de bonorum possess. l. in bonorum. item ad hoc, C. de tem. in integ. rest. petendæ. Ex quo enim veri
k tas est, secundum eam conuenit iudicari, C. de eden. is apud [k]. 8.
13 distinct. qui contempta. & vide s. de positio. §. 8. versic. j. ¶†Facienda est autem parti instrumentorum editio sine die & consule: id est, sine publicationibus instrumenti: de quibus dixi s. §. breuiter. ne detur materia fabricandi falsum, ff. quemad. test. aper. l. j. & ff. de eden. l. j. §. editiones. & §. edenda. quod qualiter fiat, dixi s. §. ostenso. vers. si verò fuerit. nisi is cui editur, petat sibi diem edi ad intentionem aduersarii elidēdam per exceptionem, vel replicationem: quoniam tunc edendus est sibi dies: arg. C. de eden. l. fi. & l. non est nouum præstito ab eo primitus iuramento, quòd non calumniæ causa id postulat, vt ff. eo. si quis ex argentariis. §. exigitur autem. vel nisi velit illud instrumentum de falso arguere. quoniam tunc præstito iuramento, quòd existimat se posse illum de fal
l so arguere, & facta legitima inscriptione [l], edendus est ei dies, & omnia, quæ in instrumento continentur, ff. de eden. si quis. §. exi
m gitur. C. de fide instru. l. fi. [m] C. de contrahen. stipul. optimam. Inst. de inutil. stipul. §. item verborum. & contra illud, quicquid voluerit, probabit: cōtra quas etiam probationes pars altera, quod voluerit, probabit, extrà e. c. tertio, C. de in integ. rest. petendæ. Qualiter autem probetur falsitas, dixi s. de prob. §. fi. in fin. & vsque ad quod tempus, j. de sentētia, §. quoniam. ver. & nota, quod debet etiam tunc fieri copia originalis, seu authentici sigilli, & subscriptionum, & signorum, extr. eod. inter dilectos. Sed quod iam dixi de inscriptione, non habetur in vsu, quo ad pœnam ordinariā: & bene, cùm tunc non agatur ad pœnam ordinariam infligendā, sed vt ei fides non adhibeatur: extrà de ord. cog. c. ij. in fin. cum su
14 is concord. ¶†Veruntamen si iudex præsumit, quòd malitiosè falsitas opponitur, coget opponentem se ad pœnam extraordinariam obligare, si defecerit in probando: & sic seruamus. Si autē etiam in principio causæ peto ostendi mihi instrumentum productum, vt videam, an sit verum, vel falsum, facienda est editio: tamen sine die & consule, vt quidam dicunt, nisi cùm nomine fisci agitur, ff. de iure fisc. nec quisquam. Sed & communia instrumenta, putà literę apostolicæ, rationes, & acta iudicij, & similia, debent integrè cum die & consule edi, vt extrà de rescri. eam te. cum suis concord. & in præd. l. optimam. & in præd. §. item verborum. ff. de eden. l. j. §. rationes. C. eo. l. ij. extrà de fide instru. c. j. & c. G. perpetuus. & de probat. quoniam contra. vbi de hoc, & j. ver. ex præ
15 missis. ¶†Quid si aduersarius, videns quòd non editur dies, ponit sic, Pono, quòd instrumentum die tali fuit confectū, nunquid tenetur producens respondere? de hoc s. de teste, §. qualiter. vers.
16 quid ergo. ¶†Et nota ex præmissis, quòd tribus modis petitur editio instrumenti. ¶Primo, vt actor fundet intentionem suam ex instrumento rei, vel reus exceptionem suam ex instrumento actoris: & tunc non cogitur quis edere, si ipse nō vtatur, vt s. ver. illud autem. ¶Secundo, quando vtitur: nam tunc editur, vt videatur, an aliquid sibi possit opponi. Exhibetur tñ tūc sine die & ꝯsule, ne detur

ADDITIONES.

a Præsentatio. ¶Nota, quia loquitur auctor de illo, qui præsentauerat, & produxerat saccum. hoc dico. Gui. de Suz. super authen. si quis in aliquo. C. de eden. in fi. format quæstionem, quæ de facto fuerat de illo, qui portauerat saccū, & aperuit corā iudice: aduersarius eius dicit iudici, ꝙ reciperet saccum, & inueniret ibi tale instrumentum falsum: quod iudex fecit, & sic inuenit, & puniuit illum: ipse dicit iudicem malè fecisse, ex quo non produxerat: cū aliorum instrumentorum inspiciendorum potestas dari non debeat, vt dicit l. qui accusare. eo. titu. de eden. inducit etiam l. j. ff. e. titul. §. edenda. ad hoc facit, quod not. infrà. versicul. pone, instrumenta.

b Versi. j. ¶De facto seruatur, quòd recipitur talis productio, si fiat simpliciter: si verò dicat se ex illis illa producere, quæ faciant ad causam, non recipitur, nisi iusta causa subsit, vt iam dixi: putà quia ponderata breuitate termini & distantia loci, de qua portata sunt instrumenta: fortè hæreditaria, non potuerūt discerni pertinentia: bene tamen faceret iudex, si terminum prorogaret, vt discerni possent, & produci ad rem spectantia, & illa solùm.

c Appellatum. ¶Procedit ergo quęstio, aut sit dubia post legitimā appellationem.

d Suis. ¶l. j. q. xxij.

e Hoc. ¶in gl' secunda. ADDE, quod consuluit Roman. cons. 336. quod si papa mandat alicui, vt iuxta tenorem dictarum sententiarum executionem faciat, quarum tenor inseratur in bulla, quòd per hoc non visis originaliter sententiis non potest facere executionem.

f Porro. ¶Hîc incipiūt verba Tancredi, vbi s. ver. hoc modo. & durant vsque ibi, C. de contrahen. dempta illa parte Azonis & Vin. & sequenti ver. quid si. qui fuit additio.

g Est. ¶Tancr. dicit. & nota, quòd omnium, &c.

h Probat. c. j. ¶vbi de hoc.

i Vin. ¶qui de hoc not. c. G. perpetuus. eo. tit.

k Apud. ¶Secundū Gui. de Suz. cuius fuit ille vers. qui fuit additio in auth. si quis in aliquo. C. de edē. & quæst. pen. vbi eam pleniùs prosequitur. ad hūc autē finem alleg. etiam l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsi. ADDE, videndū Bal. in l. j. C. vt quæ desunt. vel quæ ibi posuit post Bart.

l Inscriptione. ¶Vide, quod statim subdit: & hoc non posuit Tan.

m Instru. l. fin. ¶Secundum Tan.

ne detur materia fabricandi falsum. ¶Tertio vt de falso accuset: & tūc cum die & cōsule editur, quæ dic, vt s̄. ver. facienda. Petuntur etiam aliis modis instrumēta edi, id est tradi, per varia genera actionum, vt ȷ̄. ver. prox. Prædictis autem tribus modis petuntur

17 edi, id est demonstrari. ¶† Ex præmissis etiā collige, quòd instrumentorum quædam sunt rationes, vt sunt scripturæ, quas faciūt mutuatores de pecunia mutuata: & hæc edenda sunt aduersario, ff. de eden. l. j. §. editiones. & l. argentari⁹. & l. si quis. & l. prætor. in princ. Quædam priuata, scilicet quę continent priuatam alicuius vtilitatem, ȷ̄. §. prox. ver. priuatam. de quibus dic, vt s̄. ver. illud autem. Quædam forensia, de quibus ȷ̄. §. satis. Quædam sunt publica, vt acta causæ, ȷ̄. §. prox. in princ. & hęc peti possunt exhiberi, vt extrà de prob. quoniam contra. & s̄. ver. illud. Quædam sunt communia, & instrumenta continentia limitationem parochiarū, vel prouinciarum. Itē instrumenta hæreditaria, & huiusmodi: & hæc edenda sunt, ff. fami. ercisc. si quæ sunt. extrà de fide instru. C. perpetuus. Potuit enim ibi esse commune instrumentum, quia cōtinebat obligationem decimarum factum vicario, & priori. Instrumēta ergo hęreditaria, cùm sint communia, sunt inter cohæredes exhibenda, vt in præ. l. si quæ sunt. & C. de eden. l. procurator. Et testamenta etiam sunt communia: & ideo exhibenda sunt inter cohæredes, & legatarios, vt ff. de fide instru. l. fi. & de hoc ȷ̄. §. cōpendiosè. ver. sed quæritur, an. & seq. Et instrumenta tutoris, & curatoris, & procuratoris, & negotiorum gestoris, per actionem tutelæ, negotiorum gestorum, & mandati, eduntur, ff. de eden. quędam. & idem in actis, & literis, vt s̄. ver. sed & communia. Hæc autem instrumenta dicuntur communia, quia communiter fiunt, ꝓ cautione plurium, ff. eo. pretor. §. j. Dicuntur etiam communia instrumenta, quę cōmuniter pluribus à tabellione, vel à quocunq; alio, cuius sunt assignantur, Vnde si in instrumento contineatur communis cautio duorū, videlicet quòd tibi vendidi domum, & caui tibi de cautione: tu verò ꝓmisisti mihi soluere pecuniā certo termino: si quidem ego redemero instrumētum à tabellione, non cogar tibi copiam facere: arg. extrà de prob. c. j. sed tabellio, qui illud confecit, ad preces vtriusq; cogitur exhibere. Idem etiā puto, si haberem protocollum notarij, cùm & illud sit commune ita enim rogatum est pro te, sicut pro me: ideoq; illud cogar exhibere: arg. in præ. l. prætor. §. j. Idem quoq; videtur in actis, & instrumentis hæreditariis, & aliis communibus, scilicet quòd vno exemplaria à notario redimente, illa nō cogitur exhibere, sed originalia tantum, quæ communia sunt, & inuicem exhibenda. Alij

a autē dicunt, & bene [a], ꝙ acta, & rationes, & instrumēta tutoris, & curatoris, & negotiorū gestoris etiā ꝓpria, quisq; cogitur exhibere: arg. præ. l. prætor. & C. eo. tit. l. ij. & præcipuè iudicis officio, nisi iusta causa ipsum mouerit: forte quia actor amisit sua instrumēta, & etiam originalia sunt deperdita, C. eo. l. j. ff. eo. si quis. §. prohibet. vel actione ad exhibendum, ff. ad exhib. l. iij. §. pen. Alij contrà. Magna autem causa debet iudicem mouere ad cogendum aliquem instrumenta sua aduersario exhibere, extr. de prob. c. j. vt s̄. §. prox. versic. in summa. alios verò facilius exhibere coget, vt in

b præ. l. fi. ff. ad exhib. l. ij. §. pen. [b] ¶† Pone: instrumenta patris mei

18 dicuntur esse in arca tua inter tua instrumenta: quæro vtrum iudex ad petitionem meam ex officio suo faciat arcā aperiri: & hoc per se, vel per aliū inquiret? & videtur, ꝙ sic. nam & pro seruo fugitiuo rimari possunt cubicula senatorum, ff. de ser. fug. l. j. & l. diuus. Item in plerisq; casibus mihi tribuenda est facultas inspiciendi domum, vel arcam tuam, vt ff. ad exhib. thesaurus. & l. iij. §. si qs noxam. ff. de oper. no. nunc. non solùm. §. sciendum. ff. de off. prę. congruit. ff. de do. l. quod agit. & C. de his, qui ad eccles. confug. l. præsenti. Iudex enim, quibus modis potest, debet inquirere veritatem, ff. de iur. fis. in fraudem. xxx. q. vlti. iudicantem. Dic contrà: nisi aliquas probationes adducerem, quæ dictum meum verisimile reddant, vt putà quia fuit tutor meus, vel negotiorum gestor. Ratione enim præsumptionis permittitur, quod aliàs non permittitur, C. de quæst. l. j. C. ad l. Cor. de fal. sicut falsi. Non est enim cogendus aliquis edere, nisi ea quibus est vsur⁹ in causa, ff. de edē. l. j. §. nec quisquam. Imò potes prohibere, ne intrem domum tuā,

c argu. ff. de iniur. iniuriarum. in fin. ff. de serui. rust. prædio. l. diuus [c].

19 ¶† Quid si produco instrumentum diuersa pacta continens, siue plura: volo eo vti tantùm pro vnico pacto: petit aduersarius totum edi, excepto die & cōsule, vt ff de eden. l. j. §. editiones. ego dico, nolo aliis partibus vti: vnde non debet tibi fieri copia, vt in ea. l. §. edendo? Respondeo: non debet fieri copia, nisi de capitulo

d quo quis vsurus est, extrà de fide instru. contingit [d]. quia sunt tot

20 stipulationes, quot sunt res, ff. de verb. obl. pluribus. ¶† Sed cum die, qua solutio facienda sit, vt sciatur, vtrum stipulatio sit efficax ad agendum, vel non, licet dies conscripti instrumenti nō sit edēdus, vt in præ. §. editiones. Pone, in instrumento cōtinetur, quòd solutio facienda est vsque ad sex menses. quæritur quomodo per huiusmodi editionem scietur, an pecunia debita sit, necne: cùm ignoremus, vtrùm sex menses elapsi sint, ex quo dies conscripti instrumenti ignoratur. Super hoc dicunt quidam, præ. §. editiões. intelligendum esse simpliciter, prout sonat: & toleratur hæc absurditas ad hoc, vt maior euitetur: quæ esset, si fraus edito die cōmitteretur. vel dic, quòd aut est terminus vsque ad sex menses, & tunc dies conscripti instrūmēti edi debet: aut vsque ad Pascha: & tūc secus, quia etiam sine eo, id est sine editione diei, in quo istrumentum scriptum est, apparere potest, vtrùm pascha sit elapsum, vel non: & de proximo pascha intelligi debet, vt ff. de verb. oblig. cum qui calendis. Ia. dixit simpliciter, quòd dies conscripti instrumenti non est edenda parti, sed iudici sic, vt per hoc sciat qualiter

21 debeat sententiam formare. ¶† Et nota, quòd si lite pēdente petuntur instrumenta exhiberi, iudex in omnibus casib. mediante suo officio pedissequo exhibere iubebit: sicut super lite iuberet ea exhiberi per actionem, vel per officium, quod vicem obtinet

e actionis, secundum Papam [e], vt iam dictum est. ¶† Hoc quoque

22 prætereundum non est, quòd editio instrumentorum fit quandoque per actionem ex testamēto, quæ datur contra hæredem, vt exhibeat instrumentum rei legatæ, & præsertim si & ipsum instrumentum legatum sit, C. de fi. inst. instrumenta. C. ad l. Fal. si ꝓdiorum. Emptor quoq; agit cōtra vēditorē actione ex empto, vt rei venditæ exhibeat instrumenta. ff. de ac. empt. Titius hæres. Et idem dici potest in omni contractu, in quo de euictione contra actorem actum est, vt in eodem casu actio ex cōtractu pro instrumentis edendis proponatur. Item in alio casu, vt C. de lib. causa, si cut datam. Item debitor soluto debito agit contrà creditorē cōdictione sine causa, vt edat & tradat instrumenta: & hoc, si erant propria creditoris: quia ipse satisfecit tabellioni pro illis, vt C. de cond. sine cau. l. dissolutæ. Sed si erant debitoris, scilicet quia ipse soluet et ea, tunc aget actione ad exhibendum. C. ad exhiben. l. fi. Item hæres agit contra hæredes familiæ erciscundę iudicio, vt exhibeant cautionem, vel instrumentum, vel tabulas ad fidem rei gestę faciendam. nec enim sufficit exemplum ostēdere, C. de edē. procurator. & auth. ibi posita, extr. de fid. inst. c. j. ff. fam. erc. cæteræ. §. fin. l. si quæ. & l. Pomponius. Item etiam socij socio per actionem pro socio, & procurator per actionem mandati domino: & tutor per actionem mandati, tutelæ, pupillo: & curator adulto per actionem vtilem negotiorum gestorum, & per directam à spontaneo gestore coguntur exhibere & tradere. Idem & in argentario, qui per actionem in factum cogitur edere rationes. Et idem in tabellione, qui ei similis est, ff. de eden. quædam. respon. j. & §. fin. Item per interdictum de tabulis exhibendis ab eo, qui negat se tabulas habere, vel exhibere debere, vel per edictum quemadmodum testa. aper. si fateatur se tabulas habere. nec prætendit, cur non exhibeantur, ff de tab. exhib. l. j. ff. quemad. tes. aper. l. 2. §. fi. Cæterùm editio instrumētorum, quæ pertinet ad causam cognitionis iudi

ADDITIONES.

a Bene. ¶Sic posuit Inn. cuius fuerunt hæc verba: vt scrpsi in decr. j de prob. super gl. ij.

b Penul. ¶Satis est magna cā id agendi, cū q̄ritur veritas matrimonij. vñ fuit hîc disputando terminatū, ꝙ si illa, cū qua matrimoniū contraxit, dr̄ primum virum habere, & me vendicat in maritum, vel ego ob hoc ad diuortiū prouoco, ipsa coget̄ edere instrumēta contractus, vel dotalitia, quæ habere scitur, vel præsumitur de primo contractu. si enim fauore fisci cogatur quis edere propria instrumenta, ff. de eden. l. 3. fortiùs hoc fieri debet fauore matrimonij, in quo multa sunt fauorabilia: quæ vide, vt lite non conte. c. j. in glo. nota, quòd. & super ea subest alia ratio, scilicet periculū animę, & per hoc facit clem. de vsur. ex grādi. §. j. ADDE, vt refert & sequitur Roman. consil. cccl xxxviij. quòd decisionem Specu. in hoc versi. sequuntur do. de Rota decis. ccij. & Anto. de Butr. in c. j. de probat.

c Diuus. ¶Concordat, quod not. in clemen. de vsur. ca. j. in gl. quid contingat.

d Contingit. ¶Legitur tñ totum, vt ibi, & de priuil. cū psonæ. j. scripti. in fi. lib. vj. qđ dic, vt ibi no. ADDE, quod voluit Bart. in l. 2. ff. de no. ope. nunc. ꝙ petenti editionē alicuius statuti non est edendū totū volumē statutorū, sed illud statutum, qđ facit ad cām. Et ver. seq. adde, vt refert Alex. in d. §. edi. quòd do. Ant. in c. G. perpetuus. tenet, ꝙ tunc debeat edi dies instrumenti, sine quo non videtur edi posse dies solutionis. & pro hoc dicit facere ipse Alex. l. 1. ff. de iur. om iud. & ita dicit velle Cyn. Bal. Gui. de Suz. & Pau. de Castr. ibi: quia est eadem ratio, quæ in libro rationum. ADDITIO. Adde tu videndum do. Ias. post Bart. & alios in rub. ff. de no. ope. nun. vbi in col. pen. ver. gl. in rub. an totum statutum debeat produci cum sua rubri. an sufficiat producere particulam statuti. Hen. Ferran.

e Papam. ¶In præd. dec. j. de prob. vt hîc sequitur in fi. §.

ti iudicii, fit iudicis officio super quo tres diuersitates not. C. de
eden.l.i. Acta verò vel iudicis officio, vel conditione ex lege pe-
titur, vt eo. titu.l.ii. ¶†Fieri quoq; debet editio presente iudice,
23 vel alio ab eo deputato, vt in præ.dec.contingit. Item etiam in lo
co tuto: & is, qui eam petit, debet esse contetus inspectione duo-
decim hominũ, extrà eo. accipimus. & in consti. Alex.III. qa per-
a sonæ a. sed hoc est arbitrarium. Quæ autem hìc desunt, vide, secũ
dum Papam, extrà de probat. c.i.

ADDITIO.

a Personę. ¶Quod non habemus, sed quod sequitur, vide de priui.
cùm personæ.i. respon. lib. vi.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum quale dicatur.*
2 *Officium notarij an dicatur publicum.*
3 *Scriptura dicitur publica, cui de iure, vel de speciali consuetudine creditur.*
4 *Instrumentorum priuatorum species sunt tres.*
Argentarius quis.
Nummularius quis.
5 *Scripturæ priuatæ regulariter credendum non est.*
6 *Scripturæ priuatæ inductæ contra eum, qui illam fecit, nec negat se fecisse, an fletur.*
7 *Literæ propriæ præiudicant scribenti, licet sint priuata scriptura.*
8 *consuetudo an aliquid possit operari, quo ad fidem scripturis præstandam.*

¶Instrumentorum species quot sunt.

a 7.§.Nunc dicendũ restat, quot sunt species instrumento
rum. Et quidem duæ a. nã aliud est publicũ, seu
authenticum: aliud priuatũ. Publicum, seu authẽticum est, quod
1 publicam habet auctoritatem: cui9 species sunt plures. ¶†Nam
publicum est, quod est per manum publicam scriptum, id est per
manum notarii, q est publica persona, vt C. de episc. & cleri. orpha
notrophos. Vnde seruus publicus dicitur, vt C. lib.x. de iure fis. fa
b cultas. & in const. Greg.X. de vsur. c. quanquã b. & in publicã for,
mam redactũ, vt extrà de præsump. illud. ext. de fi. inst. c.ii. & c. in-
2 ter dilectos.§. rursus. ¶†De notario autem dicetur j.§. prox. cui9
officiũ dicitur publicum, quia ob publicam vtilitatem est inuen-
tũ. ¶Item dicitur publicum instrumentũ, quod est sigillo authẽ-
tico sigillatum: extr. eo. scripta. extr. de prob. tertio. xix. q.3. statui-
mus. Sed tunc potius dicitur authenticum, quàm publicum, vt ꝓ-
batur in præ.c. scripta. Quod autem sigillum dicatur authenticũ,
dixi s. de prob.§.fi. ver.13. Dicitur publicum, quod est auctoritate
iudicis exemplatum, & authenticatum, vt C. de testa. publicati.
C. de re iu.c.fi. C. de iu. emp.l.fi. in auth. de qstore, in prin. & vt fra.
fil.§. illud. extr. de cõfir. vti. c.j. ext. de fi. inst. c.pe. & fi. de quo dictũ
est s.§. ostenso. Aliter enim non creditur sumpto, extr. e. c.j. C. de
eden. auth. si quis. ff. eo. l.ii. ¶Quartò dicitur publicum instrumẽ-
tum, quod in iudicio scribitur apud acta publica: & valet, per quẽ
cunq; scriptum sit, vt C. de eden.l.ii. C. de re iud. gesta. extr. de ꝓb.
quoniã contra. ¶Quintò dicitur publicum, quod habet subscri-
ptionem trium, vel, secundũ canones, duorũ viuentiũ testiũ, etiã
si sit per priuatã manũ scriptum, vt extr. de fi. inst. c.ii. de testib. ca.
c i.c de prob. quoniam cõtra, &c. qui pot. in pig. hab. l. scripturas. in
auth. de fi. inst.§. si quis igitur vult cautè. &§. seq. xvi. q.3. c. placuit
§. potest. ii. ver. is autem. C. de anna. excep. vt perfectiùs. sed mor-
tuis testibus non valet, extr. eo. c.ii. ¶Sextò dicitur publicum, qđ
de archiuo publico producitur, liber scilicet rationũ, vel alterius
rei: & ei creditur si habet publicum testimonium, scilicet si iudex
confiteatur illum fore de archiuo, seu armario publico produc-
tum. extr. de præscr. ad audientiam. 30. q.i. peruenit. in auth. de his
3 qui ingre. ad appel.§. si verò. ff. de prob. census. ¶†Et generaliter
nota, omnem scripturã dici publicã, cui de iure, vel speciali con-
suetudine creditur: extr. de fide inst. cùm dilectus. & no. secũdum
d Inn. extr. eo. c.i. d & cuilibet prædictorũ creditur, vt patet in præ.
concor. & Inst. de inuti. stip.§. itẽ verborum. Quod quidem verũ
est, si originale, id est ipsum authenticum instrumentum, introdu
catur. Si verò exemplum, vel sumptum, quod & vocatur Index,
vt s.§. postquã. in prin. exhibeatur, fides ei non adhibetur, ff. de fi-
clausula illa in fine posita,respicit omnia præmissa,vt ext.de resc.
olim.prope fi.cum suis concor.quia non est nouum, &c.ff.ad le.
Aq.si seruus seruum.§.inquit lex.& vide ĩ.de disp.& alle.aduo.§.
f post hæc.ver.licet in principali[f].¶†Item oppone,quòd priuile-
9 giatus ꝑdidit priuilegium:quod fit multis modis.[g]¶Primò si pri
g uilegiatus veniat,vel faciat contra priuilegium,ff.de leg.2.cũ pa-
ter.§.libertis.ff.de mino,auxilium.ext.de præb.ꝓ illorũ.& de con
10 sti.cum accessissent.ext.de priuil.si de terra.& c. accedentib.¶†
Quid ergo,si abbas in totum à potestate episcopi exẽptus sit, vt
nihil ei præstet,nisi quod sponte dare voluerit:ipse verò præstat
h episcopo procurationem per xl.annos?Dicit Pileus[h],quòd epis
copus non potest eam petere,quasi pręscripserit:quia videtur cã
i hospitalitatis,ad quã tenetur[i] eum procurasse. Tu dic contrà,vt ĩ
k præ.dec.si de terra.hæc quæstio est dominicalis[k].de hoc ĩ.de pręs
scr.ver.hoc etiam no.¶ Secundò ꝑdit per negligentiam spatii x.
ann.ff.de nundinis,l.j.¶Tertiò,si eo abutatur, xj.q.3. priuilegiũ.
lxxiiij.dist.vbi ista.in authẽ.vt iud. sine quoquo suf.§.antepen.¶
Quartò propter delictum,ff.de ritu nup.filio.C.vbi senat.vel cla-
ris.l.2,ext.de pœn.ad aures.& c.in quibusdam.viij.q.3. talia.Vñ
ciuitas perdit priuilegium propter delictũ ciuium,25.q.ij.ita nos
¶Quintò,cùm enorme damnum inducit alteri,vt ext.de deci.di
l lecti.& c.seq.ext.de ver.sig.quid per nouale[l].¶Sextò,si princeps
qui illud concessit,scienter iudicat contra illud,extr.de re iud. su
borta.in fi.¶Septimò,si verbo,vel facto tacitè,vel expresè ei re
nunciat priuilegiatus,C.de pac.si quis in ꝯscribendo.ff.de acqui.
hæred.recusare.ff.de assigna.lib.l.j.§.assignare.ext.de reg.licet. ex
trà.de deci.nuper,ext.de his,quæ fiunt à ma.par.ca.ex ore.& s̃.in
prin.¶Octauò,per secnudum priuilegium expressam de primo
faciens mentionem,extr.de rescr.c.j.vbi de hoc,extr.de præscrip.
veniens.ver.non obstante.à contrario sensu, ff.de iure codic. di-
uus.§.pen.ff.de lega.3.si quis in principio.Considera etiam,an v-
trunq; sit generale,vel vtrunq; speciale,vel vnum generale & a-
liud speciale,vt ff.de legat.3.vxores.§.felicissimos.& l.seruus vr-
banus.§.fi.& ff.de reg.iur.in toto.xxv.q.2.in Galliarum.ext. de re
scrip.c.j.& c.ex parte.¶Nonò,si concedens illud reuocet,vt C.đ
Iudæis,iussio.extr.de deci.suggestum.& ar.ff.de iud.iudicium.ex
trà de reg.iur.§.j.Considera tamen,an concedens sit talis,qui pos
sit illud adimere:sicut aliàs legitur de testatore,vt ff.de adim.leg.
per totum:vel non possit,vt in donatore,vt C.de donat.quæ sub
11 mod.l.perfecta.ext.de dona.ca.fi.¶†Quid si Imperaror,vel Rex
fundat,vel

ADDITIONES.

a In causa.¶& s̃.de rescr.præsen.§.ratione causæ.ver.itẽ ꝙ est con-
tra ius.& vide.quod plenè dixi de exces.prælat.c.vno,lib.6.super
gl.ergo necesse.
b Dudum.¶Et de testib.causam.2.& vide,quod ibi dixi super gl.2.
c Aurelius.¶De hac quæstiõe,& seq.vide,quod scripsi super regu
la,priuilegium.de reg.iur.li.6.in quæstionibus,& facit ad prædic-
ta,quod no.Host.in summa de pac.§.quæ sint diuisiones.ver. pe.
ADDE,an priuilegium in dubio sit præsumendum reale,vel ꝑso
nale,Bal.cons.cccv.3.li.Pet.de Anc.cons.cccxxxviij.Alex. consi.
cj.Et an concessio facta alicui nõ exprimẽdo ꝓprio nomine,ĩ du
bio sit realis,vel personalis,vide Fed.cons.lxviij.
d Ber. Alij. ¶scilicet Damas.dixi in quæstione prædicta,quomo-
do.vide,quomodo decr.mandata inducitur ad partem suam,scil.
quia protestatio non fuisset necessaria,si commissio non intelli-
geretur realis:& quomodo respondetur ad hoc,& ad decre.cùm
venissent.
e Venerealis.¶xxij.
f Principali.¶Sed Gul.An.in ti.de recusat.2. col. tripliciter distin-
guit.Primò sic,aut repetitio vitiat repetitũ:& tunc cessat repeti-
tio,ff.de ver.obl.quicquid.Aut non vitiat:& tunc procedit, vt p̃-
dicta l.à Titia.Vel sic:aut quæritur de obligando:aut de primo ca
su non repetitur,per præ.l.quicquid.Secundo sic,per l. prædictã,
à Titia.ff.de actio.& obl.Arrianus.Vel sic:aut potest, aut non po
test vna sine reliqua terminari:& secundum id repetitur,vel non
repetitur:alle.de ap.super eo prædio.
ADDE,de clausula in fine posita,ad quæ referatur?Ale.cons.xj.li
bro j.Bal.consi.cclviij.4.lib.Paul.de Cast.consi cliij.Rof.ꝯs.337.
ADDITIO.Adde Soci.cons.ccl.incip.in causa.in 2.vol.vbi in pe
nul.col.ver.tertia ratio.dicit,quòd prædicta clausula refertur tan
tùm ad ea, quæ sunt apposita per viam dispositiõis principaliter,
non ad ea,quæ sunt posita per viam conditionis & demonstratio
nis accessoriè,vt est casus, & ibi Bar.in l.fi.§.Titia ff.de lib.leg.&đ
hac clausula vide Gui.Papæ singul.cc.inci.clausula posita.Henri.
Ferran.
g Modis. ¶Quorum aliqui not.xj.quæstio.iij.priuilegium.xxij.di-
stin.renouantes.de deci.suggestum.in j. gl. & reliquos ibi addidi
post Host.
h Dicit Pil.¶in quæstione sua lxxx.in qua dicit,quòd episcopus in
tentabat confessoriam,vel iudicis officium.
i Tenetur.¶omnibus.Sic expressit Pil.patet id xliij.dist.§.j.extr.de
emp.& ven.c.1.
k Dominicalis.¶xiiij.
l Nouale.¶Et ff.ne quid in flu.pub.l.j.§.sunt,qui putant.in fi.

fundat, vel dotat de bonis imperij, vel regni multas ecclesias, & multa priuilegia eis confert, nunquid eius successor poterit re-
a uocare? Ioan. de Deo no. in quæstionibus suis[a], quòd nō nisi imperium, vel regnum, vel ducatus enormiter lædantur: quia tunc posset, nisi ecclesiæ præscriptione, vel aliqua cā legitima iuuarētur, extrà de dona. pastoralis. extrà de iureiur. intellecto. extrà de
b re iud. abbate sanè[b]. & bene facit in auth. de non ali. aut per. reb. eccles. §. si nimis. Coll. 2. extr. de in integ. rest. auditis. ¶Decimò, si quis non seruat priuilegia aliorum, sua decurtabuntur, ext. de priuileg. dilecti.

ADDITIONES.

a Suis. ¶Lib. j. q. j. in qua etiam exprimebat de Constantino, Carolo, & Leone. de donatione Constantini vide, quod not. in cle. de iureiur. Romani. ad fi. in gl. disputauit. vbi posui opinionem Acc. contrariam Io. & remisi ad Summam Host. de immu. eccles. §. penul. ad fi. item Iac. de Bel. in auth. quomodo opor. epis. in princ. in sua noua quæstione tractat, an posito secundum dictum Acc. ibi no. quòd donatio Constantini non tenuerit, an ecclesia Romana præscribere potuerit? per id, quod hìc sequit̄, innuitur, quòd sic. Ipse allegat prò & contrà: inter alle. quod no. ȷ̄. de præscri. ver. illud etiam quæritur. vbi dicam. Sed est alia quæstio dominicalis, xix. affinis illi, de filio Regis longo tempore peregrino, cuius loco alter se submisit, quē interim Rex decedens, credens eum filiū hæredem instituit: qui monasterium cōstruxit, & illi multa bona donauit, quæ verus filius reuersus repetit: quæritur, an possit? Ad negatiuam allegatur xij. q. 2. nulli liceat. 14. q. vl. comperimus. de cons. dist. j. ligna. & c. seq. xix. q. 3. quæ semel. 3. q. vij. §. tria. ff. de of. præt. Barbarius. C. de testa. l. j. ff. ad Maced. l. iij. & de solu. vero procuratori. §. 2. ext. de iur. pat. ꝯsultationibus. q fil. sint legi. cùm iter. & c. ex tenore. agat igitur verus filius contra putatiuum. Ad affirmatiuam alle. j. q. 7. Daybertum. de dona. inter vir. & vx. nuper. de despon. impub. ad dissoluendum. 8. dist. veritate. ff. de off. præ. illicitas. §. veritas. SOL. per l. si mater. C. de inof. test. & per l. si pater, C. de hær. inst. vero filio illa bona restituenda: consecratorum autem restituetur prætium, per præ. ca. comperimus. & aget monasterium contra putatiuum de dolo, ff. de donat. Aristo. in fi.
b Sanè. ¶Lib. vj.

SVMMARIVM.

¶Testamenta qualiter impugnentur.

1 *Testari potest quilibet non prohibitus.*
2 *Hominis, vel ascriptitij religionem intrantis cuius esse debeant bona, si filios non habuerit.*
3 *Filiusfamiliàs an possit testari in rebus aduentitiis sibi ita relictis, ne ad patrē perueniat vsusfructus.*
4 *Testamentum à filiofamilias de consensu & voluntate patris conditum, quo iure sit validum.*
5 *Bannitus an possit testari.*
6 *Exoculatus propter crimen, an possit testamentum condere.*
7 *Personæ, quæ nō possunt hæredes, vel legatarij in testamēto institui, sunt plures. Seruus de adulterio cum domina commisso accusatus, non potest hæres domini institui.*
8 *Testamento tanquam solenni producto, qualiter sit opponendum.*
9 *Vno ex testibus in testamento inscriptis, viuo testatore moriente, an ruptum sit testamentum.*
10 *Milites in castris, seu in expeditione, aut exercitu existentes, cum quot testibus testari possint. Milites in propria domo existentes, testari debent iure communi.*
11 *Ius canonicum dicit in testamento sufficere duos testes cum proprio sacerdote*
12 *Testamentum cum tribus testibus sine presbytero conditū, non est legitimum.*
13 *Instrumentum, vbi sunt duo testes conscripti, si contineat, quòd talis condidit testamentum nuncupatiuum, coram septem testib. an probet testamentum.*
14 *Solennitates testamentariæ an possint consuetudine remitti.*
15 *Ad testamentum validandum an sola consuetudo regiōis, vel patriæ sufficiat.*
16 *Alienigena in testamenti conditione seruans consuetudinem patriæ in qua est, an possit à legitimis suæ regionis impediri.*
17 *Electione in iudicio facta, iam non est variandum.*
18 *Clausula ista, Si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, &c. quid operetur in vltimis voluntatibus.*
19 *Securè testari volens quæ habeat dicere.*
20 *Legans alicui aliquid, si postea testamentū condat nulla de prædicto legato mētione facta, an intelligatur legatum reuocatum.*
21 *Fideicommissarius vniuersalis an possit petere hæreditatem à legitimis.*
22 *Hæredibus duobus institutis, vno purè, altero sub conditione, an purè institutus habebit totam hæreditatem, vel medietatem tantùm.*
23 *Vltima voluntas an per aliam posteriorem dicatur mutari.*
24 *Testator si dicat, si secundum testamentum fecero, non valeat, quando non valebit.*
25 *Iurans non contrauenire suæ voluntati, an, si condat secundum testamentum, contrauenire poterit.*
26 *Redditio iuramenti est de iure naturali, & in præcepto, nec est infringendum iuramentum.*
27 *Duorum testamentorum si primum fuerit generale, & secundum speciale, an primum rumpatur.*
28 *Testamentum faciens si audiat, quòd hæres sit mortuus, & secundò testetur, an si primus hæres appareat, valeat secundum testamentum.*
29 *Pater habens tres filios, quos instituit hæredes, si postea fecerit testamentum vnum instituendo, an valeat.*
30 *Testamentum secundum si fiat sub conditione, an primum rumpatur. Capacibus institutis in primo testamento, incapacibus in secundo, quid iuris.*
31 *Testamentum faciens solenne, & secundò incipiens aliud, sed morte præuentus perficere non potest, an primum valeat.*
32 *Testamentum faciens si per arrogationem testatoris rumpatur, postea autem sui iuris effectus vult, quòd valeat, an debeat valere. Mater filium vulgò conceptum an possit instituere.*
33 *Deductio Falcidiæ cessat in relictis ad pias causas, sed non Trebellianicæ.*
34 *Testatore præcipiente, illicitè acquisita restitui, non est de restituendis aliquid diminuendum, vel deducendum.*
35 *Codicillos plures facere an quis possit, & an vnus tollatur per alium.*
36 *Testamenti forma quæ esse debeat.*
37 *Exhæredare volens aliquem causa ingratitudinis, quem tenebatur instituere, qua forma vti debeat.*
38 *Pater an possit filiam in dote hæredem instituere. Dos est proprium patrimonium mulieris.*
39 *Testamentorum aliud priuatum, aliud solenne.*
40 *Testamentum solenne in quibus aut comparetur, aut differat à testamento nūcupatiuo.*
41 *Forma, qua quilibet ex testibus in testamentis se subscribere debeat.*
42 *Cæcus an, & qualiter testari possit.*
43 *Testamentum cæci qualiter dicatur nuncupatiuum.*
44 *Testamenti partes sunt sex.*
45 *Legatorum species est triplex.*
46 *Directa hæredis institutio fieri nequit, nisi in testamento.*
47 *Prouidæ testatorum dispositiones sunt plures.*
48 *Testamentum integrum cui dari possit, & quibus testamenti partes.*

a 12. §. Compendiose[a] transcurrimus, qualiter priuilegium impugnetur: sed quia testamenta frequenter in iudiciis producuntur, ideo de ipsis aliqua subnectamus: in quo quidem hoc ordine procedamus. Nam primò quæ possunt opponi cōtra testamentum, ponemus: secūdò verò formas vltimarum voluntatum inseremus: tertiò, q̄d iu-
b ris sit de executoribus testamentorum, aliqua disputabimus[b]. In primis igitur cùm quæritur, an valeat testamentum, ꝯsideranda ē testatoris persona, vtrū videlicet sit testabilis, vel nō, vt ff. q testa.
1 fac. pos. l. si q̄ram⁹. & p totū, Inst. q̄bus n̄ ē pmi. fac. test. ¶†Pōt autē testari, q̄cūq; n̄ ꝓhibet, C. de rel. & sum. fu. statuas. Primò ergo oppone

ADDITIONES.

a Compēdiosè. ¶Hìc auctor aggreditur materiam testamentorū, quam tres primi practici autores, Pileus, Tāc. & Bagarot. ꝓsecuti non fuerunt, quasi ad iudiciorū ordinē nō spectaret. Idē dico de Vber. de Bonac. de Bonag. & de Aegi. Item idem de Gui. de Suz. Rof. vbi inter ciuiles de actione ex testamēto. De hoc ꝓsequit̄ Vber. de Bo. & Io. de Deo post eū sic continuat materiam, vt auctor post priuilegiorum scripturas examinādo scripturas testamētorū. Primus hoc facit charta secūda, ibi, si ostendatur testamētū: secundus li. v. sub propria rub. & sub ru. de edi. & rub. sequenti: & ipsorū quisq; breuiter & sine exemplis ponit illa tria opponēda, quæ ponit hìc auctor: ibi, primò ergo oppone. & ibi, secūdò oppone & ibi, tertiò oppone. per quæ exempla auctor vtiliter dilatauit ipsorū posterè verba assumens. Io. de Bla. bene ponit rubricas de actionibus ex testamento, & de petitione hæreditatis, cū duab. seq. sed materiā huius principij nō prosequitur. Nepos de Mōtealb. directè prosequitur materiā, in rubricis ꝯ testamētū solēne, & ꝯ nūcupatiuū cōiungit codicillos. Abl. Gal. posuit rub. de testamētis, & aliā de fideicōmissariis: posuit etiā rubricā de quarta Trebellianica, & tres rubricas de diuersis successionibus.
b Disputabimus. ¶Quidā habēt quatuor de donatione cā mortis, quinq; de codicillis, sex de inuētarij ꝯfectiōe supponemus: sed n̄ puto hìc hos poni d̄bere, q positi fuerūt s. §. postremo. vbi ponit̄ diuisio in septē partes vltimi pricipalis mēbri: hìc aūt quītū membrū illi⁹ diuisiōis subdiuidit in tres partes: & hoc respectu allegat̄ q̄nq; iste §. pro toto, quod sequitur, quo ad illud quintū mēbrū.

oppone contra testamentum, quod testator prohibitus erat à iure te
a stari: quod in multis casibus cōtingit [a]. Primò, si fuit seruus, ff. qui testamen. facer. pos. filius. 13. q. 2. illud. ipse enim nec seipsum, nec bona habet: imò pro mortuo reputatur, ff. de re iu. quod attinet. & l. seruitutē. Quid de ascriptitio? Videtur idem, cum & ipse deterioris sit conditionis, quàm serui, vt C. lib. xj. de agri. & censi. ne diutius. & arg. C. lib. eo. in quibus causis coloni censiti. l. ij. vbi dicit, quòd bona domini, cuius & ipsi sunt, non alienent, sed ibi in alienatione inter viuos: vnde dic, quòd possunt testari, C. de episc. & cler. si quis presbyter. Quod autem dixi adscriptitium testari posse, idem est etiam in colono: quos lex liberos vocat, vt C. de agri. & censi. cùm satis. intelligo verum esse inter suos. vt C. de epis. &
b cler. authen. si quis presbyter [b]. Liberti autem testari possunt, relicta tamen patronis legitima portione: alioquin cassatur testamen
2 tum, vt Instit. de suc. liber. & C. de bo. pos. cōtra tab. l. liber. ¶ † Sed quid si homo, vel adscriptitius meus intret religionem? Dic, quòd si non habet filios, bona sua mihi quasi suo hæredi debentur. Idē est in criminali, cui curia succedit. Idem in liberto, cui succedit patronus, vt C. de episcop. & cler. si quis presbyter. & C. lib. x. in quibus causis col. cen. l. ij. secundum M. de Fano. Vtrùm autem homo meus possit de bonis suis testari? no. infrà de feud. §. quoniam. ver. xix. ¶ Secundò, si fuit monachus, vel canonicus regularis, & alii non habentes proprium, nec arbitrium volūtatis: quæ plenè prosequere, vt ĩ. de statu mon. ver. iiij. & seq. ¶ Tertio, si fuerit in
c terdictus bonis à lege, ff. qui test. fac. pos. si cui. respon. j. [c] ¶ Quartò prohibetur testari hæreticus: & credens, & fautor hæreticorū nolens satisfacere intra annum, extrà de hære. excommunicamus. §. credentes. & capitu. vergentis. C. eod. Manichęos. ¶ Quintò incertus de statu suo, ff. qui test. fa. pos. de statu. & l. qui in dñi. ¶ Sexto, filiusfamiliàs, ff. eod. qui in potestate. & C. qui test. fac. pos. l. penultim. nisi de peculio castrensi, vel quasi. C. de inoffic. testam. l. fi.
3 ¶ † Sed nunquid filiusfamiliàs potest testari in rebus aduentitiis sibi ita relictis, ne ad patrē perueniat vsusfructus? Dicunt quidam, quod sic, vt in auth. Coll. vij. vt lic. mat. & auiæ, in prin. ibi, quo voluerit modo ea disponere, &c. & C. de bo. quæ li. l. fi. §. duntaxat. Alii contrà, & veriùs: quia testamenti factio est publici iuris. vt ff. eod.
d l. iij. & l. qui potest. ff. de dona. causa mor. tam is. & ff. ad Trebel. l. j. [d]
4 & in præ. §. duntaxat. & 13. quæ. ij. §. sed aliud. ¶ † Quid si filiusfamiliàs condit testamentum de consensu & voluntate patris? qđ de iure fieri non potest, vt in præ. l. tam is. ff. de testamen. l. is qui. ij. quæst. vj. §. diffinitiua. & dixit, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, vel cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis, pro ut meliùs potest: quęritur, cùm non valeat iure testamenti, nec iure codicillorū, an valeat iure donatiōis causa mortis? Et videtur, quòd valeat: quia donatio causa mortis cōputatur inter vltimas voluntates, C. de dona. causa mort. l. fi. & filius causa mortis patre consentiente donare potest, vt in prę. l. tam is. Dic, tamen contrà
e nisi expressè dictum sit, vt no. ff eo. [e] Seia. & Instit. de donat. [f] & vi
f de ĩ. ver. item vide. & sequen. ¶ Septimò, impuberes: scilicet masculus minor xiiij. annis, fœmina minor xij. ff. e. qua ętate. ff. de vul. & pup. subst. l. j. Inst. qui test. fac. pos. §. præterea. C. de re mil. l. fin. Die tamen penultimo xiiij. vel xii anni possunt testari. vt ff. de te-
g stam. qua ætate [g]. ¶ Octauo, furiosus & mente captus, ff. qui i test. fac. pos. filiusfamiliàs. §. Marcellus. & extra. de suc. ab intest. c. fin.
h Inst. quib. non est permis. fac. testamen. [h] ¶ Nono, prodigus: vt Insti. quib. non est per. fa. test. §. item prodigus. ¶ Decimò, surdus & mutus à natiuitate: secus, si ex accidenti: quia tunc si scit literas, poterit scribere testamentum, vel codicillum, exemplo Zachariæ p
i phetæ [i]: sed si surdus sit tantùm, testari potest, ff. eo. qui in potestate. §. j. Instit. quib. non est per. fa. test. §. item surdus. C. qui test. fac. pos. discretis. ¶ Vndecimò, cōdemnatus ad mortem ciuilem, vel naturalem. ff. eo. eius qui. §. i. vsque in fin. l. & l. is cui. nisi à condem
k natione appellauerit, eod. titu. qui à latronibus [k]. ¶ † Quid de bā
5 nito? Dic, quòd si bannitus est propter leuem causam, purà pecu
l niariam, potest testari [l]: si propter criminalem, purà propter aliqđ maleficium, ex quo olim deportabatur, bannitus est in perpetuū, non potest, ff. de testa. eius. §. qui insulam. quia tunc bannum loco deportationis habetur. ad hoc ff. de his, qui not. infam. quid
m ergo. §. fin. de hoc not. Instit. qui. mo. ius pat. pot. sol. §. relegati [m]. ¶ Quid de excōmunicato? dicit Iac. Bal. quòd nō potest, sed post absolutio

ADDITIONES.

a Contingit. ¶ xiiij. not. Accur. ff. de testa. l. iiij. Est sciendum, quòd Rolan. in Flo. super viii. parte summæ ponit de his hos versus:

Testari nequeunt impubes, religiosus,
Filius in sacris, mortis damnatus & obses:
Prodigus, ac stultus, dubius seruus, furiosus:
Crimine damnatus, cum muto, surdus: & ille,
Qui maiestatem læsit, cæcus, & ipse.

Auctor autem ponit xvj. casus, & hi seruus. xiiij. hoc est, quia decimusquartus & xv. non comprehēduntur in versibus. Oppositiones ergo deberēt esse xvij. Respondeo: autor vnit duos in numero viij. quos Rolan. diuisit, quia aliud furiosus, quàm mente captus, vel stultus, vt dicit versus: secundum hoc posset addi versus,

Ab hostibus captus, interdictus, hæresiarcha:

& primum differt ab obside, qui spōte datur, vel ingreditur: bene tamen poterat includi sub seruo, Instit. de iure person. §. serui. Qđ dicitur de interdicto bonis iudicis, iustificatur ex interdicto, qui interdicere non debebat, vt dicā super versi. tertio si fuerit. Quod de hæretico dicit, intelligendum est, vt s. ver. quartò prohibetur.

b Presbyter. ¶ Hanc autem non habemus: & si quis j. & s. alleg. non facit. Accur. autem in l. cùm satis. proximè allegata, & in l. 2. C. in quibus cau. co. alleg. super allegat l. si quis. C. de incest. nup.

c Respon. j. ¶ Etiam si interdici non debuerat, ex quo non appellauit, vt not. Instit. qui test. fac. pos. §. item prodigus. in vlt. gl. Adde, quod ille haber interdictam bonorum administrationem, testatur inter filios: ita consuluit Bald. eius consil. cccxxxv. j. lib.

d L. j. ¶ Ad literam fuit Alber. Gal. de testa. in prin.
ADDE Paul. de Cast. consil. ccl. Adde, an filiusfamiliàs possit testari vigore statuti, vel consuetudinis? Bal. in l. iij. ff. de testamen. quod sic. Bar. & ibi Bal. in l. si quæramus. ff. eo. tit.

e ff. eo. ¶ De donat. cau. mor.

f De donat. ¶ Ad literam fuit Alber. Gal. de testamen. versi. fi. & idē Dyn. vt recitat Cyn. tractans hanc quæstionem in l. iij. C. qui test. fa. pos.

g Qua ætate. ¶ De principio istius legis triplex est ibi litera, vt ibi notat. in glo. & hic auctor accedit lecturæ, quę habet, quòd post sex horas noctis dici antepenultimæ desinentis possit testari: plus placet ibi Accursio, quod post sex horas noctis diei penultimi desinētis id possit. & hoc placet: & sic intendit, quod satis est naturalem diem inchoasse, qui incipit in media nocte, de offi. deleg. consuluit. Puto tamen horæ natiuitatis rationem haberi, vt natus calendis hora tertia die præcedenti, post horam tertiæ testari possit ratione prędicta: quę etiam no. in §. pręterea. statim allegato: priùs nō. Super quo vide omnino, quod scripsi de despon. impub. tuæ. super verbo, nobilis. & quod not. Azo C. de indic. liber. in summa, ver. potest quis.

h Facere testamentum. ¶ §. præterea. quis probet hoc casu, vide s. de probat. §. i. ver. pone, quidam.

i Prophetæ. ¶ Lucæ j. cap.

k Latronibus. ¶ Quid de damnato sub conditione, qui testatur ad pias causas, vide quod scripsi de vsuris, quanquam. libro vj. in vlt. glo. de illo: qui plura delicta commisit damnatione digna, post q̄ testamentum fecit, pro anima multa relinquēs: postea captus, decapitatus fuit, non relictis ascēdentibus, vel descendentibus: quæritur, an valeat testamentum, quo ad legata prædicta? Et videtur, quòd sic, per l. j. C. de sacrosanct. eccles. in princip. & fin. ad idem l. sancimus. eodem titul. item facit ff. de dona. causa mor. l. tam is. §. filius. Hoc intelliges infrà §. penul. in prin. & fauore animę saltem pontificali auctoritate seruabitur, ff. de pet. hære. l. hæreditas. §. fi. facit ff. de donat. inter vir. & vx. si sponsus. §. cùm ita. Item cùm agnati & cognati quandoque excludāt fiscum, in auth. de man. princip. §. oportet. ij. & tex. qui ibi habet, generi & legis, varios habet sensus & contrarios, de quibus ibi no. & glos. ibi remittit ad not. de incest. nup. §. j. meritò hæredes scripti debent fiscum excludere, qui vincūt hæredes ab intestato, à quibus fiscus excluditur, C. de edict. diui Adrian. l. ij. in fin. cum ibi no. ad idem ff. de acquiren. hæred. l. quamdiu. ad hoc vj. quæstio. xvi. cognouimus. & capitul. episcopo. & cap. illud. Ad contrarium: quia talis nec testamentū: nec donationem causa mortis facere potest, vt ff. de testamen. eius qui. §. i. de dona. causa mortis, l. si aliquis. & vide, quod no. C. de donat. inter vir. & vxor. l. res vxoris. in vltim. gl. & si non valet testamentum, ergo nec legata debētur, C. de fideicommis. l. eam, quā. Ergo nec donatio, si secuta fuit condemnatio, ff. de donat. l. post contractum. de hoc vide, quod dicam ĩ. de dona. super vers. item pone: aliquis.
ADDE Pau. de Cas. cons. lxxxvi. pro malè ablatis. Bal. cons. ccclv. in j. lib. tamen legare potest. ita Roff. consi. clxiiij.

l Testari. ¶ Alber. Gal. cuius fuit iste ver. alleg. ff. de cri. stel. j. & vide s. de arbit. §. differt. ver. quid de bannito. & quod statim dicam in ver. secundò oppone.

m Relegati. ¶ Glo. ibi loquitur, cùm fit expressè bonorum publicatio sed quæritur, an tacite intelligantur publicata in bannito, qui pro crimine debeat deportari? Gui. in quæst. statutorum. in prin. & in l. fi. C. de bonis proscr. tenet, quòd sic, vtrobiq; alle. ff. de poe. si præses. & ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarum. Et scias, quòd etiam in relegatione bona adimi possunt expressè, sed tacitè nunquam dicuntur adempta, ff. de inter. & releg. l. relegata.

absolutionem sic: quia haberet rerū suarum administrationem,
vt in præ.l.eius.secus si fuerit excommunicatus, vel hæreticus, se
cundum eum.hæc probantur C.de hæret.l.pen.extra.eo.excom-
municamus.j.§.credentes.in auth.Col.vij.vt cùm de ap.cog.§.oc
casionem.Tu dic, secundum Papam, prout no.extr.de dolo & cō
a tu.veritatis.& secundum do.meum, extra de excep.pia [a]. ¶Duo-
decimò obsides dati pro captiuis populi Romani, vt e.ti.obsides.
¶Xiij.ob crimen famosum damnatus, putà de crimine cōtra na-
turam, eo.tit.is cuius.in fin. ¶Xiiij.reus perduellionis, seu læse ma
b iestatis, C.ad l.Iul.maiest.l.pe.[b] ¶Xv.is qui apud hostes est, Inst.q-
bus non est permis.fac.tes. §. fina. vbi verè omnes prædicti casus
c sunt [c]. ¶Xvj.cæcus vtroque lumine carens testari nō potest sine
solennitate, quæ est C.qui test. fa. pos. hac consultissima. vt Inst.
quibus, non est permis.fac.test.§.pen.& j.§.prox.versi. illud quo
6 que ¶†Quid de exoculato propter crimen? Resp. si fuit graue, &
quòd eum infamem dimittit, non potest testari, secūdum formā
præ.l.vt ff.eo.is cui. §. si quis ob.& l. cum lege quis intestabilis. si
verò de furto, vel alio modico delicto, tūc sic vt C.de secun.nup.
l. j. in principio: vt eadem ratio sit in his, quæ & in cæcis naturali
morbo superueniente, secundum Vber.Præmissis si quidem & si
miles, phibiti sunt testari. Aliàs aūt testari pt, qcuq; n̄ est phibitus
7 ff.de prob.ab ea parte.ff.de his, qui sui, vel al.iur.sunt, l.j. ¶†Scdo
oppone ꝯ testamentum ratione hæredis instituti, s.quia est talis,
qui non potest hæres institui: vel legatarius est talis, cui non po-
test legari.hęc.n.duo æquiparant, Inst.de leg.§.legari aūt.in prin.
Inst.de hæred.qual.& differ.§.testamenti.Sunt autem multæ p-
sonæ tales. ¶Primò, incerta persona, vt in præd.§.legati.& §. seq.
¶Secundò, deportatus, C.de hære.inst.l.j. ¶Tertiò, damnatus in
d metallum, ff.de his, quæ pro nō scri.hab.si in metallum [d]. ¶Quar
tò, seruus de adulterio cum domina commisso accusatus, Inst. de
hær.inst.§.ij.nam talis cremandus est, xii. quæst. ij. §. in criminali.
versi.si qua. ¶Quintò, illicitum collegium, nisi probetur licitum,
C.de hæ.inst.collegium. ¶Sextò, incestuosi in auth.quib.mo. na.
effi.sui, §.fin. ¶Septimò, hæretici maioris hæresis, vt C. de hæret.
Manichæos.imò & cuiuscunque hæresis, damnatæ.extra.eod.ex-
communicamus.in prin.& c.pen. Idem etiam incredentibus, fau
toribus & receptatoribus, nisi intra annum se correxerint, vt in
præ.c.excommunicamus.§.credentes. ¶Octauò, apostatæ, C. de
apost.l.ii.qui fidem ¶Nonò, mulier intra tempus luctus nubens,
& etiam contrahens cum ea, in auth.de nup.§.j.sed hoc intellige,
vt not.extra.de secun.nupt.c.penul.&fin. ¶Decimò, si institutus
non est in rebus humanis, ff.de iure codicil.quidam referunt.ext.
de eccl.ædi.ad audientiam.ii. ¶Vndecimò generaliter, si est indig
nus: quod dic, vt ff.eo.C.de his, quib' vt indig. per totum. ¶Quid
de tabellione, vel testibus, nunquid potest illis in testamento, cui
e intersunt, legari? de hoc suprà §.postremo [e]. ver. item excipitur, ꝙ
8 in negotio.& seq. ¶†Tertiò oppone circa solēnitatem. si igitur
testamentum tanquam solenne producitur, oppone, quòd testa
tor nec totum scripsit, nec in aliqua parte sui coram testibus sub-
scripsit, nec octauus testis pro eo scripsit, vbi ipse scribere nesciit,
vel non potest: quorum alterum requirtur, vt C.de tes.hac con-
sultissima.ff.qui testament.facer.poss. si quis post. ¶Item quòd
non sunt in eo septem testes inscripti computato notario, vel oc
to, vbi testator scribere nesciuit, vt in e.tit.hæredes.in fi.& in præ.
l.hac consultissima.in princip.& C.de codicil.l.fina. ¶Et nota, ꝙ
in numero septem testium computari possunt legatarii, si adsint:
& hoc, cùm est quæstio inter hæredem & alium: secus si inter hæ
redem & ipsos legatarios: ideoque cautius est alios adhiberi: & vi
de de hoc suprà de test.§.restat.& suprà eod. §. instrumentum er-
go.prope fi.ver.sed nunquid omnibus.& seq. Non tamen refert.
an testes sciant, vel non, quid in testamento solenni continetur:
imò testator clausam scripturam potest eis deferre, vt in prædi.l.
9 hac consultissima.& eo ti.cum antiquitas.§.fin.& l.iubemus. ¶†
Quid si vnus ex testibus in testamento inscriptis decessit testato
re viuente? Videtur, quòd ruptum sit testamentum, argum.C.eo.
si vnus. Dic, quòd secundum eos, qui dicunt testamentum non
posse probari per pauciores testes, quàm per septem, irritum est
testamentum: secundum eos verò, qui dicunt per duos, vel tres
posse probari, si de solennitate dubitetur, (quæ opinio de consue
tudine obtinet (testamentum tenet: quæ opinio no.C.de fideicō.
f l.fin.C.de bo.pos.secundum tab.l.fin.§.j.versi.quid si in instrumen
to. ¶Item ꝙ testes nō fuerunt rogati, sed fortuiti. In codicillis ta-
men sufficiunt quinque non rogati: quod dic, vt s.de teste.§.j.ver
si.ꝙ non fuerit rog. Itē ꝙ omnes testes non fuerunt liberi, neque
puberes, vt C.de tes.l.j.& l.hac consultissima. Ins.eo. §. sed neque.
& §.j. ¶Itē ꝙ testes non subscripserunt vno eodemque die, loco
& tempore, vt in l.hac consultissima.& Inst.eo. §. j. Sed nec vnus
pro alio debet subscribere, ff.eo. l. pen. nisi in testamento rustici,
C.eo.l.fin. ¶Item ꝙ testes non consignauerunt illud, vt in præ. l.
hac consultissima.& eo.tit.si vnus.& C.de bo.pos.contra tab. l. j.
¶Item ꝙ testes inscripti sunt fœminæ, vel hermaphroditæ, qui
magis in fœmineo sexu incalescunt, Inst.de testa.§.sed neque.&
iiij.q.iij.ver.hermaphroditus. ¶Item ꝙ testis inscriptus fuit in po
testate testatoris, vel hæredis, vel hæres in eiusdem potestate, vel
in eadem potestate cum hærede, vel erat pater, vel filius testato-
ris, Inst.de testam.§.in testibus.& §.sed neque hæres.& iiij.quæst.
ver.pater & filius.& generaliter non possunt esse testes illi, quib.
in testamento relinqui non potest: quos s.dixi, vt patet in eisdem
concor.& s.de teste, §.j.prope princ.ver.pater autem. Et etiam a-
lia excipe contra testes, vt s.in eo.§. ¶Item oppone contra testa-
mentum, ꝙ testator non scripsit nomen hæredis, quod facere de
bet, si potest, vt C.de testi.iubemus. ¶Item ꝙ hęres non est in eo
institutus, C.eod.non codicillum.& ff.de codicil.illud.& ff.de his,
quæ in test.delen.l.proximè.C.de vul.& pupil.subst.l.j.in fi. ¶Itē
ꝙ testamentum per multa interualla non continuè præter neces
sitatem corporalem conditum est, C.de test.cùm antiquitas. ¶I-
tem ꝙ non debet aperiri coram clericis, sed tantùm coram magi-
stro census, C.de testa.testamento.& l.consulta.C.de episc.&cle.
repetita.& hæc Romæ, vel Constantinopoli: in prouinciis autē
etiam coram defensore ciuitatis fit.in auth.de defen.ciuit.§. nul-
la. ¶Item ꝙ non debet aperiri, nisi in præsentia septem testium,
arg.C.quemad.test. aper. l. ij. ¶Item ꝙ filius est in eo præteritus,
vel post eum posthumus est natus, C.liber.præter.auth.ex causa.
C.de bo.pos. contra tab.l.ij.& ff.eo.l.j.ff.de inius. rup. & irri. test.
nam & si sub cōditione. ¶Item ꝙ filius est in eo sine causa expres-
sa exhæredatus, C.liber.præteritis, auth.non licet. quod intellige
secundum hoc, quod habetur C.ad Tertu.auth.in testamento.&
C.de inoffic.test.omnimodo.Inst.de exhæ.lib.in prin. ¶Item op
pone, ꝙ filius de bonis mortuæ matris, vel etiam de aliis, in quib.
patri vsusfructus acquiratur, testatus est patre viuente: quod esse
non debet, C.de bo.quæ lib.l.fi.§.filius autem etiam, secūdū quos
dam, patre consentiente, C.qui tes.fac.pos.l.pen.& l.senium.& ff.
eo.qui in potestate.& Inst.eo.in prin.s.versic.sed nunquid filius.
¶Item ꝙ post testamentum conditum testator adoptatur, vel ar
rogatur, vel aliàs capite minuitur: ¶Item ꝙ aliàs est imperfectū,
vel iniustum, vel rumpendū: qđ dic, vt Ins.q.mo.test.infir. §. alio
aūt.& p totū ti. ¶Itē ꝙ testator nō vidit tabellionē, vel testes, nec
vis' ē ab eis. Hęc circa solēnia exēpli gratia sufficiat pstrixisse. ¶Ve
g rū opponētē cautū eē oportet, vt ipse testm̄, à principio non ne
get: alioq

ADDITIONES.

a De except pia. ¶lib vj. plenissimè videas expeditum hunc casum
de senten.excom.decernimus.lib.vj.super vlt.gloss. ADDE Bart.
in l.si quæramus.& ibi Bal.ff.de testibus, quòd excommunicatus
potest testari.
b L.pe. ¶Hic concluditur casus dec.felicis de pœ.lib.vi. post prin.
c Casus sunt. ¶Circa istud scire debes, ꝙ Gul.Accu.disputauit quæ
stionem de Rege Henrico filio Imperatoris Federici, qui cū The
utonicis & certis Lambardis aggrediens Bononiam, captus fuit
per Bononienses, & finaliter hic decessit sepultus apud Prædica-
tores: quærebat de ipsius testamento, an valeret? Et præscire de-
bes, prout dicit glossa in præ. §. fin. ꝙ qui est apud hostes captus,
vel obses, iste est, qui testari non potest: & facit ff.de test.l.eius, q
apud hostes. Remanet ergo questionis dubium, an Bononienses
dicendi essent hostes? Tenuit, testamentum non valere, siue Bono
nienses essent veri hostes, resistentes ei, qui illos obsederat, & il-
lis bellum indixerat patris mandato, & pro Imperio augendo, si-
cut de Romano populo dicebatur olim, ff.de verb.signifi.hostes.
& l.quos nos hostes.& ff.de ca.& post.reuer.hostes.& de talibus
per mistim dicitur, quòd capta fiunt capientium: & personæ fiunt
serui: & ideo non testantur, vt in l.eius qui. siue etiam Bononien-
ses non fuerint veri hostes: tamen, quia neque amicitiam, nec fœ
dus, nec hospitium inuicem habebant. quo ad capta, idem in eis,
quod in veris hostibus, ff. de cap.& postlim.reuer.l.postliminii.§.
ij.qui incipit, in pace.sed quo ad hoc vltimum, vide, quod dicam
post Homobon.infrà de obliga.& solu.§. nunc aliqua.super ver.
illud autem. ad finem.
d Metallum. ¶Per hanc l.quæ est iij.in tit.dixit Vber. de Bob. idem
in perpetuò bannito, cum ipse & deportatus loco mortuorum
habeantur, & fiscus succedit in eorum locum: facit ff.pro soc.l.a-
ctione.§.publicatione.& mortuis relictum efficitur caducum, C.
de cad.tol.l.vna, §.cum triplici.§.sequen. ¶Item cùm ea, quæ iu-
ris sunt, non habeant, etiam testari non possunt, ff.de leg.3.l.j.§.ii.
in relegato sec' ff.de inter.& releg.l.relegatorū.§.j.& sequētib',
& omnino vide, qđ dixi s.de cessione act.§.j.ver. illud etiā q̄ritur.
e Postremo. ¶Communiter allegatur §.instrumentum.
f L.fin. ¶Ad literam fuit Alb.Gal.de testib.post prin. concor. in ij.
q.in §.vltim.& facit, quod not.C.de testi.l.testium.in fin.
g Verùm. ¶Secundum Vber.de Bob. vbi dixi in princ.§.& Ioan.de
Deo, post eum.

get:alioquin se hac allegatione priuabit:super quo vide Inst.de fi deic.li.in fi.C.de fideicō.l.fi.nec enim se iuuabit ex eo, quod ne-
10 gauit,s.depos.§ viij.ver.sed secūdū præmissa.¶†Sed & si præmissæ solenitates,vel aliæ huiusmodi nō sint adhibitæ in testamēto, potest quādoq; sustineri:putà ꝓpter priuilegiū patriæ concessū & multò magis,si singulari personæ,vt C de testa.si non speciali. vel hominibus,putà rusticis,vel militibus,vt C.de test.mil.per to
a tum,& de test.l.fi.[a]Milites enim dum sunt in castris, seu in expeditione,testari valent,prout volunt,etiam sine duobus testibus, scribendo etiam sanguine proprio in clypeo , vel alibi propriam volūtatem:sed quando stant in propria,vel aliena domo, testari, debent iure communi:quando verò sunt in exercitu.non tamen
b in libello,testari possunt cū duobus testibus[b].¶†Item per iusca
11 nonicū duo testes cum presbytero sufficiunt in testamentis,etiā
c in aliis,quàm ad pias causas,vt ext.de testa.cùm esses[c].& duo tantùm sine presbytero in relictis ad pias causas,vt eo.ti.relatum. t. Et intelligo in præcedenti casu necessariam præsentiam sacerdotis:quia non detrahitur solēnitati legali, nisi quatenus inuenitur expressum,vt ext.de deci.ad audientiam.ext.de elec. ecclesia nostra.ij.in fi.C.de testa.sancimus.C.de inoffi.dotibus, l. vnica.si er-
12 go ipse locus interesset cum alio,non sufficeret.¶†Sed & si essēt tres sine ipso,non valeret.multum enim pro ipso præsumit iusꝙ fraudes excludat,vt ext.de simo.nemo.ext.de postu.c.fi.& magis eius dicto creditur,quàm alterius,vt lxxvij.dis.monachus.prope fi.ideoque statuit,vt duo cum eo sufficiāt.Siverò essent quatuor sine eo,duos sibi præferrem,quantumcunq; præsumatur pro eo ar.ext.de testib.cùm à nobis.& c.licet ex quadam.4.q.3. ver. iure. xxxv,q.6.§.fi.in fi.Sic intellige prædictas duas dec.licet alij aliter i-
13 telligant.¶†Quid si in instrumento,vbi sunt duo testes inscripti,continetur,ꝙ Titius condidit testamentum nūcupatiuum coram septem testibus , nunquid per hoc instrumentū probabitur testamentum?de hoc no.ff.de testa.hæredes.& in summa do.mei
d e.ti.§.quot testes.&s.ver.quid si vnus[d].¶†Sed nūquid [e]de ꝯsue-
14 tudine possunt præmissæ solennitates remitti?dico,quòd sic,cū
e non prohibeatur consuetudo hæc admitti , ff. de legi.de quibus. C,quæ sit longa consuet.l.ij.xj.dist.consuetudinis.ext.de consue.
f c.pen.&fi.C.de emancip.l.j.in fi.[f]Sed quomodo consuetudo dat remissionem solennitatis,cùm hoc solùm à principe impetretur vt ff.de his,qui test.fac.pos.l.ij.& ff.de bonis liber.l.Paulus.§.j.Respon.illud verum erat in eo,qui intestabilis erat. Vbi autem quis testari potest,bene relaxatur quandoque solennitas per consuetudinem. An autem iuris solennitates possint partium consensu
15 remitti?no.ext.de off.deleg.de causis.¶†Sed nunquid dicemus in hoc sufficere solam consuetudinem regionis,aut ciuitatis, vel
g villæ,vel castri[g]aliquod ius?Puto,quòd sic:& super hoc vide ff.de vsur.l.j.ff.de test.testiū.In fi.ff.de leg.j.apud.& l.si seruus plurium in fi.ff.com.præd.vēditor.§.vna.C.de ædi.priua.l.3.C.quę sit lōg.
16 consue.l.i.ext.de consue.c.fi.¶†Quid si de consuetudine alicuius loci testamentum coram tribus testibus factū valet,& aliquis alienigena ibi corā tribus testamentum ꝯdit,& aliquē de ipso lo
h co hæredem instituit,nūc legitimi huic testamēto se opponūt[h]? Et vi

ADDITIONES.

a L.fi.¶Dixit Vber.vel per i[9] diuinum,si ageretur coram iudice ecclesiastico:hoc verbum dedit causam ver.sequenti.
b Testibus.¶De testamēto militis,diuersis priuilegiis: circa id plures posuit Host.in sum.de testa.§.3.
c Cùm esses.¶Vide,quod ibi scripsi in tex.& super 3.gl.
d Si vnus.¶Ibi allegat alias duas:hìc tamen loquitur de instrumento,ibi de testibus.An verò valeat adēptio facta corā duob[9] testibus de legato facto in testamento: plenè per Host. in summa,de testa.§.qualiter confirmetur.ver.j.
ADDE Bal.in d.l.hæredes palàm.ff.de testa.in j.col.vbi dicit,ꝙ ꝑ hoc nec voluntas neq; solennitas probatur:ibi vide rationes.
e Sed nunquid.¶Iste versi.cum duobus seq.ad literam fuerunt Vber.de Bob.vbi s.
f In fine.¶Dicit Io.de Deo,in Cauil.li.v.vbi de vltimis volūtatib[9] in fi.quòd apud Hispanos non scribitur testamentū, sed solū vocant testes.Venetiis ēt nō seruatur lex de numero testiū:& Iaco. de Are.disputauit,an eorū ꝯsuetudo testandi coram paucioribus testibus sit valida?& dato ꝙ valeat,quærebat, vt j.q.2. de qua ibi dicā:& de prima tenuit,ꝙ si ibi est cōsuetudo de ꝯsensu pricipis, valet,quasi cōstituisse videatur id,quod patit & ꝯsentit,ff. de isa. qd ergo.§.j.ff.locati,cū in plures.§.locator.de exe.l. 1.§.magistrū C.de serui.& aqua.l.2.Constat enim principem talem formā testādi,Venetiis ꝯcedere potuisse,C.de test.si nō speciali.aliàs dicit ꝯsuetudinem nō valere:alle.C.de test.l.3.Item cùm lex dicit tale testamentum nullum esse,ꝯsuetudo nō pt illud validare. Ad primum alleg.C.de test.si vnus.cum multis legibus.Ad fm 1.dist.ꝯsuetudo.ff.de leg.j.l.nemo.ad idem ext.de iur.cal.cæterùm.de ꝓbat.c.2.de fideiuſ.constitutus.Item omne hominū genus legib[9] viuere debet,C.li.xj.de condu.& de ꝓc.domus.Aug.l.j & ff.de sepulchro viol.l.3.§.diuus.C.de legib.l.leges. Itē cū lex numerū illum statuerit pp falsitatis timorem.C.de testa.l.iubemus.de fidei cō.lib.l.fi.Consuetudo,quæ aperit viā falsitati, irrationabilis est, C.de iu.l.j.in auth.vt nulli iud.§.j.8.dist.frustra. Ponens aūt ibi distinctionem,quo ad mentem de consuetudine in genere, quam posui super dec.vlt de consue.membro.Pe.dicebat ad propositū ꝙ qn cōsuetudo sequitur legem ꝯriam,& est rationabilis,de patientia principis valet,per iura superius allegata , & talē dicit istā. Homines eīn ibi mercationib. occupati, vix ab illis auocari pñt. ff.quemad.testa.ap.l.sed si quis ex signatoribus.Putat tñ , expressum ꝯsensum principis hoc casu requiri,propter l.fi.C.de testa.q̄ non vult etiā prætextu consuetudinis numerum septem testium minui. Cùm autem sine principis scientia procedit aliqua consuetudo,dicit,quòd si euidens necessitas,vel vtilitas ei fauet: putà quia legē seruari eēt in loco dānosum,valet ꝯsuetudo:qa credēdū est,principē,q ad subiectorū vtilitatem intēdit,id fuisse ꝯcessurū.ff.de vul.& pupill.substitutione,l.ex facto. in prin.ff.de legi. l.in rebus.de pactis,tale pactum. in fi. Si verò non subest necessitas,vt s.distinguit,aut lex est de leuibus,& præualet consuetudo ff.de ventre insp.l.j.§.fi.aut de grauibus,& præualet lex,vt in §.diuus.ff.de sepul.violat.Et secundum hanc determinationem dicit intelligendum,quod dicit lex Lombarda,nullam consuetudinē præponi legi.Resp.qualiter iudices iudicabūt,de l.placuit.Sed ꝯuerso casu quęritur,an probationem instrumentorū, vel testiū d̄ iure plenā & validā consuetudo faciat inualidam, vel insufficientem?SOL.quæstio soluit seipsam,cùm regulariter, qui potest vnū oppositorū,potest reliquum,de maio.& obed.cùm inferior. vbi de hoc in j.gl.ff.de acq.hæred.l.is qui hæres.& l.is potest. Cōstat autem,quòd est dictum,quòd consuetudo pt primum, de fi de instr.cùm dilectus.2.responso:ergo poterit & secundum. His conueniunt xij.dist.nos consuetudinem. extr. de cler.coniug.cū olim.per quæ duo probant,quòd consuetudo inhabilem habilitat,vt in primo:& aliàs habilem inhabilitat,vt in ſo:faciunt leges allegatæ in præ.dec.cùm olim.in vlt.gl.quæ quid dicant, vide ibi in suffragio.bene facit,quia dat leuiorem & grauiorem formam contractibus,vt in promissione de euictione est expressum,ff. de euic.si fundus,sic approbat & improbat administrationem tutoris.ff.de admin.tut.sine hærede.§.Lucius.Si te in his vis extendere vide,quod scripsi de consuet.c.fi.super gl.& quam.
ADDE,ꝙ non valeat consuetudo,ꝙ minori numero testium testetur,quā per legē est inductū:tenet Old,cons.ccxliij.& Bal.sensisse videtur consi.cliij.4.lib,Bar.verò contrà l.cunctos populos. latiùs ibi vide.
g Vel castri.¶Interposuit Vber.aut progenies.
h Opponunt.¶Cy.in l.j.C.de sum.trin.tractat hāc quæstionē, allegans ēt hunc ver.& Iac.& Pet.dicunt,institutum habere bona illius loci:& reliqua habebit legitimus.Ad l.ius nostrum.ff.de reg. iur.respōdet,id de iure scripto,quod est vniforme:hoc ex iure ꝯsuetudinis,vel statuti,quod est disforme.& est simile,quod scripsi de rest.in integ.ꝯstitutus.super glo.consuetudo.Scire debes,ꝙ Gul.de Cu.super ead.l tractat quæstionē de illo,q habet bona in Anglia,vbi licet testari cū tribus testibus,& Bononiæ , vbi seruat ius scriptum:corā tribus testatus est.quod intellexit in Anglia,vt alibi,non declarat:saluo,quod dicam j.allegat,quòd neutra debe at habere hæres,nec quæ sunt in Anglia,nec q̄ sunt Bononię,ista rōne,qa nō seruauit ius scriptū:nec quæ sunt i Anglia,ne decedat partim testatus,partī intestatus ꝯ regulā,ius nostrū.ff de re.iu. Ad contrarium,ꝙ debeat habere hæres bona Anglicana,inducit, ꝙ diuersitas patrimonij facere aliquem potest partim testatū. ar.ff. de excus.tu.l.iurisperitos.§.cùm oriundus sicut in milite,q habet duplex patrimonium,castrense & Paganicū,& pt duo testamenta facere,& duos hæredes,ff.de mili.test.l.j.& l.si miles. Vtrùm se quatur ergo diuersitas iuris ad diuersitatem patrimonij? sicut de seruo dicitur,qui habet diuersa peculia,ff.de pecul.hinc quærit. §.potest.& in pupillo,ff.de tut.& curat.da.ab his,l.pupillo.Sibi placet,ꝙ institutus habeat omnia bona,& ad omnia admittatur,qa, vt dicit,in consuetudine Angliæ attenditur sola dispositio,& nō bona.Sicut ergo in Anglia testatus illo more haberet omnia bona adeundo vbicunq; sint:& sic hoc casu dat simile in tutore,qui ñ pt auctorizare sibi i obligatiōe pupilli,& tñ auctorizat,vt hæreditatem adeat sui debitoris:& sic per consequens erit sibi obligatus,ff de auctor.tut.l.j.Inst.de legit.patro.tu.§.sed nostra.ff. de le. tut.l.3.in prin. Sicut ergo potest quis super fundo conueniri alibi,quàm sit fundus,C.de præscr.long.temp.l.fi.& plenè scripsi de rescr.dilectus.2.super fin.2.gloss.sic testamentum factum in Anglia suo more, fidem faciet in Italia.inducit etiam l.omnium. C. de test

Et videtur testamentum valere:arg.ff.commun. præd. venditor. §.si constat.ff.de reb.dub.quoties.& viij.dist.quæ contra. facit etiã pro consuetudine tali,ff.de pact.si vnus.§.quod in specie.ff.de bo. pos.secundum tab.qui testamento.§.si.cùm iuuetur per legem di

a uinam,vt extra.de testib.in omni.Arg.contrà C.de testa.si vnus[a]. non enim videtur in loco fuisse, qui ad tempus ibi erat, ff. de leg.

b iij.quæsitum[b].extra.de verb.signifi.nam & ego.Item illa consuetudo est specialis,sed lex est generalis, vt septem testes requirantur.Vnde consuetudo non valet,ff.de sepul.vio.l.iii.§. diuus. nec ligat nisi incolas,ff.de tutor.& curato.dat.ab his,pupillo.Sup hoc dicunt quidam,quòd si agatur in foro ecclesiastico, valebit: si in seculari,& agatur in loco, vbi testamentum factum est, iudex seruabit istam consuetudinem:arg.ff.de testib.l.testium.§.fin. extra. de eo,qui mit.in pos.causa rei seruan.cùm venissent.Et vtrùm ibi agi debeat,dic,vt C.vbi de fideicommis.agi opor.& ff.de euict. si fundus.Si autem agitur in terra, vnde testator fuit, nõ seruabitur consuetudo.Sed arg.contra hoc in præd.l.si fundus.cùm talis cõ-

c suetudo sit ad litem decidendam[c]. Alii dicunt,quòd si mora erat periculosa,quia erat in mortis periculo constitutus,nec alibi poterat ire,tunc valet testamentum:arg.C.de anna.excep. vt perfectiùs.in fin.ff.ad Trebel. cùm hæreditas. Vel dic, quòd si instituit extraneos,non valet:vel si legitimos,sic:vt C.de testa.hac consultissima.secundum Vber.de Bo.& vide C.de episcop.& cler.nulli. §.si autem non designata.Et arg.prò & contrà,ĵ.de constit.versic. sunt hęc.&seq.&vide,quod no.ff.de peculio,licet.§.idem scribit.

17 de hoc no.ĵ.de senten.§.qualiter autem.versi.item pone.¶† Et

d nota[d], quòd cùm vltima voluntas in iudicio ostenditur,dici debet ante litis cõtestationem exhibenti,vt eligat,an velit ea vti tãquam testamento, vel tanquam alia vltima voluntate: & ipse debet eligere,nec post electionem sibi fas est variare: argum. C. de codic.l.fin.in prin. & extra. de crimine fal. ad falsariorum. prope princip.ff.de tributor.act.quod in hæredem.§.eligere.Aliæ enim impugnationes competunt, si vult ea vti , tanquam testamento: & aliæ,si tanquã alia vltima voluntate:& ad hoc ff.de solut.si duo rei stipulandi. extra. de priuileg. cùm olim. nam & testamentum imperfectum non valet inter liberos, si eo volunt vti , tanquam testamento,secundum quosdam:secus,si tanquam alia vltima voluntate,vt C.famil.ercifcun.filii patris.& l fi.C. de testa. hac consultissima.§.ex imperfecto.& maior desideratur solennitas in testamento, quàm in alia vltima voluntate, in qua solùm mens testatoris specta,vt C.de sac.san.eccle.l.j.in auth.Col. iiij. de nup. §. disponat.xiij.q.ij.c.vlt.& §.sed aliud.extr.de tes.relatum.j.& patet ex præmissis,& ex his quæ sunt ĵ.§.prox.quòd si reus tacuerit ante litem contestatam,& post litem cõtestatam hoc dicat,tunc potest respondere exhibens,Frater, totũ ius meum in iudicio dedu-

e xi,extra.de re iudic.abbate sanè.§.j.ver.præmissa[e].& de causa poss. & propri.cùm ecclesia.ita valet mihi,siue sit testamentum,siue alia vltima voluntas: hoc videat iudex.Stultus enim fuit reus,qui hoc non petiit ante litis contestationem ,vt C.de codic.l.fin.ff.de legat.ij.cùm filius.§.variis.Porrò si dubium sit,an debeat haberi ꝓ testamento,vel pro codicillo,considera mentem testatoris,vt ff. de iure codicil.l.j.& verba eius,vt eod.tit.illud.& l.fin.& C.de co-

f dic.non codicillum[f].¶† Item vide,si est ibi clausula generalis,&

18 solita,Si non valet iure testamenti,valeat iure codicillorum,vel cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis,vt ff.de testa.mil.l. iij. in fin. & ff.de vulg.substi.cohæredi.§.filiæ.C.de codic.l.fin.§.illud quoque.ff.de iure codicillorum,conficiuntur. Quid autem operetur prædicta clausula in vltimis voluntatibus, vide C.de lib.præt.vel exhæred.auth.ex causa.Breuiter tamen nota,secundum Iac.But. quòd hæc causula operatur tantùm,cùm testamẽtum deficit propter defectum solennitatis,putà cùm deficit numerus testium,vel alia solennitas,vt tunc valeat iure codicillorum: non autem operatur,si in alio deficit,putà si rumpatur per querelam, vel posthumi agnationem , vel minima capitis diminutione : & hoc probat ex eo,quod dicitur ibi,valet:& sic loquitur de præsenti defectu,q est,vt quia nõ est ibi plenus numerus testium,vel non sunt rogati,vel est mulier nõ de futuro,vt de illo qđ fiet:puta aliquo dͣ præmissis modis: si enim dixisset Valebit, tũc futuros cõplecteretur defectus. vt ergo omnes hos modos comprehendat, debet dici. si non valet,vel non valebit iure testamẽti,&c.ar.ff.de verb. obli. si stipulatus fuerim.§.j.& l.si à colono.ff.de verb.sig.verbũ Opor

g tebit.Item aliud videt dictum,Si non valet:& aliud,Si nõ valeat. Vel dic,

ADDITIONES.

3 9 ¶†Ad huius autem materiæ clariorem doctrinam scire debes h, quòd testamẽtum, aliud priuatum, aliud solenne, scilicet in scriptis: item priuatum aliud fit sine scriptis, aliud sine aliqua scriptura sub testium pręsentia. Testamentum priuatum sine scriptis dicitur illud, quod fit sine solennitate à iure inuenta, vt patet in præmissis formis: & tale dicitur nuncupatiuum, quando videlicet coram septem testib. & tabellione testator suam voluntatem & hæredis institutionẽ & alia quæ in testamento ordinantur, nuncupat, siue declarat & exprimit. sic ponitur de consec. distin. 4. prope fin. nec alia solennitas adhibetur, quamuis illa per tabellionem redigantur in scriptis. Dicitur ergo sine scriptis. id est, sine solennitate: Institut. de testa. §. fin. C. eo. hac consultissima. §. per nuncupationem Sine scriptura autem sic fit testamentum nuncupatiuum. nam si tabellio haberi non potest, testator vocet testes septem in ciuitate: in villa verò quinque, si plures nequit habere: & coram eis disponat suam voluntatem & ordinatione m: hæredem nominet & instituat, legata exprimat, & illos testes roget. hæc probantur C. de testa. l. si. & l. hac consultissima. & l. publicari Mortuo itaque testatore is, qui ex testamento ius habet, volens huiusmodi testamentum ꝓbare, adibit iudicem, & hoc coram eo proponet: ipse verò vocatis hæredibus, legatariis & fideicommissariis, vel propinquis, qui habent ab intestato succedere, siue venerint, siue non, recipiet testes ad notitiam testamenti, & ad perpetuam memoriam: vt extrà de testibus significauit. & c. Albericus. & quilibet testis iuratus sigillatim interrogabitur de nomine prænominæ, ætate, conditione, & mentis sobrietate testatoris: de verbis, quibus vsus est intestando: de hæredis institutione, & de anno, die & loco, & de præsentibus, & de aliis. Quo facto dicta eorũ coram iudice, & aliis septem testibus prædictis ad hoc vocatis, qui ius habebunt, recitabuntur, & sententialiter pronunciabuntur: eaque ex tunc pro plena ipsius testamenti probatione haberi: notarius autem in membrana, appositis annis Domini, & cæteris publicationibus, attestationes ipsas, item iudicis pronunciationem, & præsentiam vel citationem prędictorum ordinatè scribet: & demum supponet illorum septem testium nomina recitationi & pronunciationi iudicis adhibitorum, & hæc omnia in publicam & authenticam redigẽt formam i. Veruntamen, secundum M. de Ea. vocatis præmissis, & etiam eis, qui fortè in alio testamento instituti dicuntur, ante huiusmodi pronunciationem iudex faciet testes receptos publicari, hoc modo Dicet enim notarius: Anno, mense, die talibus tales coram tali iudice proposuerunt, se velle probare per testes ad æternam
h
i

ADDITIONES.

☞ quòd ex secundo quis possit esse hæres aliquo casu, ff. de iniust. rupt. l. j: Inst. quib. mod. testa. infir. §. posteriore. Sed succedens iure prætorio, non est hæres, licet sit loco hæredis, Institut. de bo. poss. §. quos autem. ergo sequitur, quòd prædixi. Secundum quidentiale est, quòd testamentum, in quo præteritur filius existens in potestate, ipso iure est nullũ, ff. de iniust. rup. l. j. licet si desistat petere declarari illud nullum, confirmetur de æquitate prætoria, eod. ti. l. filio præterito. Emancipatus autem non potest dicere illud nullum iure veteri, vel nouo, ff. de liber. & posthum. l. Gallus. §. in omnibus. & not. C. vnde legi. l. fin. in mag. glo. & de liber. pręter. l. fin. Licet enim per authen. de hæred. ab intestato. §. nulla verò. sit sublata differentia emãcipationis & patriæ potestatis in successione ab intestato, tamen in iure expugnandi testamentum adhuc hodie remanet: quia suus dicit nullum, emancipatus verò rũpit per Contra tabulas, vt not. C. de collat. si emancipati. & de liber. præter. authentic. ex causa. & in l. Gallus. §. & quid si. Per hoc soluit, quòd exhæredatio habet effectum, si pater erat miles, qui condidit testamentum, cùm tunc vtrunque testamentum valeat iure directo, ff. de testamen. mil. l. quærebatur, si non erat miles, secundum testamentum ipso iure non valet de iure ciuili, si filius erat in potestate: & sic exhæredatio habet effectum, ff. de liber. & posthum. l. si filius. & præ. l. si eum. §. vlt. ff. de vulg. & pup. Si verò erat emancipatus, secundum testamentum tenet de iure ciuili, & potest ex eo hæreditas adiri, de bono. possess. contra tabul. l. illud. in prin. & sic tollitur primum per secundum, & secundum poterit tolli per Contra tabulas, & consequenter exhæredatio carebit effectu habetur simile ff. de iniust. rupt. l. 3. sed stante.

a L. ii. ¶ Ibi not. & alia quatuor, quæ requiruntur in illa, quæ etiam scripsi in decre. Ray. super 3. gl.

b Instituere. ¶ Scire debes, quòd eadem ratio formatur de emancipato, quem pater instituit in parte, quam sibi dederat tempore emancipationis, alio fratre vniuersaliter instituto: an scilicet se possit dicere præteritum? Inducuntur prò, quæ statim allegantur. nã illa tunc data, statim fuerunt filii, C. de bonis, quę lib. l. fi. §. cùm autem. & de dona. l. siue emancipatis. & in eo, quod erat proprium, institui non potuit, nec etiam illud legari, C. de legat. l. proprias. Item certum, quòd institutus in certis rebus alio vniuersaliter instituto, habetur loco legatarii, C. de hęred. instituen. l. quoties. etiam si sit filius: licet in ipso tãtum valeat verbum Lego, quantum Instituo, in auth. vt cùm de appe. cognosc. §. ceterùm si qui. Sed in effectu legatarius est in his coniunctis, quod institutus in propriis. & quòd habeatur loco legatarii, & quòd proprium legari non potuit, & legatum valet. Non ergo sibi, vt præterito competeret Contra tabulas, C. de inoffi. testam. quoniam nuper. quia non refert, quid nõ factum, vel minus legitimè factum, ff. qui satisda. cogan. l. quoties. & facit prima opinio hîc de dote. Richard. Malum. in q. quidam habens duos. placet contrarium. sub dubio fortè: vt sic nec possit dicere testamentum nullum, & hoc est certum: nec rumpere per Contra tabulas: sed si habet suam legitimam, sit illa contentus: aliàs agat ad supplementum: & prout infrà de dote dicitur, sic dico de facto seruari in isto etiam casu. datur autem in vtroque consilium, quod etiam de facto seruatur, quòd instituat etiam in aliquo modico vltra illa: & si statuta ciuitatum non impedirent, sic ageret filia dotata ad supplementum, sicut emãcipatus.

c Quòd non. ¶ Hoc placuit Azon. in Summa de liber. præter. §. itẽ debet fieri. Et hanc sequebatur dominus meus in quæstione, de qua submittam.

d In fin. ¶ Vbi hæc materia.

e Contra. ¶ Hęc fuit opi. Ioan. & placet Accur. vbi s.

f Quamuis. ¶ Sed incidit alia quæstio, quam disputauit dominus meus in legibus: an pater, qui simpliciter dedit dotẽ pro filia, simpliciter, id est, nõ stipulatus illam reddi sibi, si instituat illam in dotem, & rebus aliis, possit illi substituere in dote? & tenuit, quòd in dote per fideicommissum substituere nõ possit post tempora pubertatis: nec sequitur, si potest institui, ergo & sibi substitui. Hoc patet in debito iure naturæ, C. de inoffic. testa. quoniam. ij. Dyn. in l. à filia periit. ff. ad Treb. tenet, quòd si pater substituit vulgariter, tenet substitutio. cùm in potestate sit filiæ adire, vel non adire, ff. de hær. institu. l. iam dubitari. si substituit per fideicommissum, & filia habet vltra debitum bonorum subsidium, tenet in eo, quod plus est, ff. de leg. ii. l. fin. §. filiæ. si non habet vltra, non tenet, per præd. l. quoniam. hoc dictum Dyn. posuit Cy. C. de rei vxor actio l. vna, §. videamus. Per hæc verba non soluitur quæstio, quando dos excederet legitimam, cùm quæstio formetur de instantia in dote, & rebus aliis: nisi intelligerent etiam in illo excessu substitutionem tenere: quod non placet, saltem in patre non postulato. Adde per Bal. cõsilio lxiiij. iij. lib. & ibi, quid si ex forma statuti dos fieret lucro mariti, an in eo, quod excedit legitimam, defalcabitur fideicommissum vigore statuti.

g Et bene. ¶ Secundum Roland. cuius fuit iste versic.

h Scire debes. ¶ Secundum Roland. vbi suprà: autor autem addit iura.

i Formam. ¶ Secundum Roland. qui hoc continuat versicul. infrà vltimo.

ad æternam rei memoriam testamentum talis. Qui iudex vocatis talibus, vel faciens publicè præconizari, si quis contradicere vellet: tandem quia nullus apparuit, vel quia nihil rationabile oppositum fuit, interlocutus est testes debere admitti. & mihi notario iniunxit, vt eorum dicta redigerem in scriptis. Talis ergo testis iuratus, sic dixit: & talis sic: in fine verò dicet: Lecti & publicati sunt testes isti ad ęternam rei memoriam, auctoritate & mandato talis iudicis, in tali curia, præsentibus talibus productoribus, & talibus eorum aduersariis, & in præsentia talium testium, sub anno Domini, &c. Ego talis scripsi & publicaui: & vide suprà §. ostenso. ver

40 sic. qualiter. ¶† Testamentum verò solenne, scilicet in scriptis, licet in continentia, & tenore & cæteris omnibus, quæ in dispositione propriarũ, siue de iuris solennitate, siue de testatoris volũtate necessaria sunt, parificetur, & simile sit nuncupatiuo testamẽto, tamen in solennitatibus, & in forma magna est differentia inter ea, ex quibus substantiam & efficaciam sumit testamentum in

a scriptis: de quibus, & de eius forma dicamus [a].

¶FORMA. Volens igitur ordinationem suam fortè fore secretam, & tutam, si literatus est, ipsemet scribat testamentum, vel etiam per alium scribi faciat in membrana bona & solida, in cuius parte superiore relinquatur spatium vacuum trium, vel quatuor digitorum: in dextro verò latere & sinistro tantundem spatij: in parte autem inferiori supersit spatium vacuum tantum, quãtum palmus siue palma digitis extẽsis protenditur, vel circa: in medio autem horum spatiorum scribetur tenor & series testamẽti: quo facto plicabitur charta ipsa, ita quòd spatium superius coniungatur cum inferiori parte: & figantur ibi tres chordulæ: in plicatura verò dextri spatij duæ: & sinistri aliæ duæ: sic vt quælibet chordula duo habeat foramina interiorem literam non lædentia, vel attingentia: quibus chordulis singula spatia, & singula coniuncta ligentur, ita quòd interior litera videri, vel legi non possit. Porrò de illo magno spatio inferiori vacuo tantum debet discoopertũ relinqui, quòd ibi possint patenter & apertè scribi subscriptiones testatoris & testium: quibus, vel eodem die, vel vno, vel pluribus diebus antè sic scriptis, vel factis, vel ordinatis, & postea, quando placuerit testatori, vocabit septem testes iuratos vtique literatos & scribere scientes, & nullum iuris impedimentum habentes, & coram eis testator ipsam scripturam clausam & inuolutam, id est dictis chordulis ligatam, vt dictum est, in manibus tenens offerre debebit, dicens illud suum esse testamẽtum, sua, vel talis alterius manu scriptum, & eos rogare in testes, & rogando mandare, quòd ipsum testamentum subscribant & signent: ipse verò etiam se debebit sua manu subscribere, prout inferius exprimetur. Igitur ibidem, & in præsenti, vno contextu, antequam ipse testator, vel aliquis ex testibus inde discedant, debebit vnusquisque ipsorum testium annullum, vel sigillum characteratum ad vnam ex chordulis appendere, siue suum, siue alteri9 testis, si proprium non habet. Post hoc continuò in spatio inferiori discooperto subscriptiones fient. Primò autem testator, si propria manu scripsit testamentum, se hoc modo subscribet.

¶FORMA. Ego A. præsentem paginã clausam & ligatam in manibus tenens, infrà scriptis testibus omnibus simul præsentib9 purè ad hoc adhibitis & rogatis, obtuli ab eis secundum iuris ordinem signandam & subscribendam: asserens, quod in ea scriptum est, meum fore testamẽtum, & illud totum, & hæredis institutionẽ, & omnia & singula, quæ in eo continentur, à me scripta esse, necnon coram eis ibidem præsentem subscriptionẽ propria manu subiiciens. Si verò de mandato testatoris alius testamentum scripsit, ille taliter se subscribet:

¶FORMA. Ego R. mandato A. literarum ignari, vel subscribere propter corporalem ægritudinem impediti, hoc eius testamentum, tam heredis institutionem, quàm cętera in eo contenta, suo mandato mea propria manu scripsi: & eo postea pręsente paginã clausam & ligatam, infrà scriptis testibus ab eo vocatis, & rogatis omnibus simul præsentibus, offerente, & asserente id, quod in ea continetur, suum esse testamentum, & à me scriptum, pręsentem subscriptionem meam vice & nomine suo & eius mandato appo

41 sui, & in testimonium me subscripsi. ¶Cæterùm † ibidem & in præsenti quilibet ex testibus taliter se subscribet:

¶FORMA. Ego C. rogatus & præsens, vnà cum omnibus infrà scriptis, siue suprà scriptis testibus, ad omnia & singula in hoc pręsentis paginæ inferiori spatio facta, contenta & scripta, simul præsentibus & rogatis in ipsa pagina eius vtique A. testamento suo mandato manu mea in testimonium me subscripsi, & eam sigillo proprio, (si proprium habet) vel sigillo infrà scripti D. signaui, habente in circulo formam aquilæ, vel leonis: quod ad vnam ex chordulis suprà dictis ceræ impressi. Sic igitur septem sigillis appensis, & factis octo subscriptionibus antè dictis, & cæteris ritè peractis, testator testamentum secretè studeat custodire. Ex his ergo solennitatibus substantiam capit, & vitã, & nomen testamenti in scriptis: nec aliter factum valet, nisi inter filios testatoris, vt C. qui testamentum facere possunt, hac consultissima. §. ex imperfecto. & in authen. hoc inter liberos. Præmissa probantur in prædic. l. hac consultissima. & eodem tit. cùm antiquitas. §. fin. & l. iubemus. & authen. hoc non obseruato. Instit. eod. tit. §. postea verò. vsque ad §. testes. ff. eod. hæredes. in fin. & l. ad testium. §. signa autem. & l. penult. & suprà §. prox. versic. iii. & seq. Consequenter autem is, cuius interest, postulabit illud aperiri & publicari: super

42 quo dic, vt suprà §. ostenso. ver. quoniam. & sequen. ¶† Illud autem non est ignorandum, quòd cæcus testari non potest sine solennitate quadam. debet enim vocare septem testes, & notarium & coram eis exprimere, se velle sine scriptis testari. Debet etiam exprimere nomina, & indicia, & dignitates hæredum, quos instituit, & legata, & fideicommissa designare, quæ omnia scribenda sunt à notario coram testibus. Vel, si iam scripta erant, debent coram eis recitari, & cæcus debet profiteri illud suum testamẽtum, & illud dispositum fore ex sui animi sententia. In fine verò in inferiori chartæ spatio debent, tam quilibet testis, quàm notari9 se subscribere, & testium & notarij sigilla apponi debẽt in octo chordulis appositis. Quòd si notarius haberi non potest, debet octau9 testis adhiberi: vt per eum capiat effectum, quod per notarium fieri debebat, vt iam dictum est, C. de testam. hac consultissima. quę omnia fiunt in hunc modum:

¶FORMA. A. licet oculorum carens visione, tñ corpore & mente sanus, vel mẽte tñ sanus, sed corpore languens, vocatis me notario & testib. infrà scriptis, protestatus est, se per nuncupationẽ, & sine scriptis velle testari: declarans & exprimens infrà scripta legata, hæredum nomina, & dignitates, & indicia, & cæteras infrà scriptas dispositiones dilucidè ore proprio. Coram nobis itaque bona sua testando, disposuit in hunc modum: Primò nanque pro anima sua, &c. Scripta ergo clausula finali ipsius testamenti, postmodum sic in fine dicetur: Igitur prędictis omnibus coram dictis testibus apertè recitatis & lectis, dictus A. protestatus est hoc suum esse testamentum ex sui animi sententia dispositum, rogans infrà scriptos ad testimonium adhibitos, testes esse: & vt subscriptiones suas, & sigilla secundum iuris ordinem subiiciant, & apponant: & statim quilibet testis subscribat hoc modo:

¶FORMA. Ego P. simul cũ infrà scriptis aliis testibus, siue cũ suprà & infrà scriptis aliis testibus, à dicto testatore adhibitis & rogatis, huic testamẽto, & recitationi, & oĩbus & singulis suprà scriptis pſens interfui: & ab eodẽ testatore rogatus in testimoniũ me subscribsi: sigillũ meum propriũ, vel si non habet propriũ, dicat, sigillum infrà scripti N. habens intra circulum formam agni, vel columbæ, in vna ex chordulis ceræ imprimens & apponens: & eodem modo cæteri testes similiter. In fine autem tabellio se subscribat hoc modo:

¶FORMA. Ego L. notarius ab ipso A. testatore vocatus, prædicta omnia & singula suo mandato scripsi, & scripta coram dictis testibus recitaui & legi, & in publicam formam redegi, ab eo rogatus in testimonium me subscribens, & sigillum proprium, vel alterius talis habens talem formam, pendens, ad vnam ex chordu-

43 lis subiiciens & apponens. ¶† Et nota, quòd hoc testamentum dicitur nuncupatiuum, licet multam habeat similitudinem cum testamento in scriptis: quia si cęcus codicillari voluerit, eadẽ sunt in codicillo seruanda. Hæc omnia probantur in prędic. l. hac consultissima. & Institu. quibus non est permiss. fac. test. §. penultim.

44 ¶† Et in summa nota, quòd partes testamenti sunt sex. ¶Primò ponitur prooemium, ff. de regu. iur. l. j. ¶Secundò, legata: licet quidam ponant hæredum institutionem, vt suprà versicul. veruntamen. ¶Tertiò, hæredis institutio. ¶Quarto, substitutio. ¶Quintò, prouidæ dispositiones testatoris. ¶Sextò, illa clausula generalis, Et hanc suam vltimam, &c. Ponuntur etiam & alia, putà exhæredatio: quæ, & etiam substitutio, & institutio, non nisi in testamento fieri potest, vt C. de testa. non codicillum. Item ponitur fideicommissum. Item tutorum datio. Item pœnæ adiectio, vt extrà de testam. Raynaldus. ¶In prooemio debet nomen testatoris exprimi, siue certa determinatione monstrari, argumen. ff. de codici. quidam. ¶Item debet dici, an in scriptis, vel sine, velit testari. ¶Tertiò debet dici status mentis & corporis eius, C. de transact. sanum corpore. C. qui testamen. fac. pos. Seium, licet pręsumatur compos mentis, ex quo testatur, C. de codicil. l. nec codicillos.

45 ¶† Circa legata verò scias, quòd eorum triplex est species. ¶Prima,

ADDITIO.

a Dicamus. ¶Rolan. parte 8. v. col. non curauit de hoc, ꝓsequi, dicens, quòd nostro tempore non seruabatur, & verum est communiter: sed adhuc aliqui seruant.

a ma,illictorum restitutio [a],xiiij.quæ.vj.si res.extrà de vsuris,cùm
tu.nulla enim legata debentur,nisi ære alieno deducto,C.de iure
delib.sancimus.§.si verò creditores,j.quæst.j. non est putanda.ff.
de fur.si pignore.§.j.¶Secunda,impensæ funeris,& legata ad pi-
as causas:& post has eligitur persona commissarij ad ea soluenda.
xix.q.vlt.c.perlatum.§.econtrà. non enim expedit hoc commit-
ti fidei hæredis,de pœn.dist.vj.nullius.versi.quem enim morbus.
¶Tertia,legata vxoris & propinquorum,lxxxvj,distin.non satis.
xij.quæs.j.expedit.¶Primò igitur prima,secundo secunda,tertiò
46 tertia species seriatim ponentur. ¶† Tertiò dicendum restat de
hæredis institutione:super quo simpliciter,tu Canonista,nota.ꝙ
directa hæredis institutio fieri nequit, nisi in testamento, & non
in codicillo,vel alia vltima voluntate. Est autem directa,si quis in
stituatur hæres directo iure,ad quem testator vult peruenire suã
hæreditatem,in qua eum instituit,C.de codicil.hereditas.Institu.
eod.tit.§.penul.Obliqua verò,seu fideicommissaria hæreditas re
linqui potest,& in testamento,& in codicillo:vt si hæres institu-
tus in testamento,vel hæres ab intestato veniens,rogetur in co-
dicillo,vt hæreditatem alteri restituat,vt infrà §.viso.Is enim,cui
hæreditas restituetur,hæres erit per fideicommissum,&quodam
modo per obliquum hæreditatem capiet altero mediante, vt In
stit.de fideicommis.hæred.§. præterea.& §.in primis. extrà de te-
stamen.Raynutius.& ca.Raynaldus.Fit autem hæredis institutio
verbis directis sic:Titius hæres mihi esto:vel hæreditatis meæ do
minus esto.¶Item etiam verbis inflexis,sic:Titium hæredem fa-
cio vel instituo:vel ei iure institutionis relinquo,C.de testa.quo-
niam.ff.de hæred.instit.his verbis.Inflexa enim dicuntur nomina
in omnibus casibus suis,preterquam in nominatiuis:idemque est
si dicit,Tibi relinquo hæreditatem,vel alia bona mea,vt C.de se-
cun.nupt.l.hac edictali.respon.j.& Institut.de testamen. mili. Per
hæc enim verba videtur eum instituisse,vt ibi probatur:quod ve-
rum est,nisi alium instituerit. tunc enim loco legatarij habeatur,
vt C.de hæred.instit.quoties.de hoc in authen.Colla.j.de hæred.
&Falcid.§.si verò nulla.Tunc potest fieri institutio purè:vt illum
hæredem instituo,ff de hæredib.instit.hæreditas.¶Item sub con
ditione, vt T. hæredem instituo, si cum filia matrimonium con-
traxerit.Ex certo autem tempore,aut ad certum tempus,non po
test fieri institutio,Institut.de hæred.instituen.§.heres.¶Item po
test fieri in vniuerso:vt,in omnibus meis bonis T. instituo. ¶Itē
in certa parte. ¶Item in re, vel quantitate certa,C.eod. quoties.
¶Item possunt plures simpliciter partibus non expressis,Institu.
eod.§.si plures.¶Item sic potest,partim in capita,& partim in stir
pem fieri:vt A.&B.filios meos,s.quemlibet eorum pro tertia. &
C.& D.& E.nepotes meos,filios quondã H.filii mei pro alia ter-
tia mihi hæredes instituo.nam & sic ab intestato vocantur,Insti-
tut.de hæred.quæ ab intest.def. §.quia placuit.De substitutione
47 verò nil dicimus:quia satis de illa à Doctoribus disputatũ. ¶†Se-
quitur videre de prouidis testatorum dispositionibus , quæ qui-
dem plures sunt.nam quandoque prohibet hæredem detrahere
Falcidiam de legatis,in auth.de hære.&Falcid.§.si igitur à nobis.
& §.si verò expressim.Instit.de lege Falci.§.ex diuerso. quandoq;
prohibet rei alicuius alienationem,Institut.de legat.§.fi.C.de his
quę pœn.no.l.j.quandoque prouidet pupillo de tutore,vt suprà
de tut.quandoque relinquit aliquid filiæ vltra dotem,extrà de te
stam.c, Raynutius. quandoque etiam pœnam adiicit,C.de his,q̃
pœn.no.l.j.Instit.de lega.§. pœnæ quoque. & §.fin.extrà te testa-
men.Raynaldus.& similia, vt patet suprà in forma testamenti po
sita in versic.numerum.De vltima clausula dixi suprà §.prox.ver-
48 sic. item vide.¶†Et breuiter nota,quòd per testamentum inte-
grum & authenticum dari potest cuilibet hæredum , & substitu-
torum,& fideicommissariorum,& legatariorum certa pars testa-
menti:putà illa,in qua fit mentio de eo,quod sibi legatum,vel re
lictum est:hoc modo:
¶FORMA. P.sanus mente & sensu per gratiã Dei,licet languēs
corpore,suarum rerum& bonorum omnium dispositionem per
præsens nuncupatiuum testamentum sine scriptis in hunc mo-
dum facere procurauit. In primis quidem reliquit de bonis suis
pro anima sua centum libras,&c.& in fine ante alia, quæ in eodē
testamēto disposuit,tale fecit legatum his verbis expressum.Præ
terea de aliis bonis reliquit iure legati B. nepoti suo quinque li-
bras Turonens.In fine autem ipsius testamenti sic continetur:In
omnibus autem aliis bonis suis mobilibus & immobilibus & acti
onibus, tam præsentibus, quàm futuris, D. eius filium hæredem
instituit:& hanc suam vltimam voluntatem asserit esse velle,quã
valere voluit iure testamenti: quòd si iure testamenti non valet,
valeat saltem iure codicillorum,vel cuiuscunque alterius vltimę
voluntatis. Et sic vides , quòd quando pars sumitur , debet poni
principium atque finis : quia per extrema colligitur medium, vt
28.dist.quia sunt culpæ.& specialiter hæredis institutio:& in me-
dio poni debet illud legatum,cuius occasione sumitur pars,secũ
dum prædictam formam.

ADDITIO.

a Restitutio.¶De malè ablatis incertis an fideicommissarij restitu
ant,vide,quod scripsi de testa.c.ij.lib.vj.super ver.liberè.

SVMMARIVM.

¶De vltimarum voluntatum executoribus.

1 *Executores vltimæ voluntatis qui dicantur,& quot sint.*
2 *Executores vltimæ voluntatis datiui,qui dicantur.*
3 *Executores testamentarij legitimi & datiui,dicuntur à iure canonico simpliciter executores.*
4 *Executor,distributor,aut minister,nullus efficitur testamentorum:nisi ei specialiter sit commissum.*
5 *Testator si dicat facio talem gardiatorem meum,vt eius consilio legata soluãtur,& distribuantur,an talis sit executor,vel distributor.*
6 *Hæredis distributio,si sit idonea,valet:aliàs non.*
7 *Testator dicens se velle ad arbitrium sui gardiatoris fieri distributionem,an ille erit executor.*
8 *Heredis gardiatore,seu executore ante quàm arbitretur moriente,quis in eius locum succedere debeat.*
9 *Distributor testamentarius an possit dici executor.& num.seq.*
11 *Distribuere est inter plures diuidere.*
12 *Testamentum continens talem executorem ad complendum omnia,an talem reddat ministrum merum.*
13 *Pluribus executoribus testamenti existentibus, si vnus decedat, an inter eos erit ius accrescendi,vel inter superstites.*
14 *Sacerdos non potest esse:aut dici hominis seruus publicus,sed solius Dei : nec per eum potest acquiri alteri actio per auditam confessionem.*
15 *Præceptum fæneratoris tutori filiorum suorum factum,vt vsuras restituat,an valeat.*
16 *Executores testamentorum nomen & vim habent hæredum.*
17 *Legat cum quis alicui,vt legatum inter aliquos distribuat,multipliciter consideratur.*
18 *Legatum testamento relictum quo iure petatur.*
19 *Fides tutoris testamentarij à testatore dicitur approbata.*
20 *Tutor testamentarius an debeat ante bonorum distributionem præstare iuramentum.*
21 *Executor testamentarius,si iam habuit legatum,& dicit cum iuramento se illud expendisse in pias causas,an sit ei credendum.*
22 *Executores testamentarij quando possint ab hærede legata repetere.*
23 *Hærede dicente se velle interesse dispositioni bonorum testamentariorum,an executor contradicere possit.*
24 *Executor testamentarius an possit ante litis contestationem petere procuratorem ad petendũ bona distribui.*
25 *Testatore dicente,Relinquo pro anima mea,quod iustum fuerit, vel quod filijs meis videbitur an agi possit ad executionem.*
26 *Hærede non instituto,sed tantùm relictis legatis in testamento,quis sit loco hæredis habendus.*
27 *Onerari tantum potest quis,quantum est honoratus.*
28 *Testator distributorem relinquens , eum videtur committere , vt possit agere & defendere.*
29 *Executor bonorum testamentariorum,hæres dicitur nomine,sed non re.*
30 *Mulier tutrix & fideicommissaria,si tutela finita remaneat illi aliquid, an ex eo possit dare pro malè ablatis.*
31 *Hæres,vel distributor an teneatur dare instrumenta legatario,quæ pertinent ad negotium rei legatæ.*
32 *Executor vltimæ voluntatis an possit alienare bona curæ ipsius commissa.*
33 *Executor vltimæ voluntatis an sine decreto vendere possit,vbi testator licentiam dedit.*
34 *Executor testamentarius,agens contra debitorem hæredum,an debeat satisdare,hæredem,vel legatarios rem ratam habituros.*
35 *Hæres rogatus restituere executori,an possit ab eo petere satisdationem,quòd eum seruabit indemnem.*
36 *Debitor hæreditatis an soluendo distributori liberatur.*
37 *Debitori testamentario volenti potiùs hæredi soluere,quã executori,an liceat.*
38 *Executores , vel legatarij testamentarij debita non exigentes,videntur esse in culpa.*
39 *Executore testamentario impedito exequi,in quem eius potestas transferatur.*
40 *Heres conuentus ab executore.si contra ipsum excipiat,quòd ex causa non potest agere, an,& per quem sit cogendus ad soluendum.*
41 *Tutor aut curator,an remittendo debita dent liberationem.*
42 *Executor testamentarius an agere debeat causam sumptibus notarij , & iudicis.*
43 *Executor testamentarius an habeat necesse cauere de restituẽdo hæredibus partes singulorum.*
44 *Distributor testamentarius an teneatur facere inuentarium de bonis,quæ habet distribuere.*

45 *Simplex*

a 1 13. §. Nunc verò aliqua de vltimarum voluntatum executoribus disputemus [a]. ¶† Sciendum est igitur, quòd

ADDITIO.

a Disputemus. ¶Hunc tractatum, cum his, quæ addidi, publicare disposui: tamẽ cum clausula, Saluo, &c. quę ponitur in libellis. mouet vtilitas verisimiliter sequutura ex aliqua parte operis publicata, cum per id posset in opere alicuius gratæ alterationis haberi consilium, quod post Christi vicarium, & ipsius fratres requiro suppliciter, ac excelsum Principem dominum meum, dominum Hugonem Hierusalem & Cypri regem serenissimum, qui scripto rum mei familiaris sui auid⁹, habens cum magno sumptu omnia publicata, sæpè opus hoc expediri solicitat: & quem sine hyperbole cõstat omni scientia theologica, iuris vtriusque, & septem artiũ liberalium eruditũ, licet ex altitudine ingenij fortiori astrorum, scilicet fortius delectetur. propter scientiarum tamen studium curam Reipublicę non omittit: quod regni prosperitas pates facit. Istius verò partis præeligendæ causam dedit, quia vltra præteritas, quarum aliquę adhuc pendent, nouissimè simul occupor tribus executionibus voluntatum certorum, quos nec dispositionis executores fore sperabam, scilicet domini Guidonis Cõcordiensis episcopi, cordialissimi mihi patris: propter quem Bononiæ, Mutinæ, & Rhegij mihi hoc onus incumbit: itẽ domini Azonis dilectissimi generi, post cuius funus mihi coniugem charissimam dies quarta subtraxit: decuit ergo tractatum prælegi, in quo ver⁹ affectus etiam ad hoc mouit tollendæ difficultatis, quæ hîc in inueniendis versiculis habebatur, vt sic saltem illo commodo Studentes interim fruerentur. Contulit etiam ad hoc, quia tractatus est generalissimus, & vtrique iuri & foro communis: aliquid etiã adiecit reuelatio grandis furti. Circa quod sciendum, quòd Ioan. Blancus Massiliensis vrbis sub quatuor rubricis, prima generali, & tribus specificatis, prolixum tractatum fecit, in quo cxxxv. quęstiones inclusit: quod hoc opus præcessisse patebit intuenti illud inchoatum Mcclxij. vt in ipsius principio cũ eo, quod habetur su prà eod. tit. ad finem secundæ colum. auctoris. Sæpe tamen, quod commendo, plures illius quæstiones auctor sub versiculo vno ꝯiunxit, vt numerum decurtaret: quia verò ipse Ioan. multas ex illis pleniùs auctore tractauit, illarum numerum describam, vt post sint facilè inueniri. Fuit autem nimis grande furtum, in nulla parte tractat⁹ exprimere inuentorem. Potuisset tamen ex eo moueri, quia ipse Ioan. in suo proœmio se non expressit fore doctorẽ. Item sciendum, quòd huius §. materia per multos tractata est ante & post prædictum Ioan. vt per Vbertum de Bobio, Odofredũ & Rofredum: item Iacob. Bald. de Rauen. & Nicol. Matth. super l. nulli. & Cynum super l. id quod pauperibus. eo. tit. Iacobus verò de Aret. fecit tractatum de hoc, qui incipit, quia fideicõmissariorum. diuidens illum in quatuor partes. Prima est, vnde dicatur ꝯmissarius. Secunda, quis possit ordinari. Tertia, per quem. Quarta quod sit eius officium. & hoc in principio: item in medio: item in fine. Summè placuisset quòd auctor sub his mẽbris aliquibus additis, sic diuisim collocasset inferiora dispersa. Constat etiã, quòd primum & tertium de paruis ferculis saturasset. secundum autem prosequitur in versic. lxxiiij. & sequentibus. Satis autem sit nobis, quòd ipse Ioan. aliqualiter diuisam, & auctor post eum licet indiuisam longè pleniorem telam faceret, quàm alij. Interserit etiam hîc auctor certas quęstiones aliorum: harum vtrasque sæpius impugnabo. Placuisset autẽ valde, quòd auctor hîc fecisset versiculorum numerum, sicut fecit in §. nunc ostendendum. & §. nunc de episcoporum. s. de legato, & in §. fin. j. de locato, & de feud. §. i. & de statu monach. § j. Et quia non attento numerum addere ad cõtextum. propter versiculorum iam factas allegationes innumeras: ideo quod & alibi bis faciam, tabulam hîc componam cum suo numero, quem demum extra columnam in contextu signabo, in qua etiam tabula quæstiones vtiles, & alia, quæ addam, discernentur per nigrum positum post rubrum: & ne per præmissa numeri inculcentur, numeros quæstionum prædicti Ioannis sub tabula ponam, non sub versiculis prælibatis. Vltimò sciendũ est, quòd vbi hîc, vel alibi auctor allegat huius tituli versiculum, numerum addam nomine reseruato. In meis autem verbis deinceps solo numero contentabor. Et sit primùm in tabula:

1. ¶Distinctio executorum & de ipsorum nominibus.
2. ¶Quid si executori nullum officium committitur: hoc primo & secundo Ioan.
3. ¶Quid si dicatur, quòd eius consilio legata soluantur: iij. iiij. & v. Ioan.
Conuertitur quæstio, cùm consiliarius datur executori.
4. ¶Quid si cum eius consilio hæres non concordat. G. & A. Io.
5. ¶Quid si dicit, quòd ad ipsius voluntatem fiat solutio. 8. Io.
6. ¶Quid si malè arbitretur. ix. Ioan.
7. ¶Quid si moritur prius quàm arbitretur: hoc x. xj. & xiiij. Io.
8. ¶Quid si viuens non vult arbitrari: xj. Io.
9. ¶An ad id cogi possit: xiij. & xv. Io.
Suppletur, quod deficit, de Ioan.
10. ¶Quid si facit gardiatorem, vt distribuat. vj. Io.
11. ¶An distributor sit executor. xvij. & xviij. Io.
12. ¶Quid si dixit, facio te gardiatorem meum. xix. & xx. Io.
An expressa potestate agendi executor possit, vbi aliàs ñ liceret.
13. ¶Quid si vnus ex pluribus decedit, vide j. xlix.
Duæ hîc sequentes non fuerunt Ioannis.
14. ¶De vsurario, qui promittit vsuras restituere.
De infirmo, qui remisit iniuriam in manu sacerdotis: dominicalis xiij.
15. ¶Quid si tutori filij præcepit vsurarius, quòd vsuras restitueret: & interponitur remissio, sed ineptè.
16. De potestate executorum in agendo & exigendo: hæc cum sequenti tractantur xxij. xxiij. & xxvj. Ioan.
Impugnabitur.
17. ¶Item quo iure agant, dicam s. proximè.
An minister suo nomine habeat actiones.
18. ¶Quid si hæres petit sibi caueri. xlv. Io.
Impugnabitur.
19. An executor iuret, quòd bona fide agat.

Item

quòd executor vltimæ voluntatis dicit, qui testatoris voluntatẽ exequi, seu adimplere debet: vt ꝓbat ext. de test. tua. & c. Ioannes. & in decre. Innocentij IIII. extrau. eod. ti. Ioannes, frange panẽ.
a in princip. [a] ¶ Executores autem alij sunt testamentarij, alij legitimi, alij datiui. Testamentarij dicuntur, qui in testamẽto dãtur: de quibus legitur ff. de alimen. & cib. leg. l. iij. Horum est officiũ, defunctorũ voluntates implere. ad hoc enim ꝯstituti sunt, vt in p̃d. decre. & C. de episc. & cle. nulli. respon. j. & ij. & in auth. Collat. ix. de ecclesi. tit. §. si quis autem. & §. si autem, qui facere, ff. de alim. & cib. leg. neq; & de his ĩ. tractabimus ferè per totum vsq; ad versi.
b 83. item circa. Legitimi [b] autem dicuntur, quibus huiusmodi potestas, siue officiũ datur à iure: vt est episcopus, œconomus, capitulum, & iudex secularis, vt ĩ. versi. sed idem circa. & seq. iam dicetur. Aut enim testator aliquẽ executorem in testamento, seu vltima voluntate dimisit, aut non. Primo casu, si executor deputatus testatoris ñ exequatur voluntatem, episcopus loci, vbi defunct⁹ habebat domicilium, seu eius œconom⁹, vel etiã episcopus loci,
c vnde originẽ duxit [c], vt in præd. l. nulli. §. j. debet illum primò & secundò admonere per publicas personas: qui si sic monitus nolit exequi, perdit lucrum, quod ex ipsa vltima voluntate habiturus erat: & tam illud lucrum, quàm etiam relictum, quod per eum distribuendum fuerat, cum fructibus & augmentis medij temporis episcopus vendicabit: & quæ testator iussit, per eum implebunt,
d & hæc obtinent in relictis ad pias causas [d]. Hæc & alia legunt in auth. de eccl. tit. §. si quis aũt pro redemptione. & §. seq. & ĩ. versi. 58. q̃ritur autem. Si verò nullum executorẽ dimisit, ꝑ quẽ executio fiat in huiusmodi piis causis, idẽ episcopus, vel eius, seu etiam ecclesiæ œconomus testatoris voluntatem impleat, sm̃ formã in præd. l. nulli. contentam. etiam si testator interdixerit hoc ꝑ eos fieri, vt in auth. eo. tit. §. si autem specialiter. & §. seq. & §. in oĩbus. extrà de testa. tua. C. de episco. & cleric. si quis. Adde §. primũ. & §. si autem. ꝙ si testator sit barbaræ nationis, vel etiam sit ciuis, decedẽs in aliqua villa, vel vico, episcop⁹ ciuitatis hoc exequat: & si ipse in his negligens fuerit denuncietur hoc metropolitano, vt ipse hoc faciat: vt in p̃d. §. si aũt, qui. & §. seq. Inuenitur etiam casus, in quo ecclesia habet huiusmodi executionẽ, vt in auth. Col. 8. vt
e cùm de appel. cogno. §. si vnum [e]. De his legitimis executoribus
2 dicetur ĩ. ver. sed lex est circa vsq; in fi. ¶ † Datiui verò [f] sunt, qui
f vocatis hæredib⁹ testatoris dãtur à iudice, vel ꝯsule ciuitatis: & hi executores p̃stabũt alimenta libertis, q̃bus relicta sunt, aut ex voluntate defuncti, si ipse ea ordinauerit. Is autem executor cauebit eis, quibus relicta debentur, se illis ea redditurũ: vt hæc & alia colliguntur ff. de alim. & cib. legatis, l. iij. §. j. Plura autẽ de his, quæ inferiùs de testamentariis scripta sunt, locum habere possunt etiam
3 in datiuis. ¶ † Porrò [g] oẽs hi executores à iure canonico simpliciter
g Executores appellantur, vt in præd. decret. tua. & c. Ioannes. & in præd. extrauag. Ioannes, frange panem. in princ. sicut & omnes administratores procuratores vocantur, vt suprà de his, qui alie. no. in iudic. interuen. ad fi. tit. secundum leges autem dici possunt Diuisores, vt ff. de alim. & cib. leg. l. pecuniæ. vel distributo-
h res, secundum Roger. qui exponit verbũ illud Pecuniæ diuisio [h], id est, distributio. Nam, secundum eũ, distribuere & diuidere idẽ est: de hoc infrà versi. xj. Sed an distributores possint etiam dici dispensatores? vt authen. Collat. viii. vt lic. ma. & auiæ, §. i. 44. dist. dispensatio. Dicuntur etiam Ministri, quia ministerium eis dicitur committi, vt ff. de leg. 3. si quis Titio. 33. dist. c. j. & 23. distin. mini-
i strum. Accu. autem more Canonistarum vocat eos Executores [i], in gloss. posita C. de dona. si quis pro redemptione. respon. j. & etiam Roffr. in lib. suo, vbi tractat de actione ex testamento. §. item quid erit. Sed Vbert. de Bobio vocat eos executores, & fideicommissarios, super præd. l. nulli. respons. j. Gof. autem not. extrà eod. Ioannes. ꝙ impropriè dicuntur Executores. nam propriè dr̃ exe-
k cutor, qui sententiam ad effectũ perducit [k], vt C. de exec. rei iud. l. j. extrà de crim. falsi, super eo. ij. q. vj. ab executore. Sed certè pari ratione dici potest executor, qui vltimã voluntatem ad effectum
l perducit, vt in præ. decre. Ioannes [l]. quia & hincinde dicitur iudicium, C. de sacrosanct. eccle. l. j. extrà de verb. signi. forus. §. vocatur. Et etiam hæc videntur, quo ad quædam, æquiparari, ff. de pig. actio. non est. Prouinciales autẽ vulgares tales gardiatores à gar-
4 dio, quod vulgariter dicitur testamentum. ¶ † Secundo: quid ergo, si testator in testamento post legata dixit: Titium meum gardiatorem facio, nihil officij sibi committens expressè: nunquid talis poterit exequi testatoris voluntatem? Et videtur, ꝙ nõ sit executor, neq; distributor, nec minister. cùm nulla executio, nulla distributio, nulla diuisio sit ei commissa, arg. C. de ser. à nullo. extrà de verb. signific. c. forus. §. in omni, 68. dist. cor episcopi. in fin. Dic quòd aut est constitutus gardiator nullo hærede relicto: & tunc intelligitur executor, vel distributor, siue minister, seu dispensator ordinatus ad omnia exequenda, argument. ff. de tutelis, l. qui habet. §. fin. ff. de appel. l. Scio. in princip. ff. de adminit. tut. l. quoties. §. fin. ff. de adult. l. denunciasse. responso ij. extrà de procurat. petitio. extrà de offi. iudi. deleg. pastoralis. responso i. Et hoc ideo vt res magis valeat, quàm pereat, ff. de rebus dub, quoties. & l. cũ in testamento. extrà de fide instrumen. c. inter. §. cęterùm. Aut ali
m quo hærede relicto [m], vt tunc habeat inane nomen gardiatoris, vt suprà proximè. Vel dic, quod consuetudo generalis interpretatur, vt intelligatur constitutus ad omnia, quæ pertinent ad officium prædictorum, vt in prædi. concor. & ff. de leg. iii. l. hoc legatum. ff. pro soc. l. coiri. Consuetudo enim est optima legum interpres, extrà de consuetud. cum dilectus. ff. de leg. & senatusconsul. l. de interpretatione. Semper tamen attendẽdum est, quid testator voluerit, ff. de verb. signifi. quisquis. & illud seruandum est,
5 ff. de rebus dub. qui hæredi. ¶ † Tertio: sed quid si dixit sic, facio
n Titium gardiatorem meum [n], vt eius consilio legata soluantur, & distribuantur? Et videtur, quòd talis non est executor, vel distributor:

ADDITIONES.

☞ Item interponit, an cauere possit.
83. ¶ An capitulum. 124. Ioan.
84. ¶ Quid si episcopus est infirmus, vel absens, an succedat capitulum 125. & 126. Ioan.
85. ¶ An archiepiscopus. 128. Ioan.
86. ¶ An secularis iudex. 129. Ioan.
87. ¶ Quid si episcopus loci, in quo mortuus est, incœpit exequi, & superuenit episcopus originis. 130. Ioan.
Item, quid si testator in mari decessit.
88. ¶ Quid si originem habet in vna, domicilium in alia. 131. Io.
89. ¶ Intra quod tempus executor exequi debet. Gl. Reassumens antepenul. scilicet 133. & 134.
90. ¶ Quid si executor de suo impendit.
Hoc latiùs prosequor post Iac. de Rauen. de herede prohibito apprehendere hæreditatem ante legata soluta.
Item, an statutum ciuilium præiudicet hospitali, cui semper soluta fuerant legata pauperibus indeterminatè relicta.

a In princ. ¶ De hac dixi suprà §. compendiosè. ad fi.
b Legitimi. ¶ Verba Io. sub quæstione 124.
c Originem duxit. ¶ De hoc ĩ. ver. 44. ibi, sed coram quo. & 57. ver. hoc etiam quæritur. ibi, cogere autem, &c.
ADDITIO. Adde videndum Card. Zabar. in ca. tua. de test. Henr. Ferran.
d Ad pias causas. ¶ An autem habeat episcopus executionem in ñ piis, plenè scripsi super decr. Ioan. vlt. q.
e §. Si vnum. ¶ Ibi bona decedentis in captiuitate neglecti per liberos ecclesię originis applicantur, q̃ facto inuentario illi reseruare debet ad redemptionem captiuorum, vt sic quod in patris redẽptione non fuit impensum, aliorum redemptioni ꝓficiat, vt per id defuncti anima subleuetur.
f Datiui verò. ¶ Versi. Ioan. in fine tractatus: Iacob. de Rauen. non est ausus dicere, quòd executor detur à iudice, dicens, hoc iure ñ expressum: allegat Marti. in auth. de eccle. ti. §. si quis. hæc dixit in l. nulli. C. de episcopis & cler. Cyn. ponens hoc dictum eod. ti. l. id quod. alleg. de sanc. episc. §. qui abundat. in vtroque casu. & per te videas. Hoc scias, quòd Ioan. illam solam legem pro datiuo allegat, quam auctor infrà. Ad quam tamen Iaco. respondere posset, quòd illa non est executio voluntatis, quia cessaret vnico hærede relicto. Est ergo quędam prouisio contra difficultatem prouenientem ex pluralitate hæredum illius, qui legauerat alimenta libertis.
g Porrò. ¶ Verba sunt illius Ioannis in prin. post procœmium.
h Diuisio. ¶ Textus dicit, legatorum diuisio.
i Executores. ¶ Ioan. dixit cõmissarios, & malè fecit Gul. mutãdo: primò, quia hoc verum, illud falsum: & idem vide in l. diuus. ff. si cui plus quàm per leg. Falcid. & in authẽ. de ecclesi. titul. §. si quis autem pro redemptione. Secundò, quia allegatio sequens Roff. est secundum veram literam vera: secundum falsam, est falsa: quæ fecit me aliàs satis musare. Vt autem dicit Ia. de Are. congruit, nomen commissariorum illis, quibus committitur aliquid disponendum.
k Perducit. ¶ Sed hoc non videtur obstare, cùm & testamentum dicatur sententia, ff. de testa. l. i. in auth. de hæred. & Fal. §. si verò expressum. & §. seq.
l Ioannes ¶ Vide, quod ibi scripsi super verbo, executores.
m Relicto. ¶ De hoc ĩ. ver. sed si sit. in fin. 27. est.
n Meum. ¶ Vt Io. ponderabat istud Vt, quod designat modum: & sic seruandum necessariò videbatur, C. de his, quæ sub mod. l. iii. & extr. de testi. spo. Pisanis. de primo not. de condi. appo. verum. in fi. ii. glo.

butor.ar.ff.de administ.tut.pater.& l.Titium & Mæuium.in prin. quia nullum officium est sibi commissum, vt §.vers.prox. sed nec talis poterit cogi consulere, arg.x.q.ij. precariæ.xj.q.iij.non licet. C.de asser.l.j.ff.eod.diem.nisi fortè testator ob hoc sibi aliquid legauerit, quod ipse agnouit. C.de condi.& demonst.si cui. Vel dic, quòd erit honorarius gardiator, quasi obseruator actionis hæredis, & custos: arg.ff.de administ.tut.si plures.§.j. 23.dist.c.j.versic. princ.ibi præduces sunt, &c.extr.de ma.& obedien.c.j.valebit solutio & distributio legatorũ per hæredem facta, si ille requisitus nolit testatoris agnoscere voluntatẽ, extra.de arbit.cùm olim.& de elect.cùm in veteri.ff.de admin.tut.cùm pater.aliàs incipit, quidam.§.Papinianus.ff.de verb.sign.coram. Secus, si eius consilium
a nõ fuerit requisitũ [a], vt in prædic.concord vt extr.de locat.& cõ-
b duc.c.potuit [b]. ¶†Quartò: quid igitur, si voluntatem testatoris
6 agnoscit, sed eius consilium cum hæredis voto non concordat? Dic, quòd valeat hæredis distributio, si sit idonea: alioquin nõ, vt in præd.decr.cùm olim.& de elect.causam, quæ.in præ.l.Titium. ff.man.l.ij.§.si.præsertim si illi' consilium non sit vtile. licet enim hæres non teneatur eius sequi consilium, vt extrà de renunc. le-
c ctæ. debet tamen requirere, quia [c] fortè illius sententia mouebit hæredem ad melius, vel ad bonum: arg.31.di.Nicæna.ff.de arbit. item si vnus.§.fin.& l.seq.in fin.xx.dist.de quibus.in fin.C.de fidei
7 commis.quæstionẽ. ¶†Quintò quid, si testator dicit, volo, quòd ad voluntatem mei gardiatoris, siue executoris, siue eius arbitrio fiat distributio, & legatorum solutio? Et videtur, quòd erit ille executor, siue diuisor. hæres enim habet eius volũtatem, & arbitrium sequi in prædictis: argu.ff.de verb. oblig.si quis arbitratu.& l. seq.& l.si seruus.responso j.ff.pro socio, si coita. C.de fideicomm. l.fi.C.de contrah.emp.l.fin.ff.quar.rerum actio non da.l.j.in prin. vnde quasi executor censetur, ff.de con.& demõ.in quib.§.fin.& erit ad instar honorarij tutoris, vt suprà ver.3.sed quid si. ¶Sextò quid si malè fuit arbitratus? Et videtur, quòd hæres non tenatur sequi arbitrium eius, sed ipse per se facere potest, ff.de admin. tut. pater.aliàs incipit, quidam.§.Papinianus.ff.de muner.& honorib. vt gradatim.§.j.extrà de arbit.cùm olim.ad fin.extrà de iureiur.c. Quintauallis.& c.veniens.extrà de electio. in causis. Alij dicunt, in dubio eundum fore ad arbitrium boni viri, arg.extrà de regul. & transeun.ad relig.licet.vltra med.ff.de contrahen.emp.l.finali, & l.hæc venditio.ff.pro socio, si societatem.& l.sequen.de pœn. dist.vij.c.j.prope princip.verbo, isset ad fratres. Si verò certum fit ipsum malè arbitratum fuisse, tun hæredes per se faciant. Alij dicunt, quòd si de omnibus fuerit arbitratus, funct' est officio suo nec vlteriùs est cogendus, ff.de arbitris, l.diem.ff.de re iudi.iudex. extrà de officio deleg.in literis.si verò de quibusdam tantum, cogendus est iterum arbitrari, ff.de arbit.quid tamen.arg.extrà de te
8 itam.tua.& de electio.cùm terra.prope fi. ¶†Septimò: sed pone quod prius moritur, quàm arbitretur, vel quàm eius voluntas declaretur, nũ quid expirat, vel est in causa caduci legatum: & an epi
d scopus in locum eius succedat [d]? & videt quòd euanescit, nec aliquis in locum eius succedit: arg.ff.de verb.oblig.si quis arbitra.& l.seq.& l.si seruus, respon.j.ext.de officio deleg.c.finali. Arg.contrà quòd episcopus in locum eius succedat: sicut & succedit cuilibet executori testatoris voluntatem non implenti, C. de episc. & cleric.l.nullus.§.j.in auth.de eccles.tit.§.si autem, qui hoc facere.& in præd.c.tua.& sic non videtur legatum euanescere. Dicũt quidam, quòd quando testator dixit, Lego decem pro alimentis pauperum, voluntate, vel arbitrio talis, &c.hîc duo continentur, scilicet ipsum legatum, & quòd distributio & solutio fiat de voluntate ipsius. Vnde licet alterum, scilicet distributio, de voluntate illius morte præuenti fieri non possit, nihilominus tamen legatum manet, extrà de dolo & contum.cùm dilecti.extr.de restitu. spoliat.Pisanis.ff.de condit.& demonstr.hæc scriptura. Nec peribit legatum: imò quo ad illud soluendum est testatoris implenda voluntas, ff.de condit.instit.l.turpia.§.j.& ij.& l.si fundus.§.Iulianus.nec succedet episcopus. Vel potest dici, quòd si talis sit executor, succedet episcopus: & vide infrà versicul.xiii. quid si sunt. ¶Octauò, sed quid si ille viuens non vult arbitrari? Et videtur, ꝙ legatum euanescit, C.de contrahen.emp.l.finali, extrà de rescrip. sciscitatus.& de offi.deleg.prudentiam.§.j.Sed dic contrà argum. C.de instit.& substit.l.i.ff.de condi.& demonst.l.Titius. ¶Nonò, sed an poterit cogi arbitrari, & suam dicere voluntatem: Quidam
e dicunt [e], quòd non, vt in præd l.de contrahend.emptio.in auth. Collat.viii.vt lic.ma.& auiæ.§.si verò. Argumentum contrà ff.de arbitris, Labeo. Quid, si non negat se velle arbitrari, negotium tamen tenet in suspenso? Dicunt quidam non esse cogendum: alij
f contrà [f]. ¶†Decimò, sed pone: testator dixit, facio talem gardia-
9 torem, vt per eum fiat distributio rei legatæ, seu quantitatis? Certè talis est executor indubitanter, seu distributor: quia hoc sonãt hæc verba, ff.de solut. l.finali. ¶Vndecimò, sed an distributor: dicendus est executor? Et videtur, quòd non. nam distributor videtur solùm esse diuisor, cui momentanea & voluntaria tantùm cura est iniuncta. nam alia est causa executoris, quem necessitas præbendorum alimentorum ad exequẽdum adstrinxit, vt ff.de alim. & cibar.leg. pecuniæ. Nec videtur etiam dici posse minister, qui habet diuidere, siue soluere, siue exequi, vt eodem titu.l.iii. Sed ꝙ idem sint distributor & executor, videtur ex verbis Prophetæ di-
g centis [g]: Dispersit, dedit pauperibus: & in Euangelio [h], Distrubuit
h discumbentibus: & argumen.extrà de app.nouit. ¶†Distribuere
10 enim est inter plures diuidere: argumen. extrà de const.cùm ac-
i cessissent [i]. Item quòd distributor idem sit, quod minister, vel executor, vel solutor, probatur ff.de alim.& cibar.leg.l.iii.ff.de lega.j. quædam.§.ii.ff.si cui plus quàm per leg.Falcid.l.i.§.diuus. Videtur autem inter hæc officia esse differentia, vt infrà versicul.xl.de executore. Item quòd distributor sit idem, quod diuisor, probatur.ii. quæ.i.si peccauerit, ibi, distribuite tempora, &c. Verum est, quòd distributor est solutor, siue executor: de hoc suprà versic. porrò.
11 sub ver.i. ¶†Duodecimò, sed quid erit, si testator ita dicit: facio T.gardiatorem meum, volens per eum fieri solutionem legatorum? Et videdur, quòd iste sit merus executor, vel minister, non habens potestatem diuidendi, vel distribuendi, sed solùm soluendi: & de tali loqui videtur prædicta lex ff.de alim.& cibar.leg.l.iii. præsertim si testator fecerit diuisionem legati. Quòd si nullum fecerit, nec etiam designauerit personam, per quam fiat, adhuc idẽ videtur, vt nullam habeat potestatem, sicut nec merus executor, vt extr.de offi.deleg.pastoralis.§.quia.& de appel.nouit. & sic hæres diuidet. Argumen.contrà, quòd executor, qui habet soluere, debeat diuidere, & soluere suo arbitrio, vt in præ.l.iii.de alimen.
k & cibar.lega.& hoc verius videtur [k]. ¶†Notandum quoque est
12 quòd si in testamento dicitur: facio talem executorem ad complendum omnia prædicta & singula, & nihil aliud: iste est merus minister, & pecuniam sibi datam dispensare potest: sed aduersus hæredem nullam habet actionem: nec aliquid potest, nisi in quã-
l tum testator ei concessit [l]: vnde si testator velit, dicat, prout habetur §.

ADDITIONES.

a Requisitum. ¶Sup.& cõgruo tempore expectatum responsum, per eadem iura, est hoc arbitrarium, secundum Ioan.

b Potuit. ¶Iac.de Aret.mutat terminos, s.cũ cõsiliari' dat executori: vt quia iubet, quod cum consilio Titij executor cuncta disponat.ad partem, quòd sine ipsius consilio valeant acta per executorem, allegabat ff.de administr.tut.quidam decedens.§.paulus.& l. Titium.§.j.Item quid valeret quærere, ex quo non tenetur sequi ff.mandati, l.ii.extrà de arbit.cap.cùm olim. In contrarium allegat voluntatem defuncti omnino sequendam, si fieri potest, C.de lega.l.cùm quæstio.in authen.de nupt.§. disponat.in authen.de iureiuran.quod à morien.præst.in princip. Fiat igitur distributio, vt mandauit, ff.de instit.sed pupillus.§. conditio.& de exerci.l.i.§. si plures.extrà de dilatio.cùm in veteri.de offic.delegati, ca.venerabili. Non obstat lex, quidam decedens.quia cum sup.iuris veteris hoc vide suprà de tut.§.nunc videndum. versicul. vt autem.non possit testamento mandari matri tutela communium liberorum ff.de testam.tu.l.iure nostro. nec poterit mandari aliud simile, ne circumueniatur lex, ff.de sponsa.l.oratio.& de tut.& curat.dat.ab his, l.scire. Talis tamen licet teneatur consilium requirere, non tamen tenetur illud sequi, vt in præd.decret.cùm olim.& c.cùm veteri. Et si dicas, ad quid ergo requiritur? Respondetur, quòd trahi posset in sententiam consulentis, vt in prædic.capitul.cùm olim. & statim sequitur. Vide, quod de requisitione consilii plenè scripsi super regula, nullus ex consilio.libro vi.post quæstiones iiij. ADDE, vt per Angel. consi.xcii.

c Quia. ¶Hæc ratio no.in præ.decr.cùm olim.

d Succedat. ¶Argum.§ quòd expiret.

e Quidam dicunt. ¶Alb.Pap.vt dicit Ioan.

f Alij contra. ¶Scilicet Ioan.auctor huius tractatus, qui dicit eum præcisè cogendum prætoris remediis, captis pignoribus & distractis, & mulctis impositis, ff.de confes.certum.i.respon.& de ven. inspi.l.i.§.ex hoc.vide infrà versic.lviii.queritur autem.ibi, posset etiam dici.

g Dicentis. ¶Psalmo cxi.

h Euangelio. ¶Ioan.vi.post princ.

i Accessissent. ¶Et de conces.præben.capitul.vlti.lib.vi.versicul.si autem.

k Videtur. ¶Secundum Ioan.per l.illam, & hoc intelliges per ea, q̃ not.& dixi in prin.j.ver. datiui. Hoc autem auctor interponit ad verba Ioan.vsque ad ver.& scias.

l Concessit. ¶Vide hoc pleniùs j.ver.& scias.xvi.est.

tur §. §. prox. ver. in forma testamenti[a]. Vel sic:

¶FORMA. Dans & tribuēs ei plenam ac omnimodam & liberā potestatem, atque generale mandatum cum libera administratione exigendi, petendi, & recipiendi ab hæredibus infrà scriptis, vel etiam à suis debitoribus, à quibus eorum voluerit, sufficientē & integram pecuniam, pro prædictis omnibus, & singulis exequēdis: & contra eos habeat causam agendi, & ipsos cum effectu conueniendi: & mandauit dictis hæredibus, quòd dictam pecuniam sine lite & molestia ipsi executori dent, & tradant: & alioquin pœnæ nomine eos damnauit in decem ipsi executori proprio nomine recipienti legati nomine applicandis, s. §. prox. ver. sequitur & prædicta omnia, & singula nihilominus executioni mandari præ-

b cepit [b], Et nota, ꝙ ideo dixi suprà §. proxi. in princip. in forma te-

c stamenti: dans ei, & cuilibet eorum, [c] & cætera. quia non videtur, quòd alter executorum, seu fideicommissariorum, possit sine reliquo agere: argumentum C. de heredita. actio. l. ij. Argumentum tamen contrà ff. de curat. bo. dan. si plures. & ff. de administra. tut. decret. & ff. de procura. si quis cum procuratorio. & l. sequenti: &

d hoc tutius est [d], secundum Vber. maximè, quia nō coguntur hoc

13 officium suscipere. ¶† Xiij. Quid si sunt plures executores, & vn⁹ decedit: nunquid erit inter eos ius accrescendi, vt superstitibus ac

e crescat officium istius [e]? Et videtur, quòd sic, ad instar vsufructuariorum: vt ff. de vsufructu accrescen. l. j. in principio. Sed hoc contrà, secundum Vber. imò episcopus in locum defuncti alium subrogabit ad instar tutorum mortuorū: vt C. in quibus caus. haben. tuto. per totum, nisi dati forent à testatore, cū illa clausula, quòd si non omnes interesse poteritis, &c. extr. de offi. deleg. vnō. & c. prudentiam. §. adiicimus. & extr. de testamen. Raynaldus. in prin-

f cip. de hoc infrà versic. xlix. sed si aliter. Vel distingue [f] ad solutionem huius quæstionis & præcedentis: Aut testator legauit certas res certis personis, aut commisit arbitrio commissariorū aliquid distribuendum pauperibus: aut mandauit aliquid fieri, puta fundari ecclesiam, vel hospitale, vel etiam aliam domum religiosam si quidem legauit certas res certis personis, & vnus solus commissariorum soluit eas illis, & distribuit inter eos, valet quod fecit: licet malè fecerit, consocios non requirendo: quia multa fieri prohibentur, &c. extrà de reg. ad apostolicam. j. q. j. quidam. 30. q. v. c.

g sed obiicitur. Si autem iussit testator res vendi [g], vel vt pecunia, si qua extabat, secundum arbitrium commissariorum pauperibus distribueretur, tunc vnus solus nequit hoc expedire sine aliis, ad instar coniudicum, vt suprà: vel coeligentium, vt extr. de electio. in Genesi. Si verò iussit fundari monasterium, vel aliquod pium opus fieri, tunc omnium consensus debet requiri: qui si discordent vel differant, tunc etiam ad vnius eorum instantiam eos episcopus coget. ad hoc extrà, de testament. nos quidem. C. de

h sacrosanct. eccles. l. j. [h] Nec debet tunc episcopus alium substituere, altero eorum mortuo, cùm alij possint id fideliter exequi. non enim fuit mens testatoris, vt altero eorum decedente, alij non possint exequi: sed econtrà. Et in testamentis benigna est interpretatio facienda, extrà, de donationib. cùm dilectus. vt voluntas defuncti impleatur, C. de sacrosanctis eccles. l. j. xiij. q. ii. vltima. in auth. de nuptiis, §. disponat. Colla. quarta. ext. de testam. c. indicante. Si autem negligentes, vel suspecti essent, tunc debet episcopus interponere partes suas, vt in prædict. nos quidem. & eod. titul. tua nos. & c. Ioannes, & sic etiam de hæredibus, vt eod. tit. si hæredes. & si illi inter se adinuicem dissentiant, poterit episcopus cum eis consentire, qui locis, vel personis pauperibus intendant prouidere, ff. de leg. ij. l. ij. & in auth. de eccle. tit. per totū. C. de episcop. & cleri. si quis ad declinandam. ff. de leg. iij. legatū. §. primo. Sed si concordant in bono, episcopus non habet quicquam facere, vt in præd. concord. & vide suprà versi. septimo, sed

14 pone quòd priùs. ¶† Xiiij. Item pone, cùm quidam fœnerator veniret ad pœnitentiam, promisit sacerdoti nolenti sibi aliter dare pœnitentiam, restituere vsuras receptas, & remittere recipiendas: nunc quæritur, an per sacerdotem actio & exceptio debitoribus acquiratur? Et videtur, quòd non, vt Instit. de verborum obligationibus, §. alteri. Item quia cessat causa mortis. Item quia sacerdos non est hominis seruus publicus, sed soli⁹ Dei: vnde Deo debet acquirere, & non alij. Dic ꝯ: quia ius publicum consistit in sacris, & sacerdotib. vt j. di. c. ius publicum. & ff. de iust. & iur. l. j. §. ius publicum. & sic sacerdos est publica persona, per quam alteri bene quæritur vtilis actio, ff. rem pup. sal. for. l. 4. C. de episcop. & cleri. auth. gn̄alis. & de lit. contest. auth. libellum. quæ est 3. q. 3. c. induciæ. §. spatium. Et hæc mea opinio hodie canonizata est in decret. Gregorij X. de vsuris, quanquam libro sexto, vbi de hoc diximus: & facit ad hoc extrà de simon. nemo. & vide suprà de primo decreto, §. iam de effectu. versic. sed oppones. & de satisdat. §.

i viso. versic. sed quis [i]. ¶† Decimoquintò, quid si fœnerator præ-

15 cepit illi, quē dedit tutorem filiis suis, vt vsuras redderet? Respōdeo: valet præceptum, ac si factum esset hæredibus: argument. ff. de leg.

ADDITIONES.

a Testamenti. ¶Sup. quę incipit, licet incerta. & incipit ibi, & ad hęc omnia. In forma autem ipsius addit Roland. hanc formam, quæ aliquid supplet: subdit etiam ibi, scilicet in formulari, quod tamē posuerat, vbi suprà, de potestate vendendi, &c. & de formis exequendi altero impedito, vel non exequendi sine consilio & consensu talis: & sic in casu discordiæ volebat, vel nolebat stari maiori parti. Sed quærit Gul. de Cun. super l. nulli. an ex vi talium verborum, quibus datur potestas agendi, petendi, vendendi, &c. detur eis actio contra hæredes, in casu, quo aliàs non agerent? vt qa non ad pias causas? arguit quòd sic, ex l. generali. quia dicitur testatoris voluntatem sequendam, in authent. de nupt. §. disponat. vt sic propter expressionem etiam liceat res illius vendere. Sic de tutore dicitur in l. si tutor. C. de inter. ma. inter tut. & pup. & quā do decreto opus non est, l. fin. & quod ibi not. & in l. alio. ff. de alimen. & ciba. leg. Et constat testatoris mandatum durare post mortem, ff. man. si verò non remunerandi. §. fin. cum l. sequen. ipse tenet, eum ex tali potestate nec agere posse in casibus non permissis: aliàs non posse vendere inuito hærede. Restringitur ergo potestas ad casus permissos, vt agat: & sic, vt dicit intelligitur gloss. superius alleg. In his ergo, quæ non habent iuris adminiculum, non agent: quia non potest testator facere, quin leges in suo testamento locum habeant, ff. de legatis primo. nemo potest. extr. de testamen. cap. requisisti. versi. secus autem. & ibi concor. Itē constat, quòd null⁹ potest agere, nisi is cui debetur: sed executori nudo non debetur, nec mandatum habet à legatario, cui debet: nec testator potest hoc facere, quia sibi nō debetur, & ipse facit quòd debeatur. Ad rationem inducit ff. de regul. iuris, l. nemo alieno. Agunt autem tutores & curatores, quia iuris adminiculum habent: & sic etiam executores ad pias causas alij verò non habēt officium à iure, sed mandato testatoris: ad hoc facit ratio iurium, ff. de manu. testam. Stichus. & ff. de iure dotium, l. si ego. §. si res. text. expressus, secundum eum, facit ff. de testamen. tut. l. iure nostro. quia mater non potest esse tutrix, vt dixi suprà versic. iii. propter quod administrare non potest, licet testator hoc mandet: quia caret iuris adminiculo. Sic in proposito, ff. de neg. gest. qui aliena. §. quanquam. ff. ad Trebel. Lucius. §. Mequia. qui bene facit, secundū cum: contraria dixit esse remota, & procedunt in habentibus iuris adminiculum, sicut tutores, & similes. Dicit autem illum non dici nudum ministrum, cui testator legauit, licet restituendum, vt plenè dicam j. super vers. xvii. in fin.

b Præcepit. ¶Hoc posset sequi absolutio & liberatio ratione reddenda, quæ valeret, vt verbum sonat, nisi contra eum probaretur dolus in administrando, vel distribuendo, ff. de admi. tu. quidā decedens. de liber. lega. l. si quis rationem. & l. si petitur. ff. de leg. ii. si seruus vetitus. vide quod scripsi in decr. Ioannes. ver. ex his. ad fin. pen. col.

c Eorum. ¶Si essent tres, & non vult singulis dare potestatem, det duob. & hoc est vtile propter ea, quæ not. j. in ver. lij. sed quis erit exequens. ibi dicam.

d Tutius est. ¶Silicet, quòd detur mandatum: de quo suprà. Nam dictum proximum non potest dici tutius: si dixisset Verius, coaptaretur literæ sequenti.

e Istius. ¶expeditū est, ꝙ vno mortuo, absente, vel exequi nolente, alter exequitur, nisi testator aliud expressit, de testamen. cap. ij. ij. respon. lib. vj. & quæstionem Ioan. de Deo ibi scripsi super verbo, liberè. & fuit 14. q. 3. lib. quæ vult, ꝙ episcopus non potest in locum defuncti subrogare, quando superstes potest exequi: & idem statim vide in versicu. nec debet. ¶DDE, vt per Abb. consilio cx. ij. volum. Bald. cōsilio 185. iiij. libr. & consilio lxxvj. ii. libr. 412. eod. lib.

f Distingue. ¶Secundū Ioan. de Deo, cuius fuit hæc distinctio post quæstionem s. prox. allegatam: huic etiam conuenit vers. lxij. j.

g Vendi. ¶Propter hoc verbum posita fuit hæc remissio, quæ nūc est post duos prox. versiculos, qui fuerunt additi: & meliùs posita fuisset post xxxij.

h L. j. ¶Vide j. ver. lxv. quid si testator. & quod ibi dicam.

i Sed quis. ¶Per hoc videtur solui quæstio dominicalis decimateria de illo, qui in mortis articulo in manu sacerdotis remisit iniuriam sibi factam per Titium, iurans non contrauenire: postea sanatus vult agere iniuriarum. Et refert Bartolus Hugo. dixisse, ꝙ si id fecit causa mortis, agere poterit: secus si simpliciter: allegat ff. ad Sylla. l. i. §. fi. Refert Tancre. dixisse, cuis fuit hæc quæst. xj. ꝙ cū sacerdos sit publica persona, nullo casu aget, sicut & si sic remisisset vsuras, amplius non poterit: secundum eum. Guido de Suzar. in quæst. statutorum, ad fi. & in l. non aliter. ff. de adopt. tenet, pacem valere, per prædic. l. & per superius alleg. & per illa generalia quòd non licet pœnitere, vel contra factum suum venire: & quia recipiendum est id, per quod res valet, de verborum obligationi

de leg.ij.peto,§.mater.ff.de annuis legatis,l.liberto suo.§.finali,in fi.Qualiter conficiatur instrumentum super venditione alicuius rei à fideicommissario facta,vide infrà, de emptione & venditione,§.j.versi.interdum [a]. ¶†Decimosextò, & scias [b], quòd execu-
16 tores huiusmodi nomen & vim habent hæredum:ex quo patet eos posse agere & exigere, nedum ab aliis [c], sed etiam ab hæredibus relicta,vt C.de episcopis & clericis,l.si quis ad declinandam. §.vbi autem.& l.nulli.in principio,& argumen. ff. de religiosis,si quis sepulchrum.§.funus.& in decret.extrauag.de testa.Ioannes, frange panem.§.primo [d].Sed contrà.nam dixit lex,quòd talis minister nequit exigere ab hæredibus fideicommissariis:si tamen hęredes ei gratis soluant,ipsum tenetur distribuere inter eos,de quibus est à testatore rogatus,vt ff.ad Trebellianũ.Lucius.§. Mæuia duos filios.versi.de hoc.Sed dic, quòd si iste minister est institut⁹ ad erogandum relictum ad pias causas,bene potest etiam ab inuitis hæredibus exigere:vt in prædicta l.nulli.& in prædicto §.fun⁹. & expresſè extrà de testamentis, Ioannes. & si nullus sit hæres, poterit etiam totam hæreditatem vendicare: nec detrahet Falcidiam,vt in præd.decre.Ioannes.& eodem tit.tua.& C.de episc.& clericis,si quis ad declinandam.Si autem non sit executor ad pias cãs,sed ad alias, putà quia testator sic dixit:M.vxorem meam hæredem instituo,& volo, vt decem, quæ habeo in mobilibus,reddat Titio [e]: item quòd idem T. ea diuidat inter tales amicos meos,& nil sibi retineat,hoc quidem casu non habet T.actionẽ contrà vxorem hæredem scriptam:vt in præd.§.Mæuia.& ff.de adi.lega.l.filio ex parte.& leg.filio.§.matri.Nec obstat prædicta decret. Ioannes.si bene intelligatur: prout ibi notatur,secundum Papã [f]: quæ tamen prima facie contraria esse videtur.vnde circa hunc articulum sic distingue [g]:¶†Cùm quis legat [h] alicui aliquid,vt ille
17 illud legatum inter aliquos distribuat,aut iste,cui legatur,est minister merus,siue purus,seu executor tantùm:aut est minister, & particeps illius legati.Si sit minister,siue executor tantùm, vt q̃a ex legato nihil debet penes eum remanere, sed totum debet inter eos inter quos rogatus est distribuere, quia fortè testator sic dixit:Centũ,quę habeo in arca pauperib.relinquo per talem amicum meum distribuenda, vel inter consanguineos meos talia decem,quæ habeo in arca diuidat:tunc regulariter nullam habet actionem pro illo legato exigendo:sed si fuerit ei solutum,debet ipsum inter legatarios diuidere,vt in prædicto §.Mæuia. & in prædicto §.matri.& ff.de legat.ij.l.codicillis. in princi.& l.si quis Titio. ff.de adim.leg.filio.§.matri.Tamen fallit hoc,cùm est minister,siue cùm est legatum ad pias causas [i].Nam tunc licet nullum emolumentum debeat habere ex tali legato, habet tñ actionem ad illud recipiendum,vt in prædic.l.nulli.& ff.ad Trebel.Lucius.§.j.ff. de alimen.& cibar.leg.alio.cùm aliàs fuerat relicturus, vt ff.de le. iij.l.pater.§.Tusculanus.cum suis similib.Item fallit.cum testator expresſè concedit ei potestatem petendi,dicens sic:H.mihi hæredem instituo:P.amico centum lego [k], quæ centum volo, quòd ipse poterit petere,& petita & exacta distribuere, vt ff. de legat.j. cùm quidam.§.si scriptus.& l.si à pluribus.in princip.&ff.famil.erciscund.si filia.§. Papinianus.Si autem sit particeps legati,vt quia testator sic dixit:Titio relinquo cẽtum,de quibus volo,quod retineat quiquaginta,alia distribuat inter pauperes pro anima mea: iste indistinctè potest petere, & exigere ab hærede: quia quo ad suam partem, est legatarius: quo ad aliam, est minister: vnde habet actionem ad repetendum legatum:& postquã repetierit,debet hoc distribuere,vt ff.de leg.ii.si q̃s Titio decẽ.in princi.vbi de hoc,&de leg.3.l.si legatarius.Itẽ ẽt,vbi aliquid voluit executorẽ testator hr̃e,putà Falcidiã,tũc aget,vt ff.de le.ij.si q̃s Titio decẽ [l]. ¶†Xvij.

ADDITIONES.

☞bus,l.quoties.& quia verbum pacis fauorabile.C. de caduc.tollen.l.vna,in princ.& de iudi. nouit. & sic ampliandum,non coarctandum,de regulis iuris,odia.cum concord.Probat etiam id per l.cùm clericus.C.de episcop.& cleric.nam si per executorem secularem acquirit actionem & exceptionem,vt ibi,& in authent, generaliter. superiùs allegata, fortiùs per executorem & ministrum Dei: & loquitur de vtroque casu, scilicet iniuriæ, & vsurarum.vide quod not.Institu. de iniur.§.fin.illud autem,quod pòst Tancredus dixit de vsura,tenuit Pileus in quæstione sua centesimadecimaoctaua, dicens, debitori, à quo post conualescentiam peteret competere exceptionem doli: inducebat odium fœneratorum,prohibitionem vsurarum,fauorem iuramenti,sacerdotem esse spiritualem patrem:&quia illi quorum negotium gessit poterunt ratum habere. Quæstionem Ioan.de istis affinem,vide de vsuris,quanquam.libro sextò,super gloss.nomine.

ADDE, quòd Gulielmus de Cugneo & Bartolus hanc quæstionem ponunt de remissione iniuriæ,& l.si tibi decem.§.j.de pactis: & concludunt,quòd agere possit non obstãte remissione facta in mortis articulo,rationibus,de quibus ibi per eos:&eorum opin. est communis,vt habetur in dicto §. Imò dixit Bald.ibi, & in l. si dominus.de seruit.vrbanorum præd.& in cap.j.§. iniuria.de pace iur,fir.quòd si vnus remittit alteri iniurias & expulsiones & deuastationes,non videtur remittere damna & interesse, quod passus est:allegat Dynum in l.sed si vnus.§.si ante.ff.de iniuriis.

a Interdum.¶Innuit,quòd vendere potest:de quo j̃.ver.31.&32. & vide,quod dixi s̃.ver.xiij.
b Et scias.¶Reuertitur ad materiam Ioan.prosequens,& in ver.se. quæstiones 22.23.& 26.
c Ab aliis.¶Conuenit ei,quod dicit Iac.de Aret. eum contra extraneum rerum possessorem agere posse:& facit ver.25.j.
d Primo.¶De hoc scripsi post Inn.& Host.in decr.Ioannes.eo.tit. in j.quæst.ibi vide.Tangit Iaco.de Rauen.absurdum videri,ꝙ vbi certa sunt legata,& certi legatarij,executor intentet actiones legatariorũ locupletum: & sic quodammodo eis inuitis sit procurator ipsorum.Petat ergo ab illis mandatum: & tũc agat.Ad hoc addo:pone, quòd talis legatarius ab hærede amico non vult exigere,vel plus confidit de hærede,quàm de commissario:per hoc satis puto, saltem de voluntate legatariorum talium, quod ꝓ eis exigat,constare debere.De locupletibus dixi:quia in pauperibus legatum esset pium,in quo fortior est executoris potestas, vt sequitur.
e Titio.¶Meliùs diceret,tradat Titio.
f Secundum Papam.¶Vt ibi scripsi super verbo,per eosdem.& inter primam quæstionem.
g Distingue.¶Secundum Odoffred.de quo j̃.versi.prox. Hìc præmittam partem distinctionis Ioan.de Bla. qui in rubrica de actione ex testamento,ponens quatuor casus, quibus locum habet illa actio,de quibus j̃.de testam.in prin.addit quintum,secundum eos,qui dicunt,executores posse agere ex testamento contra hæredes,vt dent eis res,quas habẽt distribuere. Ipse tñ distinguit in mero executore, qui est quasi minister: quia aut ipse est vnus ex hæredibus,vt quia dixit,volo quòd per talem ex hæredibus meis soluantur legata: quo casu ipse poterit agere contra hæredes iudicio familiæ erciscundæ,vt dicta legata præcipiat,id est,ante alios capiat: & tenebitur legatariis actione ex testamento, ff. de legat.j.si à duobus. Aut non est ex hæredibus. & tunc tenet, & remittit,vt sequitur:& vide,quòd dicam j̃.ver.xlv.
h Legat.¶Hoc verbum j̃.reassumam.
i Pias causas.¶Vel ad alimenta:dicit Odof.& Alber.Gal. de fideic. in prin.& idem j̃.ver.25.
k Lego.¶Vt statim dicam per hoc verbum,etiam si in sequẽti clausula competeret actio.
l Titio decem.¶Per superiora patet,quòd auctor nudum ministrũ intelligit etiam legatarium, qui distribuere, vel alteri soluere tenetur totum.& in nullo vtilitatem participat.Iacob.de Rauen.in l.nulli.tenet.& hoc mihi placet,legatarium,licet totum distribuere debeat, esse ministrum non nudum: & sic agere potest contra hæredem,etiamsi distribuere non debeat in piam causam. hoc ꝓbat per l.Imperator.ff.de legatis secundo,primo responso,vbi patet,legatarium, qui totum alteri restituere tenetur, aut agere debere &soluere, aut actionem cedere, si non vult agere. expresſum ergo habemus,quod agit. Hui⁹ ratio patet:quia legatum est donatio in testamento relicta.ff.de legatis secundo,legatum.ergo non nudus minister.Item certum est,quòd ipse est,qui transfert dominium rei legatæ,vel actiones in eum,cui assignare tenetur:quod non facit nudus minister:qualis esset,si diceret testator lego Titio centum,quæ volo manere apud Seium,vsque ad tale tempus:iste Seius verè non est legatarius,sed custos.Sic esset etiam inter viuos, quando Titio donarem rem aliquam post tempus tradendam Seio:ipse Titius interim est dominus rei,& restitutionis tempore dominium trãsfert:nec reuocare interim posset donationem à Titio:sed si nõ do,vel dono, sed depono apud Titium rem tradẽdam Seio,non transfero à me dominium,propter quod ante traditionem mandatum reuocare potero, nec pòst transferre possessionem,ff.de donatio.l.hoc iure.§.si quis dederit.& si cert.pet.l.eius qui in prouinciam.§. quas verò pecunias.ad prædicta inducuntur ff.ad Trebelli. Lucius. §.Mæuia. & de alimen.& cibar. leg. leges aliæ superius allegatæ iis concordant, quæ not. infrà. versicul. proxim. in fine. Nec dicas differentiam non faciendam hoc casu,cùm res alij est reddẽda:inter verba Dono, vel Depono: quia differentia patet. Moriente enim illo, pro quo deposui,teneris mihi rẽ restituere,ff.de legatis j.l.antep. §.fi.non sic,cùm donaui,vel legaui,& moritur is,cui tradi mandaueram

☞ueram

18 ¶† Xvij.Sed quo iure petetur hoc legatum in his casib⁹,in qui-
bus commissarius habet actionem?Dic,quòd si is,quidebet pete
re,particeps est,sibi competunt tres actiones,scilicet ex testamē-
to,hypothecaria,& rei vendicatio,vt C.commun.de leg.l.i.& 2.
& colligitur ff.de legatis 3.si legatarius.in princ.& s̄.de actio.seu
petitio.§.sequitur.versi.illud verò not.& j̄.de testamen.§.primo,
versi.& nota,ꝙ. Si autem non sit particeps legati, tunc si potest
petere,quod est in duobus casibus,vt dictum est,petet condictio
ne ex ꝑdicta l.nulli. §.si autem post. nam cùm ibi detur actio nec
sit cautum,quo genere actionis agatur, competit ex lege condi-
ctio ff.de condic.ex leg.l.vnica, vel petetur actione in factum,cū
deficiat actio,vel pontificali auctoritate,vt ff.de petit.hære.hære
ditas.in fi.& interest iudicis,&ad eius officium pertinet huiusmo
di pia legata solui,vt in præ.l.nulli.in fi.vnde etiam iudicis officio
peti potest:argu.ff.de legat.2.si quis à Titio.& ext.de testament.
a c.nos quidem.& c.tua.secundum Odof.ᵃ Vel dic,ꝙ actio ex testa
b mento ᵇ:cùm tanquam legatarius,vel fideicommissarius sit, vt ī
prædicta l.j.si quis ad declinandam,Vel distingue, secundū Vber.
an sic dixerit testator:Lego centum Titio,&rogo eum,vt expē-
dat ea in redemptionem captiuorum,vt tūc locum habeat actio
ex testamento.Si autem dixerit,Relinquo centum pro redemp-
tione captiuorum,&volo,ꝙ T.ea disponat,tunc condictio ex le
c ge locum habet:de hoc j̄.versi. 33. illud etiam ᶜ.¶ †Xviij.Quid
19 si hæres dicit, paratus sum soluere hoc legatum, si tu executor
d mihi caues de implenda voluntate defuncti?Quidam ᵈ dicunt,e
um ad hoc non teneri,cùm non dicat hoc præ.l.nulli.& quia of-
ficium suum nō debet ei esse damnosum,ff.quemadmo.test.ape.
si quis ex signatoribus.sicut nec tutor testamentarius: quia eius
fides à testatore est approbata, vt Instit.de satisdat.tut.in princ.&
C.de episcop.audien. de creationibus. & arg.ad hoc ff.si cui plus
e quàm per l.Falc.diuus ᵉ.& ff.de ann.leg.l.liberto.§.Largius.& ff.
f quan.dies leg.ced.l.Firmio.§.j.in fi.etiam si sit frater minor ᶠ, qui
nil habet in bonis.cùm enim eius fides à testatore electa sit, hoc
loco satisdationis habendum est,vt in præ.l.de creationibus.Nec
obstant contraria,quia ibi devoluntate testatoris cauebatur.Alij
g contrà ᵍ,scilicet ꝙ tenetur satisdare:ar.ff.de leg.3.si tibi legatum.
& ff.de leg.j.cùm quidam.§.ij.& l.si à pluribus.& ff.de cond.& de
mon.Titio.circa princip.& l.quibus diebus.in fi.in auth.de hære.
& Fal.§.si qs autem.ff.loca.& con.insulam.§.fi.de hoc j̄.vers.xlv.
sed quæro.Tertij dicunt, ꝙ si sit ei aliquid in testamento relictū,
tunc tenet̄ satisdare,ar.ff.de cōfir.tutor.l.fi.in fi.ff.de leg.3. si tibi.
Tu dic,ꝙ si sit diues,&bona persona,quę consueuit esse fidelis,n̄
cogitur satisdare,vt ff.de fur.si seruus communis.§.qa verò.quia
hodie præsumitur bonus,qui olim fuit,ff.de re mil.non omnes.
h §.à barbaris ʰ.Si verò sit homo inops,perfidus & suspectus,tunc
sic arg.ff.de pet.hær.l.pen. ff.de rei ven.l.si is à quo.ext.de pigno.
illo.in fi.& 46.dist.sunt nonnulli.ad fin.Alij dicunt,ꝙ nec in hoc
i casu satisdabit,ff.de pet.hæred.diuus.ff.qui satisdar.cog.si fideiuſ-
20 sor.§.fin.Sed in primo sic,vt præ.l.sit tibi ⁱ.†¶ Xix.Sed nunquid
debet

quòd piè agit,in auth.de hære.& Fal.§.si verò expressim,sic & ꝑ
curator in his,q̄ acquirit officium exercēdo,dat̄ illi actio suo no-
mine:quòd patet,quia tenetur illam cedere domino,ff.man.si ꝑ
curator.§.fi.Per hoc dicit ad multas quæstiones responsum,de q-
bus j̄.dicetur.Sed Iac. de Ra.ad q.an executor habeat actionem,
etiam si ad pias causas sit electus?respondet,ꝙ non.huius ratio ē,
quia omnis executor est administrator iurium & actionum alie-
narum,sicut tutor,procurator,& his similia,eo.titu. orphanotro
phos.Sed si dicis,quomodo agit,cùm sine actione,&c.respōdet,
id verum de actione sibi,vel alteri competente.Procurator ergo
agit actione non sibi,sed domino competenti:sic executor agit a
ctione sibi commissa per legem vel testatorem,Fatetur ergo ꝙ a
ctionem alienam intentat:nudus autem nō habet actionem,nec
exercitium,nisi in relictis ad pias causas.Si dicas qs effect⁹,ex quo
habet quomodo habeat?Respondet in dando procuratore, quē
non dabit nudus minister ante litis contestationem , ff.de iniur.
sed si vnus.§.item ait.sicut nec tutor,nec curator,C. de procur.l.
neque.sed non nudus sic,tāquam dominus:de hoc in fine satis j̄.
versi.25.
d Quidam.¶Alb.Gal.de fideicom.in prin.& vide j̄.ver.34.sed nū-
quid.vbi de alia satisdatione loquitur,& de alia j̄.ver.xlv.incipit,
sed quero.Et de his omnibus mistim loquendo cum Gul.de Cu.
sciendum est,ꝙ executores cum fideiussorib.cauere non tenent̄,
nisi sint suspecti,ff.si cui plus quàm per l.Fal.l.diuus.dices,si est su
spectus,quare dat̄?Respon.datus fuit ꝑ testatorem ad distinctio-
nem.facit ff.de ann.le.l.liberto. §.Largius.in fi.Sed si q̄ris.an sine
fideiussoribus.teneatur satisdare?dicit,ꝙ si executores petūt le-
gata, vt legatarij soluant, cauent hæredibus de indemnitate: de
hoc j̄.q.35.Si quæritur alia cautio quam indemnitatis, si species
est, ꝙ pars saltem legatorum reuerti possit ad hæredes, dicit, ꝙ
cautio præstabitur:alleg.l.3.ff.de alimen.& cib. leg. ad hanc l.re-
spondetur j̄.vers.xlv.vbi satis de hoc. Si autem nō speratur aliqd
reuerti,cautio non debetur,vt præd.l.diuus.alias leges omnes in
prædic.ver.xlv.Iaco.de Aret.sub dubio fortè,dixit veriùs ; quòd
non satisdet. Ad l.3.ff.de alimen.leg.respondet,ꝙ ibi non à testa-
tore,sed à cohæredibus fuit electus.Ad l.c.ti. pecuniæ sortem.§.
diuersa.respondet, ꝙ finis respicit proximū dictum.non legis pri
cipium circa satisdationem,de qua iste ver.loquit̄.Ia. de Ra.alleg.
ad negatiuam l.diuus.s̄.& j̄.alle. Ad affirmatiuam l.Titio.& l.qui-
bus diebus.etiam j̄.alleg. soluendo tenet,legitimum satisdare te-
neri.quod durum mihi videtur,si intendit excedere formā l.nul
li.de testa.Distinguit,an sit,vel non sit mutata eiusconditio.intel
ligas in malum:& tunc loquendo de nudo ministro,dicit,ꝙ si cō
ditio eius non est mutata,quia priùs pauper, & nunc diues, non
satisdabit,cùm per testatorem fuit ipsius conditio approbata ; vt
de tutore testamentario dicit̄ Instit.de satisda.tu.circa prin.si mū-
tata est,quia tunc diues,nunc pauper,satisdabit:alleg. §. Largius.
de quo s̄.& j̄.& vide,quod dicam j̄.super vers.35. Ex his satis pōt
colligi,ꝙ religiosus,commissarius, testamentarius , non satisdet.
sciebat enim, vel scire debebat testator eū carere ꝑpriis. Ex quo
de satisdatione locuti sumus,scias,secundum Ia.de Are.ꝙ ex duo
bus executoribus vn⁹ potest administrare satisdando Seio de be-
ne administrando:honestiùs tamen offert arbitrium de satisdan-
do,vel satisdationem recipiendo,Insti.de satisd.tu.§.ij.
ADDE,vt per Bal.in l.si quis ad declinandam.per Bart.in l.alio.ff.
de ali.& cib.leg.
e Diuus.¶Per hāc solam legem tenet hoc Nic. & vide,quod post
eum dicam hic in fi.
f Minor.¶Vide,quod de hoc dicam j̄.super ver.lxxiiij.
g Contrà.¶Odoff.vbi s̄.
h Barbaris.¶Ext.de præsumpt.mandata.de pur.can.c.constitutus.
in fine.
i Sit tibi.¶Scilicet quando acceptauit relictū in testamento : dicit
Nic. super l.nulli.commissarium ad pias causas conuenire verbis
legatariis & ministris:fallit in sex casib.quorū duo sunt ꝑ se,qua-
tuor ꝯ se.Primùm, quia fideicommissarius nō cogitur cauere de
implenda voluntate testatoris.Secundùm,quia statur eius sacra-
mento contra se,quia cogitur suscipere officium.Item ex negli-
gentia repellitur,&succedit episcopus.Item nō transmittitur of
ficium ad hæredes. Item non potest distribuere per alium. Dicit
tamen.ꝙ hoc vltimum locum haberet,etiam in legatis non piis,
putà distribuendis inter consanguineos,vel vicinos: de hoc vlti-
mo satis j̄.ver.81.
ADDE, ꝙ officium executoris ad hæredem non transeat: Rom.
consi 69.& ꝙ episcopus succedat executore negligente,per eun
dem Rom.consi. ccxxviij. vbi multa bona vide. Quòd executor
quis possit distribuere per alium ad pias causas, & quòd mandatum morte non finiatur,voluit Rom.consi.ccij.

ADDITIONES.

Fueram.manebit enim res penes legatariū,vel donatarium,vt in
prę.§.Tusculanus.C.de cad.tol.l.vna,§.j.&§.pro secundo.& ff.de
legat.2.l.si quis Titio.Hæc verò non essent necessaria,secundum
opin.Host.quam scripsit in decre.Ioannes, sub j.q. ADDE,vt per
Bar.in l.si quis Titio.quem Panor.sequitur in c.Ioannes.extra.de
test.& ibi videbis de seq.addit.&quando executor dicatur nudus
minister,vide Ro.consi.228.
a Secundum Odof.¶ in l.nulli.vbi per eum hęc distinctio,&s̄.ꝑx.
idem G.de Camo.Simon etiā omnes istos modos agendi ponit.
b Testamento.¶Vtili,secundum Host.& Iac.prædictum de Aret.
quæ directa daretur pauperibus,vt in l.statim alleg.§. licentia.Eo
rum est ratio:quia nec noua obligatio est inducta per l. nulli. sed
iam nata ipsius legis auctoritate,ad alias personas extenditur, C.
de leg.l.ex legato.ff.de pignor.actio.si conuenerit.& sic etiam e-
rat olim per l.alio. ff.de aliment.legat.vbi talis minister actiones
habebat.
c Illud etiam.¶Sed continuando ad id,qd̄ s̄ dixi,quæritur, an mi-
nister,qui,vt predixi,actiones habet,an illas habeat suo nomine,
aut nomine illorū,in quos distributio fieri debeat?Quòd nomi-
ne illorum,facit lex,orphanotrophos.C.de episc.& cler.ibi,qua
si tut.& cur.& auth.de ecclesi.tit.§.si ꝙ suo nomine, facit l.si quis
ad declinandam.in ti.præ.§.licentia.ibi,si enim.&c.Et hoc placet
Iaco.de Aret.&Nicol.vt sicut olim illas habebat,quando sibi ali-
quid retinebat,vt l.si legatarius.s̄.alle.probat, cùm actionem ce-
dere teneatur.ad idem l.Imperator.ff. de lega.2. sic hodie habeat
in relictis ad pias causas,dato ꝙ nihil retineat,& lucrum est in eo

a debet iurare, ꝙ bona fide faciat? dicunt quidam [a], ꝙ sic, C. de don. si quis pro redemptione. resp. j. & in præd. l. de creationibus. & in
b auth. ibi posita [b]. Alij contra [c], per præ. l. si quis. quæ innuit iura-
c mentum præstandum esse post distributionem, & non antè, vt j.
21 vers. 48. sed nunquid. secundum Vinc. ¶† Xx. Quid si executor iam habuit legatū, & dicit se illud expendisse in pias causas, & hoc
d vult iurare, nunquid est ei credendum [d]? Azo dicit, standum eius
e sacramento, C. de dona. si quis pro redemptione. §. j. [e] & arg. pro eo, C. de episco. & cler. orphanotrophos. Alij contrà: & ꝙ debet per scripturam ꝓbare hoc expensum fore iuxta defuncti voluntatem, vt in auth. de sanct. episco. §. œconomus. & in præ. l. nulli. Nec obstat præ. l. si quis pro redemptione. nam ibi te feci dominum, vt tu postea illi dares: in nostro aūt casu non feci te dominum sed solùm executorem: vnde ibi minus exigitur, quàm hîc. Vel dici potest, ꝙ si executor fuit aliàs bonus, & legalis, tunc stat eius sacramento: aliàs non, secūdum regulam. Qui fuit bonus, ꝓsumitur bonus: & econtrà, extr. de præsump. mandata. 46. distin.
f sunt nonnulli. [f] Vel dic, ꝙ aut expensa est magna, & tunc requirūtur testes: aut modica, & tunc non requiruntur: ar. ff. de pig. act. si pignore subrepto. ff. de ventre in pos. mit. l. j. in fi. & ff. de excusat.
g tut. non tamen. in fin. secundum Odof. [g] ¶† Xxj. Sed quæro, quā
22 do executores possunt ab hęrede legata repetere, an statim mortuo testatore? Dic, ꝙ demum adita hæreditate ex testamēto, vt ff. de testa. tu. si nemo. ff. si quis test. li. esse ius. fue. l. j. §. ante aditā, nisi fortè in illis casib⁹, in quibus valet legatum, vel fideicommissum etiam non adita hæreditate, C. de fideicommiss. eam quam. Si decessit ab intestato, tunc etiam debet esse adita hæreditas, vt ff. đ fideicom. li. l. 2. nec potest dici ꝙ habeat hypothecariam, C. cōmu-
23 nia de leg. l. j. ¶† Xxij. Quid si hæres dicit se velle interesse dispositioni. commissarius verò, seu executor ꝯdicit? Arg. pro hærede.
h ff. de vsu & vsuf. leg. l. legatum [h] arg. in præ. l. nulli [i]. & C. de don. si
i quis pro redemptione. ¶ Xxiij. Quid si quis [k] mihi legat, vt vadā
k vltra mare, tamen modò nullus ire audet, nunquid habebo legatum? Dicunt quidam, ꝙ sic, dummodo vadam ad similem locum:
l arg. in prę. l. legatum [l]. ¶ Xxiiij. Quid si relinquit omnia bona sua pro redemptione captiuorum, quādo petetur hoc fideicommissum? Respon. de subtilitate iuris, non potest peti, cùm nemo sit
m hæres [m]: & ideo, secundum Vbertū. consulendum est executori-
24 bus, vt semper faciant fieri hæredes. ¶† Xxv. Sed nunquid ante litem contestatam possunt facere procuratorem, qui petat? Videtur, ꝙ non: ad similitudinem tutoris, & curatoris, & procuratoris, C. de proc. neque. Argum. contrà, ꝙ possint, vt & procurator ad negotia datus, vt ff. mandat. si procuratorem. §. 2. & in præ. l. si qs
n ad declinandam. in fin. [n] Et hoc vt pleniùs intelligas, pone: aliqs instituit hęredem in testamento, & decem pro anima sua legauit expendenda iuxta dispositionem P. cui dedit potestatem exigendi & recuperandi de bonis suis, & vendendi nunquid ergo ipse P. poterit ante litem contestatam facere procuratorem contra hæredem, vel contra bonorum possessores, vel debitores? Et videt, quòd sic: quia habet condictionem ex lege nomine suo, vt C. de episc. & cler. nulli. nam & aliàs commissarius agit, quando ad pias causas, & quando ad alimenta factus est, vt ff. de ali. & cib. leg. l. alio. Item procurator qui vendidit, vel stipulatus est, actionē suo
o nomine habet, & procuratorem facit [o], vt ff. man. si procuratorem. §. fin. in fi. ff. de acquiren. posses. l. j. in princ. ff. de iureiur. sed si vnius. §. procur. Arg. contrà, cùm non sit commodum habitur [p]: quia propria causa dici non potest, ff. de leg. 2. si quis. ff. quan. appel. sit, l. j. §. in propria causa. & 2. q. 6. biduum. nam aliter habetur loco tutoris, qui hoc non potest ante litis contestationem, vt s. SOL. Dico, ꝙ potest. nam commissarius est loco heredis, vt infrà ver. item pone. & procurator priuati si stipulatus sit sibi dari nomine domini, habet actionem, & dominum facit procuratorem, arg. ff. man. si procurator. §. fi. & tamen nullum habet ibi commo
p dum [p]. Alij tamen contrà: quia fides fuit à testatore electa, & cer-
q tum officium ei commissum, ext. de offi. del. c. fi. §. fi. [q] Vel dic, ꝙ si vult procuratorem constituere ad agendum, hoc fieri nō potest. Nec obstat, ꝙ sibi ad petendum datur actio vtilis ex testamento, secundum quosdam: vel saltem cōdictionem ex præ. l. nulli. quia non suo nomine, seu ex sua persona, sed illorum, inter quos distribuendum est, competit ei. Si verò vult cōstituere ad distribuendum legata, hoc potest, vt in præ. l. si procuratorem. §. j. quod intellige, quando vult dare quibusdam: quia tunc constituere potest procuratorem ad dādum illis, non autem vt ille suo arbitrio dispenset, quibus sibi videbitur. nam executoris persona ad hoc fuit à testatore electa, secundum Odoffre. ext. de offic. deleg. cap.
25 fin. ff. de sol. inter artifices. ¶† Xxvj. Quid si testator dixit, relinquo pro anima mea, quod iustum fuerit, vel quod filiis meis videbitur, nunquid episcopus. ad quem spectat talia exequi, vt ext. de testamen. tua nos. cum suis concordant. poterit agere contra hæredes? Videtur, quòd non: cùm sit incertum legatum, C. mandat.
r l. salarium. ff. de iur. dotium. cùm post. §. gener [r]. Dic contrà, fauo-
s re religionis, ff. de annu. leg. si cui. ff. de leg. 2. quidam. & l. penul. [s]
26 ¶† Xxvij.

ADDITIONES.

a Quidam. ¶ Scilicet Ia. de Aret. nisi personæ qualitas aliud suadeat, vt quia est episcopus, C. de episc. & cler. nec honore.

b Posita. ¶ Ad idem C. de erog. milt. an. l. penult. in prin. lib. xij. & in auth. vt hi, qui oblig. in fi. C. de cur. fur. l. fi. de elect. de relig. do. ca. 2. versi. illi etiam.

c Alij contrà. ¶ Alb. Gal. vbi s. post prin.

d Credēdum. ¶ Coniunge j. ver. 47. & ver. seq. & vide, qđ ibi dicā.

e §. j. ¶ Per hūc §. tenet etiam Nicol. & idem Gul. de Cug. in dubio. Text. autem l. nulli. §. post vnius. ibi, numerum captiuorum. data pro his prætia eū manifestare præcipimus. Iac. prędictus sic intelligit, & mihi placet, saluo, qđ dicam in fi. ꝙ ipse expēsas, intelligo notabiles, non minutissimas singulariter scriptas, manifestare debeat: & super earum veritate sufficiet eum iurare, per illum §. j. & vide, qđ scripsi in decr. Ioannes. in pe. q. de ratione remissa per testatorem. Sequens autem opinio, quæ habet per scripturam singula probanda, nimis est rigorosa & sumptuosa, nisi intelligatur, vt s. scilicet ꝙ scriptura specificet specificanda, & iuramentum ꝓbet. Specificatio autem multum valet, per quam veritas & falsitas facilè posset haberi. facit ext. de frigi. & ma. c. vlti. Item ꝯ periculosum est dicere simpliciter, sine specificatione stari iuramento, sicut magni papalardi volunt. verbum est Iacobi de Ra. qui dicit se vnum audiuisse de his, qui de triginta milibus expenderat duo milia, taliter rationem reddidisse: & nota, quia non fuisset in tanta summa id factibile, si per scripturam specificata fuisset.

f Nonnulli. ¶ Bene facit restringendo ad illas, quæ non facilè probari possunt, ff. de re mil. non omnes. §. à barbaris.

g Secundum Odof. ¶ Cy. post Ia. & Petr. super l. id qđ. C. đ episc. & cle. q. 8. distinguit qualitatem expensarum, an possit probari, vt solutio legatorū: an non facilè possint, vt eleemosynæ minutæ: ibi vide, & j. ver. 47. & qđ ibi scripsi in princ. de clementina: & qđ scripsi in vers. ibi seq. ADDE, qualiter sufficiat probare expensas, Fe. consi. 240.

h Legatum. ¶ Statim intelliges.

i L. nulli. ¶ Alb. Gal. vbi s. post prin. & Iac. de Aret. vbi s. vltra medium, inducit hîc in contrarium: & sic facit litera l. nulli. ibi, & pro sua conscientia, &c. Iac. stat pro hærede. inducit timorem collusionis, id est, ne fideicommissarius colludat. & pro hoc dicto facit đ proc. c. ij. in fi. & c. si quē. lib. 6. & leges, quas ibi alleg. gl. & hoc dictum placet, nisi forsan hæres præ se ferret minacem vultum, ouādo terreret legatarios, quibus vsuræ, vel malè ablata veniunt restituenda. faciunt notata s. de teste, §. nunc tractandum in princi. tamen, vt dixi de l. nulli. dico de l sequen. scilicet quòd facit pro fideicommissario.

k Si quis. ¶ Et Alb. Gal. vbi s. vers. sed pone. expressit tamen, quòd legabat pro anima.

l Legatum. ¶ Ponit casum, quādo testator annuos redditus ob sui memoriam iussit in ciuitate expendi in certum ludum, qui in ciuitate prohibitus est: sicut iam lx. ann. elapsis fuit Bononię ludus Canauellæ: hæredes, & primates ciuitatis conuenient de alio ludo ad idem fiendo: puto distinguendum, quid ponderauit testator, an laborē itineris, ad quē fortè ex voto, vel impositione pœnitentiæ tenebatur: & ꝓcedat solutio: aut subsidiū Terræ sanctæ: & tunc expectetur oportunitas: & sic seruatur. facit ext. de voto, magnę. in fi. & c. seq. in fi. Lex. autem loquitur in facto iterabili annuatim, & in quo non sperabatur oportunitas, scilicet quòd ludus primus reformaretur.

m Sit hæres. ¶ Vide s. xxj. versi. sed qro. j. versic. lxi. & j. versic. xxvij.

n In fin. ¶ Et recipit verba Alb. Gal. vbi s. in fi. ADDE, ꝙ executor possit ante litis contestationem constituere procuratorem voluit Paul. de Cast. consi. 148.

o Facit. ¶ Scilicet alium procuratorem: sic ponit Albr. Gal.

p Commodum. ¶ Secundum Alb.

q §. fi. ¶ Hoc placet Iac. de Ra. & vt dicit, si impeditus est, habet remedium constituendi actorem auctoritate iudicis, non sua propria, Instit. de cur. in fi. ff. de admi. tu. l. decreto. Hoc dicto dicit Iac. de Are. dici posse eum procuratorem constituere, cùm suo nomine actionem habeat propter lucrum quod sentit etiam piè agendo, C. de bo. ma. l. j. ff. de iniur. l. sed si vnus. §. idem ait. & C. de donat. l. illa.

r Gener. ¶ Et ff. de verbor. obli. ita stipulatus.

s L. pe. ¶ Supple, ff. de ali. leg. istę tres leges concurrunt in materia. Concor. Iac. de Aret. dicens, quòd commissarius disponere poterit ad quantitatem conuenientē facultatibus defuncti, conditioni personæ, & numero liberorum defuncti: alleg. eadem iura: & sequens ver. fuit Roff. vt j. dicam.

26 ¶† Vxvij. Item pone, ꝙ aliquis non instituit hæredem, sed tantùm reliquit legata: putà in codicillis, in quibus reliquit aliquem dispensatorem, ꝑ quem vult omnia legata solui: quæritur, an legatarij conuenient illum fideicommissarium? & an ille erit loco hæredis? Et videtur, ꝙ iste erit loco hæredis, præterquam ad Falcidiam, in præ. l. si quis ad declinandam. §. licentia. & in authentic. de eccles. titulo, §. si quis autem. Collat. ix. & C. de donatio. si quis pro redemptione. & ff. de aliment. & cib. legat. pecuniæ. & l. alio. Compelli autem etiam potest talis distributor, vt in authenti. de eccles. titulo, §. si quis autem facere iussus. & argum. ff. de leg. j. si seruus. §. qui margaritam. & ff. de leg. 2. si quis Titio decem. Econtrà videtur, ꝙ non sit loco hæredis, nec possit compelli, argumẽ. ff. ad Trebel. Lucius Titius. §. Mæuia. Non enim potest compel-
27 li: † quia quantò aliquem honoramus, tantò eum possumus onerare vt ff. de leg. 2. Imperator. ext. de rebus eccle. alien. vel non. capitulo, 3. Item si testatori placuisset eum hæredem fore, id ipse fecisset, vt C. de caduc. tollen. l. vnica, circa fin. & ext. de deci. ad audientiam. Et contraria inducta in specialibus casibus loquuntur propter fauorem captiuorum, vel pauperum, vel alimentorum. Quod ergo testator potuit, scilicet hæredem facere, noluit: & qđ voluit, scilicet ordinare distributorem, qui sit loco hæredis, non potuit, C. si quis alteri, vel sibi, multum. ext. de off. deleg. cùm su-
a per. in fin. Roffre. dicit[a], ꝙ talis distributor est hæres, seu loco hæredis, vt in præ. l. si quis ad declinandam. §. licentia omnimodo. & argum. ff. de cu. bo. dan. l. 2. & de fideicommiss. lib. l. 2. & 3. & potest à legatariis conueniri, ꝑ iura prædicta. In hoc tamen non est hæres, ꝙ Falcidiam voluit retinere: quia testator hoc videt̃ noluisse, vt in l. si quis ad declinandam. §. & si quidem. In hoc minus est quàm hæres, & etiam quantum ad hoc, vt non possit vendere, vel distrahere, vt in prę. l. alio. & etiam quantum ad hoc, quòd nudo ministerio vtitur, vt in præ. l. si quis Titio decẽ. In hoc autẽ plus est, quàm hæres, quia cogi potest adire, & bona distribuere, vt in præ. §. si quis autem facere. versicu. iussus. quod non est in alio hærede, vt adire cogatur, vt C. de iure delibe. nec emere. cùm hæreditatis aditio in solo animo consistat, vt ff. de acquir. hære. aditio. Et hæc est ratio, quare ꝑ procuratorem adiri non potest,
b vt eo. titu. ꝑ procuratorem[b]. Item iste distributor cogetur adire, ex quo debet alteri restituere. sicut fit in alio hærede, qui ꝯpellitur per Trebellianum adire & restituere, vt ff. ad Trebel. cogi. Item ratio est, quare alius non possit cogi: quia cùm possit habe-
c re emolumentum[c], scilicet quo ad Falcidiam, potest illi renunciare. Nec obstat præ. §. Mæuia. quia ibi illi nepotes, quibus debebãt bona restitui, nondum peruenerant ad 25. annum: ideoque contra fideicommissarium non agunt illi distributores: aliàs agerent
28 actione ex testamento, vt in præ. concor. ¶† Xxviij. Sed si sit loco hæredis distributor, quæritur, quas actiones intentat, & quib⁹
d tenetur? & dicit Roff.[d] eum habere vtiles, vtilibusque teneri: sicut & in fideicommissario, cui est hæreditas restituta, vt Instit. de fideicommis. hær. & ff. ad Trebel. legatario. argum. C. đ leg. l. ex legato ff. de ꝓc. pater filio. Ex quo enim testator distributorem eũ reliquit, videtur sibi concessisse & agere & defendere, quia talis est lex obligationis, argum. ff. de sol. l. fin. Quantum enim ad libelli effectum, hæres est, præterquam in illis, quæ præmisimus, vt ar. ff. qđ cum eo. si filius. alioquin nisi ageret, vel conueniretur, & hę reditas esset in nominibus: qđ quandoque contingit, vt ff. de petit. hære. hęreditas. iam nullus esset, qui conueniret debitores hę reditarios, quod iniquum foret. Patet ergo, quòd loco hæredis
e habetur[e]. Accur. not. in præ. l. si quis ad declinandam. §. vbi autẽ.
29 † quòd executor est hæres nomine, sed non re. Azo verò notat in præ. l. nulli. quòd non est hæres. sed administrator. Porrò si sit executor non ad omnia, siue non vniuersalis, sed aliquorum bo-
f norum tm̃, & in testamento sit hæres[f] institutus, tunc indubitatè
g talis non habetur loco hæredis[g]: arg. C. de hær. inst. quoties. ff. e. tit. l. j. Nam in incertis & non in certis locus est coniecturis, C. de actio. & oblig. l. obligationum substantia. & l. fi. in fi. C. de contra
30 hen. emp. l. fi. ꝑpe fi. nihilominus tamen agere potest. ¶† Xxix.
h Sed pone[h]: quædam mulier erat tutrix, & fidecommissaria: tute-
i tela finita[i] habebat decem penes se vult ea retinere, vt ea soluat pro malè ablatis: nunquid potest? Respon. aut cõstat, ꝙ huiusmo di malè ablata, putà vsuræ, debentur, aut ꝙ non debentur, aut dubitat̃. In primo casu retinet: quia cui damus actionem, & c. ff. de su perfic. l. j. §. j. in secundo non in tertio statuet̃ certum tempus, intra quod cognoscatur, an debeatur: quo elapso restituat, arg. ff. đ
k pet. hær. si quis libertatem. §. pe. in fi.[k] ¶† Xxx. Sed quærit̃, an hę-
31 res, vel distributor teneatur dare instrumenta legatario, quæ ꝑtinent ad negotium rei legatæ? Et videtur, ꝙ non, vt C. de fideicõ mis. instrumenta. Sed illud intelligitur, quando pars prædiorum legata erat. vnde maior pars remanebat penes hæredem. & ideo non dat ibi exempla. Aliàs enim si vnicum prædium sit legatum, credo hæredem dare debere legatario instrumenta, cùm hæres de euictione non teneatur: argum. ff. fam. ercisc. cedere. in fin. & l. seq. si rem. ff. đ fide instrum. § tabu. nec obstat ff. de act. emp. & vẽ. Titius hæres. & l. creditor. quia venditor tenetur exhibere, & nõ dare. quia de euictione tenetur. Dico ergo hęredem dare debere legatario instrumentum: argum. C. de lib. caus. sicut. C. ad leg. Fal.
l prædiorum. secundum vnum eius intellectum[l]. ¶† Xxxj. Sed an
32 executor vltimæ voluntatis potest alienare bona curæ ipsius
m commissa[m]? Et vr̃, ꝙ non, ff. de ali. & cib. leg. l. alio. quod verum ẽ, vt ea in alios vsus cõuertat, vt ext. de testi. tua. vel etiam sine causa. aliàs enim bene potest, ar. C. de epis. & cler. orphanotrophos. §. j. x. q. 2. hoc ius porrectum. C. de præ. mi. sine dec. non alienan. l. ob ęs. putà vt pecunia in solutione legatorum conuertatur, si aliter satisfieri nõ p̃t, ar. ff. de iureiu. siue gñalis. ar. ff. de cu. fu. l. fi. in auth. de eccle. tit. §. fi. & §. si iam annale. & seq. ad instar curatoris bonis dati, ff. de cu. bo. dan. l. j. & vlt. & de bonis auct. iu. poš. ꝑtor. §. his verbis. C. de episc. & cler. si quis ad declinandam. §. vbi. & §. præce. & in authent. Collat. 8. vt cùm de appel. cognos. §. in hui⁹. Potest etiã alienare, si hoc fit ei à testatore commissum, ff. de dote præl. vir vxori. ff. de con. inst. l. quæ sub conditione. §. mortuo. in fin. & hæc vera sunt, vbi nullo hærede relicto cõstitutus est ad vniuersa bona pro anima testatoris erogãda. nam tunc ipse loco
n hæredis habet̃, vt s̃. versi. 27. item pone, ꝙ aliquis[n]. ¶ Xxxij. Quid si non ad vniuersa, sed duntaxat ad aliqua eroganda, hærede ex testamento, vel ab intestato succedente, constitutus est, nec est sibi à testatore alienandi cõcessa potestas, nec potest satisfieri legatariis, nisi aliqua alienent? Et certè videtur, ꝙ tunc hæres, non executor, alienabit, vt in præ. l. alio. Argu. tamen, ꝙ etiam executor hoc possit: quia ad omnia datus videtur, sine quibus testatoris voluntas impleri non potest, vt ff. de iurisd. om. iu. l. 2. ext. de off. delegat. præterea. ff. de procurat. ad rem. maximè hærede rem legatam vendere nolente: quod satis concedi potest, si dixit, Tale ꝑdium pro anima mea relinquo, volens, & præcipiens illum vendi, & pretium pauperibus dari, & ad hoc exequẽdum talem facio executo

ADDITIONES.

a Dicit. ¶ Cuius fuit ad literam iste ver. & sequens rub. de act. ex testamento, ver. item quid erit. & ver. seq.
f Executor ¶Legitimus,vel testamentarius:Ioan.ADDE,an tempus currat,executoribus ignorantibus?Bald.consi.cccclxxj.j. lib. & consil.clx.ij.lib.& Rom.consil.cccviij. Abb.consi.xi. & cons. xx. ij.lib.Et an executor possit moram purgare?ibidē. Et an si electio pauperum est facta post annum præfixū,executio valeat? per Petr.de Ancha.consil. ccclxxxviij. Et an possint legata post annum executioni mandari, per Bal.consil.ccccxii.ij.lib.Si autem à testatore data sit potestas exequendi,quando sibi placuerit, an elapso anno episcopus possit se intromittere, si executores fuerunt negligentes?vide Bal.consi.clxv.& clxviii.j.lib.

g Iniuriarum.¶Hic omnino vide, quod scripsi de testa. nos quidē. in glos.quid si episcopus.Vltra hoc scias Iacob.de Ra.notasse,vbi suprà,ad fin.quod expensæ moderatæ,quas executores facient p executione,fient expensis legatariorum, vel de quantitate ad illa deputata:non expensis hæredis,pro cuius vtilitate non fiunt:nec suis propriis,quando itinerando oportet illos expendere:purà eundo,vel mittendo ad loca,vbi sunt captiui:de quibus etiam deducetur, quod domi expendissent, nisi forsan ex opera viuerent, cui tunc vacare non poterunt:vel clerici essent,qui præsentes de distributionibus vixissent:allegauit ff.de admi.tut. sed & si. §.j. de pe.hæred.l.sed & si.§. quod autem Si verò solùm pro certis legatariis facta fuisset expensa,illis solis imputabitur: vt si pro vno solo legato non liquido oportuit pro liquidatione facti,vel iuris à longè liquidari.facit C.de testi. quoniam.& de appellat.l.eos.§. j. Item si propter id equum,vel alium apparatum emi oportuit,nō manebit apud executorem:sed illi dabitur,cui imputata fuit expēsa:argu.præd.§.quod autem.& ff.de condi.ob causam,sed & si pecuniam.§.j.Secundum hoc ad textum inductum per auctorem responde,vt suprà ver.xliii.Puto tamen verba ponderanda.si enim testator iùberet xx.captiuos redimi,omnis expensa, de qua suprà imputaretur hæredi:sed si leget mille pro redemptione captiuorum,de ista summa sine alio hæredis grauamine fient expensæ necessariæ:& in his procedat dictum Iacobi,quia huic prolixo tractatui auctor hanc vltimam addidit quæstionem.¶Superaddam aliam,quę fuit de facto:quę est talis:A.testator instituit hęredē non necessarium fratrem consanguineum,vel extraneū: & post multa legata,& cum plena potestate executores ad illa deputat:& his verbis est vsus:Instituo B.mihi hæredem vniuersalem in omnib9 bonis meis hac conditione,quòd non succedat,nec possideat dicta bona,nec ipsorum partem possit habere,nec recipere possessionem illorum,donec suprà dicta legata per prædictos executores meos fuerint plenè soluta:quòd si dictus B.contra predicta fecerit,vel possessionem ipsorum bonorum, vel partis ipsorum reciperet, vel violentiam, vel impedimentum executoribus illis inferret,priuo ipsum hæreditate prædicta:& volo,quòd per executores meos prædictos hæreditas ipsa in pias causas expendatur:quæritur,an hæres p̄dictus ex sola aditione hæreditatis incidat in pœnam?Quod videtur,cùm successionem prohibuit ante legata soluta. Successio autē est idem,quod aditio,quæ fit solo animo, tn̄ extrinsecus declarato,Inst.de hær.qual.& dif.§.pen.&vlt.& ff.de acq.hær.l.pro hærede. In contrarium sic dicendo inducitur perplexitas,quæ factum reddit inutile,ff.de cond.insti.si Titius.& de leg.j.si quis à filio.in j.respon. In dubio autem vitanda est perplexitas,ff.de reb,dub.l.quoties. de ver.ob.quoties.ext.de rest.spo.literas. versi.porrò.quæ sic declaratur:legata non debentur,nisi hę reditate adita:nec executores illa soluere possunt,nisi post hæreditatem aditam:in qua aditione pendent omnia in testamento descripta,C.de fideicommiss.l.eam quam.ff.de reg.iur. si nemo.His duobus coniunctis,apparet contrarietas, per quam se mutuò impediunt.ff.de testa.tut.si nemo.& C.eodem.l.j.& vtrobique not. nisi fortè dicatur executores exeq posse hæreditate non adita,& posse legata soluere,licet nōdum efficaciter debita:facit ff.de cōd. inst.l.mulier.§.si quis hæreditarium seruū.& facit,quod post do. meum dixi suprà de tutore, circa princip Consilium autem fuit in causa prædicta,quòd aditio animo volūtate declarato fieri poterat,abstinendo ab apprehensione hæreditatis,vel bonorum ipsius: & hæc prædicta, ponderata voluntate testatoris, qui voluit prouidere,ne executores impedirentur:effectus autem successionis prohibitæ consistit in apprehensione possessionis bonorum hæreditatis,ff.de cri.expil.hæred.l.ii.& not. C.de legib.l. non est dubium.& sic successio talis non est plena,nec violat volūtatem testatoris, quæ ponderanda est plus, quàm verbi proprietas,ext. de verborum signifi.propterea.& ibi concordan.Est tamen sciendum, quòd licet testator vsus fuerit verbo conditionis, non fuit propriè conditio,sed quoddam onus impositum hæredi, prohibens scilicet apprehensionem hæreditatis ad certum tempus:cōcordan.extrà de cond.apposi.verùm.ibi concord.& satis de hoc. Tu Iurista,qui volenti sic testari assisteres consilio,tollas hoc dubium,faciendo exprimi,quòd post aditam hęreditatem,solùm animo declarato,penitus & in totum abstineat à rerum hæreditariarum apprehensione:& nullo modo,&c.¶Annecte q.Pe.de Ancha.in qua consuluit consil.xlvj. incipiente, pro clariori intelligētia.scilicet testator mandauit, quòd hæres posset hæreditatē verbo adire,non autem se de facto immiscere ante solutionem lega

SUMMARIUM.

1 *Filiusfamiliàs non potest testari. sed donare: & qua forma fiet hæc donatio.*
2 *Donatio causa mortis à sano per obligationem facta, qua forma concipi debeat.*
3 *In donatione causa mortis quot testes sufficiant.*
4 *Codicillare volen in absentia, vel causa mortis donare, quomodo id efficere possit, & qua forma verborum vti debeat.*
5 *Instrumentum donationis inter viuos cuius formæ esse debeat.*
6 *Donator inter viuos niti debet, ne multis conditionib. seu obligationibus implicetur.*
7 *Donatio inter viuos an sine decreto iudicis, aut insinuatione valeat.*

¶ De formis donationum causa mortis, & inter viuos.

a 14. §. Porro nunc ad propositum [a] redeamus: quia quis sæpe donat causa mortis, (quia cùm sit filiusfamiliàs, testari non potest) ideo donationis formam sub compendio subiiciamus, quæ talis est:

b FORMA[b]. † A. filius D. eiusdem patris suppositus potestati, quia
1 lege prohibente, etiam patris iussu testari non potest, hanc donationem causa mortis, eodem patre suo ibidem præsente, volente, & consentiente, sanus per gratiam Iesu Christi mente, licet æger corpore, fecit & disposuit in hunc modum: In primis quidem donatione causa mortis relinquit pro anima sua tantum expendendum hoc modo, &c. & hoc exequi voluit per talem, quem suum reliquit commissarium. Item tali legauit talem rem, & tali talem, &c. In fine autem dices: & hæc omnia & singula causa mortis disposuit donationis: & donationem ipsam valere voluit & tenere, si ipsum ex hac ægritudine mori contigerit: alioquin nequaquã. Quòd autem filiusfamiliàs patre permittente possit donare causa mortis, licet testari non possit, habetur ff. de donat. causa mortis, l. tam is. non tamen sine patris permissu, vt ff. de donat. filiusfamiliàs. §. patri autem. Legare tamen non potest. etiam eo permit
c tente, ff. de legat. j. l. ij. nec testari, vt in prædic. l. tam is [c]. ¶ † Quan-
2 doque verò quis sanus existens, per obligationem donat mortis causa: & tunc sic concipe:

FORMA. A. licet sanus corpore, sciens tamen se mortalitati subiectum, & quandoque necessario moriturum, hanc causa mortis donationem fecit: donauit nanque mortis causa H. eius fratri ibidem præsenti tale prædium, vel centum libras Turonenses pollicitatione offerens. vel sic: Solenni stipulatione promittens dicto H. eidem tradere, dare & exhibere post mortem eius donationis causa dictum prædium, siue dictam pecuniæ quãtitatem: & volẽs atque paciscẽs, vt illico dicta eius morte secuta, petitio & exactio rei, vel quantitatis donatæ sibi competat pleno iure: nisi cũ donationis pœnitens eam specialiter reuocauerit adhuc viuens: vel, nisi contingat ipsum donatarium eidem præmori donatori. Horũ
3 enim altero contingente donatio euanescat. † Et nota, quòd in donatione causa mortis sufficiunt quinque testes, C. de dona. causa mortis, l. fi. Quòd si filiafamiliàs coniugata languens, donat causa mortis, & dedando & tradendo post mortem se obligat, sic con
d cipitur [d]:

FORM

ADDITIONES.

torum fiẽdam p eius executores, quos interim administrare voluit: & si hæres contrà faceret, voluit ipsum priuari hæreditate, & illam deuolui ad alium pium locum: accidit, quòd hæres à duob⁹ debitoribus hęreditariis sponte soluentibus recepit solutionem: quærebatur, an per hoc esset hæreditate priuatus? Respondit, ꝙ non, si per istam receptionem non fuit impedita administratio executorum, per regulam generalem, Cessante causa. latiùs aliquã tulum ibi vide. Hanc etiam addi. Ioan. An. vide per Old. cons. cviij. ¶ Concludat in hac parte operis quæstio mei Azonis, qui etiam fuit pars causę publicatiõis istius, vt in prin. dixi, & incipit, tempore, quo non extat, qua ponebat, ꝙ à tempore, cuius initii, vel contrarii nõ est memoria, legata pauperib. indetermitatẽ soluta sunt hospitali sancti Hieronymi modò ciuitas fecit statutum, ꝙ talia legata ciuium soluantur alteri hospitali, vel religioso collegio: quærebatur, an hospitali sancti Hieronymi præiudicet hoc statutum? Ad negatiuam facit temporis diuturnitas, quæ præponitur, quæ tantæ virtutis est, quòd releuat ab onere probandi, ti. de præscrip. c. j. in fina. lib. vj. & antiquitas pro iure inducitur, de translat. quanto. vbi concord. Nec possunt ciues, quod non potest episcopus, vel legatus: de primo, de exces. prælat. ad hæc. de secundo, de cofir. vti. vel inuti. c. vlt. Item hospitale secundum & religiosus locus pactum cum ciuibus facere non posset in præiudicium primi hospitalis, extrà de pact. plerique. Item non possunt ciues de talibus statuere, q̃ ad iudicium ecclesię spectant, de test. relatum. & c. cùm esses. de const. q̃ in ecclesiarum. & quæ scripsi super j. gl. & c. ecclesia sanctæ Mariæ. de rebus eccle. non alie. c. fi. de fo. comp. c. j. li. 6. & qđ ibi no. in gl. pe. facit, quod de Imperatore dicitur, suprà eod. ti. §. nunc aũt. in fi. & in cle. de re iud. pastoralis. ad fi. Item inuito etiam testatore legata pia per ecclesiam disponuntur, extrà de testa. tua. facit e. ti. requisisti. C. de episco. & cle. nunc licet. Fortiùs igitur inuitis ciuibus, facit x. q. j. sit quidam satis. facit cle. de relig. do. quia contingit. & quod ibi no. in gl. per hanc. Ad contrarium inducitur, quòd statutum ciuium respicit actus subiectorum suorum tantùm, quorum personis & ipsorum actibus bene possunt legem imponere: quæ etiam dicitur ius ciuile facit xj. dist. catholica. ff. de iust. & iur. ius ciuile. & l. omnes populi. inducitur l. venditio, §. si constat. ff. communia præd. & qđ not. ff. de reg. iur. neque pignus. §. priuatorum. & l. nec ex præterito. & C. de decre. decur. super rub. lib. xj. & quod scripsi post Dy. super regula, indultum. de reg. iur. lib. vj. scilicet legitimam filiorum posse diminui per statutum. Item constat, quòd testator preiudicare potest hospitali sancti Hieronymi, iubendo illi, vel aliis locis solui. Absurdum autem videtur, ciues nõ posse, quod posset priuatus illius loci sub numero ciuium inclusus: cùm pars contineatur in toto, & minus in pluri, de reg. iur. in toto. & regula, plus semper. lib. vj. Soluendo tenuit per priùs alleg. & per decre. vestra. de loca. & cond. & quæ ibi dixi in textu, & super gl. j. per statutum prædictum ciuium nullum præiudicium generari hospitali sancti Hieronymi.

a Propositum. ¶ Quod expressit s. §. postremo. Host. in Summa fecit de hac rubricellam super rub. de dona.

b FORMA. ¶ Rolan. parte viij. ad fi. dubitatur, an fuerit simpliciter donatio. an causa mortis? vide ff. de do. præleg. l. Seia. & de don. cã mortis, l. Seia.

c Tam is. ¶ Incidit q̃stio Pil. lxxxiiij. an pater reuocare possit, an reuocatio spectet ad filium? tenet, quòd ad filium. Item Accur. in l. iiij. C. eo. tit. tenet. ꝙ morte filii, non morte patris confirmatur: ibi vide pleniùs per Cy. qui ponit distinctionem Dy. an donet filius, consensu patris rem patris, an propriam?

ADDE, vt pulchrè per Pet. de Anch. consil. lxxv.

d Concipitur. ¶ Petr. de Ceruotis quæst. quæ incipit, filiofamiliàs maiori xxv. ampliat hunc casum, loquens de maiore dotata, quæ simpliciter, vel causa mortis donat fratri existenti in eadem potestate de dote: q̃ritur, an valeat donatio? & maximè, vt vsusfructus quæratur patri? Quæstionis solutionem, quæ multùm prolixa est intimabo: sed præmitto, quòd gloss. ff. de auctor. tut. quæ infrà allegatur, vult, quòd teneat donatio, quo ad proprietatem, sed nõ, quo ad vsumfructum. distinguit enim Petrus, an dos fuerit aduentitia: & tunc valet donatio causa mortis: & quæritur fratri, cui facta est, & patri debebitur vsusfructus: quia donatio & alienatio de aduentitiis facta cõsensu patris, valet, C. de bo. quę. lib. l. fi. §. filius. & ibi no. ff. de don. l. filiusfamiliàs. & de do. causa mor. l. tam is. §. fi. Causa mortis dixi: quia facta inter viuos constante matrimonio, etiam de patris consensu, non valeret donatio dotis. C. de iur. do. l. si prædium. vbi de hoc. Sed si donaret spe futuræ actionis de patris consensu, tunc tenet, vt d. l. tam is. & C. de donat. spem. & si fiat fratri, de quo thema loquitur, patri quæritur vsusfructus: nec dicitur pater auctorizare in rem suam, argum. ff. de auctor. tut. l. j. in prin. & l. qđ dicimus. Dixi de donatione facta constante matrimonio: q͂ illo soluto, valeret donatio etiam dotis, nedum actionis, si ad mulierẽ debebat dos redire. Si verò dos fuit ꝓfectitia, id est, ꝓfecta de bonis patris, vel alterius ꝯtemplatione patris, ff. de iure dot. l. ꝓfectitia. tunc si cõstante matrimonio donet inter viuos, vel simpliciter, q͂ tunc inter viuos, et̃ si sit infirma, ff. de do. caus. mor. l. ante pe. §. fi. & si fiat de patris consensu, non valeret. tum q͂ constãte matrimonio id ñ licet, vt p̃dic. l. si p̃diũ. tũ q͂ q͂reret̃ patri, ex quo ex re patris quæritur filio, Inst. p quas perso. nobis acquir. §. j. Si verò filia donauit de dote causa mortis, vel simpliciter spe futuræ actionis, de consensu patris: tunc si dos, vel actio est peruentura ad ipsum, valet donatio secuta morte filiæ, quando mortis causa donauerat: vel simpliciter donauit spem actionis, sed effectum habebit vtroque casu, cùm actio transibit ad ipsam, quòd erit ipsa instituta, vel exhæredata, C. de rei vxo. actio. l. vna, §. videamus. & §. & hoc. & omne pactum ipsius filiæ valet eo casu, ff. de pac. do. l. cùm dos. & his casibus quæritur patri vsusfructus, vt suprà. Si aũt dos, vel actio peruentura esset ad patrem, quod est filia præmoriente, vt præ. l. cùm dotis. in fin. & C. sol. mat. quemad dos, l. dos à patre. tunc non valet, cùm p̃r donasse filio videat̃. ff. de do. in donationibus. §. pe. & cùm sibi quæritur ex re sua, C. de bo. quæ li. cùm oportet. & Instit. per quas pers. §. j. Sed dicit, fortè illam postea cõfirmari morte patris, sicut si ipse pater donasset, C. de do. inter vir. & vx. l. donationes. & sic, secundum eum, erit in pẽdenti donatio talis facta de dote cã mortis, vel simpliciter de spe futuræ actiõis, sicut alle. ff. de vsufruct. sed & si qs. §. interdũ. cũ similib. Subdit autem, ꝙ ex omnibus causis prædictis vno casu requiritur mors patris & filiæ, vel filii donantis, scilicet quando dos fuit profectitia, & ad patrem peruentura: quod est præmoriente filia.

Satis

FORMA. A.filia P.& vxor H.ægra corpore,sed sana mente,quia in sacris constituta testari non poterat, infrà scriptas donationes causa mortis imminentis, metuens mortis periculum, dicto patre suo præsente & consentiente fecit hoc modo:In primis siqui dem de dotibus,& bonis,& iuribus suis ad se spectantibus mortis causa donauit prædictis patre & marito præsentibus & vice &no mine pauperum Christi recipientibus, eorum vice, quos ipsi duxerint eligendos, nominandos,& numerandos, ac si ipsamet elegisset,numerasset,& expresse nominasset,decem libras eorum ar bitrio inter eos diuidendas.Item dicto H. viro suo nomine proprio recipienti mortis causa donauit quinque libras. Item S. eius fratri præsenti decem libras. Item tali tantum. Residuum autem dotium, bonorum & iurium suorum omnium, mortis causa donauit dicto H.viro suo recipienti vice&nomine C.& D.filiorum eius:ita tamen, quòd si quem eorum aliquando sine liberis mori ꝯtingat,eius morientis portio ad superstitem mortis cã donatione perueniat.Quòd si ambos nullis ex his, vel aliquo eorum libe ris superstitibus contingat decedere,tunc ipsum residuum pro di midia ad ipsum fratrẽ suum, & pro reliqua dimidia ad dictum ei⁹
a virum donationis mortis causa deueniat [a]:promittens solenni sti pulatione interueniente cuilibet prædictorum donatariorum ibi dem præsentium recipienti suo nomine pro donatione sibi facta &vice illius,vel illorum,cuius,vel quorum nomine donatum ẽ, idem dare,tradere,& exhibere quantitatem, rem,vel res donatas ipsius donantis morte secuta:volens atque paciscens,quantitatũ rei, vel rerum donatarum illico post mortem eius petitio & exac tio competat pleno iure: nisi vel donatarium præmori, aut eam ab hac ęgritudine liberari,vel donationis pœnitere cõtingat.Ho rum enim quocunque contingente,donatio reuocata sit,&peni
b tus euanescat.Vel sic,secundum M.de Fano [b]:
FORMA.Ego Berta, quamuis sana, vel infirma, causa mortis do & dono tibi tali priori,vel fratri,omnia mea bona,vel talem rem, vel tãtam pecuniã,vt post mortem meam vobis illico competat petitio,& sit vestrum,quod dono:quam donationem per me me osque hæredes, firmam habere & tenere promitto irreuocabiliter,ni specialiter reuocarem nominando personam donatarii, & speciem,& quantitatem donationis, quam voluero reuocare: & do tibi licentiam & auctoritatem me mortua intrandi possessionem amoto inde & eiectio quolibet possessore,& hæc omnia ꝓmitto tibi stipulatione solenni attendere & obseruare,sub pœna centum librarum per me & hæredes meos promissa,& à te prædi cto nomine stipulata:& pro his obseruandis & pœna soluenda ti bi prædicto nomine obligo omnia bona. Veruntamen præmissæ formæ magis placent.Et nota,quòd hæc forma vtilior est,quàm testamentũ,vel codicilli: quia si potest irreuocabiliter fieri, ff. de
c don.causa mor.[c] vbi multo fortiùs potest sub quadam conditione irreuocabiliter firmari:quia cui licet plus,& minus,vt s̃.§.com pendiosè.versi.sed quid si iste.non enim indiget talis donatio in
d sinuatione iudicis [d],nec traditione possessionis,nec aditione hæreditatis,sed statim à morte trãsit dominium in donatarium,Hoc
e probatur in Summa Azonis in tit.de don.cau.mor.[e] ¶†Si autem
4 velit quis in absentia codicillari, vel causa mortis donare,faciat e pistolam per manum publicam cum subscriptione sex testium sub hac forma:
f ¶FORMA [f].Religiosis viris,tali ꝑposito & capitulo,vel tali priori,vel guardiano,& fratrib. talis loci,salutem in domino.Noueritis,&c.Ponatur forma codicilli,vel donationis causa mortis,pro ut s̃.& infrà de verbo ad verbum scriptæ s̃.& valebit,vt C.de fidei com.in epistola.Promissio tamen pœnę inter absentes valere nõ potest, sed bonorum obligatio sic: & etiam codicilli valent inter absentes,etiam si nõ sit ibi forma epistolæ, sed simpliciter codicil li.Donatio autem firma statim potest hoc modo fieri:
¶FORMA.Ego talis pro anima mea,& parentum meorum,& ꝓ remissione peccatorum meorum, purè, liberè & irreuocabiliter inter viuos do,dono&offero tibi.tali priori,vel syndico recipien ti nomine & vice fratrum & ecclesiæ talis,talem vineam,vel omnia bona,quæ habeo & teneo, vel alii pro me,& iura & actiones, quas habeo contra quascunque personas, solo mihi vsufructu, dum vixero,reseruato.ad habendum,tenendum,& quicquid pla cuerit dictis fratribus,faciendum, cum omnibus suis pertinentiis & iuribus, & licet per vsusfructus retentionem intelligatur facta traditio,nihilominus tamen me tuo nomine pro eis ad maiorem cautelam constituo possidere,dans tibi licentiam propria auctoritate intrandi,& promittens malum dolum abesse,abfuturũque esse,&

ADDITIONES.

Secutor ... placet hęc distinctio. Audiui in quadam quæstione facti do minum meum defendere donationem, de qua quæritur, dicens, hanc patris permissionem operari, quo ad hunc actum id quod, quo ad omnes,operatur emancipatio,C.ad Maced.si permittente.& ff.de do.causa mortis.l.tam is.Sed costat emãcipatum id pos se.Ergo, &c.Inducebat etiam l.ff.de pecul.sed si damnum.§. j. per quem patet, patrem, vel dominum concedendo peculium filio, vel seruo,concessisse videri potestatem contrahendæ obligationis,etiam cum his,qui in ipsi⁹ sunt potestate:ad idem Instit.quod cum eo.§.cùm autem.Patria igitur potestas non habet impedire donationem,cùm à voluntate donantis,non à voluntate permit tentis processerit donatio:facit l.de eo.in fi.ff.ad l.Cor.de fal.&de condi.& demonst.l.conditionibus.Subdebat etiam per l. fistulas. §.j.ff.de cõtrahen.emp.quòd in profectitia dote ad patrem reuer sura,per l.ff.sol.mat.l.dos à patre.etiam si consentiret actui,ꝑ quẽ perueniret ad ipsum,videretur tenere cõsensus:fortiùs in casu q̃stionis:& licet gl.quam in princip.allegaui,dicat donationem,de qua queritur,non tenere,quo ad vsumfructum,dicebat sic defen di ꝓriũ:ex quo tenet,quo ad proprietatem,si non potest vsusfructus quæri patri,quæratur filio proprietario:sicut quod per seruũ vni ex dominis queri non potest,alteri in solidum quæritur,ff.de stipulat.seruorum,l.proinde.§.finali.cum l. sequenti. Item liber homo bona fide possessus, id quod sic possidenti non potest acquirere,quærit sibi, ff. de acquirendo rerum domin. liber homo. §.finali. Sic etiam cùm seruus stipulatur actum, cuius executio ad dominum pertinere non potest, sibi id competit, Institut. de stipulat.seruor.§.sed cùm factum.Pro principali dicto expresse fa cit gloss.Accurs.in authentic.idem est in his. C.de bon. quæ liberis. vbi dicit, filio quæri vsumfructum sibi legatum, & non patri: quia seruitus esse non potest,ff,de vsufructu legato,l. j. Et, secundum hoc,non auctorizat sibi pater.Item diuersa sunt auctorizare & permittere,vel consentire.vide quod scripsi extrà de eccle.ædi fic.ad audientiam.secundo,super prima gl.Item scias, quòd sicut pater filio,vel filiæ in potestate constitutis,donare non potest:ita nec illorum coniugi, genero, vel nurui, ff.de donat.inter virum & vxorem,l.tertia,§.quæ in eiusdem.vbi etiam nota. & patet eodem titu.l.cùm hîc status.§.oratio.non obtinuit prædicta l.tertia, § socrui. & C. eodem titulo,si te in vacuam. in quibus socrus do nat genero,vel nurui:quia ibi deficit prohibitionis ratio,cùm fœ minæ filios in potestate non habeant,Instit.de adop. §.fœminæ. & ibi concordan.propter quod nedum nurui,vel genero,sed eti am filio,vel filiæ donare posset mater,C.de donat.inter virum & vxor.l.si constante.non sic, si viueret maritus habens illos in potestate:vt ibi not.Quod autem de potestate dicitur,semper tenẽdum est, nisi exempti appareant:incumbit ergo illis probatio: facit Inst.de senatuscons.Tertul.§.j.& quod ibi not.
ADDE,quòd pater possit cõsentire filiæ donanti dotem fratri in eadem potestate.Oldr.cuius prædicta sunt verba,consilio xxvj.in cipiente,patet consensit filio. Ab.consil.xlj.secundo libro.Quòd autem filius possit donare ipsi patri,ipso authorizante,vel potiùs consentiente,tenet Bal.consilio lix.secundo lib.Ang.cons.cxliij. Rom.consilio cccxlv.An autem valeat donatio facta inter virum & vxorem,q̃n pater alterius se obligaret pro prædictis,vide Bald. cõsilio xxix.iij.libr.Et an valeat donatio facta per filium socero pa tris sui,de re,in qua pater habebat vsumfructum ipso consentien te.Pet.de Anch.consil.cv.
a Deueniat.¶Bene enim donans causa mortis donatario substituit,C.eodem,l.prima. Quæ autem actio competat substituto,ibi not.& pleniùs per Cyn.quæst. prima. Et an requiratur stipulatio substituti,ibi vide in iij.q.vbi tres opiniones inuenies.scilicet Dy. domini mei,& Pe.de Bel.in quibusdã tamen scriptis aliter habeo opin.Azo.& Odoff.quàm ibi dicatur. ADDE ad principium huius tit.dum dicit, pauperes eligendos, &c. an executor, cui datur commoditas pauperes eligendi, possit eligere filium proprium, tãquam pauperem& si elegerit,an causa pietatis,an verò filiationis elegisse videat? vide Bal.ĩ l.tutor.§.q̃ tutoris.ff.de excu. tutor.
b M.de Fano.¶char.iij.vbi de his,& autor hîc immiscuit gl. cũ tex.
c Causa mor. ¶Lex illa dicit contrarium, s. quòd vbi mortis causa donatur, ita quòd nulla de causa reuocari possit, intelligitur donatio inter viuos: & ideo non cadit in coniuges. ADDE omnino,vt per Alex.in l.q̃ dotis.ff.sol.mat.& per me in addi.ad Bar.ibi.
d Iudicis.¶C.eod.tit.l.fi.
e Causa mor. ¶Et ibi in fi. no. differentias inter hanc donationem & legatum:& Accur.Inst.de do.post prin.dicit tex.quòd ferè per omnia connumerantur legatis,per Host.vbi s̃.§.j. in fi.& per Cy. plenè in l.fi.C.eo.ti.scilicet de donat.cau.mor.
f FORMA. ¶Iure veteri etiam donatio causa mortis requirebat stipulationem, ff.e.l.mortis causa.& sic necessaria erat præsentia. ff.de verb.oblig.l.j.in prin. sed iure Codicis non est necessaria: & sic per epistolam donationes,etiam inter viuos,expediri possunt C.de donat.si quis argentum.§.pe.& vlti.intermedio nuncio,vel epistola,vt hîc.

esse, & res prædictas habere licere, cedens iura & actiones reales & personales, vtiles & directas: & te procuratorem nomine ipsorum facio in rem tuam: quam donationem in perpetuum irreuocabiliter firmam habere, & tenere per me & meos hæredes tibi prædictis personis stipulanti promitto, sub tanta pœna in stipulatione solenni promissa: pro qua pœna, & omnib. præmissis tibi obligo nomine, quo suprà, omnia bona & iura, quæ ad me possent vllo tempore pertinere: qua pœna soluta, vel non, prædicta omnia rata & firma permaneant. Potest etiam dici, & promitto dictã donationem non reuocare, vel in vita, vel in morte, neque occasione ingratitudinis, neque superuenientium liberorum, C. de reuoca. don. l. fin. & l. his solis. & l. si vnquam. xvii. q. vlt. quicunque. Quam quidem donationem, si summa quingentorum aureorũ excederet, plurium donationum vires obtinere volo: quæ omnes intra prædictam quantitatem existant. Optimum tamen esset si singulæ donatæ possessiones specificarentur: quia tunc tot essent donationes, quot res, nec indigent insinuatione, C. de dona.
a sancimus [a]. ff. de euic. quod dicitur. & l. seq. ff. de verb. oblig. scire. & not. C. de sacrosan. eccl. illud quidem. Potest etiam hoc per epistolam fieri, vt prædixi, & valebunt omnia, excepta stipulatione C. de donat. si aliquid. vel dic, vt j. ver. prox. Quidam autem dicũt, quòd si, quod donatur, valet quingentos aureos, non sufficit prædicta forma: imò debet primò totus cõtractus scribi, & postea coram iudice partibus publicari iudicis auctoritate: & tunc in fine instrumenti ita dicetur. Hęc omnia in scriptis coram tali domino iudice suam auctoritatem prębente facta & insinuata sunt præsentibus, & subscriptis in præsentia talium testium. Ego A. donator omnia prædicta fieri rogaui & subscripsi. Et bene est, quòd iudex simi
b liter se subscribat [b]. ¶ †Et quoniam hîc de forma donationis cã
5 mortis diximus, consequens est, vt instrumentum donationis in
c ter viuos formemus [c]: cuius forma hæc erit:
d ¶FORMA [d]. Titius dedit, tradidit & donauit purè, liberè, simpliciter inter viuos, ac irreuocabiliter, perpetuò, proprio iure P. pro se suisque hæredibus recipienti domum talem in tali loco sitam, cuius confines sunt tales, ad habendum, tenendum, & possidendum, & quicquid sibi, & suis hæred. deinceps placuerit, perpetuò faciendum, cum omnibus & singulis, quæ intra prædictos confines, vel alios, si qui forent, continentur, accessibus, & egressibus, vsque ad viam publicam, & cum omnibus & singulis, quæ habet supra se, vel infrà, seu intra se & extra, omnique iure & actione, vsu seu requisitiõe, sibi ex ea, vel pro ea re, aut ipsi rei modo aliquo pertinente. quam rem idem T. se dicti P. precario nomine constituit possidere, donec ipsius rei possessionem acceperit corporalẽ. quam quidem accipiendi auctoritate sua, & retinendi deinceps, ei omnimodam & liberam licentiam dedit: promittens pro se suisque hæredibus dicto P. pro se suisque hæredibus stipulanti promissam donationem, & omnia & singula suprà scripta perpetuò rata, grata & firma habere, tenere, & non contrà facere, vel venire per se, vel per alium, aliqua causa, vel ingenio, de iure, vel de facto: nec ipsam donationem ingratitudine, vel causa aliqua reuocare, sub pœna centum librarum Turonensium stipulatione promissa ac refectione damnorum & expensarum litis & extrà: & obligatione omnium bonorum suorum: qua pœna soluta, vel nõ,
e prædicta omnia & singula firma perdurent [e]. Et hæc forma probatur Instit. de donat. & ff. eod. l. j. in princ. & C. eo. per totum, extra. eo. c. fi. & C. de reuoc. don. l. fin. Vel dic, vt s. versic. donatio. Instrumentum verò cessionis ex causa donatiõis factæ, vide s. de acces. §. secundo, versi. si verò. Item instrumentum donationis in solutũ
f vide infrà in tract. libel. de solut. §. j. versic. sed & si res [f]. Item formã donatiõis, quam facit de omnibus bonis suis is, qui monasterium ingreditur, vide j. de regul. & transeun. ad relig. versi. hîc quoque.
6 ¶†Et nota [g], quòd si donator se obligat ad defensionem rei do
g natæ, illud etiam scribẽdum est. Donatores tamen nolunt se multis conditionibus, seu obligationib. implicari: imò valde decet do
7 natarium ad hoc niti, †Item not. quòd donationes vltra summã quingen

ADDITIONES.

a Sancimus. ¶Per illam legem communiter tenetur contrarium: cùm illa requirat diuersis temporibus illas fieri, vt censeantur diuersæ, §. si quis autem per diuersa tempora. quod ibi placuit Iaco. de Are. dicenti, quòd cum plura exigantur, vno deficiente, totum deficit, ff. de diuor. l. fin. de iti. actuque priua. l. iij. §. deinde. bene facit ff. de nau. fœn. l. nihil. §. quod in singulos. & ideo Si. Vin. & Gui. de Suz. in l. sancimus. ibi: idem ponit Cy. hoc vide j. de don. §. j. ver. quid si aliquis dat. & vide, quod super eo dixi de diuersis donationib. factis in fraudem legis: & quid si vna facta plurib⁹ accedit. ADDE Old. con. ccliiij. Ro. pulchrè cons. cccv. Bal. cons. l. & ccccviij. ij. lib.
b Subscribat. ¶Hæc subscriptio donantis & iudicis non est in vsu: de forma etiam insinuationis Doctores variè loquuntur. quidam enim sunt dicentes, quòd insinuatio est præexistentis donationis in scripturam redactæ apud competentem iudicem facta publicatio: & eius auctoritate in publica monimenta, vel acta facta redactio, vt perpetuò & facilior sit veritatis probatio: & hoc voluit auctor in præcedentibus verbis dicere: & pro his facit C. de dona. in hac. in auth. vt frat. filii, §. illud. Collat. ix. & ea. Col. vt nulli iudi. §. & hoc peruenit. & de defen. ciui. §. non habente. Col. iij. Et dicunt isti non esse nouum, quòd actus per vnum celebratus, pro sui vltima perfectione apud alium duplicetur, C. de adop. l. ij. & titu. seq. de eman. lib. l. iubemus. argu. C. de his, qui ven. æta. impe. l. ij. Patet hoc idem in memorialibus ciuitatis Bononiæ, apud quæ contractus factus repetitur: aliàs certam summam excedẽs, non valeret: sed aliis non quærunt hanc duplicationem: secundum quos pro solenni insinuatione sufficit, quòd de donatione facta sit scriptura apud competentem iudicem publicata, vt notat Azo in Summa de donat. §. licet autem. Goff. in Sum. eod. tit. §. item requirit. & Host. in Sum. §. quæ donatio. pro hoc facit C. de don. l. in donationibus. & quod not. in cle. de sum. tri. in iij. glo. & hoc apud nos seruatur: quia vnico contractu fit donatio coram iudice auctorizante, & dicitur insinuata. Sed primi dicunt, quòd hoc resistit causis, propter quas insinuatio fuit inuenta: quas dicunt has, vt inter donationem & insinuationem possit donãs deliberare, an sibi expediat per insinuationem confirmare donationem. bene facit in authen. de appel. & intra quæ tempora. vltra prin. ver. vt liceat. & quod ibi not. Coll. iiij. & vt iteratio actus ostendat mentis perdurationem facit C. de plus petit. l. vna. & extrà. eo. tit. c. vnico, & vt tollatur deceptionis suspicio, C. ad Velle. l. si mulier. ij. & occurratur falsis probationibus, C. de donat. data. Sed secundò ad primas duas rationes respondere possunt, illas procedere, si inter illa duo necessarium esset certi temporis interuallum: quod non est: & sic in instanti illa duo diuisim fieri possent: & sic cessant causæ. Ad tertiam & quartam non expedit respondere, quę concurrunt, etiam si vnicus actus fuit. Sed quia dictum est, quòd coram competenti iudice fieri debet insinuatio, quæritur, quis erit iudex competens, an personarum, an rerum donatarum, an neuter spõte aditus? De primis non dubitatur, sed sic de vltimo. Et, vt me expediam, eo casu sequerer opinionem primorum, vt primò fieret contractus, si ille iudex sit competens, adeatur pro insinuatione fienda: facit ff. de iudic. hæres absens. §. j. de foro comp. c. si. & c. Romana. §. contrahentes. li. vj. Et quòd non sit necessarius iudex rerum, patet C. de donat. data. in fin. & l. in hac. in prin. ad idem C. de contrahend. empt. l. j. Faciunt aduocati in his, & similibus, confici instrumenta de domicilio ibi electo, vel de iurisdõnis prorogatione. Prima placet. Viso de iudice, quæro de tẽpore, an scilicet die feriato ob honorem Dei fieri possit insinuatio? tenetur, quòd sic: cùm hoc non requirat causæ cognitionem, & sit iurisdictionis voluntariç, C. de feriis, l. actus. & faciunt not. s. de feriis. §. ij. versi. porrò. & per Hostien. in Summa de feriis, §. iij. versi. sed quæ pertinent. facit ff. quis ord. in bo. poss. ser. l. ij. §. dies. Seruatur etiam, quòd sæpe in loco priuato fiunt tales insinuationes iudici, propter ætatem, vel sexum declinantem ad locum talem. facit ff. de interrog. act. l. nouit prætor. in fin. Et vt ibi not. non obstat ff. de iust. & iure, l. penult. in fin. quæ loquitur in illo actu, quo requirit plena causæ cognitio: quo casu sedere debet, vbi ius reddere consueuit, vt ibi. Vltimo sciendum, id quod de insinuatiõe dicitur, habere casus exceptos quos vide per Hostiens. in præd. §. quæ donatio. in Sum. de donat. inter quos est donatio, quæ fit per principem, etiam priuatæ personæ: vel principi per priuatũ, vt C. eo. sancimus. & authen. ibi posita Illę enim ñ subiiciũt legib. nec quo ad insinuationẽ, vt ibi: nec quo ad personarũ capacitatẽ. C. de donat. inter vir. & vxor. l. penult. Multis aũt videt, quòd cũ hodie reges in regnis suis de facto vicem imperatoris obtineãt, idẽ sit in illis dicẽdũ: & eo amplius in his, quòd ñ cognoscũt Imperiũ: vide, quod scripsi de verb. sig. sup quibusdã sup ver. regnũ. & ext. de re iu. cũ te. in gl. magna, vers. sed nũquã reges. ADDE, quod si insinuatio, Pau. de Ca. cons. cccix. Old. cuius prædicta sũt verba cons. ccliiij. licet Io. An. discrepet ab eius opi. apud quẽ iudicẽ debet fieri insinuatio: & opi. Io. An. sequit Imol. in l. Modestinus. ff. de do. & ibi vide Bar. Insinuatio aũt pt fieri ex interuallo, sm Ro. cons. ccxv. & Ang. cons. 179. Et quòd donatio facta in præsentia pricipis, sicut priceps, ñ egeat insinuatione, tenet Bal. consi. ccciij. j. lib. Et quòd donatio regum nõ subiaceat insinuationi, posuit Old. cons. ccxxi.
c Formemus. ¶Tale fuit s. prox. sed ibi nõ dabatur vsusfructus: nota autem Accur. C. de donat. causa mor. l. fina. quòd in dubio præsumitur donatio inter viuos: quod intellexit Pil. q. cxxiii. etiam si dicat, pro remedio animæ in donatione: vide Host. vbi s. §. i. versi. i.
d FORMA. ¶Rolan. parte i. circa medium.
e Perdurent. ¶Hucusque Roland.
f Si res. ¶Bene est primus §. in tractatu de solutionibus, sed respectu rubricæ est secundus.
g Et nota. ¶secundum Roland.

quingentorum aureorum, fieri debent cum insinuatione, id est cum decreto iudicis: alias non valent, vt C. de donat. si quis argen tum. nisi fiant ad pios vsus, vt C. de sacrosan. eccle. illud [a], in auth. de non alienan. aut permu. §. si minus [b].

ADDITIONES.

a Illud. ¶Lex illa vult contrarium: & vide, quod ibi not. Pil. q. cxxiij. tenet, donationem factam ecclesiæ, vel religioso loco sine insinuatione, tenere, licet excedat. Et rationem sumit ex §. statim all. nam si differūt imperium, & sacerdotium, & imperio sine insinuatione donatur, vt ibi, & in authen. pig. ne fi. §. j. & quæ paria sunt, paria iura desiderant, C. de const. pecu. l. fin. ff. de pecu. in bonæ fidei. & l. quoties. §. fin. ergo idem in sacerdotio. ADDE Paulum de Cast. consil. xxxij. & ciij. idem tenentem.

b Minus. ¶De præd. l. si quis. & l. sancimus. dubitatur, an scilicet his legibus, quæ insinuationem præcipiunt, renunciare possit donās Guido de Suzar. in l. penul. C. de don. & in l. illud. C. de sac. san. ecclesi. tenet, quòd sic, dummodo exprimantur leges hoc prohibentes, cùm legum austeritas pactis litigātium mitigetur, C. de temp. appel. l. vlti. in fin. ff. de ædi. edic. quæritur. §. si venditor. facit C. de pact. si quis in conscribendo. ff. de pact. l. pacisci. & quod not. ff. de dona. l. fideiussori, Simon Vincen. in l. sancimus. C. de dona. & Cy. eod. tit. l. pen. in fin. tenet contrarium, quod mihi placet: cùm legi prohibenti renunciari non possit, vt in re dotali, & minoris, & donatione inter cōiuges, vel similibus: ne prohibitum vna via, concedatur alia, de reg. iur. cùm quid vna. lib. vj. Item ius illud est publicum vtilitate, ne per metum, vel fraudem donantes grauiter lędantur: quæ duo coram iudice cessare presumuntur, C. de his, qui per met. iud. l. j. ff. quod me. causa, l. fin. & Reipublicæ expedit, ne quis re sua malè vtatur, Instit. de his, qui sui, vel alie. iur. sunt. §. sed hoc maximè, quia donare est perdere, ff. de dona. l. filiusfamilias. Hanc partem tenuit Iaco. de Bel. in sua quæ. v. extra lecturas, quæ tractat de donatione facta nepoti per auiam. Inducit, quòd insinuatio respicit etiam fauorem donatarii, in authen. vt fratrum filii, §. illud C. de donat. l. dona. & l. data. in fin. Tamen fatetur, quòd etiam concurrens renunciatio nō teneret. Sed quid si renuncians iurauit non contrauenire, & de omissione insinuationis non opponere? & secundum opi. Gui. de qua s̄. non est quæstio, cùm per eam teneat renunciatio sine iuramēto. Procedit ergo quæstio secundum contraria, de qua dixi: & quòd cum iuramento teneat, facit authen. sacramenta. C. si diuer. ven. & quod ibi no. in iij. glo. & decre. cùm contingat. de iureiur. & eod. tit. quemadmodum. in fin. & c. licet. lib. vj. & cap. j. de pact. quamuis. Ad idem facit, quia donatio sine insinuatione non est penitus inimica iuris: quod patet, quia tenet infra legitimam summam, vt in l. sancim⁹. C. de do. Ad contrarium facit, quod no. in eadem auth. sacramenta, Col. x. in iij. glos. in prin. Item cùm donare sit perdere, vt s̄. dixi, patens ē læsio. Sed huic respondebitur per regulam, scienti. cum concord. lib. vi. per quod, vbi præstitum fit non dolo, vi, vel metu, videtur seruandum per prima iura. Hoc autem certum est, ꝙ renunciatio quæ fieret de l. si vnquam. C. de reuoc. don. etiam cum iuramēto non teneret. Ratio, quia non est lex illa in fauorem inducta donātis & renunciantis, sed in fauorem filiorum, C. vt in pos. leg. l. ij. & pen. & quod ibi no. & ff. ad l. Fal. quod de bonis. in fi. Sed qd si debebas mihi mille aureos, quos tibi sine insinuatione remisi, faciēdo pactum de non petendo? Videtur, ꝙ non valeat, cùm sit donatio, pactum remittere, vt probat lex j. ff. de transact. vel saltem donationi similis: & sic idem debet esse iudicium, ff. de legi. non possunt. Ad contrarium: quia suę rei quisque moderator & arbiter, nisi in quantum prohibitus reperitur, C. mand. in re mandata. C. de Iudæis. nemo est eius. de contrahen. emp. licet dudum. Albe. Pap. in præd. l. j. dicit, multùm referre inter directum & obliquum: allegat ff. de neg. gest. soluendo. de sol. l. solutionem. pro ignorante, propter quod tenet tale pactum valere: alleg. etiam C. de appel. l. fin. ff. de autor. tu. l. j. §. j. & de lib. leg. l. si quis duos. bene facit extrà de his, quæ fiunt à præla. cùm apostolica. ad fi. Fuit etiam alia quæstio de facto: Duo fratres habentes bona paterna, & acquisita, cōtractum talem inter se fecerunt: quia eorum quisque donauit alteri omnia bona paterna, vt superuiuens, vel eius liberi, haberent omnia illa bona decedentis sine liberis: mortuo vno sine liberis, & sic existente conditione, opponebatur superstiti contractum illum fuisse donationis: & sic nō valuisse, qa non fuerat eius facta insinuatio, cùm bona illa paterna excederent quantitatem insinuatione taxatam: ad quod allegabatur, etiam ipsos fratres verbo donationis vsos fuisse in contractu: ergo sic sensisse videntur, ff. de supel. leg. l. Labeo. Pro hac parte inducebatur l. donari. ff. de reg. iur. vbi dicitur muuū donari. quod nullo iure cogente conceditur: & hoc fuit tale: ergo, &c. Contrarium fuit iudicatum per l. licet. C. de pactis, & quod ibi no. & per l. j. ff. de donat. Cùm enim hoc qsque fratrū cōmodū cōseq posset, & ad hoc tenebat: ergo n̄ ē donatio, sed est promissio quædam ex honestā causa facta, ne patrimonium transiret in extraneos, vt in præd. l. j. sicut nec dicitur, ꝙ remunerationis causa datur, eod. tit. l. Aquilius. Nec videtur ex testamento capere is, qui tantum erogatus est, quantum recepit, ff. de legat. j. l. ciuitatibus. §. fina. Pone casum: Cùm testator fundum valentem centum mihi legauit, si centum dedero. Non obstat, quod de donatione illorum fratrum dictum fuit, scilicet ꝙ donabant: quia veritatem, quæ naturaliter inest rei, nominatio non immutat, etiam si papalis sit. patet in cle. de senten. excom. cap. vlti. ij. respon. vbi concord. patet. id ff. de castren. pecu. si fortè. cùm cōcor. ff. loca. si vno. aliàs, si insulam. in prin. & de rescrip. ver. si insulam. & vide, quod no. extrà de verb. sig. propterea. Ad l. donari. respondetur, quòd non intendit omne id donatum intelligi, quod ius dare non cogit: quia secundum id sequeretur, ꝙ omnes contractus, qui sunt voluntarii, essent donationes: facit C. de iu. deli. nec tenere. C. de act. & oblig. l. licet. Intelligenda est igitur regula priuatiuè, vt id non sit donatio, ad quod cogit necessitas, ff. de adimen. leg. rem legatam. in fi. & de legat. ij. vnum ex familia. §. j. Vltimò nota, ꝙ autor hîc & bis s̄ in forma declarat, quomodo intelligit solidum, de quo loquitur j̄. de donat. ver. quid si aliquis. & de quo in legibus, si quis argentum. & sancimus. superiùs alleg. c. ꝓ aureo. concor. Accur. C. de ser. fug. l. quotiescunque in gl. ij. quorum lxxxvii. faciunt libram. auri, C. de suscept. & arca. l. quoties li. x. vnde Vber. de Bo. in l. sancimus. reprehendit illos, qui recipiunt solidum, prout recipitur in communi pro xij. denariis: pro quibus facit Lombar. l. ij. de quātitate solidorum, per totum, & quod no. B. de Iudæ. c. fin. in iii. gloss. secundum quod vsque ad xxv. lib. monetæ localis poterit donatio fieri sine insinuatione, & vltrà non. Et hoc etiam secutus fuit iudex Montispulzani in Tuscia, qui donationem factam ad trecentas libras reuocauit, in quantum excedebat xxv. libras: quem reprehendit Rof. dicens, istum nō Iuristā, licet de brodio iuris gustasset. hoc autē no. in libel. si quis ius dic. non obtemp. ver. sed illud quæritur. Cy. bis alle. Rof. sed non ibi ideo apposui: concordat, quod scripsi & probaui post Vincen. & Gofr. super ipsa iij. glos. decre. vlt. de Iudæ. quod omnino videas. Parum tamen est vtilis in Italia taxatio legis: & ideo per statuta ciuitatum prouisum est longè minoris quātitatis. vnde in ciuitate Bononiæ vltra quinquaginta li. Bononien. quæ valent parum vltra xxxv. florenos, & quandoque minus, requiritur insinuatio. ADDE, quòd Oldra. consi. clxxiij. incip. quis hæres. tenet insinuationi renunciari non posse, nec l. si vnquam. C. de reuoc. dona. de quo ēt Rom. consi. cclxix. dicit, cum iuramento non posse renunciari. Bal. etiam consil. cccxlj. ij. lib. tenet illam reuocari, licet sit facta ecclesiæ purè: quia nūquam monasterium habetur loco filii, nisi illud ille sit ingressus. Et ꝙ insinuationi non possit renunciari tenet Bal. cons. xcvij. 3. lib. & ꝙ etiam cum iuramento non possit renunciari, tenet Bal. cons. xcix. 3. li. Ang. cons. xciiij. Paul. de Cast. consi. c. & cv. Abbas verò consi. x. tenet contrarium, & Fede. consil. ccxcj. An autem pactum liberatorium de non petendo, egeat insinuatione? Ang. cons. lxxvii. tenet, ꝙ sic, & Bal. cons. ccccLxxviii. iiij. lib. Et ꝙ donatio vicissim facta non egeat insinuatione, tenet Old. consi. cxxxix. Ang. cōs. cxlix. Rom. cons. xxxvj. vbi pulchrè, etiam si non sint coniuncti. Tenet etiam ibi, quòd non sit reuocata per superuenientiam filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non instituitur in codicillo.*
2 *Codicillus factus ab illo, qui facere non potest, an sit validus.*
3 *Codicillus an possit fieri nullo facto testamento, aut post factum testamentum.*
4 *Codicillus ante conditum testamentū, vel nullo condito, qua forma fieri debeat.*
5 *Codicillus an per alium codicillum, vel testamentum rumpatur.*
6 *Codicillus post testamentum faciendus, qua forma fieri debeat.*
7 *In testamento facto post codicillum, debet fieri mentio de codicillo præcedenti.*

15. §. Viso de impugnatione testamenti, aliqua etiam de codicillo dicamus: & licet s̄. §. compendiosè. in plerisque locis de hoc dixerimus, aliqua tamē specialiter hîc tangamus. Potest autē fieri & nuncupatiuè, & in scriptis, prout de testamento scriptum est s̄. §. vt autem [a]. ¶†Opponitur ergo contra
1 codicillum, quòd in eo euacuatur taliter testamentū: quod esse non potest, quin hæres institutus intestō semp remaneat. in codicillo enim non instituitur hæres, Instit. de hęred. inst. in prin. quia in eo hæreditas nec datur, nec adimitur, nec cōfirmatur, nec aliqs exhæredatur, nec substituitur, C. de cod. l. ij. Inst. e. §. de codic. & §. directo. ff. de iure cod. l. ii. §. fi. Si tamen testator dixerit, vnū ex hæredib⁹ n̄ mereri volūtatē suā auferr̄ ei hęreditas, vt indigno, C. de his, q. vt indi. hære. auf. hæreditas. Sed & priuilegio militari p̄t in codicillo

ADDITIO.

a Autem. ¶vers. ad huius autem.

a codicillo hæres institui,ff.de test.mil.in codicil.¶ †Item opponi
tur,ꝙ est factus ab eo,qui facere non potest:purà à furioso,C. de
codicil.l.ij.§.furiosus Et breuiter,qui potest,vel non potest testa-
ri.potest vel non potest codicillari,ff.de iur.codicil.diuus.§. pen.
quod dic,vt s̃.§.compendiosè vers.primò ergo. Differunt tamen
in hoc testamentũ & codicillus.nam libertas relicta filiofamiliàs
in codicillo,valet,si in eo manumissus obierit:secus si in testamẽ-
a to,ff.de leg.iii.l.j.§.si filiusfamiliàs [a].Item in alio: quia potest quis
plures codicillos facere,nec est sibi necessaria subscriptio: sed nõ
b plura testamenta,vt in §.compendiosè.ver.ceterùm.[b] ¶†Hoc ta
3 men scias,quòd potest fieri codicillus nullo facto testamento,&
etiam post factum testamentum : licet Papa dixerit factum ante
testamentum non valere,nisi in testamento confirmetur,ff.de iu
re codicil.si quis eum.l.ante tabulas.& Insti.de testa.Ioan. tamen
c de Deo dicit [c],opinionem Papæ valere,secundum canones,secũ
dum quos vltimum testamentum tollit alias præcedentes volun
tates.Sed hoc dictum ratione caret:vnde dic,vt in præd.§.ceterũ
& seq.Itẽ de clausula illa, Quòd si non valet iure testamenti,&c.
dixi s̃.§.compendiosè. ver.item vide. Item in codicillio quinque
4 testes sufficiunt non rogati,vt in eod.§.vers.iij.¶†Si igitur codi-
cillus fit ante conditum testamentum,vel nullo condito,vt ff.de
d codicil.l.iij.in prin.Inst.eod.§.non tantùm.eius forma erit hæc [d]:
¶FORMA.T.per Dei gratiam sanus mente ac corpore:vel men
te sanus,licet æger corporæ,præsentibus codicillis vltimum vel-
le suum de bonis suis disposuit in hunc modum : In primis quidẽ
pro anima sua reliquit de bonis suis x.lib.Tur. de quibus dari vo-
luit tali ecclesiæ tantùm,& tali homini tantum,&c.& hęc exequi
& fieri voluit per tales, quos suos voluit esse commissarios, seu
suæ voluntatis executores,extr.de testa.cap. Ioannes. Item lega-
uit,seu iure legati reliquit de bonis suis suis xx.lib. Item vxori re-
liquit dotes suas,quæ fuerunt centum lib.Item legauit eis de bo
nis suis quinquaginta.Item illum,vel illos,ad quem,vel quos hæ
reditas sua ex testamento,vel ab intestato spectabat, rogauit per
fideicommissum,vt ipsam hæreditatem,vel talem partem eius,si
ue talem rem ipsius hereditatis,quam primùm poterit,vel quam
primum ipsam hæreditatem adierit,vel si decesserit sine liberis,re
stituat tali.Et hanc suam vltimam voluntatem asserit esse velle:ꝙ
valere voluit iure codicillorum:quòd si iure codicillorum nõ va
leat, valeat quocunque alio iure valere potest meliùs: & tenere
nolens hanc suam voluntatem per aliquam aliam, vel per aliud
testamẽtum,quod fecit,vel fecerit,infirmari,nisi expressè de sin-
gulis superioribus legatis reuocandis faceret mentionem, ponẽ-
do in specie, non in genere nomina & species eorum:& quicun-
que suorum hæredum , vel legatariorum contra hos codicillos
in iudicio,vel extrà venerit,iussit,quicquid ei reliquerit,totum il
5 lis legatariis restituat,quos iussus fuerit impendere.¶†Et not. ꝙ
tutius est relinquere per codicillos, quàm per testamentum, nisi
fortè quis velit instituere hæredem, quod in eis fieri non potest:
sed si in eis quis possit rogari,restituat per fideicommissum,vt di
xi.Codicillus enim per alium codicillum , vel testamentum non
rumpitur,nisi expressè,vt dixi:testamentum verò per aliud tolli-
6 tur,vt s̃.§.compendiosè.ver.sed & ꝯsiderandum.¶†Cæterùm si
c codicillus fit post testamentum,hæc erit forma [e]:
¶FORMA.Cùm P.super bonorum suoruum dispositione nun-
cupatiuum sine scriptis fecerit testamentum manu mea,vel talis
notarii scriptum,idem P.quia circa quædã,quę in ipso testamen-
to continentur,voluntatem mutauit, quam quidem licet vsque
ad finalem vitæ exitum non mutare præsentibus codicillis,testa-
mentum prædictum obtinere iussit plenissimam firmitatem:hoc
tamen mutato,ꝙ his codicillis illas x. libras Tur. quas in eodem
testamento tali legauerat,ademit,& subtraxit eidem.Item tali re
liquit de bonis suis iure legati talem domum, vel rem,&c. & hãc
suam vltimam voluntatem,&c. vt s̃. & potest fideicommittere,
vt in præ.forma.Vel sic:
¶FORMA. Ego B.memini me fecisse testamẽtum scriptum ma-
nu talis notarii:quod testamentum approbo & confirmo:saluo,
quod in hoc meo codicillo dispono.Relinquo enim L. filio meo
naturali talem domum, & tali amico meo talem syluam. Lega-
tum autem,quod tali reliqui,ei adimo:tutores datos talibus filiis
meis,& ventri,à reddenda ratione tutelæ absoluo,eos annalogi-
stos,id est liberos ab hoc esse volo:quo casu non tenetur de cul-
pa,vel negligentia,sed de dolo,ff. de admi.tut. quidam decedens.
& do filiis meis licentiam,si necesse fuerit,alienandi non obstan-
te fideicommisso:aliàs impedirentur alienare, nisi hoc diceretur,
C.communia de leg.authen.res quæ.Hunc autem codicillum ab
omni hærede, qui mihi ex testamento , vel ab intestato extiterit,
seruari præcipio. Dic super hoc, vt ff. de codicil. conficiuntur. in
f prin. Eum verò,qui ꝯtrà fecerit,censeo bonorum meorum parti
7 cipatione carere:secundum M.de Fa.[f] ¶† Et not.[g] quòd in testa-
g mento facto post codicillum , fieri debet mentio de præcedenti
codicillo:& econtrà vt in præd.forma.Quandoque verò fit codi
cillus post factum testamentum, & post alium , vel alios codicil-
los.nam plures ab vna persona fieri pñt: & tunc fieri debet men-
tio tã de testamẽto præcedenti,quam de codicillo,vel codicillis.

ADDITIONES.

a Filiusfami.¶Mihi nõ dicit hæc lex illa,sed dicit fideicommissum
filiofamiliàs,vel seruo in codicillo relictum cõfirmatur,si postea
manumissus in eadem voluntate decedat:&, vt ibi dicit glos.illud
Manumissus,ponitur propriè,quo ad seruum:impropriè,quo ad
filium:&,vt hìc sequitur:secus in testamento, & patens fuisset er
ror auctoris,si miscuisset seruum filio,vt facit j̃. Io. etiam de Deo
ver.statim dicam.malè recepit verba legis de filiofamiliàs,de ser-
uo nõn faciens mentionem.
b Cæterùm.¶Vide s̃ de testi.§.j.eod.vers.item quòd est mulier. &
vers.seq.
c Dicit.¶Cauil.lib.j.sub rub.de codicillis.
d Hæc.¶Rolan.vsque ibi,volens.parte viij.charta vltima.
e FORMA.¶Rolan.vbi s̃.
f M.de Fa.¶Vbi de testamentis,mihi charta viij.
g Et not.¶Ponit verba Rolan.vbi s̃.& videtur contradicere ei,qđ
dixit s̃.eod.vers.si.hoc tamen scias.nisi dicas,quòd aliud sit Mentio
nem facere,de quo hìc loquitur:& aliud Confirmare,de quo ibi.

SVMMARIVM.

1 *Confessio tutoris extra ius , vel extra inuentarium , qua confitetur plus esse in bonis minoris,quàm sit,an præiudicet veritati.*
2 *Inuentario an sit standum in præiudicium tertij.*
3 *Tutor testamentarius an contra inuentarium sit audiendus.*
4 *Tutor & curator quando,& qualiter possint de bonis pupilli,vel adulti,aliquid attingere.*
5 *Tutor an gratia inuentarij possit aliquid de bonis pupilli attingere.*
6 *In cautè factum habetur pro infecto.*
7 *Tutor, aut curator an inuentario facto teneatur super rebus postea pupillo delatis inuentarium facere.*
8 *Tutor an eo ipso,quòd fecit inuentarium,dici possit quo ad hoc,gessisse.*
Hæreditate adita à pupillo,statim ad eum transit dominium.
9 *Inuentarij forma quæ esse debeat.*
10 *Curatores generales de omnibus rebus etiam adulti,surdi,muti,&c.qua forma debeant inuentarium facere.*
11 *Instrumentum tutoris rationem administrationis reddentis, quomodo confici debeat.*
12 *Orphanotrophi,seu hospitalarij sunt quasi tutores pupillorum,seu curatores adultorum.*
13 *Prælatus facere debet inuentarium de bonis ecclesiæ,quæ in eius ingressu,seu electione inueniuntur.*
14 *Pater an debeat inuentarium facere de bonis aduentitiis filij,in quibus habet vsumfructum.*
15 *In inuentario hæredis quæ exigantur.*
16 *Suus hæres, qui non fecit inuentarium, an detrahit quartam debitam iure naturæ.*
17 *Suus hæres soluens vni legatum an amodò nihilominus habebit beneficium inuentarij.*
18 *Hærede inuentarium non faciente,an illud facere possit fideicommissarius.*
19 *Instrumentum sui hæredis ab hæreditate abstinentis,quale esse debeat.*
20 *Abstinere & immiscere,est suorum hæredum: repudiare autem & adire, extraneorum.*
21 *In inuentarij confectione quæ sunt attendenda.*
22 *Hærede scribi faciente in inuentario aliquas res,quas credebat hæreditarias, an comperto errore possit fieri reuocatio.*
23 *Inuentarij fides tanta esse dicitur,vt ex eo possint debitores conueniri.*
24 *Inuentarij forma quæ esse debeat.*

¶Inuentarium quibus modis impugnari possit.

16.§.Dicto de impugnatione testamenti,& codicilli, di
cendum restat de inuentariis. Et scias , quòd
quintuplex est inuentarium,scilicet tutoris seu curatoris,orpha-
a notrophi [a],prælati,hæredis, & fisci [b]:de quorum quolibet prose-
b quamur.De inuentario tutoris & curatoris habes C.de administ.
c tut.curatores.Cõtra quod obiici potest [c], quòd tardè factum est.
debet enim tutor, vel curator facere inuentarium mox , cùm factus est

ADDITIONES.

a Orphanotrophi.¶ j̃. remittit de inuentario executoris inter hos
duos.
b Fisci.¶De inuentario creditorum loquitur lex fin.ff.de bo. auct.
iud.poss.
c Potest.¶Secundum Vber.de Bob.cuius fuit hoc principium,vbi
de tutore tractat,mihi charta x.

ctus est:id est,quàm citiùs potest fieri,vt in præd.leg.tutores.Itē
quòd in cautè factum est:vnde pro infecto debet haberi,ff.de au
ctor.tut.l.ij.C.ad Syllan.l.fin.in fin.ff.de his.quæ in test.del.l.j. ex-
trà de iure pat.quod autem. Item quòd non continet omnes res
pupilli:maximè si non continet eam,de qua agitur,vt in præd.l.fi.
a ad Syllan. a Item quòd non continet obuentus, nec prouentus,
nec res superuenientes,C.de curat.fur.l.fina.vltra medium.Item
quòd non continet totum tenorem instrumentorum pupillariū
ff.de administ.tut chirographis.C.de episc. aud. de creationibus.
Item quòd non est legitimus tutor,vel curator.quæ dic,vt suprà
1 de tut.& curat.¶†Et nota,ꝙ si tutor extra ius,vel extra inuenta-
rium confiteatur plus esse in bonis minoris,quàm sit,non præiu-
dicat talis confessio veritati. secus si in inuentario sit cōfessus, C.
arb.tut. veteris. Et sic statur inuentario publicè confecto contra
tutorem, vel curatorem: non contra pupillum, vel adultum. Est
ratio,quia fides ei adhibenda est contra se,vt ff.de inter.act.de eta
2 te.§.j.infra versi.quid si hæres fecit.¶†Sed nunquid in præiudici
um tertii stabitur inuentario?videtur,ꝙ sic:argūm.ff.de administ.
tut.chirographis. Sed illud est ita intelligendum, si totius instru-
menti debiti tenor in inuentario continetur.tunc enim standum
b est inuentario,& probat contra tertium,vt in præd.l. b Quid si tu-
tor velit contra inuentariū probare?dic,audiēdum.C. de probat.
cùm precibus.C.si quis alteri,vel sib.l.cùm propria. Vel dic, in fa-
uorem minoris,&propter auctoritatem inuentarii non audiri,ni
3 si velit errorem ostendere.¶†Quid enim,si fecit in eo scribi rem
forte à testatore venditam,vel simile?non videtur audiendus,arg.
c C.ad Velleia antiquæ.§.j. c Item quid si posuit multa instrumenta
d debitorum,quæ post facta d sunt inania:quia fortè debitores pro
bauerunt solutionem?videtur imputandum tutori,per præd.l.ve
e teris e. Ideo cautè agit,si sic facit inuētarium scribi: quæ instrumē
4 ta nescio,si sint inania,necne, secundum Vber.¶†Tutor autem
& curator nil de bonis pupilli,vel adulti debent attingere,nec vl-
lam communionem in eis vendicare,nisi priùs inuentario legiti-
mè facto, res eis fuerint traditæ:& hoc,nisi testator inuentarium
f conscribi vetuerit f:alioquin si inuentarium non facit,& remoue
atur,vt suspectus punitur,& infamis efficitur.vt C.arb.tu.veteris.
§.illo. Bene enim potest hoc testator remittere, cùm sit hoc ius
publicum auctoritate,sed vtilitate heredis &testatoris priuatum,
vt argum.C.vt in possess.leg.scire.& l. sequen. & sic non obstat ff.
de leg.j.nemo.& ff.de admini.tut.quidam.& ff.de pactis, publicū.
5 ¶† Sed nunquid saltem gratia inuentarii poterit attingere?Res-
ponde,sic:argu.ff.de duob.reis,duos.§.fin.& ff.de testa.hæres.§.fi.
g & ff.de iure delib. Aristo.& l.ait prætor.Quid si attingat g?respon.
dic,non valere in minoris præiudicium,vt C.in quibus causis nō
est necess.in integrum restit.l.penult.C.de tut.vel cur. qui non sa
tis.l.non dubium.ff.de cur.fur.consilio.§. j. sed in eius commodū
sic,C.de procur.non eo minus.Item quid de his,quæ differri non
possunt? Respon.dico,ꝙ illa potest attingere & explere, argu.C.
de tut.& cur.qui non satis.l. fin. Quid si aliquas res in inuentarii
confectione suppressit?videtur,ꝙ eas duplicare tenetur,arg.C.d
6 iur.delib.l.fi. §.illo. maximè si hoc scienter fecit.¶†Sed si omnia
non posuit in inuentario,nunquid admittetur ad agendum?Non
videtur:imò videtur repellendus,argum C.de cur.fur.cùm furio
sus.§.in prouincia. quia quod incautè factum est, pro infecto ha-
betur,ff.de his, quæ in test.delen.l.j.& nihil videtur esse actū,&c.
C.ad Syl.l.penul.in fi.&vij.q.j.nihil iniquius.& nil videtur soluis-
se,qui totum non soluit,ff.famil.erci.hæredes.§.in illa. Nec vide-
tur edidisse,qui totum non edidit,ff.de eden.l.j.§.penult.Nec de-
fendisse,qui totum non defendit,ff.de inter.ac.si defensor.& ff.iu
dicatum solui,ex clausula. Ideoque cautus aduocatus debet pro-
testari contra tutorem,vel curatorē,se velle probare,quòd aliud
omisit in inuentarii confectione.Et hæc vera sunt, si multa omi-
sit:si verò quasi omnia posuit,& modicū quid omisit,& leue for
tè,vel vile,non ob hoc eum repellerem ab agendo:argum. ff. de
contrahen. emp.res bona fide.& C.si contra ius,vel vtil.public.l.
j.& ff.de ven.insp.l.j.§.fin.maximè si iurat,quòd nulla mala causa,
&c. nec amittere debet commodū inuentarii,licet teneať pupil-
7 lo pro rebus subtractis:argum.C.de iure delib.l.fin.§.licentia.¶†
Sed nunquid inuentario cōfecto,tenetur super rebus postea pu-
pillo quacunque ratione delatis nouum facere inuentarium?Re
spon.sic,secundum Odof.argum.C.de cur.fu.l.fin.§.tali. Vber.cō
trà:quia sufficit illud semel fecisse,arg.ff.de acqui.pos.in modicis.
Sufficit enim hoc ponere in rationibus suis,quas facit de receptis
& expensis:& sic loquitur præd.§.tali. secundum eum. Et id dici
potest de fructibus de nouo quæsitis,vt ff.de tut.& rat.distrah.l.j.
§.officio. Tu dic,quòd est necesse fieri inuentarium de rebus prin
cipalibus obuenientibus: fieri tamen debet instrumentum publi
cum.& sic intelligi debet §.tali.In fructibus verò,& aliis naturali-
bus,& ciuilibus.& accessionibus,tenet,quod dixit Vber. & sic po
test intelligi præd.l.ff.de tut.& rat. dist. Sed cùm tutor, qui gessit,
teneatur directa:qui verò non gessit,vtili,vt ff. rem pupil. sal. fo.
non quasi.§.j.& iij.quæro,an eo ipso,quòd fecit inuentarium,vi-
deatur,quo ad hoc,gessisse?Et videtur,quòd non,vt in præd.§. il-
h lo. h¶† Sed arg.ꝯtrà ff.de admi.tut.tres tutores. in medio. Quid
8 si sit de consuetudine regionis,quòd non fiat inuentarium?Res-
pon.non videtur in culpa,consuetudinē seruans,arg.ff.de admin.
i tu.l.tutor,qui.resp.j.ff.de Car.non tantùm i.Quid si tutor non con
fecto inuentario ingrediatur possessionem rerum pupillarium,
k nunquid patietur pœnam præ.§.illo k?Et videtur,quòd sic: quia
adita hæreditate à pupillo dominia statim ad eum transeunt, &
non prius,nisi fuerint apprehensa,vt ff.de acqui.possess.cùm here
9 des.& hoc videtur præd.§ dicere ibi,communionem,&c.¶†Hu
ius autem inuentarii forma talis est:
l ¶FORMA l.In nomine patris & filii & spiritus sancti,amen.T.tu
tor constitutus & decreto iudicis confirmatus Seio pupillo & hę
redi quondam H. (vt patet in instrumento super decreto eiusdē
tutelę scripto manu talis notarii,vel mea.cuius formam habes s.
in tit.de tutore.)sciens ad inuentarii confectionem de bonis & re
bus ipsius pupilli,secundum iuris ordinem se teneri, presens inuē
tarium mox,postquam constitutus & confirmatus fuit tutor,de
rebus creditis & debitis atque nominibus debitorum hæredita-
tis quondam dicti H.&ipsius pupilli incœptum sub anno domini
M.CCLXXI.Indictione tali(dic in hunc modum,præmisso vene
m rabilis sanctæ crucis signaculo m.) fecit: in primis quidem dixit &
asseruit se in bonis & in hæreditate prædicta inuenisse duo scrinia
tot vegetes,tot mensuras bladi,& tot vini: & sic de singulis : po-
n nendo priùs res mobiles, secundò n immobiles, putà domos &
terras designatas per loca & latera: tertiò & vltimò credita & de
bita:& dixit,protestatus fuit dictus tutor,quòd quæcunque de cę
tero de bonis dicti H. seu ipsius pupilli ad suam notitiam perue-
nerint,omnia illa manifestabit,& huic inuentario ꝑ meam manū
faciet inscribi. Potest etiam confici instrumentum, vt ipse tutor
in propria persona loquatur,& incipiat sic:

¶FORM

ADDITIONES.

a Ad Sylla.¶Vide ĩ versi.sed si omnia.
b In præd.l.¶Vide ĩ formam Præsentibus & vocatis,vsque in fi. &
s.C.co.tit.ver.præstat.ad fi.ver.quid si in aliquo.ĩ.quibus coniun
ctis verificari potest hoc dictum.
c §.j.¶Vber.super l.fi.C.arbi.tu.dicebat, tutorem contra inuentari
um non audiri, nisi acerrimus eius esset error. quid enim si scribi
fecit rem, quæ priùs fuit vendita à defuncto: non fuerunt igitur
bene recepta eius verba:concord. Vber.Iac. de Aret. vt ibi ponit
Cy.in j.quæst.& adde,quod statim dicam.ADDE, quòd cum Iac.
de Are.concord.Bald.consil.cclxxxiij.lib.j.incip.Iac.de Aretio.
d Pòst facta.¶Meliùs dixisset,reperta.
e Veteris.¶Deducam te ad casum.quo absurdissimum esset impu-
tari debitori.diligens pater pupilli habebat librum, in quo descri
pta erant,quæ sibi debebantur:& cancellata soluta, & instrumen
ta restituta, vel incisa: inuenit tutor librum hunc, & instrumenta
in armario, non incisa fortè cum incisis:& debitores illi erant ab-
sentes,fortè in aliquo officio, mansuri vltra sex menses ad modū
Italicum:ponderatis prædictis sine consilio sequenti illum posu-
it in inuentario crucifiges istum. Seruetur ergo mens legum, ne
prouidentes contra iniquum,ff.de legi.scire leges.extrà de verb.
sig.intelligenti.& c.præterea.
f Vetuerit.¶Infrà vtitur ver.remissionis.vide,quod dixi s.de tuto.
§.generaliter.versi.hoc autem.& ver.fiat autem.
g Quid si attingat.¶Si attingat,etiam post litem contestatam op-
ponitur hic exceptio,vt s.de except.§.dicto.ver.quid si post.
h §.illo.¶Allegato in ver.tutor.non de proximo alle.versi. quid si
aliquis.
i Tantum.¶Hanc quæstionem ponit Cyn.C.arbi.tut.l.fi.& estquę
stio Pet.ad literam,sicut hoc attribuens hoc dictum Vbert. addit
tamen idem de statuto.
k §.illo.¶Dic,vt dixi s.versi.ij.
l FORMA.¶Roland parte xii.charta penult. vsque ibi,& dixit.
m Signaculo.¶Licet dubitetur,an in inuentario hæredis hoc sit ne
cessarium, vt dicam ĩ. versic. in huiusmodi. in his tamen non est
necessarium,cùm id nullo iure caueatur, vt etiam dicit Gui.de Su.
in l.fin.C.de iure delib.licet communiter seruetur.
ADDITIO.An signum crucis sit principium inuentarii,anverò sit
quoddam præludium eius & an sit de substantia inuentarii, ita ꝙ
eius omissio vitiet ipso iure inuentarium? vide pulchrè Bal.con-
sil.cccxxxiij.incip.quæritur,an signum crucis.in j.volum.& ibi in
ij. col. versi. subsequente, an sufficiat apponere signum crucis in
quacunque parte instrumenti.Henri.Ferran.
n Secundò.¶j.in inuentario hæredis dicit has præmittendas.

a ¶FORMA[a]. Cùm ob doli culpã euitandam, omnisq; fraudis suspicionem tollẽdam, & ne bona pupillorũ, vel minorũ lapsu temporis depereant, tutores de bonis ipsorũ inuentarium, seu repertoriũ conficere teneantᷣ sm legitimas sanctiones: ideo in Dei nomine ego T. tutor, &c. vt s. vsq; in fin. dicat, rogo te talem notarium, ꝙ pro me ignaro literarũ huic inuentario subscribas, & signũ tuum apponas: actum anno, &c. præsentib. &c. & postea notarius sic subscribat se, dicens: Et ego talis, &c. Præmissæ formæ probantur C. de iure deli. l. fi. §. sin autem dubius. C. de bon. proscr. si quis intra. C. de admin. tut. tutores. Vel sic:

b ¶FORMA[b]. Presentib. & vocatis corã tali iudice, talib. legatariis, & me tali notario ac testibus infrà scriptis: quoniam tutoribus & curatoribus necessitas imponitur à lege de minorum rebus inuẽtariũ publicè scribere, idcirco ego A. tutor talium pupillorũ, hoc inuentarium scribo: & præmisso à me venerabili signo Crucis, q̃ de pupillorum bonis inueni, in eo pono. Inueni igitur instrumẽtum tale & tale, &c. Item tot equos, &c. Item talem vineam, &c. Item inueni dictos pupillos debere tali tantum, &c. Ego prædict⁹ tutor omnia præmissa scribi præcepi. Ego talis iudex præsens fui, & meam auctoritatẽ interposui: & nos M. & H. testes rogati interfuimus. Ego B. notarius hoc inuentarium scripsi, & publicaui: & ad maiorem cautelam adiiciatᷣ alius notarius qui sic subscribat: Et ego P. notarius talis, huic inuẽtario prædictorũ bonorum descriptioni de mandato dicti tutoris interfui, & subscripsi. Hæc forma ꝓbatur C. de iure delib. sancimus. Itẽ quod dr̃ suprà, quòd debet fieri in præsentia iudicis, non est expressè iure cautum: probatur tamen, quia lex dicit, quòd debet fieri in præsentia publicarum ꝑsonarum: quod intelligit Marti. de Fa. id est tabellionis & iudicis,

c C. de administ. tut. tutores[c]. Item dicit lex, ꝙ ex inuentario conueniri possunt debitores, ff. de administ. tut. l. chirographis, quod fieri non posset, nisi iudicis auctoritate factum esset, arg. C. de eden. auth. si quis in aliquo. & in authẽ. vt frat. filij, §. illud. Prior forma

10 planior. ¶†Et nota. quòd curatores generales [d] de rebus omni-

d bus, etiam adulti, seu muti, vel surdi, & similium personarum, & etiam curator ventri datus, & datus bonis absentis indefensi, debent inuentarium facere simili modo & forma, mutato nomine tutoris in curatorem, & nomine pupilli in nomen adulti, seu muti, & tenore negotij: & tam tutores, quàm curatores generales debent inuentarium facere mox, cùm fuerint constituti, id est, quã citò possunt, vt prædixi, & debet scribi dies, in quo inchoatur inuentarium, & dies, quo terminatur, siue corã testibus legitur. Formam verò inuentarij, quod facit curator bonis absentis datus, habes s. de primo & secundo decre. §. nũc dicamus. versicu. quòd si

11 nullus. ¶†Porrò si tutor reddat rationem administrationis, de

e hoc instrumẽtum hoc modo conficietur[e]:

¶FORMA. S. filius quondã H. visis, inspectis, ac cognitis actib. & scripturis administrationis T. quondam sui tutoris, confessus fuit & contentus ipsum T. ratione administrationis suæ. super omni eo, quod administrauit, aut administrare debuit, in bonis, & circa bona eiusdem S. occasione ipsius tutelę, plenè ac aperte ostendisse eidem, & tradidisse: & quod idem T. integrè dedit restituit, & assignauit sibi omne id, & quicquid ad eum peruenit de rebus & de bonis ipsius occasione administrationis dictæ tutelæ, quam fecit, & facere debuit in bonis, & circa bona sua: & ipsum illud videlicet: quod in reliquis & residuis fuit, & ipsa omnia reliqua, & residua, & omnia, & singula instrumenta bonorum & possessionũ eius approbans, ratificãs, & confirmãs ipsos actus, rationes & scripturas, & quicquid gestum & administratum est per ipsum T. in bonis, & circa bona ipsius H. & omnes & singulas solutiones, dationes, & pacta, & contractus occasione dictæ tutelæ factas ab eo quapropter per se & suos hæredes promisit dicto T. pro se & suis hæredibus stipulanti, quòd deinceps non petet ab eo, vel eius hęrede, vel hæredibus, ac altero pro ipso, aliquid occasione tutelæ præfatæ, vel administrationis factæ, vel faciendæ, vel malè gestæ: aut quod reddet ei de cætero rationem, vel quòd reliqua præstaret, & quòd nullo tempore dicet, vel opponet, quòd ratio ei non sit reddita, & reliqua integra ei præstita, nullamq; contrariam defensionem, vel exceptionem, seu negotium iuris, vel facti, contra aliquod prædictorum, vel infrà scriptorum in aliquo faciet, vel opponet: faciens eidem T. pro se & suis hæredibus recipienti fidem, refutationem & pactum de vlterius non petendo de omni eo, quod petere posset ab eo, vel eius hæredibus occasione dictæ tutelæ, vel administrationis benè, vel malè gestæ, seu alia quacunque ratione, vel causa, liberans & absoluens eum & hæredes eius, & bona per acceptilationem, & Aquilianam stipulationem legitimè interpositam, necnon renuncians exceptioni non numeratarum, traditarum, consignatarum, & restitutarum rerum, exceptioni doli, sine causa actioni in factum, & omni alij auxilio: quæ omnia & singula suprà scripta idem Seius per se & suos hæredes promisit dicto T. pro se & suis hæredibus stipulanti firma & rata habere ac tenere, & non contrà facere vel venire per se, vel per alium aliqua causa, vel ingenio de iure, vel de facto, sub pœna centum librarum Turon. stipul. in singulis capitulis, &c. Super pœna autem & refectione damnorum, & obligatione bonorum in fine facies tu tabellio eum iurare more minorum. Hæc forma probatur ff. & C. de administratio. tutor. per totum.

12 ¶†Sunt etiam orphanotrophi, seu hospitalarij[f], quasi tutores

f pupillorum, seu curatores adultorum. vnde & ipsi faciunt, quasi inuentarium de bonis illorum, vt C. de episc. & cler. orphanotrophos. & in authen. Colla. ix. de eccles. tit. §. fin. & ff. de interdic. &

g releg. si quisq. & l. sequen. vt seruatur in curatore bonis dando, vt ff. de cur. bon. dan. l. j. Nec etiam vllam satisdationem præstãt, nec rem ratam haberi, nec iudicium sisti, nec sub hypotheca rerũ suarum, vt in præd. l. orphanotrophos. quæ generaliter loquitur. Tamen si dubitetur, an sint orphanotrophi, videtur, ꝙ tunc de rato cauebunt, vt ff. rem rat. hab. tutor. & ff. de admin. tut. quod vulgo secundum Alber. Pap. Quid de executore testamenti, nunquid fa

13 ciet inuentariũ? de hoc s. §. nunc verò. ver. sed an tenetur. ¶†Prę latus quoque inuentarium facere tenetur de rebus, quas tempore suæ creationis in ecclesia, ad quam eligitur, inuenit: vt xxviij. distinct. de Syracusanæ. vt xij. quæsti. j. manifesta. & fiet iuxta formam prædictam: nam tutor & prælatus comparantur, argum. in authen. de eccles. titul. § fin. Colla. x. & iij. quæst. ij. quia ea. & not.

14 v. quæst. iij. quia episcopus. ¶†Quid de patre, nunquid debet facere inuentarium de bonis aduentitiis filij, in quibus habet vsum

h fructum? vt C. de bo. quæ lib. cùm oportet [h]. Et videtur, quòd sic, sicut curator bonis, vel etiam ventri datus, ff. de bo. auctorit. iudi. possid. l. fin. ff. de vent. in pos. mit. l. j. circa fin. Contrà, quia eius administratio impunita est: vnde frustra fieret. Sed respõdeo, quòd impunita est, quantũ ad administrationẽ, non quo ad alienandũ. vt C. de bon. quæ lib. cùm non solùm. §. sed patri. versic. non autẽ licentia. Nam & orphanotrophus facit, licet non teneatur reddere rationem, vt in præd. l. orphanotrophos. vbi autem ipse suscepit administrationem, non vsumfructum, indubitatè facere tene

15 tur. ¶†Nunc dicamus de inuentario hæredis[i]: hæc autem mul-

i tis subiacent impugnationibus. Dicamus ergo, quæ in eo exigantur: & si in aliquo eorum defecerit ruinæ subiacebit. Ante omnia igitur sciendum est, quòd hæres facit inuentarium, siue succedat ex testamento, siue ab intestato, siue in totam hæreditatem, siue in par

ADDITIONES.

a FORMA. ¶R. Nepotis de Monteal. quam dixit in Montepessulano seruari.

b FORMA. ¶Mar. de Fan. & fuit additio.

c Tutores. ¶ij. & ibi de hoc in iij. gl. Vber. de Bo. in l. sancimus. C. đ iur. delib. tenet ꝑ hãc l. & l. j. prox. alle. ꝙ corã iudice fieri debebat allegat ẽt C. de episc. aud. de creationibus. & de episco. & cler. orphanotrophos. & de cur. fur. l. fi. sed per id, quod sequitur cõmuniùs tenetur, ꝙ si velit tutor agere ex inuẽtario, corã iudice fieri debet: aliàs satis est tutori coram tabellione id facere: & sic fit opinionum concordia. quod etiam placet Dyn. in l. chirographis. statim allegata. super gl. j.

d Generales. ¶De dato ad litem, vide de actor. vniuer. versic. puberes. & quod ibi dixi.

e Conficietur. ¶Est Rolan. parte vij. char. vlt.

f Hospitalarij. ¶De his patet hodie in cl. de reli. do. quia contingit. ver. illis etiam.

ADDITIO. An hospitalarij teneantur reddere rationem de administratis, vide remissiuè per Soc. consi. ccxiij. inci. in præsenti. in ii. col. ver. hoc idem. in ij. vol. Hen. Ferran.

g ¶Si quis. ¶non est, sed lex, eum qui. in fin. trahi potest.

h Oportet. ¶Ibi do. meus tenebat, quòd nõ: quia vsum & vsumfructum habet: & quia lege non cauetur: subdens etiam, quòd id nõ habet consuetudo.

i Hæredis. ¶Dominus meus in legibus, in materia, quæ sequitur, dicebat super l. fin. C. de iure delib. tria tempora in materia ista, & illa notanda. Primum iure Digestorum, per quod hæres non cogitur facere inuentarium: sed si adiit, tenetur omnibus creditoribus, & legatariis: & si hæreditas non est soluendo, non detrahit Falcidiam, ff. ad Treb. l. j. §. si is qui. & ad l. Falci. l. j. sed si est soluendo, tenetur, & detrahit Falcidiam. Sed per iura Codicis consulitur hæredi, vt faciat inuentarium: & si facit, habet plura beneficia, quæ ponit lex illa: & si non facit, tenetur omnibus creditoribus secundum vires hæreditatis, & non detrahit Falcidiam, vt ibi. Per ius autem Authenticorum hæres cogitur facere inuentarium: & si non fecit, in solidum tenetur omnibus, & de suo vltra vires hæreditarias: non habet Falcidiam, in authentic. de hæred. & Falcid. §. si verò non fecerit. & sic per ius Authenticorum [illegible] est pœna.

a in partem, vt C. de iure deliber. scimus. §. j.[a] Ex huiusmodi autem inuentario legitimè facta cõsequitur: quia postquam ipsum fecerit, non tenetur creditoribus hæreditariis, vel legatariis vltra vi-
b res hæreditatis[b]: & etiã cõsequitur Falcidiã, quam non habet, nisi ipsum faciat. vt in præd. l. scimus. §. & si præfatam. extr. de testa.
c Ray. in fi. & in auth. de hær. & Fal. §. si verò non fecerit[c]. ¶ † Quid
16 de suo hærede, qui non fecit inuentariũ, nunquid detrahet quartam debitam iure naturæ? Respondeo, sic, vt in præd. l. scimus. §. si
d quis autẽ. in fi.[d] & in auth. de hęre. & Fal. §. hinc nobis. quia etiã aliàs, si nõ pareat voluntati testatoris, semper deducere potest illam cùm nullum grauamẽ in ea recipiat, C. de fideicom. aut. hoc am-
17 plius. extr. de test. Raynuti⁹. prope fi. ver. qa verò pater. ¶ † Quid, si soluit vni legatum, nunquid amodò habebit nihilominus beneficiũ inuentarij? Et videtur, quòd sic: arg. C. de excus. tut. voluntariè. C. de his, qui spon. mu. suscip. l. j. & fi. & C. ne vxor pro marit. l.
e fi. Ar. tamen contrà, C. ad leg. Fal. auth. sed cùm testator[e]. ¶ Quid si hæres rogatus restituere hæreditatem, fecit inuentarium, & postea eam restituit, nũquid illud inuentarium proderit ipsi fideicõmissario? Videtur, ꝙ non: quia tantùm in certis casibus debet deducere Falcidiam, ff. ad Trebel. l. j. §. pen. Econtrà videtur ff. de pos. pec. si post constitutam. & ff. ad Trebel. si hæres pecuniã. & ita fa-
f cit, si sibi cedat beneficium inuentarij, per præ. legem[f]. ¶ † Quid
18 si hæres non facit illud, nunquid fideicõmissarius poterit facere? Respondeo, sic: quia effectus est hæres, ff. quod cum eo, si filius.
g & sustinet onera hæreditaria, secundum Vbert.[g] ¶ Sed nunquid hæres poterit obtinere beneficium inuentarij post sñiam, qua cõdẽnat⁹ est creditorib⁹ & legatariis? Rñdeo, vt aliàs ꝓbaĩ de ꝑtio, ff. de minor. ꝙ si minor. §. restitutio. ff. de re iud. Nesenni⁹. §. fin. de donat.

ADDITIONES.

a §. j. ¶ Sic dicit ibi text. siue ex asse, siue ex parte. per quod tenetur, quòd omnes hæredes inuentarium & crucis signum facere tenẽtur: nisi omnes vni committant, de re iudicata c. penultimo, libr. vj. ff. de eden. si quis ex argentariis. de dam. infect. hoc amplius. §. quæsitum.

b Hæreditatis. ¶ An in foro cõscientiæ satis sit hæredi vsurarij, qui non fecit inuentarium, restituere vsuras iuxta vires hæreditatis, plenè scripsi de vsur. quanquam. lib. vj. super glo. dicebat. ADDE, vt per Pet. de Anch. consi. 412.

c Fecerit. ¶ De Trebellianica dubitatur, an illam etiam perdat hæres inuentarium non faciens. Alber. Gal. tenet, quòd sic: quia solida legata & fideicommissa præstat, C. de iur. delib. l. fi. & C. ad leg. Falc. auth. sed cùm testator. hoc no. rñde de Trebellianica. versic. quæritur, si. Sed hãc disputauit Iac. de Bel. cuius quæstionis mẽtẽ posuit in auth. de hæred. & Falcid. §. hinc nobis. in xiij. q. & tenet, quòd heres rogatus de restituendo, detrahat quartam, etiam si inuentarium non fecerit. inducit Rof. Bene. qui id tenet de sen. excom. Trebel. in prin. ij. col. satis est etiam lege id non esse statutũ, ff. sol. mat. si verò. §. pen. & de sent. excom. is qui. lib. vj. hoc etiam tenuit Oldra. in l. fi. C. de iur. delib. in fin. Item constat, vt dicitur ĩ. ver. 3. ꝙ fideicommissarius vniuersalis effectus est heres, & habet tres partes, & institutus rogatus quartam. Sicut autem hæres cohæredi facere nõ tenetur inuentarium, sic etiam nec vniuersali fideicommissario: singularib. prouidere voluerunt per id iura, non vniuersalibus, in prædicto §. hinc nobis. vsque ad §. si autem. & C. de iure deliber. l. fin. §. & si præfatam. & seq. Non obstat: Trebellianicam includi nomine Falcidiæ, vt nota. C. famil. ercisc. l. filium. quia illud impropriè, vt not. in auth. vnde & si parens. C. de inofficios. testam. & improprietates excusandę sunt, non protrahendę, vt not. de verb. sign. propterea. in fi. gl. Ad materiam faciunt not. in decret. si pater. de testamen. in glos. ergo quia. & quod super ea dixi libro vj. Sed vltra quæritur, an hæres rogatus, & si non timore, quartæ perdendæ saltem alio respectu habeat facere inuentarium? Et videtur, quòd non, cùm ipse non teneatur creditoribus, nec debitores sibi, ff. ad Trebel. l. j. in principio. Sed quia pro quarta dantur ei, & contra eum actiones, vt in ea. l. §. fi. & C. ad Trebel. l. ij. videtur teneri ad inuentarium. Distinguitur autem, an possit retinere quartam. & facere debet tunc inuentarium, aliàs ꝓ quarta tenebitur in solidum. Aut non detrahit, vt quia coactus adiit, ff. ad Trebel. l. nam ꝙ. §. qui compulsus. tunc non tenetur, cũ omni commodo carere debeat, eodem tit. ita tñ. §. si præceptis. & l. apud Iulianum. in prin. Sed an faciet inuẽtarium pro tota, an pro sola quarta: pro qua tamen sustinet cõmoda, vt prædixi. Dicebat O d. vbi suprà, ꝙ facere debet pro tota: quia possibile est, quòd tota remanebit apud eum: puta, quando rogatus est in diem, vł sub conditione. Item si purè, quia fortè substitutus ñ petet: & sic rogatus remanebit hæres. Nam substituto, vel ꝯ eum regulariter ñ competunt, nisi facta restitutione re ipsa, præter certos casus, de quibus in l. sancimus. ad Treb. C. Cautè ergo agit, si illud faciat ꝓ tota hereditate. Item nec bene occurrit, quomodo pro quarta, sicue tota fieri possit. Sed adhuc quęritur, an ex beneficio inuentarij hæredi sufficiat dare creditoribus pecuniæ, vel legatariis inuitis res hæreditarias in solutum? Videtur, quòd non: quia inuito creditori aliud pro alio solui non potest, ff. si cer. pet. l. ij. §. j. Dominus meus contrà, per §. & si præfatam. & §. licentia. in l. fin. de iure delibe. C. cùm ibi dicatur hæredem damnum consequi non debere quod hîc eueniret, quia vendendo obligaretur de euictione, ff. de actio. emp. ex empto. post princ. Contrarium est ergo regulare, hoc autem speciale, propter rationem prædictam. dicebat Oldra. quòd res, quæ sic in solutum datur, tantùm æstimabiẽ, quantum posset vendi, non pręstita cautione de euictione, per l. j. ff. ad Treb. §. si hæres. Alber. Papi. qui inducebat pro hærede text. pręd. l. fin. §. si verò hæredes. in prin. vbi videtur expressum, inducit etiam Insti. de nox. act. in princ. nam, vt ibi dicitur, quia iniquum esset, dominum pro noxa serui vltra ipsius æstimationem teneri, ideo lex illum pro noxa, quantumcunque, sit dari permittit, vt ibi ad idem inducit ff. de leg. j. Imperator. in prin. & §. j. & de leg. j. filiusfamilias. §. apud Marcellum. vbi dixit text. non posse quem rogari restituere, vltrà quàm ei relictũ est: vnde si legatur mihi fundus, & rogatus sum tibi dare decem libras dando fundum. Subdebat tamen, quòd fortius est ius creditorum, qui tranctant de damno vitando, quàm legatariorum. in quib. loquuntur hæ leges, q̃ tractant de lucro captando. Iacob. de Aret. cuius dictum ponit Cy. in præ. l. fin. §. & si præfatam. dicit, quòd si hæreditas est soluẽdo, hæres in pecunia satisfaciet, ff. fam. ercisc. si hæres. §. fin. & de lega. ii. si pecunia. quia beneficium inuentarij inuentum in fauorem hęredis trahi non debet ad iniuriam creditorum, extrà de do. post diuor. restit. Imperator. C. de emancip. l. nec auus. ff. ex quib caus. maior. l. sciendum. Si non est soluendo, si inuenitur emptor, debet vendere, cùm de euictione teneatur, vt ibi. nam quod mihi prodest, & tibi non obest. &c. ff. de euict. l. in creditore. Si autem emptor non inuenitur, vel inuenitur, sed vult hęredem vendere proprio nomine, & non vt hæres cum beneficio inuentarij, tunc non tenetur vẽdere, ne damnum patiatur, vt priùs dictũ est. Quãdo autem statutũ loci habet in pecunia solutiones fieri per hęredes, vel alios debitores, vide, quod dixi ŝ. de sent. excom. §. sequitur. post prin.

ADDE, an hæres non conficiens inuentarium, priuetur Trebellianica, vide Ioan. de Anan. consi. 66. Bar. consi. ij. & clxiij. Paul. de Castr. consil. clxiiij. & ccvij. Bal. consi. 97. ij. vol. Oldra. consi. ccxlii. Rom. consi. cclxxxvj. per nouiss. plenè in l. Marcellus. ff. ad Treb. Quo verò ad aliud argumentum, an sufficiat dare creditorib⁹ bona in solutum? adde, quæ not. post Bart. in l. fi. §. & si præfatam. C. de iure delib.

d Autem in fi. ¶ Vt ibi not. in gl. in litem. in fi. hoc est verũ, quo ad legata & fideicommissa: secus quo ad credita, ad q̃ tenetur in solidum, vt eadem l. §. si verò postquam. Et not. in auth. de hæred. & Falci. §. si verò non fecerit, in gl. hoc facit. ad idem ff. de inoff. test. l. Papinianus. §. 4. de filio patris hærede cum beneficio inuentarij, an vendicet ab emptore fundum maternum vẽditum per patrẽ, vide plenè in quæstione Pilei 33. & tenet, quòd sic. de hoc no. in l. scimus. C. de iure delib. in quantum ad effectum, vbi etiam de extraneo hærede: sed de vtroque, & quæstionibus circa id, vide ibi pleniùs per Cyn.

e Testator. ¶ Ibi de illo, qui subtiliter nouerat substantię mensurã, vt dicit text. in errante autem secus, vt ibi not. & vide ĩ. de testa. §. j. ver. pone: quidam.

f Præd. legẽ. ¶ Iacob. de Bel. in auth. de hæred. & Falc. §. hinc nobis q. xij. dicit Lam. de Ram. hoc tenuisse per eandem l. ille etiam. ff. de amini. tut. si minoris. in fin.

g Secundum Vber. ¶ C. ad Treb. l. ij. Sed hîc insurgit quæstio, quando incipiat curreret tẽpus faciendi inuentarium substituto per fideicommissum? & si ponderamus gloss. de quibus dicam infrà, versicul. in huiusmodi. dicetur, quòd currat à die restitutionis fideicommissi. nam sicut adita hæreditate iura transeunt in hæredem ff. de acquir. pos. cùm hæredes. & sic in substitutũ transeunt, eius restitutione facta, vt l. sancimus. C. ad Trebel. sed sicut verum est, quòd tempus currit hæredi post delatam hęreditatem, ex quo sciuit, sic etiam currit fideicommissario, fideicommisso cedente, ita quòd possit peti. Si tamen per institutum ingeratur difficultas, satis æquum videtur, quòd tempus non currat. Sed primæ opinioni sit locus.

ADDE, quòd hæredi non currit tempus, nisi à die aditæ hæreditatis: ita dicit Ro. esse communem opin. eius consi. 84. de quo latiùs per nouiss. in l. fi. C. de iure delib. Bald. tamen consil. 331, 3. li. videtur concordare cum Ioan. And.

a donat.per id,quod.Resp.secundum Vber.[a]¶Ad hoc aũt,vt scias
qñ hæres debet inuentarium facere, opus est distinctione. nam
aut hęres recta via adit,aut recta via repudiat,aut dubitat.Si recta
via adit,vel se immiscet pro certo,volens esse hęres,&nolens hę
reditatem repudiare,tunc nullo indiget inuentario.nam amodò
omnibus creditoribus tenetur in solidum,nec poterit hæredita-
tem repudiare:ideoq; ex confectione inuentarij nullum cõsequi
tur commodum, nisi fortè quo ad beneficium legis Falcidiæ, vt
ea.l.§.fin autem hoc aliquis.quam aliàs nõ deduceret, nisi ipsum
faceret,vt prædixi.Si autem recta via repudiat hæreditatẽ,(quod
facere tenetur intra spatium trium mẽsium, postquã sciuit se hæ
redem,)tunc ẽt non tenetẽ facere inuentarium,cùm sit alienus pe
nitus à successione,vt in præd.l.debet tamen fieri instrumentum
qualiter ab hęreditate abstinet,si est suus hæres:vel,qualiter eam
repudiat,si est extraneus.Si ergo suus hęres ab hęreditate abstine
at,instrumentum sic conficietur:
b FORMA[b].†Arnoldus filius quõdam B.coram tali iudice cõstitu
19 tus,quia hæreditatẽ quondã patris sui sibi ex paterno testamẽto
delatã,vel ad se ab intestato spectãtẽ, sibi verisimiliter credit esse
damnosam, ne à creditoribus ipsius hæreditatis pulsetur in ali-
quo,seu grauetur,omnimodo ab eadem hæreditate abstinuit, &
eam,ac omne ex ea commodum & incommodum penitus recu
sauit.Si verò extraneus hæres eam repudiat,sic conficitur:
¶FORMA.Quia Arnoldus filius P.hæreditatẽ B.sibi ex testamẽ-
to ipsius B.delatam,verisimiliter æstimat sibi fore damnosam,id
circo in præsentia talis iudicis constitutus, ipsam repudiauit om-
20 nino,& omne ex ea commodum,&c.vt s̃.¶†Et nota,ꝙ abstine
re,& immiscere,est propriè suorum hæredum: repudiare autem
& adire,est extraneorum,vt instit.de hæred.qual.& differ.§.in ex
c traneis.& not.[c] C.de iure deliberand.super rubrica.¶Si verò du-
bitat, an omittat hæreditatem defuncti, vel non tunc non habet
necesse deliberare:sed adeat ipsam,vel se immisceat:prius tamen
faciat inuentarium. hæc omnia leguntur in prædicta l. scimus.§.
21 est igitur. & §. si quis autem temerario. ¶ † In huius autem
inuentarij confectione hæc sunt attendenda. nam ipse hæres de-
bet per seipsum scribere, si scribere sciat: alioquin saltem faciat
d in principio [d] signum crucis [e],vt eadem l.§.fin autem dubius.ibi,
e venerabili signo, &c. Item quòd adeat hæreditatem dubitatiuè,
non securè,vt prędixi.Item quòd intra triginta dies,postquã scit
sibi hæreditatem delatam, vel testamentum esse apertũ, incipiat
f inuentarium facere [f]. Item quòd postquã facere incipit, intra lx.
g dies perficiat [g]. Aliud tamen in inuentario tutoris& curatoris.vt
s̃.ver.tutor autem.& ver.& nota,ꝙ.& s̃.de tut.§.generaliter.ver.
hoc autem.Item ꝙ fiat inuentarium de his tantum rebus,quæ de
22 functus tẽpore obitus habuit.¶†Quid [h] si hæres fecit scribi ali-
h quas res,quas credebat hæreditarias:nunc ꝯperto errore vult re
uocare,& eas inde remouere:vel non vult teneri amplius ꝓpter
istas res,quasi hæres locupletior videatur?Dic,ꝙ ei subuenit be-
neficio restitutionis, ex clausula generali,ff.ex quib. cau.maior.l.
j.in fin.arg.C.de iur.& fac.ignor.cùm falsa.Arg.contrà C.de non
i num.pecu.authen.contrà.qui propriam.& C.arbit.tutel.l.fin.[i] s̃.
ver.& nota,quòd si.Item quòd fiat in præsentia notarii & testiũ,
legatariorum & creditorũ,qui ad hoc vocandi sunt.Quòd si cre-
ditores & legatarij vocati adesse noluerint, vocandi sunt saltem
testes.vt in eorum pręsentia fiat:vt hęc omnia probantur in eadẽ
l.§.fin autem dubius.& in auth.de hęr.&Fal.§.si verò absunt.& §.
k sancim⁹. imò etiam,secundum Mart.de Fa.[k] in præsentia iudicis
faciendum est,vt videtur C.de episc.& cle.nulli licere. §.cùm au-
23 tem.& de episc.aud.de creationibus.†Nam tanta est fides inuen
tarii,quòd ex eo debitores cõueniri possint, vt ff. de admin.tut.l.
chirographis.Item exigitur,ꝙ hæres, si scit & potest scribere,sub
scribat in fine sic:scilicet ꝙ omnes suprà dicta res inuenit in hęre
ditate,& dolum non fecit,nec faciet,quin omnes res posuerit in
inuentario:ꝙ si nescit scribere, vel nõ pt,ꝓpter infirmitatem, vel
debilita

ADDITIONES.

a Secundum Vbert.¶ de Bob. mihi charta 3.vbi tractat obiectus ꝯ
sententiam ordinarij,prope finem:tñ:satis confusè locutus est au
ctor.Et Vber.clarè dicens, quid de beneficio inuentarij facti ab hę
rede,si omissum est ante sententiam, lex prima dicit, ꝙ restituto
minore ꝯ venditionem, emptor petit pretium:duæ sequentes di
cunt,condemnatum dicere post sententiam executionem fiendã
solùm in id,quod facere potest. Dominus autem meus in legib⁹
disputauit hanc quæstionem de hærede,ac etiam de ipsius procu
ratore, qui cauit iudicatum solui: & tenuit, vtrunque opponere
posse,ne vltra vires hæreditarias fiat executio:quod sic ꝓbat, vbi
suadet æquitas,hæredem scriptum non teneri vltra hæreditarias
vires impetrare separationem bonorum hæreditatis à suis exem
plum in hærede,qui compulsus adiit,& non est,cui restituat & in
seruo necessario hærede,qui bona hæreditatis non attingit:& in
patrono,qui reuocauit libertam in seruitutem,quę adiuerat hæ-
reditatem eius,qui soluendo non erat,allegat ff.de separationib.
l.j.§.vlt.& l.penult.§.fin.de in integrum restit.l.non solùm.Cùm
ergo beneficium separationis petatur tempore executionis,dum
bona distrahuntur, & post confessionem & condemnationem,
& cessionem factã bonis,& post missos creditores in bona, vt ff.
de cess.bonorum,l.fin.vt patet ex ordine rubricarum,ff.de re iud.
cum sequen.vsque ad tit.de separationibus,& beneficium,quod
habet hęres,ne teneatur vltra vires hæreditatis facto inuentario,
succedat in locum impetratæ separationis, vt scilicet aditio non
præiudicet impetranti,ff.de separationib⁹. l.creditor.ergo etiam
tempore executionis poterit,sicut & illud,opponi:& sic sine pe-
riculo hæreditatem habeat.vt in l.fin.C.de iure delib.versic. & si
præfatam.Et,vt dicit, ex quo hoc competit hæredi: ergo & pro-
curatori conuento ex stipulatione Iudicatum solui,cùm tales sti
pulationes propter ipsam rem&executionem interponantur,ff.
si quis cau.si eum.§.qui iniuriarum.Non obstat.C.senten.rescin.
non poss.l.peremptorias. quę loquitur de peremptoria,quę post
sententiam admissa rescinderet iudicatum:faciunt etiam ad solu
tionẽ casus illi,quibus post sententiam admittitur peremptoria:
not.C.de iur.& fac.ignor.l.j.& s̃.de excep.§.dicto.ver. hoc tamẽ
fallit.ADDE,quòd opinio Ioan.And. videtur communis,prout
habetur in l.ex diuerso.§.j.& §.penult.ff.sol.mat.& cõsuluit Petr.
de Anch.consi.vj.vbi etiam dicit,quòd exceptio,quæ potest op-
poni post sententiam,potest opponi post bannum. Quid autem,
si fuit opposita ante sententiam,sed per iudicem ad vlteriora fuit
processum?Et quid,si statutum prohibet opponi exceptionẽ in-
uentarij post sñiã,prout est Papię?&an tunc statutũ possit ꝓhibe
re respectu rerum,quæ sunt extra territorium Papiæ?& quid si in
uentarium est confectum extra territorium?vide pulchrè & bre-
uiter per Bal.consi.189.3.lib.
b FORMA.¶Rolan.ista & sequens.
c Et no.¶Secundum Rolan.
d In prin.¶Ita seruatur, licet lex videatur velle, quòd in principio
subscriptionis hoc fiat,in §.statim allegato.
e Signũ crucis.¶Quod qdã dicũt de substãtia:arg.ff.de transf.cũ hi.
§.prætor.ff.de in integrũ rest.l.diuus.hoc placet Oldra.sed Odof.
dicit,quia Hug.tenet contrarium:arg.ff.de vent.inspi.l.j.§.penul.
C.si contra ius, vel vtil.pub.præscriptione.Hostien. consuluit,ꝙ
fiat,de testa.cap. Raynaldus.ad fin. Hoc consilium necessariò te-
nendum est,vt in prædicto §. & §. & si præfatam. ibi,solidauerit.
& in authen.de hęred.& Falcid.§.si verò non fecerit.Adde,quòd
Bald.consil.cccxxxj.iij. libr. tenet, signum crucis non esse de sub-
stantia.
ADDITIO.Adde,quòd aliàs est consil.Bald.383.incip.queritur,
an signum crucis.in j.vol.Henri.Ferran.
f Facere.¶Hoc teneas,nec approbatur gl.ij.quæ habetur in prædi
cto §.fin autem dubius.& §.seq.quæ dicunt,tẽpus inuentarij cur
rere post aditam hæreditatem: quia secundum id posset multum
differri,& circunueniri lex illa. & huic dicto concord.quod not.
C.ad leg.Falcid.auth.sed cùm testator.ver.his cessantibus.§.si ve-
rò postquam.in l.fin.de iure delib.legi debet per subauditum.Ad
de, vt dixi in versic. quòd si hæres.quòd communis opinio est in
contrarium.
g Perficiat. ¶Quid si perfecit intra debitũ tempus,non tamen tpe
quo debuit,inchoauit?Vber.de Bob.assentit Colum. & Lau. qui
dixerunt inuentarium nõ valere, nec hæredem illius commodo
vti posse,cùm forma seruata non fuerit,ff.ad municip.constituti
onibus.in fi.de rebus eo.qui sub tut.magis.§.si æs alienuum.C.de
agric.& cen.quemadmodum.de præd.mi.l.minorum.ff.de transf.
act.cum hi.§.si prætor.& §.sequẽ.principaliter inducunt §.si verò
postquam.in d.l.fin.vbi videtur expressum:& hoc etiam tenebat
dominus meus M.Sy.in præd.§.& mihi placet.Alij contrà, quos
Cyn.ibi sequitur ponderato effectu:q̃ iura respiciũt ff.de iureiur.
sed si possessori.§.pen.Ad idem de verb.oblig. continuus.§.illud.
in fin.Item vt patet in præd.l.fi. hæres tractat de damno vitando,
vt in §.fin autem.ibi,ne in damnum incidãt, dum lucrum, &c.Itẽ
nec leuis omissio nocere debet,ff.de ven.inspic.l.j.in fin. facit de
elect.cupientes.j.responso. libro vj. sed ibi id exprimitur, scilicet
quòd non obsit non inchoasse debito tempore,vtetiam ibi nota
ex nunc.
ADDE,quòd sufficit,si in tempore incipit inuentarium,vt tenet
Bart.in l.fin.§.si verò postquam.C.de iure deliber.Bal.consi.333.
iiij.lib.
h Quid.¶Iste ver.fuit Alb.Gal.de fide instru.in fi.sed dic clariùs, vt
ibi loquitur.
i L.fin.¶Vide,quod ibi not.in gl.sic ergo.j.
k Marti.de Fa.¶ Vide s̃.sub tertia forma.

debilitatem, exigitur, quod specialiter ad hoc vnũ notarium adhibeat, qui (vt dictum est) pro hærede subscribat: & sic hoc casu duo sufficiunt tabelliones: vnus scilicet, qui interest confectioni inuentarij: alius, qui pro hærede subscribit, vt in eod. §. vet. subscriptionem. & versi. seq. Item exigitur, quod quando tabellio subscribit pro hærede, dẽnt adesse testes, qui cognoscant heredẽ, & qui interfuerint, qñ hæres iussit tabellario, vt pro eo subscriberet, vt in eodem §. ver. testibus. & in auth. de fide instrum. §. oportet. Item exigitur, quod fiat in illis locis, vbi sunt res hæreditariæ, vel earum maior pars. Item quod si est præsens, heres personaliter faciat inuentarium: si verò absens, debeat facere in locis, vbi sunt res hæreditariæ, vel per se eundo illuc, vel procuratorẽ mittendo, vt in ead. l. §. fin aũt a locis. & arg. ff. eo. si fideicõmissum. & in præd. §. fin autẽ. Si igitur premissa non seruentur, poterit exceptione repelli, nisi contraria consuetudo aliud inducat, vt & s. §. prox. diximus. Vt autem, quæ dicta sunt, clariùs fulgeant, formam inuentarij, quæ talis est, subponamus.

24 ¶†FORMA[a]. Cùm P. filius quondã B. ab ipso patre suo heres in testamẽto institutus fuerit, & relictus, idem P. sciens hæreditatẽ paternã ad se delatam, & volens non inconsultè, sed cùm beneficio inuentarij ipsi hæreditati se immiscere, ne vltra vires hæreditarias teneatur: & vt beneficium ex hoc inuentario de iure debitum, sibi integrè conseruetur, venerabili signo crucis, annexa propria eius manu, præposito. Insuper legatariis, & fideicommissariis & creditoribus hæreditariis vocatis, & presentibus, scilicet tali, & tali, & omni alia iuris solennitate seruata, præsens inuentarium de bonis ipsius hæreditatis, quæ in ea inuenit, in hunc modum facere procurauit. In primis quidem asseruit se inuenisse in dicta hęreditate vnam domum positam in tali loco, cuius confines, &c. ponẽdo prius res immobiles & pretiosiores, secũdò[b] mobiles & viliores, tertiò credita & debita, asserens se res prædictas inuenisse in hæreditate, nec dolo fecisse, vel facere, quin res singulę in inuentario inserantur: quibus oĩbus positis sic dices: Lectum & cõpletum fuit hoc inuentariũ in tali loco sub anno tali, & cætera pñtibus talibus, &c. Vel potest instrumentum confici, vt conficiens in persona propria loquatur sic[c]:

FORMA. Quoniam inuentarij cõfectio ſm sanctiones legitimas hæredi beneficium tribuit, ne vltra facultates hæreditatis teneatur, idcirco ego P. filius quondam B. &c. qđ dic, vt dixi s. e. §. in forma inuentarij à tutore ɔficiẽdi. in fi. Quod aũt pdixi de subscriptione hęredis per se, vel per aliũ, & quod testes intersint hæredẽ agnoscẽtes, iure cauetur, sed in plerisq; locis de ɔsuetudine ñ seruat[d]. Quidam autem aliter inchoant: facto enim in capite signo crucis per manum eius, qui facit fieri inuentarium, si sit hæres institutus, sic dicetur:

¶FORMA. Ego quidem in Dei nomine P. hæres institutus à tali patre, vel patruo meo, aut auunculo, vel sciens, vel credens me esse institutum à tali. Si verò sit hæres ab intestato, tũc dicatur sic:

¶FORMA. Ego P. succedens ab intestato, vel credens, vel sciens me ab intestato succedere debere tali, hoc inuentarium de rebus & possessionibus suis per tabellionẽ scribi & fieri procuraui. Porrò in inuentatio fisci formando secundum præmissa procedas: de quo vide C. de bon. proscrip. si quis[e].

ADDITIONES.

a FORMA. ¶Rolan. vbi s.

b Secundò. ¶Ordinem conuertit in inuentario tutoris, s.

c Loquatur sic. ¶Mar. de Fano ordit sic: ego talis hęres, &c. timens ne Iustinianæ legis neglecto consilio hęreditariis improuisè oneribus illigarer legis beneficio Falcidiæ, beneficio sic priuatus, idcirco, &c.

d Non seruatur. ¶Per quam pars ista potest omitti, cùm per eam liceret hoc de toto, vt s. ver. quid si sit.

e Si quis. ¶C. de bo. vacan. l. iij. lib. x. & in auth. de collat. §. si verò aliquando. Col. ix.

ADDITIONES NOVAE.

§ De editionibus gl. in clem. j. de vsuris, & multas quæstiones circa hanc materiam posuit Bal. ff. de eden.

§ An appellatione instrumentorũ contineantur acta, Bar. in l. in fraudem. §. neque. de iure fisc. tenet quòd sic.

§ Si quis vult producere aliquod statutum de alia ciuitate, an debeat producere volumen statutorum, Bar. in rub. de ope. no. nun. & ff. de reb. dub.

§ An acta criminalia & lib. condemnationum & bannorũ debeant cuilibet postulanti exhiberi, Bar. in l. ij. §. diuus. de iure fisci.

§ An in instrumentis realibus sit necesse apponere diem & ɔsulẽ, Gl. & Bar. in l. in summa. §. idem Labeo de aqua pluuia arcen. & [illegible] si cer. pet. Cyn. in l. si qua. de diuer. rescri. Archid. in data sex ti lib. & xij. qu. ij. c. cum redemptor.

§ In l. ordinem. §. exigere. de fideiusso. tu. quid in sacerdote, quid in iudice, quid in arbitro, & an publica persona in stipulatione ciuili ei cuius interest ipso iure acquirat vtilem. Iac. Butri. in Auth. sacramenta. C. si aduersus vendi. Bar. in l. iij. rem pu. sal. fo. not. in l. non aliter. de adop. & c. quanquam. de vsuris, lib. vj. Quando, quo modo, & in quibus casibus possit notarius stipulari, Bart. in dicta l. ij. rem pu. sal. fore.

§ An in vna charta possint poni plura instrumenta, videtur quod non. in Auth. de tabel. §. j. In contrarium quòd potest, argu. l. cum plur. ff. de euictio. & l. eo quod à mili. C. si certum petat. Item potest fieri instrumentum in diuersis locis, sub diuersis iudicib⁹, notariis, & diuersis temporibus, l. fi. §. licẽtia. de iure delib. & in Aut. de hære. & fal. §. si vero obsunt. sed an in plurib. chartis simul sutis seu iũctis possit poni & scribi vnum instrumentum & idem, dic quod sic, vt l. locum. §. si tabulę. de tab. exhib. Item eodem tempore possunt fieri duo instrumenta eiusdem continentię. vt l. sempronio. de legat. ij. Item in vno instrumento potest fieri contractus duorum separatim, vt l. iij. in prima glo. C. de fide instrum. Bartolo. de Carpua.

§ Si tabellio dicat rogatus scripsi, licet non dicat à partibus, vel à testatore, tamen præsumitur rogatus ab ipsis partibus, vel à testatore. ita dicit Bal. l. j. ff. de hæredi. institu. & in Auth. de tabellio. §. nos autem. & l. hac consultissima. C. de testa.

§ Nota quod contractus factus in dubio debet intelligi secundũ consuetudinem loci vbi fit: & tota die fiunt instrumenta, & in ipsis debent poni omnia quæ ex ɔsuetudine veniunt. ita Bar. in l. si prius. §. placuit. de aqua plu. arcen. & l. ex ea parte. de verbor. obliga. & l. si finita. in prin. de dam. infect. & l. quod si nolit. §. assidua. de ædili edicto. & l. dominis prædiorum. C. de agric. & censi. & l. excepto. C. locati. Bal. in l. ita demum. de arbi. & j. no. Bald. in l. huiusmodi. de leg. j.

§ In Rub. C. de fide instru. Bal. quærit nunquid tabellio qui se negat rogatum, compellatur facere instrumentum. & plene hoc distinguit. Item an tabellio debeat habere agnitionem rei quã scribit. Item an debeat cognoscere contrahentes, & per quem modum: Item an debeat cognoscere testes. Item quęrit de qbus sensibus tabellio possit conficere instrumentum. Item an tabellio possit conficere instrumentum de numero, vt puta scribit in instrumento quod mille floreni fuerunt numerati, & erant in quodam sacculo, & dicit quod esset excusatus si partes hoc asserant: cautius tamen faceret si hoc non diceret. & staret in simplici confessione. Item ad hoc vt tabellio possit conficere instrumentũ quatuor sunt necessaria, videlicet cognitio rogantis, cognitio rei & iuris permissio. Et an teneatur cognoscere animum contrahentium. Item quid si partes mandant notario quòd instrumentũ conficiat de aliquo quod consistat in gustu, odoratu vel tactu. Item quid si mandatur tabellioni quòd vulnus quod aliis vidit inferri ponat in instrumento. hæc omnia examinat in dicta rubri. quam repetiit.

§ De imbreuiaturis Bald. in dicta rubr. quærit de pluribus, primò quid sit imbreuiatura: secundò quid si ista originalis scriptura nõ reperiatur. An instrumentum parti traditum vitietur. Item an imbreuiatura faciat fidem. Item an tabellio suam imbreuiaturã possit extendere. Item an tabellio rogatus possit facere scribi per alium, & ipse se subscribere. Item pone quod tabellio errauit in imbreuiatura, an possit corrigere errorem. Item si instrumentum est deperditum an debeat refici casu probato per coniecturas. Item q̃uis credatur instrumento, & imbreuiatura ñ appareat, tamen tabellioni imputari potest. Itẽ an postquam notari⁹ restituit instrumentum possit cancellare prothocollum. Item quid si reperitur instrumentum cancellatum, & iuxta marginem reperitur hoc cãcellatum manu mei notarij per errorem. Item quærit, Titius produxit instrumentum falsum mutui contra Gaium: econtra Gaius produxit instrumentum falsum solutionis contra Titium. hæc omnia ponit Bal. in dicta Rub. Et ad istam vltimam quæstionem vide quod ipse notat in l. cum mulier. ff. solu. mat. Item ibidẽ quærit an scriptura forensis quæ fit in foro coram iudice valeat sine testibus. Bal. ibi distinguit. Item quærit an istæ scripturæ forenses debeant edi cum die & consule, & quibus, & per quos. Item de instrumentis quæ fiunt ad probationem equi mortui in bello, vel de equis ambassiatorum mortuis in itinere. & dicit quod faciunt indicia. Bal. vbi s. circa hoc vltimum not. fac. Barto. in l. j. de naufra. Bal. in l. fideicommissa. §. j. de leg. iij. & l. Lucius de testa. mili. idem Bald.

§ Item omnia instrumenta actorum seu fori, sunt edenda cũ die & ɔsule: & ex hoc instrumenta tutelæ & repertorij & emancipationis, quę dicuntur instrumenta fori, sunt edenda cum die & cõsule. Inn. in c. j. ext. de prob. allegat. l. cum specialis. de iudiciis, & l. vt perfectius. C. de ann. excep. Bal. in l. j. §. editiones. de eden.

Si instrum.

Si instrumentum casu est perditum an tabellio qui illud scripsit possit ad solius perdentis petitionem reficere vide ad hęc qđ no. domi. Nico. de Neap. in l. qui tabulas. de fur. & Guil. de Cu. in l. si quis ex argentariis. §. prohibet. de eden. & glo. in auth. de tabel. §. nos autem fac. Bal. in l. & quia. ff. de eden. & l. si quis. §. edere. e. tit. & in l. sicut de fide instru.

An de vno contractu possint fieri duo instrumēta. vide do. Nic. in dicta l. qui tabulas de furtis.

An creditor cogatur facere instrumentum solutionis debitori si soluit. Bar. ponit in l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infec. & l. ij. §. voluntate. ff. sol. ma. & an econtra debitor cogatur facere instrumētum de debito creditori. vide etiam de hoc in l. acceptam. C. de vsur. & l. cmm Aquiliana. de transf. per Bar. vide domi. Ange. qui dicit quòd licet teneatur facere instrumentum de debito, nō tamē debet facere cum hypotheca, nec cum pactis executionis, l. si pupillus. de nouat. fac. quod no. Bar. in l. ex ea parte. de verbo. obli. in contrariū facit l. ꝙ si nolit. §. qui assidua. de ædil. edic. facit Bal. in l. sicut datam. de libe. caus. Item fac. contra quod dictum est s. ver. nota quòd contractus.

An appellatione instrumenti contineatur scriptura priuata: videtur quòd sic, l. notionem. §. instrumentorum. de verb. sign. Iac. Butrig. tenet contrà in l. j. de iura. calum. probat per l. j. de iureiur. iuran. Bartolo. de fali. tenet contra in l. comparationes. de fide instrumentorum. fac. l. instrumenta dotalia. de prob. & an appellatione instrumenti contineantur literæ. & eodem modo de actis causæ. Ray. tenet quòd non, per l. in fraudem. §. neque. de iure fisci. Bar. ibi.

Nota ꝙ quando fit descriptio bonorum vigore alicuius debiti potest tabellio cogi vt exhibeat instrumentum in quo scripsit debitum, de quo fit executio. ita Bar. in l. maritus. §. post aditam. ad l. Falci. & l. fi. C. de eden.

Nota ꝙ si notarius expleat vnum instrumentum, illud exemplum facit fidem contra ipsum. ita Bar. in l. tabularum. §. testamentum. quemad. testa. aper.

Quid si peto authenticari quoddam protocollum alicuius notarij mortui, & facit citari partes, quę comparent & opponunt ꝙ illa scriptura est falsa, quia continet cancellationem vel interlineationem: an hoc impediat Bar. in dicta l. tabularum.

An si rescriptum vel mādatum principis authenticetur coram iudice, illa publicatio faciat fidem. domi. Nic. in l. probationes. de diuer. offi. lib. x.

Nota practicam c. cum P. tabellio. de fid instru. nam primo debet produci scriptura notarij mortui: secundò debet fieri comparatio literarum & approbari ipsa comparatio: tertiò debet probari saltem per duos testes qui interfuerint facto, & sciant veritatē. his actitatis iudex mādat notario quòd redigat scripturam in publica forma. caueat tamen notarius huius exempli ne dicat se interfuisse contractui, sed qualiter ipse interfuit comparationi literarum factæ de protocollo notarij. & qualiter de mandato iudicis redegit in publicum documentum. Bald. de comparatio. litera. & l. comparationes. C. de fide instrum. Bald. in l. fin. cum aut. ibi. C. si cer. pet.

In l. ita demū. de arbi. not. ar. ꝙ vbi notarius est plenè rogatus ꝙ intelligitur rogatus vt apponat clausulas consuetas. ar. huius §. & l. fi. C. de fi. inst. secus in clausulis desuetis. fac. quod no. in l. si fundus. ff. de lege cōmis. & l. ex ea parte. de verb. obli. Bal. in dicta l. ita demum. & not. s.

In l. j. C. de fide instrum. an oportet probari amissionem instrumenti? respondeo non, nisi instrumentum esset de natura rei vel debiti probandi, quod est in tribus casibus. Baldus, de hoc in dicta l. prima. Sed dubitatur, producebatur quoddam instrumentum coram iudice contra Titium, dictus Titius accepit dictum instrumentum, & ipsum coram iudice lacerauit. quæritur primo quantum ad vim probationis & dic quòd standum est iuramento aduersarij, vt l. si de possessione, de probatio. secundo quæro de pœna criminali & dicit Ioan. An. in c. accepimus. de fide instr. in nouel. quòd talis debet puniri extra ordinem. Item quid si iracundia lacerauit instrumentum. Bal. vbi s. Item pone quòd instrumentum meum reperiatur penes aduersarium, & dum cogitur ad edendum, reperitur aliqua rasura, an per hoc derogetur fidei instrumenti, & in his quæ in instrumento concipi possunt. Bald. vbi s.

Quid si imbreuiatura reperitur sic abbreuiata ꝙ nescitur legi. Bar. de hoc in l. Gallus. §. nunc de lege. & §. idem credendum. de liber. & posth. Bal. in dicta ru. de fi. inst. & in Auth. si quis in aliquo docum. C. de eden.

An copia depositionis testium debet dari cum die & consule, Bal. in l. j. §. editiones. de eden. dicit quòd sic, & si dies iuramenti & dies depositionis est idem, debet dari solum illa dies: Si autem nō sit idem, debet dari copia de die iuramenti: quia dies depositionis trahitur retro ad diem iuramenti. Io. And. in c. j. de vsuris quantū ad editionem actionum, qui optimè loquitur. Bal. & glo. in dicto §. editiones.

Quid de nomine notarij qui fecit instrumentum nunquid sit eden. no. in tit. de teste. §. qualiter. ver. eadem. in Spec.

An copia testamenti debeat dari cū die & consule, Spec. in hoc tit. §. ostendendum. Dynus in l. optimam. de contrah. & commi. stipul. quod non videtur text. in l. ij. §. diem quemad. test. aperi. & quod not. in l. ij. ff. de feriis. & l. ij. §. editiones. ff. de eden.

Nota ꝙ si pars producit instrumenta in quantū faciant pro se, tantum nihilominus iudex potest inhærere actis in quantū sunt contra producentem. Bal. in l. j. C. vt quæ desunt aduoc. fac. Albricus & doctores in l. j. §. editiones. de eden.

In l. is apud quem. not. gl. in primo exemplo de eden. ꝙ acta facta coram vno iudice, coram alio qui habet cognoscere ex eisdē actis sunt producenda. fac. l. quotiens. §. fin. ff. de prob. Bart. in d. l. is apud quem. de eden.

Pone, peto sententiam debere cassari: pars aduersa dicit exhibe sententiam. de hoc in l. quoniam. C. de app. per docto. & Cynus in l. iudices. de iudici. & gl. in clem. sæpe. de verb. sign. Dynus in c. indultum de reg. iur. lib. vj. Inn. in c. perpetuus. de fide instru. Bal. in l. supplicare de precib. imp. offeren.

In l. j. C. de eden. pone, peto à fœneratore pignus, volens ipsū luere: fœnerator autem negat, dicens me sibi nō pignorasse ego peto à iudice ꝙ faciat librum suum exhiberi super quo scribit pignora: ipse dicit se non teneri, quia non me mandante scripsit Ia. de Bell. tenebat cum fœneratore. Iacob. Butrigar. in l. quædam. in prin. ff. de eden. contrà, quia de consuetudine contractus est vt sic fiat. Præterea videtur tacitè mandatum vt scribat diem, vt possit scire quid debet soluere pro vsuris. sed clementina prima de vsuris huic addidit vt teneatur edere, etiam si non sit factum me mandante, vel procuratore meo. certè dico quòd testimo. non tenet, quia testificator fuit vsurarius publicus: & ad hoc probandum peto ꝙ liber exhibeatur in ducicio: vel dico istum vsurarium puplicū, & sic infamē notorium non admitti ad testimonium, & peto librum rationum suarum exhiberi ad hoc probandū certè possum. de hoc est tex. in dicta clem. j. de vsu. & glos. Bald. & Albric. vbi s. & l. fina. cod. titu. Albric. & l. quædam. in princi. ff. de eden.

Producens instrumenta cum protestatione ꝙ si sunt vera eis vti vult: alias secus: pars aduersa dicit, certificame an vtivis, vel nō Bar. in l. diuus. la ij. & l. eos. de fal. & Cyn. in l. si falsos. de fal. & vide gl. in l. j. §. editiones. de eden. Bal. ibi. & etiā in l. j. C. vt quæ desunt aduoc. Inn. in c. cum olim de cen. fac. Bart. & Bald. in l. iij. C. de fide instru. & l. iudicati. C. si ex fal. instru. Bal. in l. alia. C. de his, quib. vt indig. & not. j.

Quando producis instrumenta, lege ea an faciant cōtra te, In. in c. cum olim. de elect. & c. cum venerabilis. de exceptio. & glo. in Clem. j. de offi. deleg.

In l. instrumenta. C. de fide instru. gl. quę incipit ideoq; nota. ex ista gl. ꝙ instrumentum liberationis & quietationis videtur totū esse debitoris. vnde non debet restitui creditori, Bar. vbi s. & l. plures apoch. C. de fide instru.

Pone, ego & tu simul contraximus coram notario & mandatū extitit per vtrumque nostrum notario ꝙ faciat instrumētum de dicto contractu postea vis prohibere notario ne mihi det. Nico. de Neapo. in l. qui saxum. de donat.

An possim cogere notarium vt det mihi instrumentum debiti debitoris mei qui mihi obligauit omnia bona sua, Bar. in l. Arist. de iure deliber.

An instrumenta possint produci aduersario non citato. Bal. in l. si quando. C. de testi. & limitando dicit quòd nō. tamen ex quo talis productio reperitur in actis scripta, sufficit facere quod not. Bar. in simili in l. nuda. de donatio. & ex hoc apparet quòd per talem productionem est satisfactum terminis de producendis instrumentis, sed non termino de probando per instrumenta. & quòd citatio sit necessaria in productione instrumentorum facienda, no. Bal. in l. iudices. de fide instrum. & in Auth. hoc inter. §. si quis autem. C. de testam.

In l. plures apochis C. de fide instrum. nota quòd instrumentū solutionis tam pertinet ad creditorem quàm ad debitorem. Bal. ibi. nam per eum probatur debitum præcessisse: vt l. fullo. §. sarcinator. de fur.

Nota ꝙ Tancredus in opere suo in tit. de quæstio. circa procuratorem c. j. dicit ꝙ consilium est ꝙ mandatum procuratoris in actis redigatur, vt semper constare possit fac. Inn. in c. Albri. de testi. in Auth. si quis in aliquo. C. de eden.

Pone in instrumento, dicit, vendidit & tradidit talem rem, an ex hoc probetur traditio. Cyn. in l. minus. C. de acquir. pos. & ... dia. ff. eo. & Iaco. Butri. ibidem. & in l. cum res. C. de prob. Bal. in l.

desiderium.C.de postu.

An instrumenta possint scribi in charta abrasa,Bar.in l.chartæ. de bon. pos. secun.tabulas.dicunt quòd sic.sed tamen consuetudo seruat contrarium.

An possit scribi in papyro, ligno,vel lapide,vel terra Bart.in l.j. de bo.pos.secundum.tab.in l. qui tabulas.de fur.Bald.in l.j.de his quæ in testa.delen.

An vsurarius cogatur edere librum rationum suarum,Iac.But. in l.quædam.in prin.de eden.Bal.in l.j.C. de eden.Alb.in dicta l.j. & l.fina.eo.ti.

Quo iure agitur cōtra notariū vt exhibeat instrumētū de quo rogatus est, & quid si notarius dedit instrumētum defectuosum, an agi possit contra eum vt corrigat:&nunquid idem ipse notarius possit hoc petere:& an ex omissione facta per notariū ipsi parti læsæ.de hoc not.in l.fi.si mensor fals.mod. dixe.& l.Imperator. ff.de statu hom.& an quādo notarius reddit instrumentum debeat pars citari quæ potest ex hoc lædi.& an quādo prędictæ contētiones oriuntur,debeat plena causæ cognitio adhiberi.de his omnibus Bar.in l.fi.de tab.exhib.

In l. rationes C.de probatio. si argentarius vel nummulari⁹ scribat in libro rationum aliquid per se,an faciat fidem?Nicola.mata. dicit quod sic cum aliis adminiculis.& idem dicit ī scripturis mercatorum & campsorum, dūmodo scriptura formā habeat rationis,& contineatur acceptio & datio:& sic tam sit contra se quàm pro se: secus si scriptura esset vnius debiti tantum,& sic non esset ratio dati & accepti:quia tunc nullatenus crederetur, secundum eum.Dicit etiam quòd rationibus defuncti aliqualiter datur maior fides quàm rationibus vnius viui secundū eū.& inducit gloss. istius legis:quæ verba ponit Bar.in l.nuda.ff.de donat.

Nota quòd si legatarius petat sibi edi testamentum,non potest petere nisi illam partem quę facit pro ipso.Cyn.in l.instrumentorum.de precib.impera.offer.

In Auth.Si quis in aliquo documento de eden.dicitur ꝙ exemplum non probat.cōtra fac.l.chirographus.de admi. tut.nam cū est scriptum manu publica videtur esse publicū.Sol. Albr.fatetur contrarium in exemplo scripto à notario cui adhibetur fides, ar. dictarū l.Io.ↄtra,quia facies orignalis ꝑt se aliter habere quàm sit in exemplo. vnde non probat. & hæc ratio est vrgens.vnde dicit aut istud scriptum est,authoritate iudicis legitimè interposita citatis citandis,& tunc facit fidem.vt l.publicati.C.de testa.alias verò ñ si sola authoritate notarij.& qđ dixi de sola citatiōe est verū si rōe materiæ est dare certum aduersariū,aliàs non, vt in priuilegio:de quo in glo.in l.iiij.de bono.pos.Bald.in dicta Auth.si quis in aliquo.

Quid si notarius sumpsit de voluntate partium sine authoritate iudicis.Inn.ponit in c.cum Pet.tabellio.& c.fina.de fide instrumento.

De exemplo sumpto ab originali dicit Iaco. de Aret.in l.scim⁹. de diuer.rescript.quòd exemplo etiam solenniter redacto ex authentico,de quo in Auth.vt fratum filij.§.illud.& c.fina.de fide instrumen. non potest confici seu redigi ad exemplum quod probet:quamuis alia solemnitas debita seruaretur:de quo etiam per Bal.in l.fideicommissa.§.si quis decem.de leg.iij.allegat l.finalem C.de fide instrumentorum.In contrarium fac.quia registrum legitimum exemplatum habet vim originalis licet non sit propriè originale, cum sit diuersa manu scriptum.fac.in capi.cum in iure peritus.de offi.delega. Bal.De originali,no,Bald.in l.publicati.C. de testam.

Quid si reperitur imbreuiatura alicuius notarij defuncti cācellata,& scriptum est penes imbreuiaturam manu ipsius notarij cācellatum de voluntate partiū,& non est plus scriptum:an ex tali imbreuiatura fieri poterit, ꝙ expleatur instrumentum.si aliàs nō fuit factum,non obstante dicta cancellatione?ista fuit q̄stio Marsili.de qua not.in l.qui tabularū.de fur.& vide ĩ.prox.de quo per Bal.in l.nostram.C.de testa.& l.imperator.de stat.homi.& l.postquam liti.de pac.

De imbreuiaturis notarij,penes quas est scriptum cancellatum manu mea,vel cancellatum per errorem Bar.in l.quæ in testamēto.de his quæ in testam.delen.& l.diuus Claudius. ff.de fal.& l.in fraudem.de testa.mili.per Bar.& vide supra proxi. Bal.in l.qui testamento.ponit de cancellaturis& rasuris,de quibus faciūt mentionem notarij in fine instrumentorum. Bald. in rubr. de fide instrumen.

Nota quòd sufficit instrumentum non esse cancellatum nec abolitum tempore quo in iudiciis producitur: & licet postea reperiatur cancellatum,vel abolitum, non nocet: & ideo si in actis notarij apponatur talis produxit instrumentum non abolitum nec cancellatum nec vitiatum,non nocet,quia sufficit fidem in medio chartæ ab initio,vt l.fine.C.de fide instrumen. Bald. Bartol. in l.iij.§.si tabulæ.ff.de testamen.mili, & l.nostram. de testament, per Bald.

Nota ꝙ si aliquis habet instrumēta causæ penes se,præsumitur procurator,vt sic admittatur cū cautione de rato,de quo per Inno.in c.coram dilecto.de offi.deleg.Bar.in l.vulgo.de admi.tu.& not.in l.j.C.de procur.&l.non solum.§.qui alieno.ff.de procu.& Bart.in l.in causæ.de carb.edic.& glo.in Clem.sæpe.de verb.signi. Bald.in l.si qua per calumniam.de episcop.& cler.gl.in l.fi. C. de pac.conuen.

In dicta Auth. si quis in aliquo documento, Bal.quærit quid si notarius faciat mentionem de propriis instrumentis, cui faciat fidem.Bar.in l.Sempronius proculo.de leg.ij.quando scilicet facit mentionem per modū originalis,quia sub eodem die.sed quando facit mentionem per modum sumpti, vide Bar.in l.ij.§.si quidem.de bo.pos.secun.tabu.Sed cum tabellio sit publica persona, quare non facit fidem.Inn.in c.quoniam contra falsam.dicit quādo facit fidem de facto alterius,est potius quędam commemoratio quàm fides,&ideo non creditur Bal.fac.idem in Auth.si quis in aliquo.de eden.

Si vnus de testibus scriptus in instrumento contradicit sibi,Ioan.An.& Inno.in c.cum Iohan.heremita.de fide instr.in c.super eo.de test.cogen.Bar.in l.j.quemad.testa.ape.& l in exercēdis.C. de fide instru.

Nota ꝙ vbicunq; notarius punitur ex eo ꝙ interest alicui contractui,ex eo casu debet puniri etiam si instrumentum non fecit, sed solam schedulam fecit.ita gl.de prohi.feu.alie.per lotar.c.imperialis.in fi.gl.super ver.libellum.

Si producatur instrumentum, in quo aduocatus suus est scriptus pro teste,an debeat fides tali instrumento adhiberi. Innoc. in cap.ex literis.extr.de transa.dicit quòd sic.aliud est quando aduocatus est testis in causa:quia tunc non potest,vt c.Romana.de testib.lib.vj.

Quid si procurator producit instrumentum,quod ipsemet fecit,an adhibebitur fides tali instrumento.Ioā.An.in regula quod vna via.de reg.iur.lib.vj.&tenet quod sic.

In l.ad probationem.de proba.dicit Bal.notab. ꝙ tenor instrumenti apparet perlectionem instrumenti.& ideo Si statuto caueatur ꝙ instrumenta mandentur executioni,tacitæ stipulationes ñ mandantur executioni,nec id quod ex instrumēto fingitur. quia id tantum instrumentum dicitur quod legi potest,l.j.ff.de his quę in test.delen. In contrarium dici potest,quia præsumptio desumpta ex instrumento reputatur eius tenor, l.iure gentium.§.quod fore. de pact.& de verb.obli.l.sciendum.quod puto verius.& ita consuluit Bald. non intelligas de casu quod statutum fingit per l.iii.§.hæc verba.de negotiis gestis.& ibi in glo.quia in eo statuto disponit.

Quid si notarius est adeptus dignitatem,an poterit cogi de nouo instrumenta facere.& reficere.Iac.de Aret.dicit ꝙ non de nouo,sed iam cœpta finire & perficere, vt l.si quis.de fals.Bal.in l.ne patronus.de oper.& in c.vt officium.de hære.libr. vi.

Quis possit facere tabelliones.Circa hoc vide Guil.de Car.qui multas quæstiones ponit in l.non aliter.de adop.& per quam formam debeat tabellio stipulari:& si ille pro quo tabellio est stipulatus nolit sibi acquiri ex ista stipulatione,an acquiratur ipsi tabellioni volenti,not.in dicta l.non aliter.Bald.in l.si absentis.C.si certum pet.& l.nec ei §.eorum. de adop. an autem & quando tabellio possit alij stipulari,not.in l.ij.rem pupil.sal.fo. An pater tabellio possit conficere instrumentū in causa filii,vel econtra,vel frater in causa fratris. Dynus in l.impuberem.C.de fal.

An in proprio facto possit tabellio instrumēta conficere, Gui. in l. fi. de adopt. An maritus in causa vxoris, Dynus in l.vxori.de fal.in prin.

An tabellio cogatur inuitus officium suum exercere, Bartol. quòd Sic in Auth.de tabelionibus.§.scientibus.&C.đ formulis, l.iubemus.Guil.de cū.ff.nau.caupo.stab.l. i.in prin. & hoc est verum in eo qui consueuit facere instrumenta per ea quæ ipse notat in simili in l.mariti lenocinium.§.qui quęsitum.de adult.& l.i. de tabu.

Quid in priuato an cogatur ad scribendum acta iudicii,Bald. ꝙ sic.in rub.C.de fide instru.

Quid de comitibus qui habent potestatem in priuilegio creandi tutores & notarios & iudices ordinarios,an possint,Bar.quòd sic in l.qui semel §.tutores.ff.de tutel.

An idem possit esse iudex & notarius , & sic scribere acta quæ coram eo fient,gl.in l.curent.de testi.& l.iubemus.§.his quoque de episc.& cle.Bal.in l.sed si seruus communis.de stip.seruorum.

An instrumenta possint produci tabellioni absente iudice,Bal. quòd non in Auth.hoc inter liberos. §.si quis autem. C.de testa. vide s̃.in tit.de proba.

Imperator cōcessit priuilegium quibusdam quòd possint creare tabelliones, & eis concedere licentiam faciendi instrumenta,non

ta,non obstante aliqua ꝯsuetudine alicuius ciuitatis: postea ciuitas facit statutum ꝙ nullus possit condere instrumenta nisi habeat licētiam, vel nisi fuerit descriptus in matricula : an tabelliones facti à talibus poterunt facere instrumenta,non obstante statuto prędicto,Bal.ponit in l.si mihi.§.in lege de leg.j.Albric.in l.si quis quæ res pig.ob.possunt.

§ An tabellio vnius ciuitatis possit conficere instrumenta in alia ciuitate,Bal.in l.si arbiter.§.si cum dies.de arbi.Bald.in l.ij.de offic. præsi.& Guil.in l.repetita.de episc.& cle.& l.j. ff.de iud.& l. si mihi. §.fi.de leg.j.per Albri.

Si aliquis qui non est notarius exercuit officium tabellionatus & postmodum apparet ipsum non fore notarium,quid iuris.Bar. in l.Herennius. de decurio.& In.in c.j.& ij.& c.cum P.tabellio.de fide instrum.

An minor 14.annis possit esse tabellio : vr ꝙ sic,l.lex cornelia. §.impuberem.ff.de fal.contra tenet Bal.per l.ij.de reg.iuris. fac.l. vt iureiu.de oper.liber.& no.ȷ̃.prox.fac.l.quidam consulebāt. de re iudi.& l.fi.C.de mili.testa.

Quid si notarius est bannitus,an poterit ei cui est stipulatus opponi exceptio banni:dic quòd non.bal.in l.j. ff.de his qui sunt sui vel alieni iur.

An notarius damnatus ex aliqua causa quæ ipsum reddat infamem,possit conficere instrumentum,Bar.in l.eadem.§.hac lege. ad l.Iul.repet.

Quid si duo sint notarij in instrumento appositi,& vnus est de falso cōdemnatus,alter non,an instrumentum erit vitiosum.Bal. quòd non in l.iubemus C.de proba.alleg.l.si quis ex argentariis. §.j.de eden.Bal.in l.imperator.de sta.hom.

In l.j.ff.de iudici. nota, ꝙ prorogatio habet locum tantū in his quæ iurisdictionem sapiunt, non in aliis officiis,vt in tabellionatu: vnde tabellio imcompetēs non posset scribere in causa etiam de partium voluntate.notat Guil.in l.repetita.C.de episc.& cler. Bal.in l.ii.de offi.præsi.

An notarius de nocte in dubio possit diem ponere quem velit si non sciat horam noctis.Inn.in c.iiij.de offi.deleg.Et si notarius facit contractum de nocte,debet dicere die tali actum Inn.in ca. consuluit.de offi.delegat.

An notari⁹ teneatur exire domum suam,& ire ad locū vbi partes sunt ad faciendū instrumētum:an verò partes teneātur ire ad ipsum.Bar.dicit ꝙ si partes absque incōmodo non possunt ire ad locū,vbi est notarius,ꝙ tūc notarius tenetur ire,aliàs secus,vt C. de decur.l.curiales.& l.iubemus.C.de episc.& cle.& l.ij.§.pen.quis ordo in bo.po.serue.& l.iij.in prin.de dam.infec.An tabellio teneatur exire de lecto.Bart.tenet ꝙ non,nisi esset causa necessaria & ardua,vt in infirmo qui vellet testari,de cui⁹ vita dubitat:aliàs secus,arg.l.cum patronus.§.si.de oper.lib.fac.quod no.in Auth.de iudi.§.sedebunt,secundum Bar.

In l.iudices. C.de fide instru. an si iudex facit aliquam commissionem notario,possit ipse notari⁹ scribere commissionem. Bar. hoc limitat & distinguit in l.ex sententia.de testa.tut.Bal.contra tenet.& Io.An.in c.quoniam cōtra falsam.ext.de prob.in nouel. & dicit bal.quòd non.

An quis possit nasci notarius, Ange.in l.sicut honores. de mune.& hono.lib.x.dicit ꝙ sic.nam cum priuilegium tabellionatus cōcedatur per priuilegium principis in Auth.de tabellionibus.in prin.poterit cōcedi priuilegium alicui ꝙ ipse & filij sui sint tabelliones : qua enim ratione potest alicui concedi dignitas cum nascetur,eadem ratione poterit concedi priuilegium tabellionatus cum nascetur.credo tamen ꝙ quāuis nascatur tabellio,tñ nō poterit exercere officium tabellionatus.not.in l.impuberem.de fal. Spe.videtur tenere contra in §.restat.ver.& scias.fac.l.quidam cōsulebat.de re iudi.& l.fi.C de testa.mili.

An in publicatione instrumenti fienda per iudicem,requiratur citatio aduersarij.dic ꝙ sic.Sed quō fiet publicatio instrī.Iac.Butr. in l.fin.de fide instr.dicit ꝙ erunt tres notarij,& primus dicet,hoc est exemplum cuiusdam instrī,sic incipiē. & ponet totum instrumētū de verbo ad verbum:& postea dicet, ego talis instrumentū hoc fideliter exemplaui, & vna cum tabellionibus infra scriptis, & iudice,& testibus diligenter auscultaui:& quia cōcordare cum originali reperi,ideo mandato iudicis me subscripsi:eodem modo dicet secundus & tertius:& quilibet tabellio faciet mentionē aliorum tabellionum & testium & subscribent,vt prædixi.& mādabitur deinceps adhiberi fides dicto exemplo.

In auth.de fide instrumentorum.§.si moriantur.Iac.de bel.quęrit quid si producitur instrumentum hic de lōginquis partib⁹,an stabitur instrumēto in dubio. Azo in summa huius tituli format hanc quæstionem & tenet ꝙ sic,si instrumentum nō sit vitiatum nec abolitum in contrarium facit iste §.& hoc tenet etiam Inno. in c.j.extr.de fide instru.quia aut infertur magnum præiudicium, aut non.fac.quod not.per Iaco.de Aret.in l.nec apud.de hære.in sti.& Oldra.in l.scire.§.j.de excu.tuto.Albric.plenè in l.cum precibus.de proba.vbi recitat opiniones infinitas Cy. in l.comparationes.C.de fide instrum.fac.Bald.in auth.sed nouo iure.C.si certum pet.

§ Si in instrumēto fit mentio alterius instrumenti facit fidem inter easdem personas:secus inter alias personas.ita not. in Auth.si quis in aliquo documento.de eden.

Quid si in sententia vel præcepto fit mētio alterius instrumēti publici,an habeat locum hæc auth.si quis in aliquo.Dic ꝙ nō qa præceptum,& sententia,iudicis authoritate nituntur,l.publicati. de testa.l.chirographis.de admi.tut.faciunt c.sicut. de sen.& re iudi.& c.bonæ memoriæ maguntio.de ele.& c.præsentia. de renū. & quod not.in c.quoniam contra falsam.de proba.& Inn.in c.cū in iure peritus.de offi.deleg.

Si reperiuntur instrumenta antiquissima non expedit probare ꝙ fuerit notarius ille qui ea scripsit.Innocent.in cap.veniens. extra.de verbo. signific.Bald. in Auth.si quas actiones.de sacrosan. eccle.

Si in instrō dicatur in tali vicinia actum,nec ponitur nomen ciuitatis,an valeat.Barto.in l.quæ conditio.§.cum ita.de conditioni.& demonstra.

An tabellio possit corrigere errorem suū.Guil.in l.imperator. de sta. hom.& ibidem.Bar.Idem Bar.in l.si librari⁹.de reg.iur.Bal. in l.ea quæ.C.de eden.Bal.in l.cum proponebatur.de leg.ii. Spe. in eo.tit.§.postremo.ver.sed nunquid confecto.

Quid si locus contractus, vel vbi instrumentum conficitur nō sit appositus,not.in l.lecta.si cert.pe.& l.optimā.de ꝯh.& comm. stipul.& c.abbate sane.extr.de re iud.& in data sexti lib.quid autē in scriptura priuata.not.in l.cū tabernā.§.idem quæsiuit.de pign. Bar.in l.in suam.§.idem Labeo.de aqua pluuia.arcen.& l.comparationes.C.de fi.inst.& de nouo Cod.comp.si quæ eorum.

In l.instrumenta. C.de probatio.an tabellio domesticus possit conficere instrumentum : & potest inter domesticos & amicos sed quid si affectio est dispar:dicit Nico.Mata.ꝙ de facto cōmuni rogatus potest conficere instrumentum,puta de ꝯtu:secus de facto quod redditur in inuitum,puta de protestatione,quia nō creditur sibi vel saltim ad plenum,cum sit aliqualiter suspectus.arg.l. qui iurisdictiones.de iurisd.om.iudi.vel dic licet sit domesticus,nisi possit imperari,valet instrumentū.l.vxori.de fal.& l.Lucius de testa.Bal.in dicta l.instrumenta.

An tabellio latinus possit conficere instrumenta inter duos Teutonicos,vel aliquos,quorum linguam ignorat, & qualiter.Bar. in l.j.§.eadem lingua.de verb.oblig.

Quid si tabellio conficiens instrumentum dicit,Petrus martini &c.re uera Petrus nō habebat patrem quia erat mortuus,an videatur scripsisse falsum.not.in l.lecta.si certum peta.& l.cotē.§.illicitarum.de publica.Albri.in rub.de fide instru.

In l.ꝯtus.de fi.instru.querit Bal.quid si scriptura cōtinet assertionem,siue promissionē.Verbi gratia:ego Bal.assero me debere Titio decē ex cā mutui,tamē non præcedit aliquod verbum promissiuum: an ista scriptura dicatur completa. & dicit Bald. quòd sic: quia per ista verba constat fieri probationem, si de probatione quæratur.vt l.publia.§.fi.ff.depositi.

Item querit,si apparet scriptura facta diuersa manu,vt puta pro parte est tabellio, pro parte alius Bald. dicit quòd est suspecta de hoc vide Bal.in dicta l.cōtractus:& qđ no.Bal.in l.j.C.de cōfessis.

In l.Paulus ad l.Corneliam.de falsis,Iac.Balduí.quærit ibi qualiter reprobentur instrumenta.& ponit ibi multa exempla.

In l.iureiu.C.de test.Bal.quærit,an vni soli tabellioni credatur, Item an notario credatur de secreta examinatione testiū , in qua nō intersunt alij testes,sed solus iudex & tabellio.gl.in l.solam.C. de testib.dicit.quòd non.Bal.plenè de hac materia in dicta l.iureiur.& not.etiam in dicta l.gesta.de re iudica.C.

An producto vno instrumento quis possit ei stare pro parte & pro parte non,Cyn.in l.vna.de confessis in 14.q.& l.fi. de donat. ante nup.& l.Aurelius.§.idem quæsiit.de liber.leg.per Bar.

In l.si quis ex testib⁹. C.de testib.pone Titius produxit aliquod instrm manu cuiusdam tabellionis confectum,qui tempore facti instrumenti non erat notarius, quia erat monachus, tamen quia fuit oppositū de monachatu sed non probatum,obtinuit vigore dicti instrumēti:postea manu eiusdē monachi producitur instrumentū aliud cōtra ipsum, an possit opponere ꝙ nō valeat. Dic ꝙ nō,vt hic Bal.scilicet in dicta l.si qs ex testibus.nā semel affirmando eum tabellionē , eius auctoritatem in omnib⁹ approbauit.qđ no ta. Sed an videatur confiteri omnia in instrumento esse vera. Inn.in c.mulieri.extr.de iureiu.& c.cum venerabilis.de exceptio. Bal.vbi s.

In l.si post diuisionem.de iuris & facti ignorantia.C.dic ꝙ quādoque tabellio omittit solennitatem incumbentem sibi quandoque incumbentem parti, q̄nque omittit vel prӕterit veritatem.

Exemplum primi,si scripsit instrumētum omissis testibus,vel anno domini,vel indictionis,& tunc huic instrumento non adhibetur fides,imò præsumitur falsum,vt in Auth.de tabellionibus. §.final.Exemplum secundi habes in l.quæsitum.§.fi.de publicia.& in Auth.de non alie.§.quia vero leonis.in gl. & tunc non præsumitur falsum,quia minus solemni testamento probatur volūtas l.fi.de reb.eorum.Exemplum tertij,quādo tabellio scribit instrumētum de eo quod est sibi prohibitum,ex eo ꝙ possit veritas de facili mutari, vel in veritate errari, tūc instrumētum habetur pro falso, nisi exprimat nomen quod testator nō voce sed nutu videbatur declarare.& ita loquitur l.iubemus.in fine,de testa.qđ non est prohibitum ad pias causas,nec in codicillis,ext.de testa.c.cum esses.& l.nutu.de leg.iij.Bar.in l.j.de verb.obli.fac.Bal.in l.mater. C.de rei vendi.

¶De testamentis.

Si filiusfam.facit testamentum de castrensibus bonis postea effectus est sui iuris,an vitietur tastamentum.Ang.secundum Guil. de cu.in l.filiusfam.§.fi.ad Macedo.

Nota ꝙ quando quis est indignus,& bona applicantur fisco,debet intelligi de hęreditate per indignū adita,Bart.in l.eius qui delatorem.de iur.fis.ff.§.fi.licet gl.in l.recusare.§.fisco.ad trebellian. videatur dubitare.

An tabellio possit suum testamētum scribere & publicare. Bar. in l.seruus.ff.de testa.& l.si seruus cōmu.de stipu.seruorum.& an tabellio possit cōmissionē alicuius actus sibi factam scribere.Bal. in l.iudices.& Auth.ibi posita de fid.inst.quòd non.no.in l.ex sententia.de testa.tutor.per Bar.

Statuto cauetur, ꝙ si testamentum infra sex menses non fuerit insinuatū quòd non valeat,an hoc nocebit fideic.dic quòd non. notat Bar.in l.facta.§.si quis bonorum.ad Trebel.

Statuto cauetur ꝙ quis non possit testari vsque ad 23.an. an pater possit eo casu filio facere testa.vsque ad 18.ann.Bart.in l.moribus.ff.de vulgari & pup.

In c. cum olim.extr.de censi.& c.cum venerabilis.de exce.Ioā. An.& Inn.dicunt ꝙ producens instrumēta & iura videtur confiteri vera fore contenta in eis.quod dictum dicit Iac.But.fore verū,nisi producens dicat ꝙ produxit in illis partibus,punctis,& articulis facientibus pro se tantum.nam tūc non videtur fateri omnia contenta in eis esse vera.Iaco.But.in l.minus graue.de testib. Albric.& alij doctores in l.j.§.editiones.ff.de edē.in gl.mag. tñ iudex pōt inhærere eis in q̄tū sunt ꝯ ꝓducētē,vt not.Bal.in l.1.vt q̄ desunt aduo.partiū.de hoc per Bar.in l.post legatū. in princ.ff.de his qui.vt indig. Bal.in l.cum precum.C.de lib.cau.& l.quamuis. C.de fideicom.liber.& in l.alia.C.de his qui.vt indig. & quod no. in l.j.§.editiones.in fi.de eden.

In Auth. quod sine.C.de testa.quæritur per Bart.& Bal. quid si tabellio scribit aliquod instrumentum,& in eo ponit vnum c.ꝓ centum,an valeat.not.vbi s̄.per eosdem,& dicitur quòd sic,si vsitato modo scribitur.idem notat Bar.in l.quotiēs.ff.de hær.instit.

Aliquis intrauit regulam fratrum minorum,eius pater veniens ad mortem ipsum instituit,si exiret dictum monasterium:an talis conditio valeat.do.Nic.de Neap.ponit in l.filius qui in potestate. de condi.insti.

An tabellio computetur in numero testium.Bar.in l.Domiti⁹. ff.de testam.

Pone,hæres scripsit testamentū testatoris sua manu,& dedit tabellioni:tabellio verò ī eadē schedula subscripsit actū,&c. demū moritur tabellio,& factum est statutū eo tempore quo oēs schedulæ manu alterius scriptæ,& à notario subscriptæ debeāt publicari:an hæres prædictus poterit petere dictā schedulam testamēti quam scripserat publicari vigore dicti statuti,Bar.in l.j.§.ex illa. ff.ad l.corne.de fal.

An valeat testamentum si intercesserit vnus ex familiaribus defuncti,gl.dicit quòd non.Insti.de testa.§.sed si filius.

Qualiter probetur quis mutus,furiosus, surdus,vel cæcus.Bar. in l.ij.de bono.pos.quæ furio.Bal.in l.furiosum. C.qui testa.face. pos.de prob.s̄.de testi.

Quid si testator legat alicui vnum sextarium frumenti annuatim vsque ad decem annos, an hæres poterit soluere pro toto tēpore.Bart.quod sic in l.si cum præfinitione.ff.quando dies legati cedit.

Quid si testator substituit filiæ si decesserit sine liberis, an in restitutione veniet dos.Bar.in l.Lucius §.maritus.ff.ad Trebel.

Si statuto cauetur ꝙ filiæ & neptes non succedant stantib⁹ masculis, si contingat nepotem ex filio præmortuo superesse, ipse excludet neptem,Bar.in l.hæredes.§.cum ita.ad Treb.

Quid si testator reliquit aliquid vxori suæ donec castè & honestè vixerit:an si transierit ad secunda vota habebit legatum, Bart. in l.cum mulier.§.cum proponeretur.ad Trebel.& videtur dicere quòd sic.

Quid si quis rogat⁹ est restituere si decesserit sine liberis, vel cū filiis decedentibus infra xx.annos, an intelligetur ꝙ dicti filij decedant fine filiis,Bar.in l.cum auus.de condit.& demons.

Quid si testator dicat,rogo filium meum vt restituat si decesserit sine liberis seu filiis masculis,an intelligatur etiam de fœminis Bart.ibidem. Item quid retento eodem themate si filius decedat cum filiis masculis & fœminis.Bar.ibidem.

In l.Titio.§.si serui.de condit. & demons. per hanc l.dicit Guil. de cu. ꝙ si inducitur alicui viduitas, vel apponatur alicui cōditio ꝙ cū consensu Titij:& ꝙ si secus fiat ꝙ bona vadant ad aliquē pium locum,ꝙ isto casu non reiicitur talis conditio.quod an sit verum Bar.hoc non affirmat,& notatur in l.sed si pupillus.§. conditio.de condi.insti.

Mater instituit filiū infantē,& eum rogauit per fideicōmissum ꝙ si decederet sine liberis hęreditatē restitueret Gaio.Decessit infans hæreditate nō adita: an pater possit cogi adire & restituere. Bar.tenet quòd sic.no.in l.ille à quo.§.si de testamento. ad Treb.

Aliquis est rogatus restituere id quod superesset solutis debitis & legatis.an istud sit fideicommissum vniuersale, Bar.in l.cogi.§. idē quæritur.ad Trebel.& dicit ꝙ nō.Item dicit idem,ꝙ si fiat substitutio per hunc modum,ꝙ si decesserit sine liberis residuum bonorum meorum,deductis debitis & legatis deueniat in talem,ꝙ hæc substitutio non est directa.Bar.

Nota ꝙ inter testatorē & hæredē grauatū aliquid facere oritur cōtractus do vt facias: & similiter inter testatorē & legatariū grauatum aliquid facere.gl.de hoc in l.at si quis.in prin.de religio.& sumpti.fun.& l.his consequēter.§.j. fam.ercisc. Item si legatarius non facit id in quo est grauatus facere, potest agi contra ipsum actione ex testamento,gl.in l.j.§.si decem.vt lega.nom.cau.

Quid si testator legat alicui ecclesiæ vnum calicem,nec adiicit de quo pōdere,nec de quo metallo, nec de valore eius precij de quo metallo debebitur?Bal.in l.si nudum.C.de fur.

Itē si testator dicat lego talem rē xp̄o, vel deo.cui dabit̄. dic illi ecclesiæ vbi testator habuit domiciliū, vt ī Auth.de ecc.ti.§.si q̄s in nomine.ar.l.quæ conditio de conditio.& demons.

Testator legat alicui collegio,& in ciuitate sunt duo collegia, vnum masculorum,aliud fœminarum,cui debebitur. Cynus ponit in l.multa.C.de dona.ante nup.

Quid si aliquid fuit datum vt computaret̄ in quartam,sed filius decessit ante patrem relictis filiis suis, & nepotibus patris sui, an ipsi nepotes debebunt computare in quartam? Item quid si filia dotata decedit antequam pater relictis filiis suis, an dos data ipsi filiæ computabitur filiis suis in quartam.Bar.in l.in quartam.ff.ad legem Falcid.

Nota ꝙ filius tacendo per annum, non potest dicere post annum testamentum nullum,in quo est præteritus.glo.in l.si imperiales.§.si pupillus.de Carbo.edic.

An hæredis institutio possit fieri annuendo capite vel alio modo.glo.in Auth.vt sponsa.§.quia vero.contra tenet glo.in l.iubemus.de testa.

An quando fit restitutio hæredi per fideicommissarium, fruct⁹ interim percepti computentur in legitimam.attende si sit fili⁹ primi gradus,an secundi:vt primo non,secundo sic:vt l.quod de bonis.§.auus.ff.ad l.falcid.Bar.ibi.

Nota ꝙ si aliquis instituit̄ hæres sub īpossibili ꝯditione,licet ꝯditio reiiciatur & remittatur,tñ institutus remanet hæres de iure pretorio,ñ ciuili:& sic oportebit ꝙ petat bonorū possessionē vsque ad annum,nō autem poterit adire perpetuò, sicut ille qui est hæres de iure ciuili,per l.cum antiquioribus.de iure deliberandi. Dominus Nico.de Neap.in l.si quis libertatem.de manu.test.

In l.licet.de leg.j.per hanc legem dicit Dynus,ꝙ si testator instituit sibi impuberem, & matri relinquat alimenta, & ipsi pupillo substituit ipsam matrem & alium, ꝙ mortuo pupillo extinguitur legatum alimentorum.Dynus consuluit.

Statuto cauetur ꝙ extantibus filiis masculis fœminæ nō succedant: pone ꝙ sunt tres masculi & vna fœmina,modo ex illis masculis duo repudiauerunt, an habeat locū ius accrescēdi masculis vel fœminæ.not.in l.mulieri.de condit.& dem.

Quid si pater pro filia ingrediente monasteriū aliquid reliquit, an videatur dotata.Bar.ꝙ sic in l.Titio.in fi.de condi.& dem.Bal. in l.quoniam nouella.C.de inof.tes.fac.Bar.in l.j.§. siue parens.si quis à pa.fu.manu.

Saturo cauetur ꝙ filia dotata à patre non succedat, nec aliquid possit petere, nec dicere contra testamentum patris : modo cuidam filiæ pupillæ pater legauit mille pro dote sua,an statim poterit petere,vel expectabit tempus legitimum.Bar.in l.Titio.de cōditio.& demons.

Nota ꝙ deductio falcidiæ cessat in relictis ad pias causas,Bar.de hoc in l. Marcellus.ad Trebellia.Item an testator possit prohibere trebellianicam,Bar.vbi s̄.

Pone

§ Pone testator instituit duos hæredes vnum in re certa, alium vniuersaliter, quem credebat viuere, & tamen mortuus erat: modo institutus in re certa vult totam hereditatē: an hoc possit. Gul. ponit in l. seruo alieno. de condi. indebi. dom. Nicola. de Neap. in l. quo loco. de heredi. insti.

Pone scholaris existens in studio veniens ad mortem legauit socio omnia bona que ibi habebat: an videatur legasse libros. no. in l. ex facto. §. rerum. de hæredi. insti.

Statuto cauetur quod si filius vult repudiare hereditatem paternā ipsam debeat repudiare coram domino episcopo, alias videatur ipsam adiuisse. modo quidam moritur qui nihil habet in mūdo, sed habet multos creditores, filius suus non repudiauit, secundū formam statuti. modo creditores paterni volunt ipsum conuenire, an possint domi. Nico. de Neap. ponit in l. ex facto. circa princi. de heredi. instituen.

Testator dixit relinquo ecclesię mille: de qua ecclesia debet intelligi. Bar. ponit in l. quæ conditiones. §. qui ita. de con. & demōstra. & l. j. C. de sacro sanc. eccle.

In l. si quis legata. §. quibus dies, &c. de cond. & demonstra. quidam fecit testamentum, & duos hæredes instituit, & dixit si quis dictorum decesserit sine liberis, bona deueniant de vno in alium postea in codicillis reperitur scriptum, quod dictus testator ademit conditionem appositam: modo vnus dictorum filiorum decessit sine liberis, alter petebat se admitti ad hereditatem. Barto. dicit quod ad empta conditione videtur ademptum etiam emolumentum & sic fideicommissum. ita dicit Bart. in hac l. fac. l. ab omnibus. §. Titio. de leg. j. Bar.

In l. certum. si certum pet. per hanc l. soluitur quæstio. hospitalarij habent priuilegiū quod ipsi legata incerta capiant vsq; ad certā quantitatē. modò quidā Veronensis fecit testamentū, & dixit sic: Pauperibus de Verona tantū lego centum libras. modò hospitalarij dicebant quod debebant habere hoc legatum, vt incertum. an hoc sit verum terminatū fuit per dominūepiscopū, quod legatum ad eos spectaret vt incertum. & malè. quia contra hunc casum. nam ex quo legauit pauperibus, limitando de Verona tātum, nō videtur incertum, quia vniuersitati pauperum Veronensium relictum est: sicut si reliquisset fraternitati cerdonum. & hoc per hanc l. nominatim de con. & demon. Richar. malumbra.

An heres qui restituit hereditatē pauperibus, possit detrahere trebellianicā. Bal. in l. id quod pauperibus. de episc. & cle. & l. si quis ad declinandam. eo. tit. & Auth. similiter C. ad l. falci. per Bal.

An testamentum non solenne habeatur pro falso, Bal. in l. post diuisionē. C. de iuris & fact. igno. Et iterū quærit an in foro conscientiæ teneatur admittere coheredē institutum non solenniter Bal. ibi.

An hodie necessarium sit hoc edictum si quis omiss. cau. testa. Bar. in l. j. si quis omis. causa test. tenet vnum. sed Bal. in l. si in fraudem. C. si quis omis. cau. testa. tenet contrarium.

In l. à filia. ad Trebel. pone filius non grauatus de restituendo non dotauit filias suas viuens, sed in vltima voluntate eas dotauit, an istud legatum pro dote minuat istud fideicommissum, Bar. in dicta l. à filia. dicit quod sic, si est factū congruè secundum quòd conuenit qualitati personæ. nam viuens sic fecisset. Bart. vbi s.

An hæres rogatus de restituendo hereditatē debeat primò soluere legata singularia in solidum, & de residuo debeat detrahere falcidiam, seu Trebellianicam, an debeat fieri contributio de legatis, & de fideicommisso vniuersali. Bart. in l. iam tamen. §. ex asse. ad Trebellianum. & l. Marcellus. dicit vnum. & l. j. §. fi. e. ti. dicit contrarium. & hoc approbatur communiter. Bar. vbi s.

In l. qui testamēto. §. mulier de test. Albric. dicit quod omne instrumentum cōfectū corā masculis, nō potest reprobari per mulieres, nisi essent multo plures nu. & notæ fidei & authoritatis. quod not. vbi etiam dicit quòd mulieres non admittūtur in testimonium contra testamētum, nec ad ipsum reprobandum. no. s. de testi.

An verbum relinquo adaptetur ad institutionē, an ad legata, no. per aliquos in l. j. §. relinquit. de tab. exh. & l. si fundo. de here. inst. & Bal. in l. cogi. §. & generaliter. ad Trebel. & in l. illa institutio. & l. his verbis. de here. insti. & in authen. vt cū. de appel. cog. §. aliud quoque capitulum. & in auth. de her. & falc. §. si verò nullum. de verbo lego, iudico, vide Bal. in l. fi. C. de sacrosan. eccl. & l. fi. C. familiæ erc. & l. quotiens. de hæredi. inst.

Quid si testator dixit, instituo Titium, mox Gaium, postea Seium, quis prędictorum debet habere hæreditatem? Bar. in l. fruct. solu. matri. & l. j. si cert. pet.

In l. si adulta. C. de hæred. actio. an per hæc verba quod filia nō possit plus habere vel petere, excludatur filia ab omni iure suo, Bal. ibi dicit, quod per hæc verba tolluntur obligationes, tamen non tolluntur dominia: de quo per Bar. in l. vt iurisiurandi. de oper. liber.

An hæreditas paterna, vel ascendētium dicatur debita, vel quasi debita. gl. in l. si emancipati. C. de iuris & fac. igno. dicit quòd est quasi debita. & ibi dicit Bal. quòd quando aliquis acquirit sibi istud quod est quasi debitum, dicitur lucrari, Bal. & Bar. vbi s. dicit quòd debita iure naturæ non sunt verè debita.

§ An testamentum non solenne impediat ius accrescendi. Bal. in l. si post diuisionem. C. de iuris & fac. ignoran.

In l. si adulta. C. de hereditar. actio. pone quòd pater reliquit filiæ centū, nec dicit iure institutionis, & prohibuit eā plus petere, vel habere: an hæc filia dicatur præterita? dic quòd non cū animo compēsandi videatur reliquisse cum legitima: ergo dicitur instituta non ex vi institutionis expressę. probatur per l. si debitor. ad l. falc. fa. Bal. in l. quotiens. de hær. insti. & l. fi. C. fami. ercisc.

In l. liberti. C. de operis libert. an filia instituta vltra legitimam suam & dotem patris, & prohibita plus petere, possit petere dotē maternam, non obstante prohibitione. Bar. in l. vt iurisiurādi. de oper. lib. Bal. in dicta l. liberti. & not. in dic. l. si adulta. de heredita. actio. & ibi ponit Bal. de dictione super. & l. j. C. communia de le. & de dictione De.

An ista clausula quod nō possit plus petere, connexa vni legato, videantur reuocari alia legata eiusdem testamēti, & dicit Bar. quod sic.

Item quid si reliquit heredibus Titij decem, an contineatur filia instituta in re certa. Bal. in dicta l. liberti.

¶De executoribus testamentariis.

§ Testator in suo testamento mandauit per suos executores expendi centum pro male ablatis incertis, secundum quod eis videbitur. an hæc poterunt facere, non obstante contradictione episcopi dicentis, quod hoc pertinet ad ipsum episcopum. Archi. ponit quod sic in c. fi. de testa. li. 6. Host. contra in in c. cum sit. de iud. Bal. in l. nulli. de epis. & cle. & idem dicit in herede quod heres potest distribuere incerta sine episcopo. de hoc per Io. An. in c. religiosus. de test. lib. 6. in nouella.

Quid si testator dicit Titium dilapidatorem bonorum meorū constituo executorem testamenti mei, Bal. in l. id quod pauperibus. de epis. & cler.

Testator reliquit centum de bonis suis in aliquo opere fiēdo, & constituit executores, illi executores tradidere illā pecuniam in opere, an sint liberati. Gul. de cu. in l. sed si seruus. §. & si sic accepit. in fine ff. de in rem verso.

Quid si executor vel fideic. renūciauit officio postea ipsum pœnitet, & vult reassumere officiū & exequi re integra existente, an possit. Bal. quòd sic in l. 2. ff. de proc. quod not.

Pone testator dixit & legauit quod fideicommissarij possint expēdere pro anima mille: modo dicti fideicommissarij expendidere in sepultura ducentū, & nihilominus adhuc volunt expēdere mille pro anima ipsius testatoris: an possint. Bal. format hāc quæstionē in l. Papinianus. §. quarta. de inof. test. & determinat quod sic. & idem dicit consuluisse Abb. nam expensæ sepulturæ censentur ęs alienum, vt ibi in prin.

c Verisimile. ¶secundum Tanc. quod sequitur vsque ibi, hîc induxit. interposuit autor.

d L. vnica. ¶Hîc est instandum propter materiam: & concordat s. ver. ex fuga. §. prox. & datur thema de reo, qui obiicit falsitatẽ cõtra instrumentum productum ab actore, ac etiam notarium accusat de falso: qui notarius postquam comparuit dato fideiussore, vel priùs aufugit: quæritur de notario, ac etiam de actore producente, in quo lædantur ex fuga? Contra notarium accusatũ inducitur l. in eos. ff. de custo. reor. quæ vult, carceratum, quia delatus est de crimine, si aufugit, dato quòd innocens esset, puniri, vt cõfessum, vel conuictum. facit in auth. de coll. § antepen. Col. ix. ad idem in auth. de exhib. & intro. reis, §. si verò etiam quidam. Collatione v. & quod ibi no. de seruientibus, qui fugiunt. Item lex fugam vocat delictum, ff. de ædil. edic. quis sit fugitiuus. in princ. Itẽ desertor capi potest, ff. de re mil. nõ omnes. §. desertor. itẽ facit ff. ad Sylla. l. 3. §. de his autem. & l. leges. §. j. facit ad hoc 3. q 9. decreuimus. ext. eodem titulo. nullus. Dominus meus in l. raptores. C.

4 ¶†Item si quis denũciet ter alicui, ne cũ vxore sua loquatur, & postmodum inuenit eum cum ea loquentem, potest eum iudici tradere puniendum: quia violentissima præsumptio est, quòd ꝑ malo loquatur, in auth. vt lic. matri & auiæ, §. his quoque. Collat. 8. quæ est posita C. de adulter. auth. si quis ei. Item si te accuso de adulterio cũ Berta commisso, & tu me repellis, dicens, ꝙ est tua consanguinea: postea verò cum ea cõtrahas, poteris puniri, quasi de maleficio videaris ꝯfessus, vt C. ad leg. Iul. de adul. si quis adul-
a terij. & hoc inducit[a] iudicem ad pronunciandum pro ea, nisi con trà probetur. nam ꝯ talem præsumptionẽ bene admittitur proba
b tio, vt in prædicta concordantia, & extrà de probat. proposuisti[b]. Ar. contrà, quòd non inducat iudicem ad pronunciandum, extrà de præsum. literas. Sed ibi Papa voluit benignè agere. Vel dic, ꝙ ĩ
c ducit probationem in criminibus mediocribus, vt in pre. c. dixit[c]. non in enormibus, vt in præd. ca. literas. dic, vt ibi not. Aliàs aũt ꝑ præsumptiones, præter quàm in præmissis casibus, & similibus, ñ condemnatur quis sine probatione, secundum Rof. quia sancti⁹ est impunitum relinqui facinus nocentis quàm innocentem cõ
5 demnare, vt ff. de pœnis, absentem. ¶†Necessaria autem est præ sumptio illa, quàm communiter vocant Magistri, Iuris & de iure & hæc inducit probationem, & iudicem ad pronunciandum, nec recipit probationem in contrarium. Dicitur autem ideo Iuris & de iure, quia ius vehementer pręsumit sic esse, vel non esse: & pro pter talem præsumptionem ius statuit super ea. Verbi gratia: Si is qui contraxit cum Berta per verba de futuro, cognouerit eã po stea, ius certè statuit, contra huiusmodi matrimonium præsump tum probationem non admitti. nam ex quo eam cognouit, intel ligitur in eam consensisse, quamuis cum ea non contraxerit per verba de præsenti, vt ext. de spons. is qui. & in exemplis ibi no. Itẽ si quis cognoscit sponsam suam conditionalem, ius præsumit pu rum consensum accessisse: & ideo statuit pro matrimonio sentẽ tiandum, ext. de despon. impub. de illis. ext. de cond. appos. ꝑ tuas. Et eodem modo, si qua inuita viro tradita, pòst consenserit in car nalem copulam, vlteriùs non auditur, ext. de eo, qui dux. in mat. quam pol. per adul. c. significauit. extr. qui matri. accus. pos. insup. Vel si postea cum eo per annum & dimidium stetit, vlteriùs non admittitur ad probandum violentiam, quæ præsumitur in cõsen sum transisse: extr. de sponsa ad id, quod. & c. iuuenis. Idem in ea, quæ dicit se inuitam intrasse religionem, ext. qui cler. vel vouen. c. fi. Item pone alia exempla, vt C. ad Macedo. l. fi. & C. arb. tute. l. fi. De hac autem pręsumptione loquitur xj. q. j. c. si qui clericorũ. & in auth. vt lic. matri & auiæ, §. penul. & fi. ext. de despons. impu.
d c. literas. & de hac materia vide ext. de spons. is qui fidem[d]. & l. di. ferrum. & liiij. dist. ca. fraternitatem. Aliàs autem quantũcunque ius aliquod præsumat, semper admittetur probatio in contrariũ, nisi aliquid certum super ipsa præsumptione statuat: putà, ꝙ non admittitur probatio in contrarium, vt no. in prędicta concordan
e tia[e]. ¶†In summa nota, quòd vbi iudex per præsumptionẽ ꝓce-
6 dit, valde suam debet sententiam temperare, & tardus debet esse ad pœnam corporalẽ, vel pecuniariam infligendã: ar. 2. q. j. ca. no mine. & c. j. quod dic, prout notatur, secundum Papam, ext. eo. qa
f verisimile[f]. ¶†Sed pone: Petrus minatus est Titio, ꝙ ei oculos
7 erueret: postmodum eruti sunt oculi eidem T. nesciturtamen à
g quo: sed P. accusatur de hoc, contra quem probantur, solùm hu- iusmodi

ADDITIONES.

☞bilibus. de sen. exc. lib. 6. §. secus. nec audiendus appellans, per cle men. de dolo & cont. si ante. fortiùs sic dicemus ĩ isto fugiẽte sup hoc tamen vide, quod plenè scripsi s. de contuma. §. j. vltra medi- um, ante ver. & nota, quòd.

ADDE, an fuga faciat quem haberi pro ꝯfesso: vltra ea, quæ no. ĩ d. l. in eos. Bal. cons. cxxij. j. li. vbi consuluit tenuisse sententiam iu- dicis, qui condemnauit quendam, qui fugerat dimissa vxore ĩ do mo mortua ex vulneribus: iuncta eius confessione extraiudiciali, & fama publica: & per Bal. eius cons. cccxxx. inc. primus quæstiõis articulus. vbi dicit, gl. dictæ legis, in eos. sic debet limitari. Nã aut quis detinetur pro generali inquisitione, & nõ habetur pro ꝯfes- so: quia ficta ꝯfessio, sicut vera, debet cadere super certo: & ideo debet crimẽ certũ probari, vt l. j. C. vt omnes causæ, tam ciui. quã cri. & in auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. necessitas. Aut detinet̃ per inquisitionem specialis criminis: & tunc aut aufugit confrac tione, aut conspiratione, & loquitur l. in eos. aut aliter, & tunc ñ habetur pro confesso: punitur tñ pro motu iudicis, vt no. Gul. de Cun. in l. succurritur. ff. ex qui. cau. maior. & ibi etiam, ꝙ fuga car- cerati non probat cõtra potestatem, siue officialem. Respectu au tẽ testatorum, de quibus Io. An. loquitur, vide latiùs per Old. cõ- si. lxv. vbi etiam, qualiter Cardinales essent puniendi, & reliq reli- giosi, qui illi schismatico fauorem præstiterint, qui vocabatur Ba

uarus: consilium incipit, hîc igitur.

a Inducit. ¶Ponuntur effectus, secundum Tanc.

b Proposuisti. ¶Sic est in acquisitis per vxorem, cõstante matrimo nio: quæ mariti præsumuntur, nisi probetur contrarium, ff. de do nat. inter vir. & vx. l. Quintus. Idem dicunt quidam de acquisitis ꝑ filiumfamiliàs, vt præsumantur aduentitia, de bonis patris quæsi- ta: alij contrà: vide s. de actore, B. vers. sed quid si dubitetur.

c Dixit. ¶Multùm respexit auctor retrò: est enim allegatum in prĩ cipio §. præcedentis.

d Fidem. ¶Et vide, quod ibi dixi super gl. 2. hoc eodem ti. quanto. super j. gl.

e In prædicta concordantia. ¶Seruando, quod obtuli super rubri- ca in fi. eo ꝙ dictum Mart. de Fano in volumine non habetur, est sciendum, ꝙ ad hanc speciem ipse addit hos casus. Primus in stipu latione de dote tacita, C. de rei vx. actio. l. vna, j. resp. Secundus in muliere, quę se pro alio obligauit, vt videatur id pro se fecisse, C. ad Velleia. si mulier. & l. antiquæ. Tertius bonæ fidei possessorem facit malæ fidei per contestationem, ff. de pet. hære. sed & si lege, §. si autem. Quartus facit verum contumacem, qui se præsentat iudice pro tribunali sedente, non contumacem, ff. de in integ. re- stit. l. diuus. Quintus facit eum donasse, qui donare noluit, ff. ad l. Aquil. si seruus. §. si oliuam. Inst. de rerum diuis. §. ex diuerso: Sex- tus inducit institutionem, vbi facta non fuit, ff. de adminis t. tut. l. lex, quæ tutores. Septimus facit prælatos acquirere ecclesiæ, qđ ñ intendebant: C. de epis. & cler. auth. licentiam. Octauus facit patrẽ ꝓmittere dotẽ de suo. quã intẽdebat promittere de alieno, C. de dot. promis. l. fi. Nonus pręsumit substitutionẽ pupillarẽ, vbi mẽs testatis erat solũ de vulgari, ff. de vul. substit. hoc iure. & C. eod. ti. quãuis. j. resp. Decimus ꝯ veritatẽ rei facit militem in castrẽsi pe- culio mutuatum, C. ad Maced. l. fi. Vndecimus facit hæredem ma numittere seruum, quem manumittere noluit, C. de Lat. lib. toll. l. j. §. illo. His casib. & similib. lex dicit, Sic volo, sic iubeo: nec innit- titur veritati facti. sed voluntati & æquitati. adducit ad idem C. de dona. ante nup. cùm veterum. de bo. quæ li. cùm oportet. §. fin au tem. de fideic. lib. & si non. de pig. l. fi. C. de epis. & cle. officiales. ff. de adop. l. his verbis. Prosequitur demum præsumptionem iuris, in qua non præponitur præsumptum vero, si verum cõtra illam probari possit. Nõ dicit ergo ius, Sic volo, sic iubeo, vt s. sed dicit sic credo, nisi contrarium appareat. Dat exempla in non expressis casibus, vt d. l. Quintus. ff. de don. inter vir. & vx. cui coniungitur l. etiam. C. e. ti. ff. de iure dot. sed nisi. de testa. l. seruos. de excusat. tu. Nesennius. & l. seq. loca. & conduc. l. item quæritur. de lega. 3. l. v xorem. §. fi. de li. & posth. l. placet. de cond. inst. l. quidã. quęad. te. aper. l. j. in fi. de annu. leg. l. annua. §. à Titia. de lib. agnos. l. j. §. Iulia- nus. de proba. qui testamentum. quib. mo. pig. vel hypo. sol. sicut re. §. superuacuum. de rel. & sump. fun. si quis impediat. §. sed inter dum. de neg. gest. Nesennius. de fideic. lib. l. generaliter. §. si petitũ de fideic. cùm acutissimi. de probat. siue possidetis. mand. l. per di- uersas. de prob. cũ te minorẽ. de anna. excep. l. fi. de secun. nup. au th. nũc. aũt. de alimẽ. pup. præstan. l. fi. arb. tut. l. fi. Fatetur, quòd q. dam computant istã sub priori: & autor istam superiùs allegauit de distra. pig. l. & qui sub imagine. De tertia præsumptione homi nis dat exempla, ff. de acq. hæred. cùm quidã. §. quid ergo. de hær. instituen. l. vlt. de probatio. l. chirographũ. de leg. 2. l. vnũ ex fami lia. §. fi. C. de postul. prouidendum. in fi. de fur. & ser. corrup. l. inci uilem. & l. ciuile est. de testa. mil. in testamento. in fi. secundum v- nam lecturam, de inof. test. l. filiis matrem. Hæc hominis præsum ptio nec veritas ẽ, nec pro veritate recipitur: proficeret tamẽ, si es set aliqualiter violenta, & aliquib⁹ indiciis iuuaretur, ff. de lib. ag- nos. l. 3. §. Iulianus. ff. de min. l. 3. §. j. in fi. C. q. & aduers. quos, l. j. De quarta ꝑsumptione naturæ, allegat ff. qđ met. cã, l. isti qđẽ. §. fi. de nup. l. j. primo resp. de reb. dub. l. qui duos. §. 2. qđ cũ fal. tut. l. pen. resp. j. de lib. hom. exhi. l. 3. §. si cũ. de adop. l. nec ei. de reb. e. l. si pu- pillorũ. §. si pater. de his, qbus vt indi. hær. auf. §. fi. de manu. vind. l. illud. in fi. de lib. leg. l. Aurelius. §. Titius. de reg. iur. l. capiẽda. Dicit aũt hãc ꝑsumptionẽ natura & lege iuuatã, in dubiis ꝓ lege seruã- ri. De quinta sumpta ex ꝯsuetudine, al. ff. de pig. actio. vł vniuerso rũ. de leg. j. si seru⁹ pluriũ, §. fi. de leg. iij. nũmis. ad Maced. l. seru⁹. §. antep. subdit, ꝙ hãc præsumptionem sustinet lex: & meritò, cùm consuetudo sit altera natura.

f Verisimile. ¶Quod posui e ti. c. 2. in gl. per hoc.

ADDE, vt per Ale. in l. j. in 8. col. ff. si cer. peta.

g Sed pone. ¶Iste ver. & sequẽs additi fuerũt: & primũ habitũ ex di ctis Odof. sm ex dictis Guid. de Suz. in diuersis locis: sed plus in l. Pomponius. ff. de neg. gest. in fi. & in quæstione statutorum mihi sub litera B. concordat autem in his, q hic dicuntur. Addit tñ Gui do vtrobique, ꝙ secundum Lombar. indici posset bellũ, vt ibi li- bro primo, de hom. liberorũ, c. recolimus. Aequè poterat auctor addere tertiã qõem multorum de illo, q domũ vendidit, & paù- lò pòst ꝯmisit homicidiũ, an sic præsumat̃ venditio facta in frau-

iusmodi minæ: quæritur, vtrùm ex hoc solo debeat condemnari? Et videtur, quòd non: quia in criminibus claræ debent esse probationes, ij.qu.8.sciant. Item metum non ex iactationibus tantùm, sed ex facti atrocitate probari conuenit, vt C.quot met.cau.l.me
a tum[a]. Licet ergo minæ probentur, non ob hoc factum probatur C.de transf. interpositas. nam præsentem metum inspicere debem⁹, ff.qđ me.cau.l.metū.C.de pœ.qui snīam. Nec p psumptionē debet quis ad pœnā sanguinis ɔdemnari, ff.de pœn.absentē. Nec debet imputari, quòd iracundiæ calore dictū ē, ff.đ re.iur.qđ calore.ij.q.3.§.notandum.prope prin. Nec propter verba sequuntur verbera, ff.de his, qui no.infa.l.iussum.& l.verbera. Arg.contrà ff. ad leg.Iul.de adul.quod ait.ff.ex quibus cau.mai.l.antep.ff. de rei
b vend.l.si ante.ff.si cui plus, quàm per leg.Fal.hoc autem[b]. Præsumitur enim aliquid ex his, quæ incontinenti secuta sunt, extrà.de elect.officij. Item nemo præsumitur dixisse, qđ mente non agitauerit, ff.de supel.leg.l.Labeo.in fi.C.quod me.cau. si donationis. ibi, vel capitales, & c.23.dist. Psalmista.ff.de q.milites.SOL. Dicūt quidam ex præmissis dictis præsumi, & ex persona dicta pensari, C.si quis Imper.maled.l.j.C.de rei vend.in fundo.ff.de tut.& cur. his qui.ff.de q.minore.ff.de actio.& obl.l.fi.ff.de actio.si cui.extr. de pign.illo. in fin. Si enim non consueuit talia facere, non debet iudex ex præsumptione condemnare, licet fuerit minatus, vt in
c præ.l.absentem. Posset tamen supponi tormentis[c], ar.ff.mand.si
8 verò non remunerandi.§.contrario.in fi. ¶†Et idem est, si aliqs īterfectus sit, nescitur tamen à quo: sed probatur, quòd P. erat inimicus illius, & ab illo offensus. nam bene poterit P. ex tali præsūptione torqueri, ff.de don.inter vir.& vxo.si seruus communis.
9 & l.cùm hic status.§.si mulier.& l.vir vxori.ff.de lega.3.l.vxori.§.
d fi.ff.fami.ercifcun.l.qui pater. ¶† Illud etiam notandum est[d], ꝙ

Omne bonum factum, rectè præsumitur actum.

ar.extr.de renun.in præsentia. & de præsum.c.fi.xj.q.3.absit.C.de commit.& contrah.stip.l.j.Item

Omne malum factum, prauè præsumitur actum,

ext.de præsum.c.j.ff.ad legem Aquil.nam ludus.xv.q.j. si quis nō iratus.& q.6.c.j.in fi.quod verum est omnino, nisi ratione perso-
10 næ ɔtraria præsumptio oriatur, vt q.v.non omnes. ¶†Item nota, quòd non præsumitur bonum de malo, nec malum de bono, vt xlvj.dist.sunt nonnulli.in fi.q.qui semel fuit bonus, adhuc præ
e sumitur bonus: & econtrà[e], ff.de accus.si cui.§.iisdem.ff.de re mil. non omnes.§.à barbaris.& in præd.c.sunt nonnulli.ad fi.ext.de p̄sum.c.mandata.ext.de præben.ca.nisi essent.in prin. Et qui semel fuit excommunicatus, adhuc præsumitur esse excommunicatus,
f vt legitur & no.ext.de cler.exc.c.illud[f].ext.de scruti.in ord.fac.c. vnico. Ar.contrà j.q.7.sancimus.de hoc ī.de proba.§.videndum.
11 versi.sed nunquid. ¶†Item nota, ꝙ circa idem factum nonnunquam diuersæ præsumptiones habentur, & quandoque vna illarum præponderat alij, vt ext.de elec.cùm inter R.seniorē.ver.sanè quamuis.cum suis conc.& adde, quod no.s.de prob.§.j.ver.se
g cundum.& §.videndum.ver.v.g

ADDITIONES.

Eadem pœnæ, quòd domus veniat diruenda, vel confiscanda secūdum formam statuti? de qua vide ī.de dona.ver.item pone.

ADDE tu ad quæstionem auctoris ea, quæ plenè dñr per Anto. de But.in c.iurauit.& per do.Ab.Sicul.ibidem, ext.de prob.& per nouissimos ibidem. Ad quæstionem verò, quam ponit hîc Ioan. And.adde notabiliter Bal.in l.si is qui.per illum text.ff.de acquir. hæred.

a Metum. ¶vbi de hoc no.Cynus non tractat ibi q. sed. huc remittit.

b Autem. ¶Plus facit pro prima parte: & si mihi non credis, vide, quod no.ff.de pet.hære.si quis libertatem.§.penul.in glo.ad arbitrium.

c Tormentis. ¶Dixit Guido in q.si aliquod indicium adsit: quia iura, quæ sequuntur hîc, & ī.ver.prox.satis sunt à longè: vide, quod prædixi super verbo, violenta.

d Est. ¶T.vbi s.

e Econtrà. ¶De reg.iur.semel malus.lib.6.& Iac.de Bel. hoc multum plenè prosequitur super l.omnimodo.C.de inoffi.test. in solutione contra.

ADDITIO. Amplia singulariter prædictam regulam, vt per Hippo.de Marsil.sing.lxxiiij.incip.tu habes regulam.Henric.Ferran.

f Illud. ¶Puto, quòd allegare voluit dec.proposuit.e.ti.

g Ver.v. ¶An ballæ, vel res habentes certum signum, præsumant eius, est signum: vide per Iac.de Bel.in q.quæ incipit, dux in ducatu.ad fi.

ADDITIONES NOVAE.

§ De hac materia vide Bar.& Alb.in l.ex persona.& l.siue possidetis.C de prob.vbi multa singularia dicit.

§ Quæ differentia sit inter præsumptionem & fictionem, gl.in l. vnica.§.accedit C.de rei vxo.actio.

§ Nota ꝙ duæ præsumptiones faciunt vnam probationem, Bar. in l.excusantur.de excus.tut.

§ Quare in dubio præsumitur quis bonus, & in dubio præsumiť quis non soluendo. Hos.in summa de scrutinio.§.in summa quærit de hoc, & dicit ꝙ ratio est, quia virtutes naturaliter debent in esse homini.verū est post baptismum, quia in baptismo cōfertur gratia, de cons.dis.4.c.paruulos.vide Host.in summa.de scruti.

§ Nota ꝙ si alicui obiiciantť plura crimina, & respondēdo aliqua, prætermittit quicquid ex violenta præsumptione confiteri videtur. Bald.in l.siue possidetis.de prob.& c.nonne.ext.de præsump.

§ Nota ꝙ sicut vnū factū nō præsumitur, ita nec pluralitas factorum.fa.c.cum Io.heremita.de fide inst.l.ab ea.de prob.& de rescr. c.2.de cond.ap.c.per tuas.

§ Nota ꝙ contra possessionem iuris & de iure non admittiť probatio in contrarium, nisi per confessionem partis no.in Authē.si iam necesse.de dona.ante nup.& clem.constit.in fine.de elect.de hoc nota. in l.non est verisimile.ff.quod met.causa.& l.si duo.de acquir.hæred.nota tamen ꝙ partis confessio non admittitur cōtra fictionem, licet admittatur cōtra præsumptionem.no.Bal.in l.siue possidetis.de proba.vbi Bald.dicit ꝙ Nico.mata.dicit ꝙ duæ sunt præsumptiones, vna est iuris, alia hominis: & iuris præsumptio est duplex, quia quædam est quæ transit in statum legis.& ista appellatur iuris & de iure.dicitur enim iuris, quia à iure est inducta.& dicitur de iure, quia de ea est factum ius, & contra istam non potest probari, l.si arbitratu Caij.& l.antiquæ.ad Velleia.quędam est præsumptio iuris, non de iure, & huic statur, donec probetur cōtrarium: & dicitur iuris, quia ius inuenit eam, vt l.nostra. & si lex habet istam pręsumptionem pro vera, refundit onus probādi in aduersarium, vt hic: sed si habet eam pro coadiumēto veritatis, non pro fundamento, non transfert onus probandi in aduersarium, sed confirmat probationem probantis minus plene: sicut dicitur de fama.l.iij.§.de testi.Item quærit ibi Bal.an sit differentia inter præsumptionem violentam & vehementem.& dicit quòd non.

§ Nota quòd præsumitur quis viuere nisi probetur mortuus, vt in Auth.hodie.de dona. inter virum & vxor.no.in l.Spadonem. §.qui absolut.de excus.tut.Bal.in l.si quidem.C.solu.matrimo.

§ An ille qui semel fuit talis, præsumatur semper talis. Bal. in l.si cum inter.§.quando prouoca.non est ne.

§ An olim mutus, surdus, cæcus vel furiosus, præsumatur hodie esse.Bal.in l.j.de bon.pos.furio.infan.

§ An præsumptio sit facienda ex præsenti in præteritum. Bal. in l.j.§.magistratus.de magistra.conue.& l.ex persona.de probat. & ibi multa bona.

¶Bald.de Præsumptionibus.

¶AN præsumatur quis possidere pro suo, ī.de disput.& allegat. §.p̄sumitur. ¶Ex quibus causis insurgit præsumptio? ex persona, loco, tpe qualitate, taciturnitate sequenti, īutilitate, fletu fuga, negligētia, familiaritate, euentu, obscuritate, quātitate, dignitate, dilectiōe, societate, frequētatiōe, & ætate, §.j.circa prin. G.& ex tēporis breuitate, C.de ma.ser.l.j.in gl.Ex temporis vicinitate, ff.de priuil.cred.l.si ex euentu.§.fi.Ex nimia charitate.C.de dona.l.data.Ex charitate parentelę, ff.de ritu nūp.l.non solum.§.denuo.C. de iniur.l.si non conuicij.Ex vniuersali alienatione, ff.quę in frau. credit. l.omnes.§.Lucius.ff.de leg.iij.l.nomen.§.j.Ex instrumenti qualitate, ff.de fica.l.j.§.sed si claua.ext.de hom.c.significasti. & ibi Baldus super Inn.Ex continuata possessione, l.sicut.§.superuacuum.ff.quibus mod.pig.vel hyp.sol.Ex legali prohibitione, de prob.l.qui testamentum. Ex maleficij vicinitate, vt not.ff.de donat.l.post ɔtctum.per Doct.Ex officio & administratione, vt not. in l.athletas.§.calumniator.ff.de infa.ff.de admin.tut.l.non est.Ex potestate & iurisdictione, C.si qua præd.pot.l.j.Ex eadem cognatione, ff.de iniur.l.lex Conelia.in prin.Ex consideratione.ff.de offi.præfec.vrb.l.j.§.cùm patronus. in gl.Ex secta & conspiratione, vt no.in c.conspiratores.Ex secreta coniuratione, vt in Catilina, & multis aliis causis.Baldus. ¶Quadruplex est p̄sumptio: temeraria & leuis, quæ animum iudicantis ad credendum dicitur mouere.Est probabilis: & hæc est duplex: vna, q̄ iuuatur legibus, & ista

habet vim probationis, nisi contrarium probetur: alia, quæ videt hominibus. est enim probabile, quod videtur omnibus, aut pluribus, aut saltem sapientibus, secundum Aristotelem: & ista non ꝓbat per se, sed iuuat probationem sibi concordantem, & elidit sibi probationem contrariam, l. fi. ff. quod met. causa, vbi de hoc. Elidit, dico, id est aliqualiter extenuat: & vide, quod no. in l. si duo patroni. in princip. ff. de iureiur. & ff. de pœn. l. absentem. per Dynũ. Est & violenta, id est, ex multis indiciis collecta, ff. de excus. tu. l. 2 §. ætas. per gl. & Dynum: vel ex vno multùm efficaci & proximo veritati: vt si quis fugiat cum gladio sanguinolento, præsumitur vulneraſſe, si aliud non apparet: & istud indicium non est plus q̃ semiplena ꝓbatio, sed est minus: ergo duo indicia nõ faciunt plenam probationem, quia nec vnum semiplenam, vt no. ff. de proba. l. cùm probatio. sed iudex ex qualitate indiciorum perpendet ff. de ædili. edic. l. quæro. in fi. ff. de qu. l. maritus. ff. de adul. l. capite quinto. C. de q. l. milites. §. oportet. C. fami. erciscun. l. fi. Est & necessaria iuris & de iure, quando lex figit pedes in ea non solùm ꝓsumendo, sed etiam stando: & tunc non valet probatio in contrarium, nisi per confessionẽ, vt in authentica, de æqual. dot. §. illud. Bal. vide j. de re iud. §. not. contra præsumptionem. ¶ An qui minatus est alicui mortem, occidiſſe præsumatur, si postea inimicus eius clàm fuit occisus? ver. sed pone. per Gui. ¶ Nemo præsumit priuilegiatus, nisi probetur: quia priuilegium non potest naturaliter haberi, C. de fid. instr. l. solennia. ¶ Præsumptio est talis, qualis est semiplena probatio hominis, non legis. Et nota, quòd præsumptio legitima hominis habetur pro liquidiſſima probatione, vt l. licet Imperator. ff. de leg. & no. C. de peric. tut. l. penul. in glo. ordinaria. Bal. Nota, quòd duæ imperfectæ species probationis, & duæ præsumptiones diuersorum generum, & vnus testis de veritate, & duo de fama, non faciunt plenam probationem in criminali: nam testis de veritate est singularis. Item fama est probatio multùm fallax & facilis: sed in ciuili probant plenè, ſm Dyn. ff. de excus. tut. l. 2. §. ætas. Sed Old. dicit contrà etiam in ciuili, ar. l. j. qui num. tu. idem Ray. & Bar. ibidem: quia duo imperfecta, quæ non sunt eiusdem naturæ, non faciunt vnam perfectam: pro quib⁹ optimè facit tex. de succes. ab intest. c. cùm dilectus. & ibi vide Bal. super Inn. Gl. tenet contrà: quia

quæ non prosunt singula, multa iuuatn:

nec debet ad vnam speciem probationis arctari vigor veritatis. Item consentiens fama confirmat, ff. de testib. l. 3. §. idem diuus. vide j. de re iud. §. stipulatio. Bald.

a ¶ De Iuramenti delatione[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentorum species quot & quæ sint.*
2 *Pluribus testibus in vnam sententiam concordantibus, potest ferri sententia, ex quo actor plenè probat, nec defertur iuramentum.*
Testes duo an faciant plenam probationem, & vnus semiplenam.
Dictum vnius, dictum nullius.
3 *Causa dicitur modica, nisi sit vltra duos aureos.*
4 *Iuramentum nolle deferre, aut omnino nolle iurare, manifestæ est turpitudinis.*
5 *In iuramenti delatione quatuor specialiter sunt attendenda.*
6 *Iuramentum an in causa ciuili & famosa sit deferendum.*
7 *Iusiurandum an in causa merè spirituali poſſit deferri.*
8 *Iuramentum debet ei, qui melius probat, deferri, siue sit actor, siue sit reus.*
Actore non plenè probante reus est absoluendus.
9 *Iuramentum cui sit deferendum, vbi vtraque pars semiplenè probat.*
10 *Actore plenè probante, si reus excipiat, cui deferendum sit iuramentum.*
11 *Iusiurandum deferri potest per eũ, ad quem negotium proprio nomine spectat.*



VONIAM ob defectum plenæ probationis defertur actori quãdoque iusiurandum à iudice, & etiam pars quandoque parti defert, vt ext. de iureiur. c. fi. & ff. e. l. j. & 2. l. manifestè. ideo super his ad instructionem iu-
1 dicum aliqua, tamen pauca, tangamus. ¶ † Ad euidentiam tamẽ dicendorum prænotandum est, quòd iuramentum aliud est promissorium, aliud aſſertorium. Promissorium dicitur, quod super futuro fit: quando videlicet aliquid dandum, vel non dandum, vel faciendum, vel non faciendum promittitur, vt si quis iuramento promittit in iudicio sistere, aut litem exequi, vt C. de epis. & cleri. auth. generaliter. ext. de sequest. pos. c. j. in fi. aut aliquid huiusmodi promittit: & tale iuramentum infamat, quia in eo frangitur fides Deo & homini: & magis imputatur tunc, quàm si iuraret de præsenti, vel de præterito: quia magis & plenius deliberare põt, vt C. de transac. si quis maior. & de hoc 6. q. j. quicunque. & ff. de his, qui no. infa. Lucius. Aſſertorium verò dicitur, quod fit de præterito, vel præsenti, in quo videlicet aſſeritur aliquid esse, vel fuisse: & hoc non infamat, s. quantum ad infamiæ pœnam. Gof. non
b admittit hanc distinctiõem [b]. Aſſertorij autẽ sunt plures species. nam aliud est de calumnia, aliud de veritate, aliud de malitia: de quibus no. s. de iur. cal. §. j. Item aliud est voluntarium, aliud neceſſarium, aliud iudiciale. Voluntarium est, quod fit ext. iudicium, & ex sola voluntate, ff. de iureiu. iusiurãdum, quod ex conuentione. & extrà eo. ferè per totum. Neceſſarium est iuramentum testis, vel iuramentum de calumnia, vel quod iudex parti defert. de quo dicam iam. Iudiciale verò est, quod pars in iudicio defert parti: de
2 his habetur, & no. eo. ti. c. fi. ¶ † Nota igitur, quòd si plures testes in vnam concordent sententiam, tunc sententia ferri potest, ex quo actor plenè probat, nec defertur iuramentum, ext. de prob. c. 2. Si verò actor semiplenè probat, putà habet vnum solum bonum testem, & res est modica, & in qua duo testes sufficiant, tunc actor, si sciat veritatem, petat sibi iuramentum deferri, vt C. de re. cred. & iurei. l. 3. ff. e. si duo patroni. in prin. ff. de leg. tut. legitimos ff. de dote præleg. Theopompus. & ext. de despon. impub. attestationes. vbi de hoc, secundum Vincẽ. quod fieri debet. Nam cùm duo testes faciant plenam probationem, vt ext. de testa. in omni. & c. licet. & 4. q. 3. ver. vbi numerus. ergo vnus faciet semiplenam probationem, vt s. de prob. §. fi. ver. vlt. Reus verò econtrà respõdeat, Frater, Vox vnius, vox nullius, C. de testi. iurisiurandi ff. de q. maritus. 33. q. 2. admonere. versus prin. vnde non debet tibi iuramentum deferri: imò mihi, qui reus sum in hac parte, siue excipiẽ
3 do, siue replicando, C. de eden. l. fi. † Nec enim est modica causa, quia est vltra duos aureos, vt ff. de dolo. id est. Sed videtur modica, si sit duorum aureorum, vt ff. eo. si oleum. in fi. vel si sit decem aureorum, vt ff. si cui plus quàm per l. Falci. in l. 2. §. quamuis. Vel quinquaginta, ar. C. de defen. ciuit. defensores. ff. de acc. nonnulli. Vel trecentorum, in auth. de defen. ciuit. §. & iudicare. & §. audiẽt. Vel dic, & veriùs, quòd inspecta qualitate personarum & locorum, minor dicitur maxima, arg. ff. de iud. sed & si susceperit. §. j. ff. de alimen. & cib. leg. l. j. & l. Mela. §. fi. In minima ergo causa, in qua non vertitur magnum periculum, defertur: in magna non, in qua magnum vertitur periculum, ar. ff. de legitimis tutori. legitimos. ff. de ventre inspicien. lege prima, in fin. & facit in auth. de mand. prin. §. sit tibi. 7. q. 2. c. ij. & xlij. dist. quiescamus. imò vbi magna est & ardua, nisi actor plenè probet, reus absoluetur, vt in concord. positis j. versiculo, sed cui. Præterea tu es persona suspecta. nam consueuisti deierare, ideoque non debet tibi deferri, ff. de re mili. non omnes. §. à barbaris. 22. q. v. paruuli. extr. de pig. illo. extrà. de testi. c. testimonium. Hęc tamen pendent ex officio iudicis, secun
c dum Vber. Est etiam, secundum quosdam[c], semiplena probatio, si actor per priuatam scripturam probat suam intentionem: quia talis scriptura non facit plenam probationem, vt in præd. ver. vl-
d timo.[d] ¶ † Si autem actor nil omnino probat, & dicit aduersario vt iuret ad suam innocentiam purgandam, vel quòd sibi deferat iuramentum, videtur iustè allegare. nam manifestæ turpitudinis est nolle iurare, nec iuramentum velle deferre, vt in præd. l. manifestæ. & ff. rerum amot. Marcellus. ff. de iureiurando, l. lex Cornelia. §. hac lege. C. de his, qui ad eccl. confu. l. præsenti. C. de iure de lib. l. fi. §. licentia. C. de fideic. l. fin. Potest tamen respondere reus: Frater non cogor iurare, nisi aliquid sit probatum, vel præsumptum: quod non est hîc. & ad hoc C. de eden. qui accusare. C. de ac. negantes. 6. q. vl. actor. leges enim, quas allegas, vel sunt speciales casus, vel loquuntur, cùm aliquid est probatum, vel præsumptũ. Et hoc verum est. nam actore nihil probante, &c. vt ext. de iurei. c. fi. §. sanè. nisi in casibus, in quibus lex defert iuramentum reo, li
e cet actor nil probet, vt C. de his, qui ad eccl. con. l. fi. §. sanè[e]. & C. de fide instr. l. fi. & C. de iur. delib. l. fi. §. licentia. Vt autem pleniùs instruaris, nota quatuor esse in iuramenti delatione spãliter attẽ
5 denda. ¶ † Primum, an actor aliquid plenè, ꝓbet, vel semiplenè, vel nihil, vt iã s. diximus. ¶ Secundum est, quia si semiplenè probat, aut quæstio est criminalis, aut est ciuilis, aut est spiritualis. Si crimi

ADDITIONES.

a Ex practicis auctoribus nullus posuit hanc rubricam simpliciter: vnde Tanc. s. proximè continuauit sequentem. ¶ Pileus tamen quarta parte rub. j. s. de probat. ante medium, satis de hoc tractat. ¶ Rof. tamen prætorias posuit rub. de vtili actione ex ea causa, ex qua iuratur: & inter edicta posuit rub. de actione in factum ex iureiurando.
b Distinctionem. ¶ Quod videas in Sum. de iur. ante fi.
c Quosdam. ¶ Acc. in l. in bonæ. & in l. admonendi. vbi idem dicit d̃ fuga: de qua vide: quod dixi s. ti. prox. §. 2. super verbo, violenta. d̃ vno teste, & de comparatione literarum, & idem Vin. in dec. fi. e. ti. & Gof. in Sum. ad fi. j. col. hoc etiam no. s. de proba. §. fi. ver. tertium.
d Ver. vl. ¶ de prob. alle. s. ante ver. reus verò.
e §. sanè. ¶ Vide, quod ibi not. & supra de offici. iudic. §. vltima. ver sic. vj.

criminalis,non est deferendum à iudice, C.de prob.l.fi,ext.de iurei.c.fi. quia ibi debent esse apertissimę probationes, C.de dolo,l. dolum.& 2.q.8.sciant.& 23.q.4.est iniusta. Si tamen vna pars de
a fert alij,tenet delatio ob inopiam probationis factaª,etiam si de illo crimine transigi non possit:quia non ita hoc confiteri videtur
b sicut in transfatione:imò negare videturᵇ. Si verò ciuilis est, aut
6 est ciuilis & famosa,aut ciuilis & non famosa.†Si ciuilis,& famosa,vt actio doli,furti,iniuriarum,& quod metus causa, in quibus fit quis infamis de iure & ex sententia,etiam si ciuiliter sit actum, vt ff.de his,qui no.infa.l.j.& j.de pœ.tem.lit. &c. mulier nomine ventris in possessionem missa condemnatur ad restitutionem illorum bonorum,quorum possessionem per calumniam habuerat,ff.eo. Notatur & in crimine expilatæ hæreditatis:sc.cum quo quis condemnatur,quia bona iacentis hæreditatis alibi exportauit,C.ex quibus causis infa.irrog.si te hæreditate. In his enim priuatis criminibus sequitur condemnatum infamia iuris. de hoc secundum Vinc.ext.de simon.ex diligenti.& j.de poen. teme. litig. & de sententia.§.videndum. In his,inquam,casibus non defertur iuramentum,quia ibi plena probatio exigitur,vt in præ.l.dolum & ff.quod met.causa,metum autem.& ext.de iur.c.fi. Si autem sit ciuilis,& non famosa,subdistingue:quia aut est magna & ardua, aut est parua:si quidem est ciuilis,& non famosa,& magna,non ẽ de facili deferendum,ff.de leg.tut.legitimos. Si verò sit parua,relinquitur iudicis arbitrio,vt procedat,inspecta qualitate personarum & consuetudine regionisᶜ. Qualitate personarum:vt si quis non habens in bonis.xx.solidos,petit ab aliquo mille libras. hæc enim causa est magna respectu petentis. Vel si inter aliquos magnos Comites agatur super decem solidis. hæc enim est minima respectu personarum. Consuetudine regionis,vt in oleo & vino & similibus,quæ plus valerent in vno loco,quàm in alio, vt in Prouincia de oleo,& de vino in Francia,quàm in Anglia,melius forum habetur. Et ita his à iudice consideratis defertur iuramentũ
7 vel non,ext.de off.del.de causis.†Si verò sit causa merè spiritualis,putà monachatus,vel matrimonij,tunc iudex fortè nequit deferre iusiurandum ob defectum probatiõis. Si autem non sit merè spiritualis,tunc fortè potest,secundum Vin. Sed nec appellanti est indistinctè deferendum iuramentum,licet pro eo sit præsũptio:sed tunc demum,cùm inspectis personarum & causę circunstantiis hoc faciendum videtur,extr.de testi.Romana.lib.6. Item etiam propter enormitatem delicti rei defertur iusiurandũ actori,si non possit ablata probare,C. Vnde vi,si quando. extrà.quod me.causa,c.fi. ¶Tertium quoq; est attendendum.quis sc.meliùs sciat veritatem. Hinc est,quòd ei,de cuius facto agitur, præcipuè est deferendum,ext. qui ma.acc.pos.videtur.ibi,qui enim meliùs admittuntur,&c.& ff.rerum amo. Marcellus. §.fi. In alieno enim facto non defertur,ne cogatur anceps subire periurium,vt ibi & ff.de in litem iuran.videamus.in prin.& de iur.iusiurandum. §.2. ¶Quartum etiam considerandum est,s.qualitas personarum, in præd.§.sanè.s.quis melior,quis dignior,& quis præstantior videatur,vt illi deferatur,vt in præ.l.legitimos. sicut alias in electione hæc omnia spectantur,8.q.1.licet.ext.de off.cust.c.fi.de ele.ecclesia nostra.2.& c.dudum.j.& in testibus illud idem,ext.de test.in p̃sentia.& c.Romana.lib.6 4.q.3.ver.testium.ff.fa.ercis.si quæ sũt. ff.de fide instr.l.ij. His concurrentibus locus est,vt iudex iuramen
8 tum deferat,vt in §.sanè.¶†Sed cui defertur priùs,actori,an reo Resp.dicunt quidam,quòd ei,qui meliùs probat:ar.ext.de prob. ex literis.& c.licet.prope fi.vt quia actor probat per vnum testẽ, reus nihil:ei ergo deferatur,ne probatio sit sibi inutilis: quod cẽ non debet,vt ff.de leg.j.si quando.in prin.& hoc puto. alij, quòd reo:quia cùm actor non plenè probat,reus debet absolui, vt ext. de iur.c.fi.§.sanè. Iura enim promptiora sunt ad absoluendũ, quã ad condemnandum,vt ext.de prob.ex literis.ff.de act.obli. Arrianus.ext.de fide instr.inter dilectos.in fi. Vel dic,quòd hoc per iu
9 dicem expedietur,cui s.deferatur, vt in §. sanè. ¶†Quid si actor habet vnam præsumptionem,& reus aliam,vel vterque semiple
d nè probat?tunc dic,reo deferendumᵈ: quia promptiores sumus ad absoluendum, & in dubiis melior est conditio possessoris, vt C.de cond.ob tur.cau.l.1.Inst.de interdict.§.commodum. Alij dicunt,quòd est locus gratificationi,arg.ff.ad Syl.si quis in graui.§. sed cùm omnes.& ff.de bo.aucto.iud.poss.si non expedierit. Tertij dicunt,quòd actori:quasi in iudiciis fauorabilior sit,ff.de iud.si quis intentione.& l.solemus.ff.qui satis.cog.de die. Quarti dicũt hoc casu nulli esse deferendum,quia tunc demum ad hoc recursus habetur,cùm aliæ probationes desunt:ar.ext.de prob.c.ij. Sed
e prius dictum verius estᵉ. ¶†Quid si actor fundat intentionem
10 suam per duos testes,& plenè probat, & reus exceptionem suã peremptoriam per vnum,nunquid defertur reo? Resp.non:imò condemnabitur,& ad solutionem iuris remediis vrgebitur,vt C. de ac.& ob.negantes.& ar.ff.de prob.cùm de indebito.in prin.ff. de test.ob carmen.& l.3.ibi,alias numerus,&c.quæ sunt 4.q.4. §.

f item in criminali hoc plenè prosequere,vt ext.de iurei.c.fi.ᶠ¶†
11 Quid si timens, ꝙ iudex deferat iusiurandum reo ex officio suo vt ext.de iurei.c.fi. præcludere vis sibi viam,dicendo, eum tibi eẽ suspectum,ff.de re mil.non omnes.§.à barbaris. Vtrùm autem in prætoriis stipulationibus iuretur in litem,no.secundum Rofr.in
g li.in ti.de prætoria stipulationeᵍ. In summa no.quòd is,ad quem negotium proprio nomine spectat,iusiurandum deferre potest: procurator verò non,nisi in tribus casibus: putà,si habet ad hoc speciale mãdatum:vel,si sit datus,velut in rem suam:vel,si habet
h liberam & generalem administrationemʰ:& cùm prelatus hanc habeat,potest deferre. quæ prosequere in Summa do.mei e.ti.§. si quis potest. versi.in reb.& seq. Quæ autem hîc desunt,vide j̃.in ti.de iureiurando.

ADDITIONES.

a Facta. ¶Nec appellat delator,si ille iurauit,& obtinuit:de hoc,& quid de relatore,scripsi de iur.c.fi.super j.gl.
b Videtur. ¶Vide,quod scripsi de iur.c.fi.in glo.vt modica ver.sed quid dicemus.& versi. iste si tamen.hucusque fuit vltimum verbum Vincen.in præ.dec.vlt.
c Regionis. ¶Vide in gl.ad quam remisi s̃.versi.,prox. hæc quæ sequuntur in prin.ipsius gl.
ADDE ad ver.sequentem ibi,si non sit.ibi,vel matrimonij. adde dist.gl.in c.mulieri.extrà de iure. licet ibi do.Ab.Sicul.post Host, teneat contra ipsam glo.& forsitan minus bene:quia causa ardua est,& negari non potest. præterea in hac causa non est recedẽdũ à seueritate canonica,vt in c.fin.extr.de transact.ideo non potest per arbitrium expediri,c.causa.extrà de in integ.rest. delatio autẽ huiusmodi iuramenti est potiùs de ęquitate:ergo,&c. Multa alia quæ pro hac opi.dici possent,quæ breuitatis causa omitto. Ioan. Maria.Blon.
d Deferendum. ¶dicit Gui.de Suz.conditionibus personarum paribus.
e Est. ¶Vt etiam scripsi de iudic.in capitu.fina.in vltim.glossa, post princ.
f C.fin. ¶Distingue,vt ibi scripsi in vlt.gloss.an plena actoris & semiplena rei sint incompatibiles? & tunc procedit, quod est dictum:an verò compatibiles?& tunc posset locus esse delationi.ibi vide.
g Stipulatio. ¶in vl.col.ver.item quæritur.
h Administrationem. ¶De procur.qui ad agendum.in fi.lib.6.

ADDITIONES NOVAE.

Vide ad hoc facientia.j̃.in speculo de iureiur.
Nota ꝙ iurandum est cum manu & nõ cum alio membro, no. in c.circa.ext.de elect.li.6.& Bal.l.si minor.C.si aduersus vend.& iuramentum habet tres comites,C.de nuptiis.Auth.quod super eis.super l.imperialis.
De sacramento purgationis no.in l.si de meis.§.fi.de arb.& l.p̃senti.C.de his qui ad eccle.confu.& l.2.C.de duo.re.& l. licet.de excu.tuto.& Auth.nouo iure.C.de poena iud.qui malè iudi. & l. fi.C.de fide instr.& c.quotiens.ext.de purg.cano.& dicitur ibi ꝙ p̃stantes huiusmodi sacramentum,debent sacra tangere euangelia.in aliis autem iuramentis non consideratur hoc, sed sufficiat verbo iurare,vel aliis scripturis,nota.in Clem. j. de hæretic. vers. porro.
Nota quòd ex leui præsumptione non defertur iuramentum, no.in l.idemque.§.illud.ff.de minor.
Nota quòd in omni sacramenro semper intelligitur excepta superioris authoritas,l.imperator.ff.ad municipa.c. venientes de iureiur.
Nota quòd iuramentum habet vim sententiæ latæ,præcedentibus probationibus,l.sed & si possessori.§.fi.de iureiur.
Nota ꝙ crimen periurij non est adeo ecclesiasticum, quin iudex laicus possit de eo cognoscere & punire, Io.An.in c.cum laicus.de foro comp.in nouella.
Procurator generaliter constitutus ad causas & ad iurandum quolibet genere iuramenti in animã ipsius constituentis an possit iurare solet not.in Clem.2.de proc.& in c.quoniam ad agendum.de proc.li.6.& l.iusiuran.c.fi.cum l.seq.ff.de iur. Bar.in l.qui bona.§.si alieno.ff.de dam.infec.
Pone statuto cauetur ꝙ sacerdotes & clerici non iurent nisi in virtute Spiritus sancti,an eorum procuratores hoc facient. Guid. de suza.per l.qui bona.§.penul.de dam.infe.
Cui potius debet deferri iuramentum, Bal.in l.qui accusare.de eden.dicit ꝙ in triplici paritate vincit reus. primò quando nil p̃batur hincinde. de quo Inn.in c.solet.de sent.exc.lib. 6. secundò quando hincinde est semiplena probatio,l.diuus.de re mili. Tertiò

tiò quando vterque probat plene:quia fauorabiliores &c.Si aūt probationes non sunt pares,ille vincit qui melius probat,vt l.fin. C.de edic.diui Adria.tol.& dic,melius probare illum cuius intentio magis consonat veritati seu rationi:de quo per Inn.in c.licet. de proba.

50 Nota ꝙ ille qui repellitur à testimonio,debet repelli ab isto sacramento,cum in hoc casu pars dicatur testis,l.quotiens.de fideiusso.&sic nō deferretur fœneratori,quia repelleretur à testimonio,vt l.si quis ad declinandam. C.de epis.& cle.Bar.in d.l.qui accusare.& D.Bar.de sal.in l.in bonæ fidei.C.de iur.& ibi Bal. & no. ꝭ.de iureiuran.

Nota quòd iuramentum quod est præstitum alicui tanquam officiali,eo deposito non debet seruari,Inn.in c. venerabilis. ext. de electio.

Nota ꝙ vbicunq; certus numerus est de substātia probationis actus qui geritur,tunc in defectum probationis nō ꝑt deferri sacramentum,vt in vltimis voluntatibus,& donationibus cā mor. de quo per Bal.in l.bonorū.C.de bo.pos.secund.tab.Item in hiis quæ sunt iudicij fundamēta nō ꝑnt stipulari ꝑ iuramentū, vt no. in l.j.C.de proc.fac.quod no.Inn.in c.innotuit ext.de eo qui fur. ordi.susce.& est ratio quia omissio substantialis formæ vitiat,l.si vnus.de testa.

Nota quòd si quis iurauit in contractu non potest contra venire nisi relaxatione iuramenti obtenta:alias incideret in periculū, quia posset de periurio puniri,l.fi.de crimine stellio.nisi forte ꝓbari posset iuramentum dolo vel metu extortum. Ange.in l.qui iuramento.qui satis.cog.

Nota quòd iuramentum super quolibet actu præstitum habet in se clausulam,si non potest ille actus valere vt agitur, valeat vt valere potest. Bar.in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.

Quod vbi mulier iurauit non venire contra alienationem fundi dotalis factam per maritum,non potest contrauenire,siue mulieri possit aliunde consuli,siue nong l.est in cap.cum contingat. de iureiurando,quam ibi sequitur do. Vinc.Item Arch.in c.quamuis.de pac.lib.6.super ver.omnino.Item Bal.in Authē. siue à me. C.ad Velleian.iuxta fi.apparatus, referendo dictum suum ad textum qui loquitur vtrum possit mulier consuli vel non.Item Hosti.in summa de iureiu.§.quando censeatur.sub §.papa etiam à iuramento.vers.sed ꝯ quia alienatio.De ista materia vide in Specu. de renun.& conclusione. vltra medium.vers.sed pone.& ver.itē beneficium iure hypothecarum.& latius de contrah.emp. §.tertio loco.per duas columnas,vbi etiam vide pulchras formas in renunciatione vxorum in ꝯtractibus virorum,& alia pulchra circa alienationem fundi dota.Contra videtur de iure ciuili,in l.si prædium.C.de iure dotium,super ver.nihil.& gl.ī l.j.§.cum autem hypotheca.C.de rei vxo.actio.super ver.sed nec alienare. In renunciatione tamen hypothecæ facta per vxor. vbi dicit se esse securam,practicatur in collegio mēi quòd sacramentum sibi non noceat,si illud reperiatur vltimum pignus.& ratio inter hanc renunciationem etiam cum iuramento,& iuramētum super fundo dotali, de qua.ꝭ.prox.potest esse. quia vbi dicit se securam nescit in quantum læditur,credens se securam.In iuramento autem facto circa fundum dotalem,scit in quantum læditur.Ex hac ratione ēt sequitur ꝙ si simpliciter renunciaret hypothecæ, & iuraret non venire contrà,non dicendo se esse securam super aliis,quòd non posset contrauenire. Idem si diceret se non venturam contra, & iuraret hoc addito, & si non esset secura,quia tunc scit in quantū læditur.

Quod iuramentum contra alias impossibilitates quam in supplendo ætatem nihil firmat de iure ciuili nec aliqua obstantia remouet.sed de iure canonico secus, Bald.in l.pactum dotale.circa princ.C.de collationib.

¶Bald.de iuramenti delatione.

¶Ex vno teste probante donationem,defert iudex sacramentū. Fallit in causa criminali:item in causa famosa:itē in causa spirituali.Item fallit,vbi non sufficiunt duo testes,vt in testamentis:quia ibi deficit ius & probatio.Itē fallit, vbi aduersarius plenè probauit.Item,vbi causa est nimis ardua.Item fallit, vbi persona est suspecta,vel ignota.G.¶Quandoque statur indiciis,& non iuramento,C.de in litem iur.l.2.§.fi.

a ¶De disputationibus,& allegationibus aduocatorum[a]. Rub.



QVONIAM testibus publicatis,& instrumentis exhibitis,partibusq; confessis,& aliis, quæ ad factum spectant,peractis,est iuris allegationibus insistendum, vt ext.de testi.in causis.& de postul.bonę.j.ideo,&c.Vel

b sic[b]:Postquam de probationibus facti,quæ fiunt per testes,vel instrumenta,vel aliis modis,plenè discussimus, consequens est, vt de probationibus iuris,quæ fiunt per aduocatos,s.de allegation. aliqua subnectamus. Et licet ꝭ.de aduoc.§.nunc de exordiis. & §. hic docendum.de arengis.& propositionibus plenè dixerimus, hic tamen specialiter de allegationibus,quæ in finitione litis fiūt

c dicemus,& ad aliqua specialia descendemus. Videndum[c] est igit, quid sit allegare:quis ordo in allegando seruandus est:qualiter ē allegandum:& qualiter allegationibus respondendum:quid pertineat ad officium iudicis allegationes audientis.

ADDITIONES.

a ¶Pileus sui operis parte 4.posuit rubricam,qualiter aduocati debeant allegare,& quis primò?¶Tanc.parte 3.in fi.posuit rubricā, de allegationibus,& respōsionibus.¶Aegi.fecit tres rubricellas allegatio actoris,allegatio rei,publicatio aduocati actoris.¶Totus libellus Vber.de Bob.fuit disputatorius actoris & rei, vel aduocatorum suorum:& per consequens sic.¶Io.de Deo,specialiùs tn̄.adaptat huic rubricæ pen.& vl.resp.lib.j.Cauil.in li.aūt Iud. parte prima,& secunda tractat de disputationibus super testibus: reliqua vide super Rubr.de aduocat.

b Vel sic.¶Secundum Tancredum, vbi ꝭ.

c Videndum.¶Omnia ista membra fuerunt Tan.& vnum plus posuit ante vltimum,s.quod sit officium allegantium? quod auctor putauit non necessarium.

¶Quid sit allegare.

1.§.Allegare seu disputare, est intentionem suam per probationes in iudicium deductas ostendere,& eam iuribus asseuerare,& colorare, ix.q.3.aliorum.23.q. vlt.conuenior.ver.allegatur.ext.de fide instr.inter dilectos.& de

a re iud.abbate sanè.libr.6.& de conces.præb.quia cunctis[a]. Quòd autem disputationes huiusmodi & allegationes fieri debeant sup

b testibus & actitatis,probatur in auth.de test.§.quia verò multi[b]. & §.nam partes.ext.e.in causis.de elec.dudum.j.&C.de testi.auth. si dicatur.in fi.& in præ.ver.allegatur.Ideo autem dixi,Per probationes inductas.nam cùm ex facto ius oriatur, vt ff.ad l. Aquil. si ex plagis.§.in cliuo.& ff.de act.& obl. l.obligationum.§.ex facto. & ff.de iure codic.quidam referunt.ver.nullus.ext.de eccl. ædif. c.pen.ext.de spon.de muliere.nisi sit fundamētum facti, nullum bonæ allegationis potest ædificium supponi, vt j.q.j.cùm Paulus. ext.de presby.non bap.veniens.nec clientulus poterit vllum de allegationis nitore habere subsidium, vt 9.quæstion.3.aliorum. Licet enim per subtiles allegationes & cauillationes lis quandoque indebitè protrahatur, vt ff.de ver.sig.ea est natura.& C. de iudi.rem non nouam.& l.properandum.& ext.de exce.pia.in prin. lib.6.& C.de iur.cal.l.2.prope prin.tamen finaliter iustitia & veritas sub æquo iudice valet,& inualescit, vt 25.q.9.graue. 8.dist.cōsuetudo,& in præ.l.properandum.§.j.Ar.contrà C.de aduoca.di

c uer.iud.aduocati[c].

ADDITIONES.

a Cunctis.¶eo.lib.

b Multi.¶Ver.si verò.& ibi no.

c Aduocati.¶Cesset contrarium,si intelligatur de aduocatis,q sua subtilitate iustam reportant sententiam:si de iusta intelligo,illud casuale.

¶Quis ordo in allegando sit seruandus.

a 2.§.Nunc breuiter[a] transeamus de ordine in allegando seruando.Et licet de hac materia dictum fuerit ꝭ.de aduoc.§.iam nunc.tamen hic aliqua specialius vtile est commemorare.Ordo igitur in allegando is est, vt aduocatus actoris primò proponat,quæ ad sui clientuli intentionem iuuandam & fundandam viderit expedire, vt j.§.prox.deinde verò rei aduocatus r̄ndeat allegatis,destruendo allegationes alterius partis, ꝑ dicta testium,vel instrumentorum,vel per confessionem,seu alias ꝑbationes,inducendo etiam pro se iura,rationes,&exempla:& allegatis per partem alteram clarè & apertè respōdendo,distinguēdo eorum iura,intellectum apertiùs exprimendo, vt j.§.post hoc ver.iuribus.ꝙ seq.sicut facit Augustinus 28.q.j.sic enim. & Papa ext.de rest.spo.literas.& de conces.præb.quia cunctis.& de re iu. abbate sanè.lib.6.ext.de translat.inter.§.sed neque.j.§.prox. ver. fundata.Præmissus autem ordo proponēdi probatur.nam actor laborare debet ad intentionem causæ suæ ampliādam:reus verò econtrà

ADDITIO.

a Nunc breuiter.¶Ordo iste quasi ad literam fuit Tanc.

Contrà ad extenuandam, 4.q.4.c.j.& ij.& ar.xxi ij.q.2. dominus. Et quòd actor priùs debeat proponere, probatur ext.de mu.pet. c.j.& iuxta regulã, qui prior appellat, ptior agat, ff.de iu.qui prior ext.de ord.cōg.c.2. Deinde si reus exceptionis se credit iuuari bñficio, alleget priùs, quæ faciunt ad fundandam & probandã suam exceptionem, & pòst actoris aduocatus respondeat, & allegationes illius destruere satagat, sicut prædiximus paulò antè. Meritò autem reus primò tunc allegabat. nam in exceptionibus probandis, seu proponendis reus fungitur vice actoris: & qui excipit probare tenetur, ff.de prob.si pactum.& l.in exceptionibus. ff.de exce.l.j. Demum si actor originaliter replicare voluerit contra allegationes rei, replicet, quod sibi videbitur sub præscripto modo cui etiam simili modo respondeatur à reo: similiter & in triplicatione, quæ datur reo, & in quadruplicatione, quę datur actori: de hoc dic, vt s̃. de excep.§.fi.

SVMMARIVM.

1 *Factum priùs constare debet, quam disputetur de iure.*
2 *Ad factum qualiter, & quando sit in iudicio accedendum.*
3 *Causa rei confessi non est tuenda.*
4 *Funiculus triplex difficilè rumpitur: & quæ non prosunt singula, multa iuuant*
5 *Intentione per facti probationes in iudicio fundata, ad iuris defensiones descendendum est.*
6 *Iudicandum est pro illo, pro quo plures bonæ fecerint rationes.*
7 *Argumenta toties sunt in iudicio repetenda, donec aduersarius intelligat, & iudex plenariè instruatur.*

¶Allegationes suas qualiter debeat facere actoris aduocatus.

3.§.Nunc videndum occurrit iuxta propositionis seriem qualiter faciendæ sint allegationes. Scias igitur quòd postquam publicatæ fuerint attestationes, & instrumenta ac aliæ probatiões exhibitæ, debet fieri disputatio super actitatis.
1 ¶†Priùs enim constare debet de facto, quàm disputetur de iure, ff.de iure codic.quidam.ext.de eccl.ædific.ad audientiam.extr.de re iud.abbate sanè.libro 6.in auth.de testi.§.si verò.ibi, in tempus disputationis, &c. quia ex facto ius oritur, vt s̃.§.j.ver.ideo autem Ideoque die ad disputandum, seu allegandum specialiter præstita vtralibet pars debet habere copiam omnium eorum, quæ fuerunt in iudicio actitata. Tunc autem deliberatione præhabita diligenti, surgat actoris aduocatus, ad quem specialiter pertinet officium disputandi, qui se habeat in surgendo, & in beneuolētiam iudicis captando, & in licentiam iudicis postulando, & eum de iustitia monendo, & in arengam faciendo, ac aliis, prout dixi s̃.de aduoc.§.nunc de exordiis.in prin.& ver. vel tali ad iustitiã. & per
2 totum, & §.hoc docendum.versi.item de iustitia.& per totum.† Quo facto, statim ad factum hoc modo accedat. nam ipse debet cām ampliare, vt s̃.§.proxi. Si enim est iudex, de cuius iurisdictione possit meritò dubitari, putà delegatus, vel arbiter, vt ext.de offic.del.cùm in iure.& C.de man.princ.l.vnica, & 2.q.6.§.quod de arbitris. aduocatus actoris incipiat, & dicat, qualiter causa fuit cōmissa, vel compromissum factum: & si necesse sit, legat, literas cōmissionis, vel instrumentum compromissi: recapiloget etiam citationes, & subdelegationes, si quæ in causa factæ fuerunt: quę omnia in promptu habeat, vt si quid ex his negetur, vel super aliquo immineat dubium, paratus sit per documenta causæ facere plenam fidem. Postmodum verò proponat, quid petitum fuerit per suum clientulum: &, si necesse fuerit, libellum prælegat ab ipso porrectum, vt xxvj.dist.bene quidem.extrà de lib.obla.c.j. Deinde verò recenseat processum: putà litis contestationem, iuramenti præstationem, positiones, & alia, quæ fiunt in causa: & maximè quæ sunt substantialia, de quibus dixi s̃.in proœmio huius secundæ partis. Hæc probantur extrà de electio.dudum.secundo, §.partibus.& extrà de prob.quoniam contra.& singula habeat in ꝓmptu, paratus ostendere, si necesse fuerit, vt prædixi. ¶†Sed & si ad
3 uersarius aliquam positionem, vel aliquid de intentione eius, vel libellum confessus fuerit, illud proponat iudici, vt iam quasi pro iudicato habeatur: imò petat sententiam, quia non est confessi causa tuenda rei, extrà de transac.præterea.2.C.de confes.l.vnica extrà eodem, c.2.& 2.qu.1.nos in quenquam. Ea verò, quæ pars negauerit, per probationes inductas satagat asserere, s.per dicta testium, vel per instrumenta, vel per priuilegia à se inducta, vel per præsumptionem, vel per iuramentum, & etiam per alia genera probandi, de quibus dixi s̃.de prob §.videndum.& probatur 22.q.j.omne, quod.& extrà de fide instr.per totum, & de præsum. illud.dicens sic: per A.& B.& C.testes, & per tale instrumentum, vel ius probatur primus articulus, qui talis est: per D.& E.& F.probatur secundus articulus, qui talis est: & sic de aliis. De hoc autem & de articulis vide s̃.de teste, §.publicatis. & §.nunc videndum. legendo, si necesse fuerit, dicta singulorum testium, nisi super articulo negato fecerit mentionem: & quātò plures testes concordes habuerit, tantò melius erit, vt lxxxj.distinctione, in omnibus. extrà de offic.delega.prudentiam.§.1.xx.distinctione, de quibus. quoniam aliàs numerus testium, aliàs dignitas, aliàs fama consentiens, confirmat rei, de qua quæritur, fidem, vt 4.quæstione 3.§. item in criminali.in princ.extrà de testibus, in præsentia. Quòd si aliqui testes discordes videantur, concordet eos, si potest, de pœ. distinctione j.periculosè.extrà de testibus, cùm tu.argumen. 11. quæstione 3.antecessor. ff.de liberis & posthu.si ita scriptum. C. de inoffic.dona.l.vnica, in authen.de exhiben.& intro.reis, §.fi. ff. de rebus dubiis, quoties. Distinguat enim tempora, modos & qualitates, & concordet scripturam, 2.quę.1.si peccauerit.super quo dic, vt in præd.§.publicatis. Item si præsumptiones, vel instrumēta faciunt cum dictis testium, alleget ea ad confirmandam testiū fidem, arg.ff.de probat.l.fin.§.1.4.q.3.ver.solam.C.de testibus, l. solam. Inducat etiam omnia iura & rationes, quæ faciūt ad id, qđ probare intendit, vt facit Nico.Papa.3.q.v.quia suspecti.vt iudex bene instruatur in causa, & simul cuncta iungat, & liget: quoniam
a qui allegat, alligat, secundum T.[a] vt omnibus simul coniunctis &
4 sibi inuicem suffragantibus, probetur fortiùs, quod intendit.†nā triplex funiculus difficilè rumpitur, extrà, de treu.& pac.capi.j.& quæ non prosunt singula, multa, supple collecta, iuuant, ff.ex quibus cau.ma.necnon.§.si quis sæpius.& ff.de pac.l.j.in fi.Inst.de o-
b blig.quæ ex consen.[b] ¶†Fundata verò intentione sua per proba
5 tiones facti, tunc ad iuris probationes descendat, allegando & inducendo leges, & canones, & argumenta, exempla & rationes, q̃ suam fulciant intentionem, sicut Papa facit ext.de iud.nouit. §.ñ igitur.extrà de noui operis nuncia. intelleximus. & Augustinus xxviij.quæstione j.c.sic enim valet.xj.quæstione 3.c.summopere s̃.§.proxi.versiculo primo: & si non habet casus expressos, argumenta & similia inducat, ff.de leg.l.non possunt.extrà de rescrip. inter cæteras.ff.de re mil.non omnes.§.à barbaris.& C. de quæst. milites.C.de prob.cùm res.ff.de neg.gest.Nesennius.ff.si cer.per.
6 lecta.ff.de excep.rei iud.singulis.¶†Studeat autem multa pro se inducere.nam pro illo iudicabitur, pro quo plures bonæ fecerint rationes, de pœn.distinctione 4.§.finis.xiij.distinctione, duo. ad fin.Instit.de adopt.§.si verò.extrà de probat.licet.in fin.lxv.distinctione, capi.j.2.& 3.de iur.& fac.ignoran.l.j. ibi, tamen si nondum satisfecisti. Deterior enim est causa eius, contra quem plures faciunt rationes: extrà de iure pat.suggestum.de re iudic.cùm æterni.in fi. 28.distinctio.de Syracusanæ. Sed & vbi plura faciunt pro aliquo, quàm contrà, pro eo pronunciatur, vt 23.quæstio.6.
c cap.vides.& extrà de iure patron.suggestum.cum suis concord.[c] licet sit argum.contrà lj.distinctione, designata.cum suis concor. Repetant etiam, & explanent argumenta sua toties, donec aduersarius intelligat, & iudex plenariè sit instructus: sicut facit Augustinus: contra Pollentium, xxviij.quæstione j. iam nunc.prope fi-
7 nem, ver.intelligis ne, quid dicam, & cætera. ¶†Quòd si plures fuerint articuli, & positiones, ita faciat super quolibet: vel si iudices sint parati, exposito facto diligenter, & repetitis sub compendio quatuordecim, quæ continentur extrà de prob.quoniam cōtra.dicat sic: Et quia scio vos gestare iura in scrinio pectoris vestri idcirco ea coram vobis allegare omitto, vt C.de testam.omniū. extrà ad appellat.sæpe. in principio. Supplico tamen, vt ea, & cætera omissa, suppleat discretio iudicantis, C.vt quæ desunt aduo. iudex suppleat, l.vnica, extrà de postul.bonę. In fine autem petat sententiam pro se ferri: petat etiam, expensas, sic dicens: Per præmissa igitur, dñe Iudex, ꝯstat luce clariùs nos esse in cāvictoria: vñ peto pro me sniām ferri, & aduersariū mihi sñaliter ꝯdenari: & expensas in lite factas mihi restitui, & restituēdas esse ꝑ vos decerni,

vij.q

ADDITIONES.

a Secundum T. ¶vbi s̃.in 3.vers.
b Ex consensu. ¶Supple, per totum.
c Suis concor. ¶Ibi no.in vlt.gl.& solue: sed contrarium, vt ibi scripsi, s.quòd in æquiualentibus singulariter & diuisim statur maiori numero: quādo verò in illis est inæqualis autoritas, præfertur quandoque minor numerus personarum: de hoc de testi.in nostra.& rationum, vt in contrariis: & est expressum ext.de elect.innotuit. Lanfran.in inferiori contrario se expediebat, dicendo, qđ plus valet, præualet, ff.de senat.emancipatum.& vide, quod not. xiij.dist.duo mala.

vij.q.i.c.felicitatis.ibi,luce clarius,&c. & iij.q.6.hoc quippe.ibi,luce clarius.& ij.q.8.sciant. Quòd petere debeat expensas,probatur C.de iud.properãdum.§.sin autem.ext.de rescr.c.si.Prædictus modus allegandi probatur in concord.quæ sunt infra vers.prædictus autem. Aget quoque sapienter,si quæ probata sunt:& per quos, colligat:& ea cum suis allegationibus in scriptis consiliariis,vel iudici tradat,vt pleniùs deliberare valeant,quia non possunt de omnibus recordari:& ad hoc extra.de elec.dudum.ĵ.titu.prox. versi. auditis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum actoris,etiam testibus roboratum,multis modis impugnari pôt.*
2 *Aduocatus rei potest,allegare,iuribus& rationibus pro parte actoris inductis, non esse exemplis,sed legibus iudicandum.*
3 *Simili per vnum inducto,& altero negante simile,cui incumbat probatio.*
4 *Allegationes partium qualiter sint in iudicio distinguendæ.*
5 *Iurium contrarietas multiplici ratione sopiri potest.*
6 *Contra ius causam perpetuæ prohibitionis habentis factum an valeat.*
7 *In medio posita sæpe ad principium & ad finem referuntur.*
8 *dictio Fortè,quandoque est nota assertionis,non dubitationis.*
Vsque dictio quandoque exclusatiuè quandoque inclusiuè ponitur.
Clausula,quidam alij,ad quid referatur.
9 *dictio Donec,dictio Amplius,& dictio Circiter,quomodo sumantur.*
10 *Vt dictio quandoque consecutiuè,non causatiuè ponitur.*
11 *Nunc dictio quid importet.*
12 *Causa cessante statuti,debet cessare constitutio & effectus.*
13 *Causa impulsiua quæ dicatur.*
14 *Argumentum à contrario non valet,vbi ius expresè contradicit.*
15 *Præpositio In,multis modis sumi potest.*
17 *Masculinum genus an possit comprehendere fœmininum.*
18 *Fœmininum an possit comprehendere masculinum.*
19 *Apostolus denegat se habere consuetudinem contentiosorum.*
20 *Alleganda in iudicio duobus versibus continentur.*
21 *Aduocatus rei,aut quilibet,quibus modis poterit soluere iura contra se inducta*
22 *Fallacijs tribus possunt omnia contraria in iure solui.*
23 *Aduocatus debet factum suum aliter,quàm actor proposuerit,asseuerare.*
Oculi Domini super iustos:vultus autem eius super facientes mala.
24 *Reus exceptionem in iudicio proponens,fit actor:& eam probare potest pluribus modis.*
25 *Allegationibus qualiter sit respondendum.*

¶Aduocatus rei allegationes suas proponere debet.

4.§.post hoc autem rei aduocatus, qui debet causam extenuare,vt s̃.§.nunc breuiter. surgat iuxta morẽ s̃.in principio præcedentis.§.vers.nunc autem. est commemoratum,& per ordinem,quæ per aduocatum actoris fuerint proposita sub epilogo repetat,seriatim ad singula per eum proposita respondendo, & audacter cuncta per eum introducta, prout poterit,destruendo:siue sit cõfessio,siue attestationes, siue instrumenta, siua aliqua suprà scripta: dicens, Dominus talis superficialiter & coloratè,sed non medullitùs visus est ostendere: ꝙ suus clientulus foueat iustam causam:sed, vt cum pace sua loquar, non debuit coram tantis viris propter salarium contra conscientiam allegando ad gehennam ædificare,extra.de restit.spol.literas.vt eccle.bene.c.vnico. Vel dic,vt s̃.de aduo.§.nunc de exordiis. Quòd verò contra conscientiam dixerit, sic ostendo:confessionem igi
1 tur dicat fuisse reuocatam,quod dic,vt s̃.de confes.§.fin.¶†Item testes,quibus actor suam intentionem fundauit,impugnet:quod multis modis facere potest,assignando contrarietatem,seu varietatem,seu mendacium in dictis eorum,si potest:vel dicat,quòd ñ reddunt causam sui dicti: vel ꝙ non respondent ad interrogata: vel non deponunt super eo, ad quod inducuntur: vel quòd sunt infames,vel aliàs inhabiles: & sic de aliis, quæ plenè prosequere, vt s̃.de teste,§.primo.Item discordet eos per impossibile, & per ꝑsumptiones,& per contraria,extrà de probat.licet.in princip.extra.de causa pos.cùm ecclesia,iij.q.ix.c.nihilominus.& c.pura.Itẽ impugnet instrumentum: quod multis facere potest, vt dixi: vel de falso arguat.quod dic,vt s̃.de instr.edi.§.postremo.¶Item impugnet præsumptionem,dicens,eam temerariam,vel leuem,vel per aliam contrariam tolli:quæ dic,vt s̃.de præsump.§.species.&
2 sic de aliis,quæ in facto consistunt,pro parte actoris inductis.¶† Exemplis quoque,iuribus,& rationibus pro parte actoris inductis respondeat,dicendo,quòd non est exemplis,sed legibus iudicandum:vt ij.q.vij.§.hoc dicto.de consec.disti.ii.reuera.versic.sed quod.C.de senten.&interloc.omnium iudic.nemo.¶Iuribus etiam respondeat,dicendo,quòd iura inducta pro similibus,non obstant:quia aliqua dissimilitudo in eis inuenitur,vt xxviij.q. j. cap. sic enim neque.in iij,col,ver.non sunt itaque.& extrà de sum.tri.
3 cap.ij.§.nos autem.¶†Sed si ego induco simile,&tu negas esse si
a mile,quæritur,cui incumbet probatio?Respon.tibi:quia vera [a] negas,ff.de probat.ab ea parte.præsertim si coloratè propono,& expressa sit identitas,seu similitudo,vt extra.de transla.inter.vers. sicut ergo.extra.de rescript.inter cæteras.in fin.¶Præterea negãdo aliquid esse simile,implicas dissimilitudinem,& ideo eam probes,extrà.de renun.super hoc.ff.de probat.filius.& meliùs,qui si. sint leg.per venerabilem,§.verum.& in præ.ver.non sunt itaque. quòd si hoc non probetur,non est simile,xxvij.q.j.nuptiarum,in authen.de fide instr.in princip.Item respondeat distinguendo,& exponendo iura,vt s̃.eodem,§.nunc breuiter.versic.ordo.& sol-
4 uendo etiam contrarietatem,vt iam dicam. ¶†Et generaliter distinguendo,partis alterius allegationes aliquas per interemptionem,vel per vim literæ,vt facit Augustinus xxiij.q.vij.quod autẽ & viij.dist.quo iure. Aliquas etiam per aliqua iura, & posteriora, & noua,vt ext.de rest.spoliat.sæpe.vij.distinct.Moyses.ff.de legib. l.non est nouum.& l.seq.extra.de homi. si perfodiens. Quasdam per veriorem intellectum,vt ix.distinctio.quis nesciat.extr. de fide instr.inter dilectos.Quasdam per rationem solam,j.distinctio. consuetudo. & ix.distinct. sanè quippe ratio. ¶Prædictus autem modus allegandi & respondendi probatur xj.q.j.quicunque litẽ. xiij.q.j.§.j.& ij.& per totum,& extra.de consuet.cùm dilectus.extra.de elect.cùm nobis olim.extra.de probatio.licet causam.de fide instr.inter dilectos.& in concord.quæ sunt in præ.ver.de ord.
5 ¶†Potest autem iurium contrarietas multiplici ratione sopiri: putà dicendo illud prius,hoc posterius,vt s̃.versic.&generaliter. & illud ius determinatur,seu interpretatur per istud, ff. de leg.& ideo.vt patet tertia. questione tertia.offeratur.quę determinatur
b quo ad possessionem mobilium,vel immobilium,per l.sciendũ[b] ff.qui satisda.& cog.extra.de maio. & obe. statuimus. quæ deter-
c minatur [c] per illam.extrà de constit.cap.fin.¶Vel illud in ordinario,hoc in delegato: qui executioni mãdata sententia functus est officio suo,vt extrà de offic.deleg.in literis.vel illud in reali,aliud in personali:& hæ duæ solutiones probantur eodem titulo, quereti.¶Vel,illud de monachis,hoc de canonicis,extr.de statu mo.
d quod Dei.Argumen.contrà extr.de postuland.ca.ij.[d]¶Vel,illud de Cistercientibus, hoc de aliis monachis, qui non sunt tantum priuilegiati.extra.de rescrip.cùm ordinem.¶Vel illud in decimis prædialibus,hoc in personalibus,vel in primitiis,xvj.quæstione j. quæsti.ext.de deci.ad apostolicæ.¶Vel,ibi erat lis contestata,hîc non,vt extr.de dolo & cont.prout.¶Vel,ibi agebatur petitorio, hîc possessorio,extra.de restit.spoliat. literas.§. nos autem.¶Vel, hoc illud expresè corrigit,extr.de consang,&affin.non debet.& ff.de leg.iij.si quis in principio.ff.verb.significationib. derogatur. extr.de iudic.venerabilis. ¶Vel,illud ius non fuit moribus vtentium approbatum,iiij.dist.§.leges.& xij.distin.diuturni.Institu.de iust.& iure,§.ex non scripto.¶Vel à plurib.& melioribus hoc ius seruatur,quàm illud,xix.distinctio.in canonicis.¶Vel, illud de rigore,hoc de misericordia,C.de iudic.l.placuit.l.distinctione,ponderet.in fin.extra.de transactio.cap.fi.xxvj.quæstione,vltim.allegant.¶Vel,illud de iuris asperitate,hoc de ęquitatis misericordia seu mãsuetudine,ob communem vtilitatem inductum,vt ext.de re iudic.abbate sanè.§.fin.libro vj.¶Vel,illud de consilio, hoc de præcepto,vt v.distinctione,§.primo,& xiiij.quæstio.ij.quod præcipitur.& cap.præ.exemplum patet.extrà de obseruat.ieiu.cap.ij.
6 item de illis.& xxviii.quæstion.j.sic enim.¶†Vel,illud ius habet causam perpetuæ prohibitionis,& ideo non valet. quod fit contra illud, vt C.de legi.non dubium.extra de testibus,capitu.secun
e do,x.distinctio. vides [e].xxv. quæstio.ij. imperialem. hoc verò ius non habet talem causam prohibitionis:& ideo tenet,quod fit cõtra,illud,ff.de vent. insp.l.ij. §. quod autem. Quidam tamen hanc distinctionem non approbant. Vnde potest dici, quod fit contra iuris prohibitionem,nõ tenet,nisi per aliud ius tolleretur: quod contingit in multis casibus:vt ecce, simpliciter vouens prohibetur contrahere matrimonium:& tamẽ si contraxerit,tenet,xxvij. quæstione j.nuptiarum.¶Itẽ sententia prohibetur ferri sub conditione:

ADDITIONES.

a Verum.¶quod ius sic scripsit de constitu. translato. super vltim. glossa,vbi videre potes,quorum fuit hot dictum.
b Sciendum,¶Nouum videtur hoc dictum,quòd authentic.determinetur per l.Digestorum:sed dic,quòd determinatur,id est,intelligitur.
c Determinatur.¶Hoc propriè.
d C.ij.¶Fateor,quòd in multis differunt,licet & in multis conueniant,vt ibi in fin.
e Vides.¶Vbi de hoc,& ibi etiam aliqua no.de inferioribus exemplis:de hoc etiam extrà de sponsa.duor.tua.

ditione:lata tamen tenet,ij.quæst.vj.biduum.¶Item sententia ex communicationis prohibetur ferri monitione non præmissa: lata tamen tenet,extrà de sent.excom.sacro.Item prohibetur,ne episcopus consecret ecclesiam in alterius diœcesi:si tamen contrà fecerit,tenet,vij.quæstio.j.episcopus in diœcesi.¶Item ne quis sine examinatione ordinetur:si tamē contrà fiat,tenet,xxiiij.distinctione,quando.¶Item præcipitur,vt de calumnia iuretur:si tamē omittatur tenet processus & sententia,C.de iur.calum. l. ii. §. sed
a quia veremur [a].& sic de similibus.¶Vel,ibi non ponitur ius,sed factum narratur.sic potest intelligi vii.q.i.præsentium.in princip. extra de re iudic.libro vi.abbate.& no.s̄.de appellatio.§.qualiter. versi.porrò.¶Vel,in principio factum narrat:in fine concordan. vt extrà de fide instrum.ex literis.extrà de appellat.secundò requi
7 ris.†Ea enim,quæ in medio ponuntur, sæpe ad principium & ad finem referuntur.vt ibi dicitur. Argum.contrà, quia non ad omnia præcedentia, sed ad sequentia interdum clausula refertur; vt extra. de donat. cùm dilecti. Item in eadem oratione contenta n̄ debent ad diuersos intellectus referri,vt extr. de baptis. maiores. §.cæterùm.Et not.quòd clausula in medio literarum posita,complectitur tantùm præmissa:sicut sunt plura negotia non se contingentia:sed si articuli sunt connexi,non refert,vtrùm in principio vel in medio,vel in fine ponatur: quia tūc, cùm aliquid prohibet in vno,etiam in aliis intelligitur esse prohibitum,quę in literis cōtinentur,vt extra.de appellat.inquisitioni.& in præ.cap.secundò requiris.& extra.de rescrip.olim.& vide,quod not.suprà de edit.
b instrument.[b]Item clausula [c] illa,Et vltra,ad modicum tempus re
c fertur, nisi aliter in libello exprimatur, vt extrà de dilat. literæ. ff.
8 de ver.sig.hæc adiectio.¶†Item dictio Forrè, & dictio Forsitan, quandoque est nota assertionis,& nō dubitationis:extrà de testa. quia ingredientibus.de procur.c.tuę.xxxiii.quæstione ii.admonere.cir.med. ¶Item dictio Vsque,quandoq; ponitur exclusiue, ex
d tra.de episcopo,qui.renunc.episc.c.i.[d] quandoque verò inclusiuè,vt xciii.distinction.à subdiacono.¶Item clausula Quidam alii ad quatuor tantùm refertur,vt extrà de rescrip. cùm in multis. li-
9 bro vj.¶†Item dictio Donec,quandoque sumitur pro Vt, extrà de verborum significatio.Ioseph.& capit.quod dicitur.Item dictio Amplius,ad modicam quantitatem refertur.Similiter & hæc dictio Circiter,& similes,extra.de verborum significatio. cùm inter vos.ext.de despon.impub.c.fin.¶Item Diutius,extenditur ad biennium,vel quinquennium,vel arbitrium boni viri,ext.de ꝺiu.
e lepr.c.i.ff.de pac.quod dicitur[e].¶ Item Maximè,quandoque po-
f nitur pro Tantùm,vt ext.de fil.presb.ad abolendam.[f]¶Item Mox, ponitur quandoque pro Incontinenti, ff. de testamen. hæredes palàm.in fin.extra.de elect.quia propter. & cap. cùm post.quandoque pro spatio decem dierum,ff. de constitut. pec. promissor. quandoque pro anno,xx.quæstione ii.si in qualibet.&capitul.puella.quandoque pro triduo,C.de iudic.cùm specialis.¶Item qualiter intelligatur Celeriter,habes extra.de loca.& con.ca.fin. ¶Item de verbo Statim,ff.de damno infecto,damni.§.Sabinus.& ff. de solu. quod dicimus.¶Item de verbo Quamprimum, ff. de administ.rer.ad ci.pertinen.l.ii.¶Item de verbo,sine dilatione,in au
g thentic.vt nulli iud.§.illas [g].¶†Item dictio Vt,quandoque poni
10 tur consecutiuè:& non causatiuè,C.de seruitu.& aqua,lege prima,& i.quæstione i.benedictio.cum suis concor.¶Item per clausulam Vocatis, qui fuerint vocandi, debent vocari omnes, quorum interest,extra.de iudiciis, exhibita. ¶Item qualiter intelligit clausula illa,Quantum de iure poteris.habetur extra. de rescript. causam,quæ.¶Item clausula illa,Quantùm de iure poterimus,ꝓcedemus,semper ponitur post peremptorium, vt patet extra. de in integ.restitut.tum ex literis.fin.de dol.& contum.cùm dilecti. ¶Item de aliis clausulis vide s̄. de rescrip. præsent. §. ratione for-
11 mę.¶†Item dictio Nunc,importat,vt quid sine dilatione fiat,C. de inoffic.testamen.sancimus.§. cùm autem quis. versicul. sancimus.xxviij.quæstione j.iam nunc.¶Itē de verbo Tunc,ff.de cōd. & demonst.l.iiij.&l.si is ita.¶Item quæ hîc desunt,vide in Repertorio in titul.de verborum significatio.& in tit.de rescript. ¶Vel talis auctoritas sic debet ex vi literæ intelligi,vt in prę.§.cæterùm Argumen.contrà j.quæstione. j.Marcion.ext.de verborum signi
h ficatio.intelligentia.& capitul.præterea [h].¶Vel ibi interrogatio posita non infert negationem,sed potiùs difficultatem,vel raritatem:not.de pœn.distinctione j.§.quod autem.ver.sed huius.& §. sequen.& sic intelligitur xxxij.quæstio.ij.quid in omnibus.Quandoque verò negationem infert,vt extr.de elect.venerabilem. ꝓpe princip.ibi,nunquid enim,&c.& ver.quod autem.¶Vel,illud vetus,hoc nouum:quod soluere non valet ouum:putà olim licitum erat episcopis deponere episcopum in cōcilio,vt ij. quæstione i.primates.hodie non,vt ii.quæstione vi.ideo.& iii.quæstione. vi.quamuis.& capit.seq.extr.de offic.leg.quod translationem. & s̄.ver.generaliter.¶Vel,illud est priuilegium,hoc ius commune, vii.quæstione. i.petiisti.iii.distinct.priuilegia.xxviii.quæstione. ii. non exēplo.de regularib.quia in insulis.¶Vel,illud est priuilegium personale,hoc reale,extrà.de inst.cap.pen.extr.de verb.signifi.abbate.xxv.quæstione ii.§.fi.¶Vel,illud, vbi timetur scandalū, hoc vbi non timetur,l.distinctione,vt constitueretur.extr.de cle. excommunicato,latores.¶Vel,illud vbi quis plus,seu pluries deliquit:hoc,vbi semel,vt C. de episcop.aud.nemo.xxv.q.ii.ita nos. extrà,de iudi.cùm non ab homine.¶Vel, ibi Papa loquitur magi
i straliter[i],hîc papaliter.¶Vel,ibi de comparatiua promissione,hîc de iure,extr.de spon.cap.ii.in fi.¶Vel,illud in foro animæ,hoc in iudiciali,extr.de senten.excom.inquisitioni.&extra.de spon.tua. ¶Vel,illud statutum fuit ob necessitatē,quæ nunc cessat:hoc absque vlla necessitate,i.quæstiōe vii. quod pro remedio & quæst. i.quod pro necessitate. extra. de elect. cùm in cunctis. in princip.
12 †¶Vel,illud statutum fuit ex causa,quæ nūc cessat,ideoque cessare debet constitutio,vt extrà.de iureiuran.& si Christus. vbi de
k hoc,& de renun. post translationem. §. cæterùm [k]. quod verum est in causa finali,vt ff.de cond.ob turp.caus.l.i.&.ii.C.de cond.ob causam,l.dictam.non in impulsiua,vt no.in præd. decre. ¶Causa autem finalis est,cùm constitutio ob fauorem inducta est,vt cùm in fauorem condemnati statutum est, quòd possit à grauamine appellare: & sic est causa finalis. Cessante ergo causa tali, scilicet grauaminis,cessat ius,extr.de appellat.cùm cessante.ext.de voto, magnæ.in fin.Sed contrà xxxii.quæstione vii.cap.fin. vbi dicitur, quòd licet aliqui iungantur matrimonialiter causa prolis habendæ,& sic est causa finalis,non tamen separantur,licet prolem nequeāt procreare.Sed illud speciale est in matrimonio,sicut & alia multa,quæ not.extr.vt lite non contest.cap.j.¶Vel dic,quòd nō semper illa est causa nubēdi:imò quandoque quis nubit,quia nequit resistere stimulis carnis.vt extr.de eo,qui duxit in ma.Iorda-
13 næ.& xxxij. distinctio.solet. & §.præd.¶† Causa verò impulsiua est,cùm in odium alicuius aliquid statuitur: vt propter garrulitatem Calphurnię statutum est,ne mulieres postulent,ff.de postul. l.j. §.sexum. Item propter fugitiuos & criminosos statutum fuit, ne clerici sine literis commendatitiis recipiantur,vt xcviij. dist. §. j.& cap. Afros & tamen extenditur ad non criminosos:quia licet causa impulsiua cesset,non ideo constitutio cessat,vt xix.quęst.ij. duæ.¶Vel,illud secundum leges,hoc secundum canones, x. dist. cap.j.extr.de offic.deleg.super quæstionum.§.intentionis. extra. de testa.filius.xxxiij.quæst.ij.inter hæc vera.¶Vel, illud statutum fuit propter magnam importunitatem petentium,&inconsultè. hoc proprio motu & cum deliberatione.extr.de pur. can.c. cùm in iuuentute.prope fi.de rescrip.si quando.C.libro x.de petit.bo.
l sublat.l.j.de pœ.distin.j.importuna [l].¶†Vel, non obstat sensus in
14 de à contrario sensu sumptus,cum in hoc casu ius expresè contradicat: & argumentum à contrario non valet, vbi ius expressè contradicit,vel est contra bonos mores,vt C.de condi.insertis,l. ij.C.de iurisdict.om.iud.nemo.C.de episc.& cleric.conuenticula licet aliàs sit validissimū,ff.de off.eius,cui man.est iuris.l.j.extr. de reg.&trāsl.ad rel.cū virū.ext,d̄ his,q̄ fi.à p̄l.fin.cō.ca.cū apostolica. in fin. 8.q.j.sciendū.xxiij.q.ij.sanè.quod facit ad hoc xxxvij.distin. relatum

ADDITIONES.

a Veremur.¶Et de iur.calum.cap.j.§.j.libro vj.
b Instrumen.¶§.nunc autem videndum.vers. item excipe. & vide quod infrà dixi.
c Item clausula.¶Hucusque ad ver. vel talis. principaliter ponit de verbor.sig.de quo satis Azo in brocar. sub rubrica, de verborum effectu & significatione: sed hodie habentur de hoc volumina per alphabetum ordinata.
d C.j.¶Et ibi plenè de hoc scripsi super j.gl.
e Dicitur.¶De hoc dixi de fide instru.c.fin.
f Abolendam.¶De hoc dixi super gl.hoc ideo.
g Illas.¶Et ibi de hoc.
h Præterea.¶Solue,vt ibi no.in gl.ij.
i Magistraliter.¶De resti.spo.literas.versic.nos autem.& ibi no.in glo.ij.
k Cæterùm.¶Vbi de hoc in glo.argum.est hoc:vide,quod ibi dixi, & ibi plena remissio,& in regula, decet concessum.de reg. iur. libro vj.
l Importuna.¶Vel ibi gratia petita,hîc proprio motu data:de præben.si motu proprio.& cap.si pluribus.libro vj.

a relatum a.¶Et breuiter dic b,quòd quando Si, vel Quia ponitur
b in modum causæ,tunc valet,& fortissimum est argumentum à ɔ
trario sensu sumptum,vt in præ.l.j.de off.eius, cui man. est iurisd.
ff. de iure pat. adigere. si verò supponitur pro Quando, id est, in
vim modi,tunc non semper valet:& ad hoc facit extra.de verb.si
c gni abbate c.¶†Vel In.ponitur pro Valde,vt extr.de fideiuf.cap.
15 j.& ff.de lib.& posth.Gallus.§.ille casus.in authen.quom. opor.
episc.§.quanta.ibi,irreprehensibilem,id est valde reprehensibilē.
Quandoque verò ponitur In,pro Sine,vel Non,vt in authentic.
Colla.ij.de incest.nupt.§.& hoc quidem.ibi,innoxium.& de fide
instr.respon.ij.ibi,innumeras.& ff.de cond.indeb.frater à fratre.i-
d bi,indemnis.& extrà de rescrip.præsenti.in fi.ibi,impune d.quan-
doque pro Malè,in auth.de iud.§.quia verò. ibi, incautum, id est
malè cautum.quandoque ponitur pro Vt,ff.de cond.fur.l.j.quan
doque pro Propter,vel pro Circa,ff.de triti.in hac. secundum v-
nam literam,id est,propter,vel circa hanc.quandoque pro Con-
trà,vt C.lib.x.de fide instr.& iure hastæ fisc.l.duplex.& ii.q.j.si pec
cauerit in te.id est,contra te.quãdoque pro Non,vt xl.distinctio-
ne,si Papa innumerabiles.& extrà de sent.excom.Romana.§.fin.
ibi,innoxios.libro vj.& xxv.distinctione,§.nunc autem.ibi,irrep-
hensibilem.xliij.distin.sit rector.in principio. ¶Vel,licet contra-
dicant sibi,quo ad superficiem,seu corticē literę,non tamen quo
ad medullam,seu radicem mentis,j.q.j.Marcion.de consec.distin-
ctio.iiij.nullus autem.ibi,heretici scripturas habent ad speciem,id
est superficiem,non ad salutem,id est medullam. ideoque distin-
guendum est,vt concordet scriptura,ij.q.j.si peccauerit.xxix.dist.
capit.j.& ij.¶Vel,illud est comminatio,quæ non habet vim sen-
tentiæ,hoc verum ius est,C.commina.vel epistolas,l.j.& per tot.
¶Vel,illud est canon latę sententiæ,xvij.quæstione iiij.si quis sua
dente.hoc dandæ,xxx.distinctione,per totum:quod exemplifica,
vt no.in Repertorio sub tit.de senten.excommunicat.in rubrica,
casus, in quibus quis est ipso iure excōmunicatus, & in titulo se-
e quen.e¶Vel,ibi supplendum est Maximè,vel Tantùm:& sic non
f contradicunt f,vt extrà de exceptio.aduersario.ibi,tempore mo-
tæ litis.& de conuer.coniugatorum.charissimus.¶Vel,ibi expo-
nitur Præsertim,scilicet Tantùm,vt extrà de dolo & contuma.c.
g finem.secundum quosdam g. ¶Vel,ibi non respondetur ad quæ
stionem propositam,hîc sic,prima quæstione quarta, quia præsu
latus.& extrà de officio delegati,prudentiam.in principio.¶Vel,
vnum ius tantùm dicit illud,hoc plura asserit,vt vigesima distinc-
tione,capit.de quibus.in fin. extrà de officio delega. prudentiam.
prope principiū.lxxxj.distinctione,in omnibus.& in concordan.
quæ sunt suprà §.proximo,versicul.studeat autem.¶Vel, hoc ius
efficacioribus rationibus fulcitur,quàm illud, vt in eisdē concor.
& extrà de re iudica.suborta.¶Vel,illud obscurè dicit,hoc clarè:
quarta distinctione,erit.¶Vel,illud loquitur indistinctè, hoc ve-
rò cum distinctione,ext.de fer.capellan°.¶Vel,illud ius vagatur,
tanquam incertum,extra corpus iuris, hoc in eo clausum est, ex-
trà de fide instrumentorum,capit.pastoralis.& in procem.Decre
tal.§.sanè.¶Vel,illud loquitur in tali casu,hoc in tali,de pœn.di-
stinctione prima,§.quod autem.versiculo, sed huius.& §.potest
etiam.& infrà versiculo,vel tale.extrà de his,quæ fiunt à prælatis
sine consen.ca.c.cùm apostolica.extrà de translatio.inter corpo-
ralia,secunda.quęstione prima,si peccauerit.¶Vel,illud secundū
consuetudinem vnius ecclesiæ, hoc secundum consuetudinem
alterius,extr.de decim.cùm sint homines,lxxvj.distinctione,cap.
vtinam.extra de sepult.certificari.de consuetudine, c.cùm olim.
vndecima distinctione,ca.in his.argum.contrà xij.distinctione,il-
h lud h.¶Vel,illud generale hoc speciale,extr.de rescript.ca.j.&ca.
pastoralis.ff.de reg.iur.in toto. ¶Vel, illud speciale est in fisco, ff.
ad muni.simile.argumen.tamen contrà ff.de pe.hæred.l. j.prope
i princip.C.de iur.fisci, iustas.& ff. eod. i item venit.super quo dic,
quòd si lex,quæ in publico loquitur,ponit ius commune,tunc trahē
da est etiam ad priuatos,vt in præ.conc. & ff. quod cuiuſ. vniuer.
no.l.j.in similibus:si verò ponit ius singulare,tunc non,vt in præ.
l.simile.& similibus, & xxvj.quæstione ij.non exemplo.eo.§.ver.
vel illud est priuilegium.¶Vel,tale verbum ibi positum,sic intel
ligitur,vt extr.de transla.inter corporalia.§.sed neq;.ext. de verb.
sig.abbate.Vel,non refertur ad proximè dicta,scilicet ad precedē
tia:sic intelligo,& lego extr.de testamen.officii.in fin.versi.saluis.
extr.de coniug.lepros.cap.j.in fi.ver.quos si.& probatur extra. de
do.cùm dilecti.& de rescr.causam,quæ.de hoc s.de inst.edi.§.nūc
autem.ver.item excipe. ¶Vel illud de exceptione dilatoria, hoc
de peremptoria,extr.de excep.pastoralis.¶Vel,illud in causa cri-
minali.hoc in ciuili,vel criminali,& ciuiliter mota,extrà.de proc.
tuæ.de accus.super his.in fi.v.quæst.in criminali.extr.de regu.iur.
libro vj.¶Vel.illud ius non excludit hoc.ext.de testibus,cùm tu.
de pœ.distinctiōe prima,periculosè.¶Vel,illud de disputatione,
hoc de rigore,vt extrà, de consanguinitate & affinitate,quod di-
16 lecto.xiij.distinctiōe,nerui.†¶Vel, ibi debet exponi Vel pro Vt,
k C.de nox.ac.l.j.in prin k.¶Vel dictio illa propriè & impropriè po
nitur,vt extra.de postulan.bonæ.j.C.de Iustin.Cod.confirman.§.
si quę verò pragmaticę.C.de ser.fug.quicunque.ff.de officio pro
17 con.l. ij. ¶†Vel, ibi masculinum genus comprehendit fœmini-
num,vt ff.de iure fis.ait diuus.ita C.de fideicom.l.penult. C. vnde
l vi,si quis in tantam l.Super quo dic,quòd masculinum genus aut
profertur à lege,aut ab homine:si à lege,tunc fictione iuris com-
prehenditur fœmininum sub eo, vt quod traditur in masculo,
intelligatur traditum & in fœmina : & hoc siue tractetur de
m odio, siue de fauore, ff. de verborum significatione, l.j. m & l.
testamen

ADDITIONES.

a Relatum.¶Multos canones,in quibus procedit, & in quibus nō
procedit arg.à contrario sensu,collegit Ioan.de Deo in distinctio
nibus char.iij.ADDE glo.& Doc.in c.significasti.extrà de fo.cō-
pe.vbi habes,quando argum.à contrario procedit.

b Dic.¶secundum Iacob.de quo dixi in remiss.quam infrà dabo.

c Abbate.¶de hoc scripsi de elect.publicato.super vltim.gloss.cir-
ca fin.i.col.ibi, secundam opinionem coadiuuat,&c. habetur per
Vber.super præd.l.j.talis doctrina,quòd hoc argu. cessat, quoties
eadem ratio est in contrario,quę in prohibito:exemplum in legi
bus j.& iij.superiùs alleg.

d Impunè.¶Hanc hodie non habemus:sed habetur idē ver.de cōst.
c.ij.lib.vj.in fin.

e In ti.seq.¶Vide in cle.de sen.excom.ca.i.in gl.est sciendum.

f Contradicunt. ¶Iura, quibus fit altera illarum suppletionū. hoc
dico,quia Maximè, comparatiuè sumptum : & tamen bene sunt
contraria:facit s.ver.item maximè. Circa quod sciendum est, vl-
tra id,quod scripsi post Goffr.de causa pos.ecclesia.super ver.Tā-
tùm,s.quòd hęc dictio implicat negatiuam:nunc dico,quòd quā
doque designat quantitatem in numero,vel reportat vtrunque,
extrà de consti.cùm M.primum ibi,xiiii.præbendas tantùm,secū
dum Vber.nisi in tantum,&c.patet hoc, cum mandatur mihi tan
tum dari,vt aliis,vel vt illi,vt ibi ad fin.eo.titu.cùm omnes.de ver
bo.signi.olim.& tunc etiam ponitur relatiuè: dixit Accurs. C. de
cust.reo.l.fin. quòd quandoque ponitur in vi nominis: ad hoc in
authen.de rest.& ea,quæ pa. §. vnum si quidem.ibi, tantum tem-
pus.ad idem in authen.de defen.ciui. ad fin. Colla.iii. ibi, quantò
quis melioribus præest, tantò maior, &c. & hoc adaptatur etiam
in corporalibus,quę non consistunt in numero,pondere,vel mē
sura,extrà de iudi.nouit.ad fin.ver.ne igitur.de simo.tanta.& c. in
tantum.de excep.præla.tanta. Quando verò ad verbialiter poni-
tur, regulariter habet separare, vel excludere omnes alios casus,
vel personas:patet C.de patri.qui fil.distrax. l. ii. circa quod vide,
quod scripsi de re.iur.in arg.lib.vi.super glo.& facit ff.de pac.l.sed
si tantùm. Quandoque tamen non excludit omnes, sed certos tā
tùm,C.de præd.mi.l.ob æs alienum.cum sua gl.de iur.om.iud.l.ii.
etiam cum gl.ad idem ff.de acqui pos.l.i.§.per seruum.ii.Quando
que nec certos,ff.de verb.sig.cùm in testamento. vbi dictio Dun
taxat, extenditur, vbi testator dixit,expendat in momento centū
aureos duntaxat. Quandoque etiam designat tempus incertum,
ff.de stip.ser.si seruus communis Mæuii.§. fi. quantam pecuniam
tibi in calendis mutuauero,tantam dare spondes?

g Secundum quosdam.¶Hostien.& Ab.contrà,vt ibi scripsi: con-
cor.vide xii.dist.illud.

h Illud.¶Verum est,quòd aliquorum consuetudines non subuer-
tuntur per consuetudines aliorum, vt ibi: sed per hoc non nega-
tur quin arctentur per proprias.

i ff.eo.¶s.de peti.hære.item veniunt.§.cùm autem.& §.aptanda.

k In prin.¶decr.hoc verum,vt dicitur j.ante fi.rit.

l In tantam.¶ff.de adop.l.hoc autem.cum l.seq.ff.de iurisd.om. iud.
si quis id.§.j.& ibi materiam habes per Guid.de Suz.

m L.j.¶Ibi de hoc per Accu.& per Dy.de hoc etiam de elec.gene
rali.lib.vj.in gl.ij.per Cy.de ser.fug.l.quicunque.vbi priùs Alberi
cus antiquus doctor materiam distinxerat:& vide per Arch.ad sa-
turitatem xvii.q.iiij.si quis suadente.super j.gl.& quia quod nota
uerat de hoc Hostien.in decre.Raynaldus.de testa.in prin.ipse sa-
tis ibi collegerat,& propter materiam decre.prolixam ibi non po
suit:remissionem dedi:non tamen omittam,quò in l.quicunque.
& c.si quis suadente.propter famositatem legis & canonis, posi-
ta est per prædictos hæc famosa materia:non, quia materiam tex
tuum illorum directę respiceret:& in hoc Gui.de Suz.commen-
do, qui pertinenter posuit , vbi s. licet etiam per eum aliquid de
hoc habeatur super l.quicunque.

ADDITIO.Adde tu omnino videndum Bar.Soc.in suo tract.fal
len.in regula cclv.vbi ponit regulā affirmatiuam,q̃ limitat pluri-
bus modis:& vide per Hippo.de Marf.sing.xx.incip.masculinum
genus.& singul.xxxix.incip.capias vnum.& sing.cxcj.incip. sæpi-
ùs iam dixi.Henric.Ferrand.

testamento.& ff.de constit.pecun.l.j.§.j. ff.de negotiis gestis,l.iij. §.j.& hoc,nisi id,quod constituit in masculino,tale sit,quod non
a congruat mulieri:nam tunc non comprehenditur [a]. Vnde procurator est,qui negotia domini mandato administrat,vt ff.de procurat.l.j.Sed non est procuratrix,quæ mandato dñi negotia admini-
b strat,ff.de procura.l.j. [b]quia hoc virile officium est,C.eo.alienam. ff.eod.l.neque. Licet sit arg. contrà extra.de confir.vti. vel inutil.
c cùm dilecta.§.quia verò [c]. Idem est in multis casibus,quos not.supra de procur.§.j.versi. regulariter.Si verò profertur ab homine, putà à testatore,aut tractatur de odio, aut de fauore: si de fauore, putà de legatis,de tutoribus dandis,& huiusmodi,tunc iuris interpretatione sub masculino comprehenditur fœmininum,ff. de lega.iij.qui duos mulos.& l.seruis legatis. si de odio,putà de exhæredatione,tũc non,ff.de vent.in pos.mit.l.j.§.j.& est ratio,quia fauores ampliandi sunt,& odia restringenda,ff.de liberis & posthu.
18 cùm quidam. ¶† Verùm licet sub masculino comprehendatur fœmininum,non tamen hoc contingit econtrà.hoc enim perniciosum esset exemplo,ff.de legat.ii.si ita scriptum sit. Masculus enim dignior fœmina est,ff.de statu homin.in multis.extr.de pœ. &remis.noua.Vnde honestius est,minus dignum sub digniori cõprehendi,quàm econtrà,ff.de acqui.rer.do.l.i.C.de transact.l.fin. de consec.eccl.vel altar. quod in dubiis.extra.de rescrip.sedes. In casu tamen speciale est fauore matrimonii,vt sub fœmina masculus comprehendatur.Nam lex Aelia Sentia,quæ prohibet patronum cogere libertam iurare,ne nubat,locum habet etiã in liberto,ff.de iure pat.adigere.in principio,& l.qui contra legem.Posita quoque vna solutione,seu responsione,potest poni & alia, vt extra.de resti.spo.literas.& poterit tunc vti verbis Hieronymi su
d per Euangelium, quod legitur in festo Innocentium [d]: posito enim ibi vno intellectu, subiicit sic: Possumus locum istum & ali-
19 ter consolari,†propter contentiosos, quorum consuetudinem Apostolus denegat se habere.Sunt enim quidam curiosi, qui de illis,quæ non expediunt,facilè disceptant,vt extra.de sen.& re iu.
20 abbate sanè.prope fi.lib.vj.†Et generaliter omne contrarium facilè solues,si attendas.quæ his versibus continentur:

Causa,locus,tempus,persona,rigor,nouitásque,
Antiquum,bonitas,veto,consulo,præcipióque;
His si iungatur permissio,ius variatur:

quasi omnia, quæ in primo versu continentur, probantur xxix.
e dist.c.j.ij.& iij.[e]& xiij.distin.sicut. Causa,vt in neophyto,xliij.dist. c.j.& ij.& in promotione monachorum ad sacerdotium,& ad curas animarum:quod ex causa, scilicet propter penuriam clericorum,obtinuit tempore Gregorii,lv. distinct. priscis. Locus, vt in Orientalibus,vt xxxj.dist.aliter,& c.quoniam. & c.Nicæna,extra. de cle.coniug.cùm olim.Tempus, vt in vxoribus Abrahæ, xxxij. q.iiij.obiiciuntur.& in matrimonio in tertio & quarto gradu contrahendo:quod ex causa ad tempus concessum fuit Anglicis,35. quæ.iij.quod scripsi. Persona, vt in Ambrosio neophyto electo, vt lxiij.dist. Valentinianus.lxj.dist.§.his omnib.vt vii.q.i.petisti.Rigor,vt presbyter post lapsum deponatur,vt lxxxii.distinc. presbyter.iij.q.vii.si quis.l.dist. ca.j.& ii.j.ver.prox.Nouitasque,vt xxxv. q.iij.quędam.extrà.de diuor.cap.fin.Antiquum,vt xxxv.q. viii.de gradibus,ff.de ritu nupt.diuus.aliàs incipit,qui in prouincia.argumentum contrà,extra.de eo,qui dux.in ma.quam pol. per adult.
f cùm haberet.extra,de consue.c.fi.[f].Bonitas,vt in hæreticis,j.quæstio.vii.conuenientibus.Veto,vt xiiii.quęst.i.quisquis.vt de vxore non dimittenda excepta causa fornicationis, xxxii.quæstio.i.dixit.& quæstione v.præcepit.& de non accedendo ad aliam,vt ea. causa,quæst.vi.non mœchaberis.Consulo,vt xxiii.quæstione j.§. i.in prin.ibi,sed si quis te percussit in vna maxilla, &c. & de vxore post fornicationem reconcilianda,xxxij.quæstio. i. quod autem. & de continentia capienda,vt ea.q.integritas. & xxxiii.quæst.v.q sitit.& de non dimittenda coniuge infideli cohabitare volente, xxviii.q.i.iam tunc.& c.sic enim.Præcipioque,vt Diliges dominũ Deum tuum,vt iii.distinctione,omnis.in fin.& xxvi.quæst.v. nec mirum.in fi.& redde debitum vxori petenti,xxx.q.v.c.i.& ii. Permissio,vt in his,qui continere nequeunt,xxviii.distinctio. de his. & concubitu coniugali,qui fit causa incontinentię,qui permitti-
21 tur,vt grauiora vitentur,xiii.dist.nerui.¶†Item nota,quòd quædam iura loquuntur secundum iustitiæ rigorem, vt de peccante post baptismum acta pœnitentia non promouendo,xxv. distinctione,primum.xlviii.dist. quoniam.de criminosis post pœnitentiam tolerandis,i.qu.v.c.i.& fin.l.dist.ponderet.xxxiiii.dist.fraternitatis.Item quædam sunt datæ sententiæ,quędã dandę,vt s̃.Hæc igitur illa canonum varietas,de qua dicit Isidorus,quòd ea ignorata,& medullitus non perscrutata, multi in erroris labyrinthum intrando impingunt,vt xxix.distin.cap.i. His igitur modis potest aduocatus rei, & quilibet peritus facilè soluere iura contra se in-
22 ducta.¶†In summa nota,quòd ferè omnia contraria in iure per tres fallacias soluuntur:scilicet per fallaciam æquiuocationis,accidentis,& secũdum quid,& simpliciter,siue per aliter,& per sim
g pliciter aliud,& per secundum aliud [g]. De fallacia æquiuocationis tale est exemplum.Dicit lex,quòd mãcipium,quod est in causa redhibitionis,debet emptor exhibere,vt C.de ædil.ac.l.fin.Sed contrà:quia si mancipium emptum,quod erat in causa redhibitionis,mortuum sit,non debet exhiberi,vt ff.de ædil. edic. quòd si nolit.§ si mancipium.& l.redhibere.§.fi.imò impossibile est hoc, quia Exhibere est copiam videndi & palpandi facere, vt ff.ad exhib.l.ii.& de lib.hom.exhib.l.iii.§.ait prætor.Sol.in præd.l.de ædil. act.ponitur Exhibere,pro Probare,vt ibi no.sed in illa Ad exhibẽdum,ponitur,vt faciat copiam apprehendendi,vt s̃.dic ergo, aliter hîc, & aliter ibi. Item aliud exemplum: dicitur extra. de elect. quod sicut. in prin. quòd per nominationem non acquiritur in nominato:contrà eo.tit.cùm in iure.& cap.publicato.& xvi.q.7. contra sanctorum.sed dic, ꝙ in c.quod sicut. nominatio sumitur pro tractatu, qui electionẽ præcedit,in quo per verba de futuro nominantur diuersi:in cõtrariis verò ponitur pro expressione ꝯsensus per verba de presenti.de hoc no.lxiii.distinctio.quanto. In fallacia verò accidentis sic exemplifica:De iure naturali debet nemo cum alterius iactura locupletari,ff.de condic.indeb.nam hoc natura.extrà de pœnis,suam.sed contrà ff.de vsucap.l.iij.SOL.In specto hoc accidenti,iure naturali nemo cum aliena iactura locupletatur:sed tamen inspecto hoc accidenti iure ciuili sic: & ita aliud ibi, & aliud hîc. Item contrarietas illorum exemplorum, xvi. quæstione j.quoniam.& xij. quæstio.ii.cùm deuotissimam.soluitur extr.de his,quæ fiu.à præl.sine consen.cap.apostolica.Per simpliciter aliud in fallacia, secundum quid simpliciter, exemplifica sic:dicit lex, quòd si patronus arrogat libertum suum, consequitur libertus iura ingenuitatis,ff.de ritu nup.sciendum.ij.sed contrà ff. de sta.hom,l.fin.vbi adoptatus libertus à patrono, non consequitur iura ingenuitatis,SOL.Consequitur ea,quo ad quędam,vide licet vt nec patronus, nec filius habeat ius patronatus in eũ, quo ad successionem:& sic est ingenuus,quo ad quid,vt in d.l.sciẽdũ. sed quo ad alia,remanet libertinę conditionis,vt in l.contraria:& sic aliud hîc,& aliud ibi.Sic ergo contraria soluuntur per aliter,& per aliud,& per secundum aliud,Item aliud exemplum de secundo:aliud dicitur extrà de elect.Cumana.quòd persona electa non facit numerum:contrarium dicitur eo.ti. cùm in iure. Sed primũ obtinet de iure communi,secundum verò ex virtute cõpromissi: & ita ibi secundum aliud, & hîc secundum aliud: vel, alio modo
23 loquitur hîc,& alio modo ibi.¶†Studeat quoque aduocatus factũ suũ aliter,ꝙ actor ꝓposuerit,asseuerare, q̃buscũq; modis poterit: & tñ ipse licet nihil probet, absoluetur actore non probante,
h ext.de iureiu.c.fi.ext.de cau.pos.& prop.cùm ecclesia.prope fi.[h]

Sic igi

ADDITIONES.

a Comprehenditur.¶bene facit de statu regul.ea quæ.in fin.
b L.i.¶Communiter non approbatur hoc exemplum: quia lex ista non dicit,quis possit esse procurator,sed diffinit:quæ diffinitio caderet in fœminam,casibus,quibus dari potest procuratrix,vt sequitur.
c Quia verò.¶Illud speciale in Papa,vt ibi no.in gl.sic ergo.
d Innocentium.¶Matthæi ii.ca.& loquitur de verbo,ex Aegypto vocaui filium meum.quod habetur Oseæ xj,c.
e Et iii.¶Ideo super illa distinctione Richardus in distinctionibus suis posuerat hos casus ad modum antiquum per tractus calami vniendo:vbi etiam ad literam posuit hos versus,saluo quòd posuerat Pietas, vbi hîc est Bonitas: & nescio quare mutatum: postea Ioan. de Deo in prin. suarum distinctionum posuit hos casus solùm pro prosa.
f C.fi.¶Illud in his,quorum transgressio inducit mortale.
g Aliud.¶Subscripsi in procemio decre. super gl. quia nulla. Fran. Vercel.has fallacias ibi posuerat, qui licet alia exempla penetret, hinc remittẽdo decidit:postea ibi prosequebatur decem prædicamenta,quæ etiã non posui:quia videri possunt per Azon.in princip.suæ Summæ.illa etiam Lau.breuiter posuit,& Archid.post e-culum,l.distinctione,ferrum. Breuiter autem, exempla ipsius ad fallacias erant de decr.vestra,de cohab.cleric. circa contrarietatem. ibi,in tex.solutam.& decret.cùm apostolica.ad fi.de his, quæ fiũt à præl.aliud dabat de decret.ii.de no.ope.nun.in quantum soluit contrarium de scandalo vitando,vel non. Tertium dabat de contrario soluto in decre.statuimus.de ma.& obed,in gl.ij.
h Prope finem.¶Nec obstat ei,quòd assumpsit onus probandi, vt dixi supra de probat.§.i.supra versic.sed vbi vterque.

Sic igitur destructis, vel impugnatis, quæ per aduocatum actoris constructa fuerant, dicat ex præmissis: Domine iudex, luce clariùs liquet, quòd iniustam litem contra me pars altera mouit: quare Deo committo meam iustitiam, & vobis, & memores sitis eius,
a quod scriptum est [a]: Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum: vultus autem Domini super facientes mala, vt per dat de terra memoriam eorum. Omnis enim qui rectè iudicat, sta teram in manibus gestat, xlv. distinctione, omnis, qui. extrà de re iudic. cùm æterni. libro vj. Et qua mensura mensi fueritis, &c. ext. de accu. qualiter. j. & de poe. & rem. cùm ex eo. Vnde cùm sim eui denter in causa absolutionis, peto me sententialiter absolui, & ac tori silentium perpetuum imponi: quia semper innocẽs petit absolui, xj. quæstione prima, c. Christianus. extra de præsumpt. nullus. Peto etiam aduersarium mihi in expensis legitimis condemnari, extrà, de pœnis, calumniam. & de dol. & cont. c. finem litib.
2 in gl. mag. ¶† Cæterùm si reus aliquam proposuit exceptionem cùm in ea sit actor, vt suprà §. nunc breuiter. ipsam exceptionem confessionibus, testibus, instrumentis ac præsumptionibus proba re laboret, sicut suprà diximus de actore: & ei ab aduocato actoris respondeatur, sicut iam in reo prædiximus. Eodem quoque modo in replicatione procedatur, vt in præ. §. nunc breuiter. Et consulo tibi, quòd si potes, sis vltimus in loquẽdo: quia quæ vltimò audiuntur, meliùs memoriæ mandantur, de consec. distinctio. ij. liquidò. & verbo vltimò prolata, quæ nullo gladio percussa, nulloque telo vulnerata sunt, præstantiora sunt. nam per contradictionem res dubia efficitur, C. quibus ad liber. proclam. non licet, l. iij. Qui enim vltimò proponit, non solùm potest, quod asserit, rationibus & iuribus fulcire, ac colorare, sed etiam potest, quod ex aduerso propositum est, de colorare & annullare.

ADDITIO.

a Est. ¶ Psalmo xxxiii.

SVMMARIVM.

1 *Acta interiudicialia debent disputationes et allegationes continere, & inferre.*
2 *Allegationibus aduocatorum finitis, non est tutum vnum sine altero à iudice recedere.*
3 *Aduocatus leges allegans an teneatur dicere nomen legis.*
4 *Leges an possint in causa ecclesiastica allegari.*
5 *Papa an possit leges tollere, declarare, vel modificare.*
6 *Veritas rerum errore gestorum non vitiatur.*
7 *Imperitus contra sapientes disputans risui patebit.*

5. §. Porro aduocatus actoris, cuius allegationes si cõfractæ fuerint & elisæ, iterum surgat, & lapsa eri-
a gat, ac fatigata reparet: vt C. de aduo. diuer. iudic. aduocati [a]. Satagat igitur reædificare, & reparare quicquid rei aduocatus visus ẽ infringere, iuxta posse, & incipiat arengare, vt in præ. §. nunc de exordiis. ver. post hæc autem. ibi, vel ita nihil omnino respondere &c. & per totum: postmodum verò sigillatim reparet, quicquid rei aduocatus visus est diffinire contra eum, dicens: Stupet admodum meus animus, quomodo aduocatus ille non erubuit, in tot & tantorum præsentia ex tam euidenter falsis & friuolis procedere, & aures vestras, domine iudex, & audientium, tot inanibus ambagibus prægrauare. Nec enim eum adeò resupinum, seu iuris ignarum existimo, vt credam eum latere, quòd confessio reuocari non potest, nisi demum errore probato: quod dic, vt s. de confes. §. fin. Item non erubuit instrumentum ex parte nostra productũ de falso arguere: cùm euidens sit intra terminum peremptorium ad hoc datum, eum nihil omnino dixisse. Sed nec erubuit duob' è nostris testibus excommunicationem obiicere, cùm tamen liq dò de ipsorum absolutione legitimè in iudicio facta fuerit fides: & sic de aliis singulis capitulis prosequatur. In fine igitur sic concludat: Euidens ergo est, domine iudex, nos esse in casu victoriæ: nam plures rationes pro parte nostra faciunt, quàm pro illa: vnde adhuc id petimus, quod & primò, vt s. §. nunc videndum. versic. studeat. simpliciter postulans, vt ius nostrum seruetur illæsum: cæ
1 tera suppleat religio iudicantis. ¶† Et not. quòd inter acta iudicialia debent disputationes & allegationes contineri & inferri, vt extra. de elect. dudum. j. xxx. quæstione v. iudicantem in authen.
b de testibus, §. si verò. & §. nam partes. secundum Io. de Deo [b]. De renunciatione autem allegationibus facienda, & de conclusione dicetur j. titulo proximo. Vtrùm autem aduocatus teneatur in vulgari allegare, vt ab aduersario intelligatur? Item de eo, qui falsas leges allegat, vel falsum instrumentum, vel testem producit, vt legitur, & not. s. de aduo. §. nunc de exordiis. in fin. & §. vtrius-
2 que. ver. item caueat. ¶† Et nota, quòd finitis allegationibus cõsulo ne recedas, altero aduocato cum iudice remanente, ne sibi suggerat, quod eum moueat, te absente: extrà de rescrip. cæterum in fin. vel aliquam scripturam ei ostendat, quæ non fuerit in iudicio exhibita, vt suprà de aduo. §. sequitur. versi. item sit cautus. & sequen. ¶ Item nota, quòd miles, qui in causa omisit iuris ignorantia allegationes competentes, poterit eas proponere, cùm ex sententia cœperit conueniri, vt C. de iur. & facti ignoran. l. prima. Quid si omisit allegationem iuris? Videtur, quòd post sentẽtiam possit eam proponer, sicut minore, ff. de minorib. l. minor xxv. an nis omissam. Cõtrà in eo, qui potuit deliberare cum peritis, vt suprà de aduo. §. nunc tractemus. ver. habito. Vel dic, quòd iudex videat, an sit talis, per quam poterat obtinere: & tunc audiat eum,
3 aliàs non. ¶† In summa not. quòd aduocatus non cogitur dicere nomen legis, vel decre. nec titulum, vbi sit lex, vel decr. sufficit enim dicere mentem, scilicet hoc dicit lex, vel decre. vel non: vel sic est in Codice, vel in Digestis, vel in lib. Decretalium, vt ij. quæstione v. omnibus. in fin. & argumen. extrà de spon. continebatur
c & extrà de cohab. cleri. & mul. vestra. in principio [c]. j. quæstione j.
d vt euidenter. & extrà de præben. cap. nullus [d]. ii. & de probat. cau-
e sam. xlv. distinctione, neminem. in suprà scriptis, & penul. [e] xxvii. quæstione i. si quis desponsauit. xxiiii. quæstione i. pudenda. in fi. xi. quæstione iii. qui consentit. ii. quæstione i. §. hoc idem post ea. iudex. C. de indi. vidui. l. ambigua. ibi, secundum ea, quæ de, &c. C. de iudi. apertissimi. vbi dicit, statuimus. nec dicit vbi, & C. ad l. Fal. authen. sed cùm testator. ibi, secundum modum, &c. & extra de resti. spol. literas. ver. secunda. & ff. de rei ven. si nauis. ibi nec est contra, quod de pecunia, &c. nec dicit, vbi est illud. Argu. contrà, quod agatur, vt in præ. auth. sed cùm testator. ibi, diximus in titu. de leg. &c. & Instit. de pœn. te. litig. in fi. & ff. de acqui hær. l. necessarius. ff. de postulan. l. i. in fin. ibi, sub tit. de in ius vo. Potest dici, ꝙ prima iura obtinent, cùm aliquid iuri consonum allegatur: cõtraria verò, vbi à iure communi deuiare videtur. tunc enim non credetur, nisi ius, quod hoc dicat, ostendatur, extrà de fid. instrumen. pastoralis. ff. de probat. ab ea parte. Non tamen parti, sed iudici cogitur hoc dicere: & iunge, quod not. s. de aduo. §. consequenter. ver. item caueat. Item sufficit dicere hoc dicit decima, vel quinta decima lex. vel dec. talis. tit. vt i. quæstione i. eos. vel sic habetur in i. lib. Decretalium, vel in secundo, vt extra de frig. & malefic. cap.
4 i. in superscriptione ¶† Sed nũquid in causa ecclesiastica possunt
f leges allegari, & canonibus deficientibus secundum eas iudicari [f]? Videtur, quòd sic: extrà de no. oper. nunc. c. i. cum suis concord. & expressè extrà de cau. pos. & propri. cap. ii. Ar. contrà xxxiii. quæstione ii. inter hęc. Dic, quòd legibus vtendum est in ecclesiasticis
g causis, nisi canonibus contradicant, vt no. in præ. decre. [g] Tamen distingue super hoc. nam aut leges sunt contrariæ canonibus, aut non. Si non sunt contrariæ, tunc sunt permistim allegandæ & seruandæ leges cum canonibus in foro ecclesiastico & ciuili, vt in præ. decre. & x. dist. si in adiutorium. & ca. seq. & extra. de fid. instr. pastoralis. ix. q. iij. summopere. ij. q. j. in primis. Si autem sint cõtrariæ, aut sibi contradicunt expressè, aut nõ: si non, stabitur in vtroque foro illi, quæ expressè casum, seu causam determinet, vt in præd. dec. de no. ope. nun. vbi expressis legibus statur super nunciatione noui operis etiam in re ecclesiastica demoliẽda: idem in foro ciuili, vbi canones expressè declarant articulum aliquem, in quo leges nihil statuunt. exemplum habes in eod. tit. cap. penult. & fin. item aliud exemplum de duabus quartis deducendis. extrà de testa. Raynutius. & c. Raynaldus. arg. ad hoc extrà qui filii sint leg. per venerabilem. circa medium, §. rationibus. vers. si difficile. & prope fin. versicul. cuius sententiam. Taceant autem quidam Legistæ, & eorum gl. volentes contra casus in canonibus expressos per argumenta legalia & per exquisitas rationes disputare. nã indubitatè in expressis in eis casibus acqescere debẽt canonibus, vbi iura ipsa ciuilia casus ipsos expressè nõ ponunt. Si verò sibi nõ contradicunt expressè, aut lex põt sine peccato seruari: & tũc statur ei

ADDITIONES.

a Aduocati. ¶ Bene adaptauit hîc auctor, quod posuerat in princip. tit. Pil. & Tan.
b Ioan. de Deo. ¶ lib. Iud. parte j. vbi de disputatione: sed hoc non seruatur apud nos.
c In princ. ¶ Et ibi induco quinque noua iura hîc non inducta, quę hîc repetere non expedit: & ibi vide dom. Abb. Sicu. & alios. item vide gloss. in cap. vt euidenter. j. quæstione j.
d Nullus. ¶ In superscriptione.
e §. penulti. ¶ Vbi de hoc.
f Iudicari. ¶ de hoc scripsi de no. ope. nun. c. j. super gl. ij.
f In præ. decre. ¶ priùs allegata.

tur ei in foro suo, & canoni in suo, extrà de testamen. cùm esses. &c. relatum. Aut non potest sine peccato seruari: & tunc statur ca noni indistinctè, quia omni consuetudini & constitutioni tali est derogandum, extrà de præscri. c. fi. Porrò in defectum canonum sunt leges inducendæ & seruandæ: vt xj. q. iij. summopere. & in p̄. c. si in adiutorium. vt iii. q. vj. iudicet. & econtra x. dist. quoniam idem. in spiritualib. aūt leges nullius sunt momenti aduersus canones, vt x. dist. constitutiones. & C. de sacro. san. ecc. omni nouatio-
5 ne. ¶† Vtrùm aūt Papa possit leges tollere. declarare, vel modifi-
a care, no. in præ. constitutiones[a]. & dicam in const. Gre. X. de vsu-
b ris, quanquam. in fi. lib. vj. & d̄ postul. properandum. prope prin.[b] Et scias, quod rationis ac iuris penuria ducitur, qui in materiis sacramentorum leges mundanas inducit. An rubricæ possint alle-
6 gari, dicam infrà §. prox. ad fin. ¶† Sed quid si aliquis malè intelligens legem, vel canonem, illam, vel illum pro se inducit: & tamē inuenitur in aliquo contra eum facere? Dicunt quidam, non debere sibi præiudicare: quia veritas rerum errore gestorum non vitiatur, ff. de off. præsid. illicitas exactiones. §. illicitas. & in iure errās potest se corrigere, nec sibi præiudicat, vt s̄. de confess. §. fin. & ar. extrà de postul. bonæ. j. C. si ex falsis allegat. per totum: de hoc, se-
c cundum Papam, extrà de excep. cùm venerabilis[c]. ¶† Et nota, ꝙ
7 imperitus matheseos, i. idiota[d], aduersus mathematicos, i. sapien-
d tes disputans, risui patebit: & ignorans documenta philosophorum, aduersus philosophos disputans, vt xxxviij. dist. qui de mēsa.

ADDITIONES.

a Constitutiones. ¶De hoc de reg. iur. c. 2. lib. 6. in j. gloss.
b Prope prin. ¶Quam hodie non habemus.
c Veneralis. ¶Vbi scripsi in glo. magna ante fi. ver. item nota, quòd si quis.
d Idiota. ¶Hoc exposui s̄. de arb. §. desert. super ver. inferendo.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet aduocatos patienter audire, nec subitò eis silentium imponere.*
2 *Officio iudicis incumbit supplere, quod à partibus, vel aduocatis est omissum, vel minus dictum.*
3 *Veritas erroribus non vitiatur.*
4 *In iudicio malè probata, vel facta, debent à iudice suppleri, & declarari aliter se debere fieri.*
5 *Iudex quandoque debet supplere de facto, & quandoque non.*
Iudicis officio congruit excommunicatos, infames, milites, & similes personas ab officio procurationis expellere.
6 *Iudex potest supplere in sententiæ prolatione.*
7 *Iudex non potest supplere in his, quæ nouit, vt priuatus.*
8 *Quis iudex possit supplere.*
9 *Arbiter an possit in iudicio supplere.*
10 *Iudex quando possit supplere.*
11 *Iudex an possit in iudicio supplere, vbi de fructibus, aut expensis est aliquid omissum.*
12 *Iudex an in causa criminali possit supplere in expensis omissis.*
13 *Iudex debet tantummodo secundum acta & probata iudicare.*
14 *Iuris necessitati non subijcitur, quicquid iudici permittitur.*
15 *Rubricæ legum an sint authenticæ, & an ponant ius, aut possint allegari.*

¶ Iudices qualiter in audiendo alllegationes se debeant habere.

6. §. Satis clarè aduocatos instruximus, qualiter in allegationibus se habebūt: ad vberiorem igitur doctrinam restat, vt & iudices, qualiter in audiendo allegationes se habere debeant, instruamus. Et quidem ad eorum spectat officium, tunc sedere, & non stare, vt j. dicam de sen. §. iuxta. versic. item est nulla ratione modi. Et diligenter inuestiget, & intelligat, quæ dicentur, & quæ ad instructionem causæ faciunt, interrogandi, respondendi, obiiciendique præbita patientia ab eo, donec actio ambarum partium sit pleniter luminata. hæc leguntur xxx. q. v. iudicantem. extra. de off. deleg. super questionum. §. intentionis. C. de iudic. iudices. quia veritas sæpius exagitata magis splendescit in lucem, xxxv. q. ix. graue. Nec motū animi sui multùm aperiat, sed dissimulet, nunc pro hac parte, nunc pro illa allegando & respondendo, vt C. ad l. Cor. de fal. vbi. ibi, nec vlla interlocutione diuulget, quid sentiat, postrema sentētia, quid sibi liqueat, proditurus, vt ff. de offic. præs. obseruandum. ibi, cuius animi motum vultus detegit. Nec nimiùm debet dictum vnius aduocati extollere, ne alteri honorem detrahat, dum alteri nimium impēdit honorem vt 89. dist. nullus. in fi. & c. ecce. nec quicquam vni honorabilius exhibeat, vñ alter scrupuloso corde moueretur, 16. q. 7. decimas cùm enim nimium vnum commendat, alium vituperat, arg. ext.
1 de præsum. nōnne. xxv. di. qualis. ¶† Item patienter audiat aduocatos, nec etiam subitò eis silentiū imponat: qđ dic, vt s̄. de aduo.
2 §. nunc de exordiis. versus princ. ¶† Item ad eius spectat officiū, supplere, qđ à partibus vel aduocatis est omissum, vel minùs dictum, vt C. vt quæ desunt aduoc. par. iudex suppleat, l. vnica, & extrà de postul. bonæ. j. quod verum est in his, quæ sunt iuris, putà, si aliqua iuris allegatio sit omissa. Potest etiam allegatis responderе, & pro vtraque parte pleniùs allegare, & leges & canones inducere, vt ibidem patet. Potest etiam inducere casum consimilē, vel ducendo ad inconueniens, vt ff. de leg. 3. Offidius. & obiicere, & respondere, vt in præ. c. iudicantem & hoc argumentando, vt vt ff. de mune. & ho. l. fina. §. antepe. ¶ Item si aduocatus malam, vel falsam legem inducit, vel impertinentem, poterit hoc iudex
3 dicere, & apertam inducere: † quia veritas erroribus non vitiatur, ff. de offic. præsi. l. illicitas. §. veritas. Et inducens falsam legem vel abrogatam, & iudex aurem præbens, crimen falsi incurrit, vt s̄. de aduoc. §. vtriusque. versi. item caueat. De sententia verò per falsam allegationem lata, dic, vt extrà de probat. licet. Potest etiā actionem ineptam corrigere: quia hoc potiùs est iuris, quàm facti: quod dic, vt s̄. de offic. iud. §. deseruit. versiculo, in sententiæ: & j̄. versicu. item in sententiæ. & libellum ineptum reiicere, vt in eo. §. in prin. versi. item faciet libellum. & similia, quę ibidem continentur in facto. Aliter dicit Pla. ꝙ potest supplere, arg. ff. de pet. hæ. l. fi. & 28. dist. priusquam. ext. de elec. cùm nobis olim. extr. de consue. cùm dilectus. Sed in præ. l. potius consulitur iudicis offi-
a cio, quàm iure ordinario.[a] Vnde dic, secundum Azo. & Accur. ꝙ non potest de facto supplere, nisi sit tale factū, quod sibi sit tanꝙ iudici, notum: tunc enim potest. sic intelligitur C. de transact. age
b cum Geminiano[b]. & C. de eden. is, apud quem. ff. de testi. l. 3. §. j.
4 ibi, tu magis scire, & c. ext. d̄ fideius. constitutus. in fi. ¶† Quid eīn si sciat confessiones partium, dicta testium, vel aliquam exceptionem propositam, vel interlocutoriam fuisse latam, vel citationem per eum fuisse factā, vel instrumentū coram eo exhibitum vel aliqua partium illa proferat aliter, quàm sint, vel etiàm omittat? certè tunc iudex, etiam tacēte parte altera, supplere debet, & allegare, & ostendere aliter se habere, quàm proferantur, & dicere talem exceptionem fuisse propositam, vel interlocutoriam latam: & sic de facto sibi, vt iudici, noto potest supplere, ext. de ap. constitutus. prope fi. licet soli sibi nō credatur in talibus, vt extrà de probat. quoniam contra. Poterit etiam dicere, non contineri in instrumento tantum, quantum, vel sicut petitur, vel non esse probatum, quod dicitur, & similia. ¶ Item si dicatur probatum p P. testem poterit dicere, non est ita, sed per H. Item si dicat aduocatus, reum fuisse confessum se debere decem. ipse potest dicere, non est ita: imò aliter in instrumento continetur: & sic de aliis. In facto autem sibi noto, tanquam priuatæ personæ, nō potest supplere, vt 2. quæst. j. §. quando autem. & 3. q. 7. iudicet. Argument. ad præsumissam distinctionem ff. de suspec. tu. l. 3. §. preterea. nisi,
5 prout dicam j̄. vers. porrò. ¶† Et breuiter nota, quòd iudex potest quandoque supplere de facto, & quandoque non: potest autem supplere in facto sibi, vt iudici, noto, vt dixi. Item potest supplere de facto in lite, absente parte, quam defendere debet: secus si præsens sit. Potest etiam dicere tempora fatalia fore lapsa, vt C. de app. l. fi. prope prin. & C. de temp. ap. l. 2. §. fi. ¶ Item potest contra naturam actionis ferre sententiam, vt ff. de ædil. edi. si bouem. §. aliquando. & arg. ext. de conces. pręben. ex parte. & Ins. de actio. §. minus. Sed hoc potius est supplere de iure, j̄. ver. item in sententiæ. ¶ Item in his, quæ sunt ad substantiam electiōis, potest supplere, & de his proprio motu inquirere. 47. distin. de Petro. & lxj. distinct. Catinens. extrà de elect. cùm nobis olim. Et est ratio: quia ibi tractatur communis vtilitas, argum. ext. de consue. cùm dilectus. & de elect. nihil est. ¶ Item in his, quæ spectant ad substantiam iudicii. vnde repellit excommunicatos, & infames, & militem, & similes, ab officio procurationis, ratione publicæ vtilitatis: quæ dic, vt s̄. de officio omnium iud. §. impedit. ¶ Item potest actionem, vel libellum facere corrigi, vt prædixi. ¶ Item si creditor ante diem solutionis, vel euentum conditionis petit, potest dicere: non recipiam libellum, quia inutiliter petit ante diem, vel conditionem, ff. de pignor. grege. §. fi. ff. de excus. tutor. cùm ex oratione. & l. si is qui tres. ff. de ædil. edict. bouem. §. final. ¶ Item si aduocatus volens se ostendere conscium, vel ignorantem, fortè aliqua dicit, vel facit in præiudium clientuli sui, iudex illud supplebit, licet semper secundum veritatem actorū & probationum debeat pronunciare, 3. quæstion. 7. iudicet. versiculo,
6 examinet. ¶† In sententiæ prolatione potest supplere, vnde si quis petiit fundum iure dominij, vel quasi, nullam exprimens in libello actionem: & sic totum ius suum videtur in iudicium deduxisse,

ADDITIONES.

a Ordinario. ¶Vt ibi no. in vlt. gl.
b Geminiano. ¶Vbi no. hoc Accurs. & C. vt quæ aduo. des. l. vna.

deduxisse,vt extrà de re iudic.abbate sanè.§.cæterum.libr.vj.& ff. de except.rei iudi.si mater. §.& an eadem postea vero interrogatus,quam actionem intentabat ad vendicationem fundi: respondebit, quòd exercitoriam, vel aliam ineptam ad vendicationem: certè iudex nihilominus pronunciabit, ac si respondisset rei vendicationem:ar.iij.q.vii.iudicet.ibi,sed sicut se habet natura,decernit,&c. quia ipse potest emendare in fine. ¶Item etiam post sententiam supplet,ff.de re iudic.Paulus.secundum Ia.But.hæc enim respiciunt potiùs rem, quàm factum. ¶Item supplet in causa, vbi verteretur periculũ animæ,si sententia ferretur:putà,si quis contraxit cum consanguinea sua,vt extrà de clan.despon.cùm inhibi

7 tio.& sic de similibus. ¶†Porrò.non potest supplere in his, quæ nouit,vt priuatus,vt s.Item non potest supplere in causa,quæ tãgit priuatam vtilitatem:vt si quis petit centum,vel fundum ab alio:tunc non potest supplere de facto,nisi videat partem absentẽ ius suum contra iustitiam perdere,argum.C.de app.leg.si.in principip. ¶Item in facto sibi,vt priuato,noto, supplere potest quærendo & disputando,non autem ponendo:arg.ff.de questio.l.j.§.qui quæstioni.ff.de ædi.edic.ædiles.§.item sciendum.nisi in prædictis casibus.Sed & præmissas suppletiones faciat de plano, non placitando,vel allegando:non stando, sed sedendo, ne duplici officio fungi videatur,C.de postulan.quisquis.& de offic.assess.leg.fin.& extra de insti.cap.fi.lxxxix. dist. singula. dicendo sic , videtur talis testis super hoc multa dicere: item talis lex videtur facere pro te: nec dicat,hæc lex decidit quæstionem.nisi sententiaret:quia tũc potest inducere leges omissas quæstionem decidentes. potest enim iudicare omissis allegationibus,vt ff.de his,quæ in testam.deleu.proximè.in fi.quæ licet non fuerit allegata,ratio tamen legis intelligitur esse inducta,ar.iij.q.vij.iudicet.ibi,sed iuxta leges & iura pronunciet.

8 ¶†Sed quis iudex potest supplere de iure? Resp. non solùm ordinarius, sed etiam delegatus , licet quidam contrà in delegato,per legem ff.de re iu.ait prætor.in prin.& C.ad l.Cor. de fal.l.vbi.ibi,necvlla interlocutione diiudicet,q̃ sentiat,&c.Sed certè fateor,quòd nulla interlocutione debet ostẽdere, quid sup principali sentit : sed per diffinitiuam sic, vt ibi dicit. Tamen non propter hoc neget, quin supplere possit, si quid extrinsecus contingat.Sed nec prædicta l.ait prætor.obstat:quia loquitur de arbi

9 tro,qui habet notionem,non iurisdictionem. ¶†Delegatus autem habet vtramque,extrà, de officio dele.super quæstionum.§. porrò.&ff.de verb.sign.notionem.Sed nunquid arbiter supplere potest? Quidam dicunt, quòd nõ,eisdem rationibus, quas dixi in delegato. Sed dic contrà:quia partes iudicis sustinet. ff.de arbitr. Pomponius.§.recepisse. & arbitria sunt redacta ad instar iudicio-

10 rum,ff.eo.l.j.C. de iudi.rem non nouam. ¶†Sed quando potest iudex supplere? Respon.ante litem contestatam,& post:arg. ff. de interrogat.actio.vbicunque.& xxx.quæst.v.iudicantem.extrà de fide instrum.inter dilectos.prope fin.& suprà eo.§. Argum. tamẽ contrà ff.de ædil.edict.ædiles.§.item sciẽdum.Sed licet quæ post litem contestatam accidunt,valde spectent ad officium eius, (vt ibi dicitur)nihilominus tamen & ea,quæ antè accidunt,ad ipsum spectant,vt suprà de off.iudic.§.deseruit.ver.vt autem.& seq.Sed nunquid de fructibus iudicabit? Respon.sic.vt ff. de rei ven. & ex

11 diuerso.§.primo. ¶†Quid si de fructib.& expensis fuit omissum nunquid poterit iudex supplere? Resp.sic eadem die,ff.de re iud. Paulus.ff.de ædil.edict.l.illud.§.fi.s.de expen.§. nunc de expensis. in prin.Imò videtur, quòd etiam post multos dies, argum. extrà de dote post diuor.restit.de prudentia.sed illud fit auctoritate se-

a cundi mandati Ros.distinguit [a].nam de fructibus post litem contestatam perceptis,qui non veniunt nec iure actionis,nec iudicis officio,quod interuenit loco principalis actionis, sed veniunt of ficio iudicis mercenarij,vel executoris, vt ff. de vsufruct. euictis.

b tunc eodem die supplere potest,vt in prædi.l.Paulus respondit [b]. nisi dixerit in sententia,de fructibus distuli iudicare, quia mihi de illis ad plenum non liquebat. tunc enim Potestas iudicabit, vt C. de fruct.& lit.expen.l.2.Si verò sunt fructus,qui petuntur iure actionis,vel officio iudicis,quod loco principalis actionis intenditur,tunc etiam de illis potest post sententiam iudicare,argu.C.de iudic.l.j.Quid si nolit supplere? Respond.si dolo faciat, ne suppleat,punietur in veram litis æstimationem:si per imprudentiam, in quantum visum fuerit iudicanti.ff.de iud.si filius.ff.de var.& extr.

c cogn.l.fi.ext.de re iud.cùm æterni [c].

12 ¶† Quid si actio sit criminalis? Respondeo, & tunc supplebit in expensis omissis:alioquin de proprio resarciet eas. C. de iudiciis. properandum. §. siue autem. quod intellige de factis post litem contestatam,etiam non petitis,vt in prædicta l.ædiles.§. item sciendum. In factis autem ante litem contestatam non, nisi petitæ fuerint,ff.eodem titulo.de ædil.edict.item si serui. §. quas expensas,secundum Alberic. Papiens. Vtrùm arbiter pronunciabit super fructibus? nota.suprà,de arbitr.§.finali.versiculo, sed cùm. su-

13 prà. ¶†Licet autem dixerim,de facto iudicem supplere posse, iuxta præmissa, non tamen sic supplebit, vt secundum conscientiam iudicet, siue causa sit ciuilis , siue criminalis, sed secundum allegata & probata tantùm,vt tertia.quæstione.septima.iudicet. secunda.quæstione.prima. §.quando autem. & hoc est,quod su-

d prà dixi,quòd potest supplere de facto sibi,vt iudici,noto:de hoc extrà,de officio delegati.pastoralis.§.quia verò [d].

14 ¶†Sed

ADDITIONES.

a Distinguit. ¶Tit.de offi.iud.quomodo petuntur fructus.in fi.tractat etiam de hoc de rei ven.ad fi.pe.col.vbi etiam quærit,si non condemnat eadem die, nec reseruat , an de suo refundere teneatur ad exemplum expensarum.C.de iudi.properandum. §.fin autem.dicit,quòd sic, cùm victor contra victum nullam habeat actionem,C.de fruc.& lit.expen.l.terminato.

b Respondit. ¶Sup.postea non,nisi,&c.

c Aeterni. ¶Libr.6.

d Verò. ¶In gloss.argumen.contrà Vgo.& de offic.ordin.c.1.& in prædict.c.iudicet.Vide,quod dixi super prædict.gloss.post Hosti. & in text.ipsius §.super verbo, sententiam.post Innocen.Audiui in hac materia Doctores sacræ paginæ in suis disputationibus tenere contrarium : siue quæratur de pronunciando , siue de exequendo pronunciatum à maiore , cui id exequi mandatur , & in executione sententiæ latæ super crimine:quid dicant Inn.& Hostien.vide,vbi s.&tenent,non parendum,stante conscientia contraria:sed etiam de pronunciatione in criminali, vel ciuili fienda secundum conscientiam,inducebatur Isa.cap.xj. in principio. vbi videtur innui,non secundum visionem oculorum,nec auditum aurium,sed secundum iustitiam & æquitatem iudicandum. Iudex ergo,qui scit veritatem cõtrariam probatis,ipsam veritatem imitabitur: & merito, quia Christus de se dicit, Ego sum veritas, Ioan.xiiij.viij.distinct.de consuetudine.& c. seq.xj.q.iij.abiit. & omnis ordo iudiciorum institutus est ad notionem veritatis,ij.Esdre iij.super omnia veritas.Contra veritatem ergo per acta non damnetur innocens.Exodi xxxiij.dicitur, Insontem & iustum non occides. Adhærebit ergo veritati.& non probatis in absoluendo,vel condemnando.Item l.iij.ff.de testi.canonizata iiij.q.iij.sæpe innuit, iudicem non debere alligare ad probationis speciem notionẽ suam,sed animi sui sententiam debet sequi.Sic & arbiter pronunciat,quod sibi videtur,ff.de arbi.qualem.in prin. Sed hæc omnia, & similia intelligantur de scientia iudicialiter informata. Tenundum est ergo,vt dicit auctor,acta sequẽda,per l.illicitas.§.veritas. ff.de offic.præsi.vbi hoc tenet Guido de Suz.& idem in quæstionibus M.sub litera C.inducit etiam l.si filia. in princ. ff. fami. erci. Hoc etiam placuit Pil.sua charta prima quæstione,præmittens tamen duas opiniones prima distinguit, an conscientia sit pro actore, an pro reo: vt secundo casu sequi possit conscientiam, primo non.Secunda fuit Mar.distinguentis criminalem,à ciuili,vt in secunda sequi possit conscientiam,in prima non posset.Ergo consideratur in iudice sacerdote triplex conscientia, scilicet quam haberet vt Deus per cõfessionem sibi factam , vel quam haberet vt homo ex aliquo sensu corporeo, vel quam habet vt iudex per ꝓbata coram ipso.Primò toto nisu laborare debet ad veritatem sibi altero primorum modorum notam habendam:secundò, si ad eam peruenire nõ potest,debet pro posse laborare, vt alleuietur remittendo ad superiorem,vel delegando,vel qualitercunque licitè posset: & hoc remedio deficiente,debet tertiò informare cõscientiam suam per distinctionem: demum tanquàm legitimè & securè pronunciet:quia altera primarum duarum scientiarum nihil habet commune cum tertia: & verè dicerem contrarium, scilicet quòd iudex posset pronunciare secundum conscientiam,vt ꝙ ꝓtextu allegationis conscientiæ possit abstinere ab officio , qđ incumbit,esse infringere totum ius positiuum,canonicum&ciuile,testante Apostolo ad Roma.iii.in princi.ꝙ Deus verax est, sed omnis homo mẽdax. His tribus deficientibus,quia veritatem nõ habere nec se alleuiare, nec cõscientiam informare ad id potest, vide remedium Host.ad quod in prin.remisi.Fateor tamen,quòd his tribus deficientibus tolerabilius est sic perplexo non pronunciare.&patienter pœnam pati,de sen.exc.inquisitioni.quàm contra acta per conscientiam iudicare:& ad primum prouide dictum Hostien. ADDE, quòd iudex debet iudicare secundum allegata & probata,est gl.in c.summopere xj.q.iij.glo.in verbo, & contra. in c.j.de re iud.lib.vj.glo.in verbo non quæ iudici.in c.cùm olim de verb.sig.gl.in c.j.extra de constit.item do. Ant.in c.venientes. in fin.j.col.extra de iureiur.item ibidem do.Abb.Sic.in ver.no. iudices.Et nota ad prædicta, quòd cùm iudex debeat iudicare secũdum iustitiam,c.forus,extra de verb.sig.& c.iudicet.iii. q.vij. hæc iustitia debet esse fundata in iure communi,& nõ in proprii capitis æquitate:ita contrà in repet.rub.de arb.in ij.col.in fi.

14 ¶† Sed nunquid iudex tenetur supplere ex officio suo, prout dicit prædicta l.C.vt quæ desunt aduocatis. Et certè videtur, quòd non tenetur, nisi velit: quia non quicquid iudici permittitur, iuris necessitati subiicitur, ff.de iudiciis. non quicquid. C. quomodo & quando iudex, lege prima: extrà de offic.iudic.delegat.consuluit. Dicunt quidam cõtrà, vt C.vt quæ desunt aduoc.par.iudex supple.in rub.quia hęc dictio Vt in rub.posita, importat necessitatem, vt ff.in ius voc. vt eant. & C.vt causæ post pu.adsit tu.& C.li. x.vt dig.ord.seruetur, & C.vt intra certum tempus, & in auth. vt præpo.no.imp.doc.& vt omnes obed.iud.prouin.& vt litig.iur.& extrà vt ecc.benefi. & extrà vt lite non contest. & probatur ff. de lib.leg.liberto.§.Lucius.ff.de fideicom.lib.cùm in testamento.ff. de leg.iij.si ita legatum.extrà de vsu pallii.c.i.nam & alia rub.ar.vt C.ne fideiuss.do.dentur, per totum, ff.si cer.pet.l.j.extrà de testi.ad hoc quia [a]. ¶† Et no.quòd rubricæ legũ authenticæ sunt, & allegari possunt, & ius ponũt, vt patet in prę.l.j.si cer.pe.& C.de nouo Cod.facien.§.quibus specialiter.ibi, ꝯgruis subdere ti. & de pœn. dist.j.hæc autem.ibi, de hoc.quæ est ff.quod quisque iur.l.j.§.hoc autem.& in præd.concor. Idem dico de rubricis Decretalium, vt patet in præd.decre.ad hæc. & extrà vt eccle. bene.c.j. prope fin. vbi idem ponitur, quod & in rubri.& in procemio constitutionũ nouarum, ibi sub suis tit.&c.Secus autem est in rubrica Decretorum: tum quia alius fuit conditor Decretorum, & alius earum [b]: tum quia illæ quandoque falsæ reperiuntur.vt patet iii.quæst. xj. chartæ [c].xvj.q.iij.placuit.ij.& aliç quædam: de hoc dicam in procemio consti.Greg.X.[d] Prima tamen rub. Decretorum authentica est & generalis. Cæterùm finitis allegationibus, iudex se habeat, vt j.rit.prox.iam dicetur.

a · 15 · b · c · d (marginal letters)

ADDITIONES.

a Quia. ¶ Hanc partem non habemus, quæ decisa fuit de decre.prę sentium eo.tit.lib.vj. & partem illam glossauit Hosti. cuius mens erat, quòd Inno.cum suis constitutionibus, quas fecerat, transmisit illam decre. Gregorio, mandans illam sub tit.debito collocari.

b Earum. ¶ Forsan id intẽdit, quòd aliqui asserunt, s. paleas & rubricas illius voluminis non per Gratianum, sed per quendam eius discipulum addita fuisse, qui postea Palea vocabatur: potiùs videtur velle, ꝙ Decreta fuerunt sanctorum Romanorum pontificum & Conciliorum, sed rub.fuerunt Gratiani: quod patet: & quia dixit, alius fuit conditor, non dixit Compilator.

c Chartæ. ¶ vbi de hoc in rub.& de pœ.dist.i.§.hæc autem.

d Greg.X. ¶ Hoc admittebat, nil aliud dicens. Tu dic de rubricis legum & decretalium, quòd si habent orationem perfectam per se, licitè allegãtur, vt in superioribus exemplis, quod quisque iur.& vt eccle.benefic.&c.& multæ similes. Aliàs rubrica, cuius oratio nõ est perfecta, & sic non habet aliquid diffinitè, sed solùm nigri materiam demonstrare, per se non allegatur: ex ea tamen diuersimodè arguitur. Primò per modum de executore & conseruatore, no.libr.vj.de rescri.tibi, qui.in gl.ij.& de offi.deleg.c.j.in ij glo. Secundò, vt ex duabus lecturis, quarum altera sola competit rubricę, illa tollatur: exemplum de ele.cùm monasterium. vbi not. in glo.ij. Tertiò arguitur ex ipsius ordine, vt scripsi de mu.pet.c.j. super j.gloss.

ADDITIONES NOVAE.

§ An puniatur allegans aliqua dicta alicuius doctoris, cum non sint, Bar.in l.fina.de fal.

§ An sententia doctoris sit probabilis & tenenda, Nico. de Neapo.in l.an apud.de manu.vindi.

§ Nota ꝙ qui differentiam allegat, rationem differentiæ allegare debet, l.j.§.sin autem.de cadu.tollendis.

§ Nota ꝙ de impertinẽtibus frustra disputat, l.j. C. ne vxor ꝓ ma.

§ Nota ꝙ tacitum aliquando sumit vires statim, licet expressum differat.l.quæro §.Lucius.ff.de testa.tute.secus si expressum esset penitus malum, l.item.§.fina.de serui. vrban.præd.

§ Nota ꝙ habens ius petendi tantum partem, si simpliciter petat non facta mentione de parte, tenet petitio hoc colligitur ex glo. in l.ex semisse.coniuncto tex.ff.de acquir.hær.

§ Nota casus in quibus delictum patris nocet filio, l.diu. in gloss. mag.de petitio.hæredi.

§ In l.cum seruus.§.cõstat.de leg.j. nota ꝙ id quod non potest expediri, nisi per vnum, adeo est difficile. ꝙ censet impossibile.gl.in l.continuis.§.cum quis.de verbo.obli.per Bar.& c.semel.de reg. iur.lib.vj.per Dyn.

§ An pater possit emancipare filium quo ad vnum actum tantũ puta quoad testamenti factionem.Bar.in l.j.§.in filii.ad Trebel.& arguit prò & contrà. & dicit cogitabis Bar. & Bal. ꝙ non in l. fœuum, C.qui testa.facere possunt.

§ Quid si non seruatur forma & ordo datus per statutum, Bal. in l.nominatim.de libe.& posth.& l.non dubium.C.de leg. & Auth. generaliter.C.de episc.& cle.l.si tutor.in qui.cau.in integ.rest.nõ est nec.& c.j.de mili.vas.qui fu.cont. Dynus consuluit ꝙ non valeat actio non seruatis ordine & forma, & instrumentum reddit suspectum: prout dicit Albric.in materia statutorum, in j.parte, & in Rub.de fide instru.& Ioan.Andr.in c.vt circa. de electio lib. vj.

§ Nota quòd quando copula cadit inter duas orationes, nõ inducit coniunctionem verbalẽ, Bar.in l.j.§.sin aũt.C.de cadu.tollend.

§ An sit licitum allegare leges correctas, Bar.in d.l.si.

¶ Bald.de Disputationibus & allegationibus.

¶ ALLEGATIONES, seu rationes cùm inducuntur ab vtraque parte, pro illo iudicabitur, pro quo plures rationes bene faciunt, §.nunc videndum.ver.si autem. ¶ Similitudo sumitur à pari ratione, vel à maiori, non à minori, secundum Ia.de Are. ¶ Similia sũt, quorum est eadem qualitas: eadem sunt, quorum est vna substantia, secundum Arist. & Cy. ¶ Si statutum dicat, quòd procedatur de similibus ad similia, & ego dico esse simile, sed tu negas, cui incumbat probatio, §.post hoc autem.versicu.sed si ego induco.G. dic, ꝙ iudex arbitrabitur, ff.de legib.l.non pñt.Bald. ¶ Et ista clausula, ꝙ procedatur de similibus ad similia, tacitè videtur inesse legibus & statutis non exorbitantibus à iure communi, ff. de leg. l. sed & si posteriores.vide j.in ver. quod in pœnis.Bald. ¶ Quid de argumento à cõtrario sensu? dicit Azo ff.de testa.l.qui testamento.§.mulier.ꝙ contrarius sensus legis pro ipsa lege, & pro ipso statuto accipitur. Sumitur enim per significationem verborum implicantium contra sensum, non propter interpretationem extrinsecam. Cùm ergo fiat per interpretationem intrinsecam & intellectum, & non extraneam expositionem, habet locum in statutis & rescriptis, c.de fur.l.apud antiquos, in gloss. Et quòd contrarius sensus dicatur sensus tacitus, non expressus, vide Dy. in consilio, quod incipit, in statuto ciuitatis Pistorii. cùm illud ar. non debeat ad legum correctionem, vel improbum sensum trahi, C.de cond. inser.l.cùm patrem.& no.j.eo.§.post.per G.vers.vel non ob. De causa impulsiua, vel sine ista, vide j.eod. §. cessante ¶ Non obstat, ꝙ licet in possessorio procedatur de similibus ad similia, tamen ꝯtinet ius commune: vt no.C.de fur.l.si quis seruo.& ibi Bar. sed illud per interpretationem legis, non iudicis.Bal. ¶ Prẽsumitur fraus, si alienans postea reperiatur possidere pro suo: & præsumitur pro suo, si postea perceperit fructus, & nemini respondet de eis, ff.de solu.l.Titia.nam Pro suo, hìc non est titulus, sed modus possidendi secus, si vt fructuarius, vel colon⁹ quis possideat, C.de do. l. quisquis. & in §. super vacuum. Bald. & istud verius, vbi agitur de præiudicio tertii: aliàs non prẽsumitur simulatio, nisi probetur nam sola possessio non infert de necessitate, C.vnde leg.nõ obst. hìc Bal. ¶ De clausula in medio posita, habet se ad principiũ & finem in connexis. ¶ De dictione Vltra, de dictione Fortè, & Forsitan, & Vsque & de clausula Quidam alii, de dictione Donec, Ampliùs, & Maximè, de aduerbiis Mox, Celeriter, & Statim, de verbo Quamprimum, de verbo Sine dilatione, de clausula Vocatis qui fuerunt euocandi, vel de clausula Quantum de iure poteritis, de dictione Tunc, & Nunc, §.post hoc videtur.& no.G. vide j. de re iudic.§.cõminatio specialis.Bal. ¶ Cessante causa finali statuti cessat statutum, sed non cessante causa impulsiua, vers.vel illud statutum fuit.G.Ratio tamen legis in dubio præsumitur finalis, sed ratio hominis in dubio præsumitur impulsiua.& not.ff. de cond.& demon.l.cùm tale.§.pen. ff.de dona.l.ij.§.fi.ff.de acquir.pos.l. si is, qui animo.Bal. ¶ In pœnis delictorum, quando delictum cadit æquè in muliere & viro, masculinum includit fœmininum, vt no. C.vnde vi, l.si quis in tantam.in glo.ord.Et an masculinum concipiat fœmininum, ver.vel ibi masculinum. G. & quòd concipitur ex interpretatione, ff.de ver.sig.l.j.per Dy.& Batt. Sed quando ex significatione, vt quando substantiuum est generis communis, vt Homo, vel apponitur signum vniuersale, vt Quisquis, tunc ex natura signi vniuersalis de omnibus prædicatur, tam in legibus, quã in statutis, nisi mens legis sit de viro, & non de muliere: not.ff. de reg.iur.l.j.C.de indi.vidui.l.fi.C.de rap.vir.l.j.C ad l.Iul.maiest.l.qs quis.C.de ser.fug.l.quæcunque.& ibi per Cy.Bal. ¶ Quot modis soluantur contraria, & quot fiant fallaciæ in legibus, versi.posita quoque cum ver.sequen.G. ¶ An leges sint seruandæ in foro canonico, §.porro.vers.sed nunquid in causa ecclesiastica.G. *Et ibi vide: quod dicitur illum nescire rationes & iura, qui in materia sacrorum leges humanas inducit, secundum Gul. in ver.sed nunqd in causa ecclesiæ.in fin.vbi videas.* ¶ Quid de statutis particularibus locorum? dic, vt no.in c.j.de no. ope.nun.in nouella: & de postul.ex ea.& de fo.compe.c.quod clericus. ¶ An post sententiam possint allegationes fieri, eo.§.porro.ver.sed quid si emi. ¶ Quando iudex possit supplere ex mero officio pro præsente, vel absente, & circa quid & in qua parte iudicii, & an debeat supplere ex actis,

actis, vide plenè in §. ſatis clare. & an idẽ ſit in ordinario & delega
to, an poſſit ſupplere de fructibus, & an in criminali ſuppleat ĩ ex
penſis: & an faciat litẽ ſuã, ſi ñ ſuppleat, & an arbiter poſſit ſupple
re in omnibus, dic, quòd ſic. G. vide ĩ. de ſen. pet. §. j. & ij. per Tho.
& Bar. in l. iiij. §. hoc autem dicendum.

a ¶De Renunciatione & Concluſione[a]. Rub.

SVMMARIVM.


Initis Partium allegationibus & rñſionibus, de quib⁹
ſ. tit. prox. diximus, quærere debet iudex ab eis, an ali-
quid vlteriùs habeant, quod in quæſtione Proponãt,
vt 30. q. v. iudicantem. ꝙ ſi nihil habent partes, renun-
b cient allegationibus, & in cauſa cõcludant[b]: quæ omnia ſunt re-
digenda in ſcriptis, vt extrà de prob. quoniam cõtra. ſed & ſi habe
ant aliqua dicere, ſed tamẽ ſufficiẽter dictum & probatum eſt, de
bet eis iudex dicere, quòd renũcient allegationibus, & cõcludãt,
C. de iudi. auth. iubemus. extrà de teſtib. ſignificauerunt. & c. cùm
c cauſam. §. fi.[c] ¶ † Et no. quòd ſi parte vna renũciante allegationi-
b⁹, altera dicat ſe habere aliquid, quod proponat, iudex coget eã
intra 30. dies à die renũciationis dicere, quicquid volet: quòd ſi ñ
dixerit, det ei alium menſem: quòd ſi adhuc diſtulerit, dabit terti-
um menſem: poſt quem non audietur, ſed ad ſententiam proce-
det, vt C. de iudic. auth. iubemus. in auth. Collat. viij. vt cùm de ap.
cog. §. ſed hoc pręſenti. Et intellige tãtam dilationem dari abſen-
ti. nõ enim dare tenetur tãtum ſpatium præſenti & petẽti, vt ff. de
fer. leg. fi. Vel dic, hoc ſpeciale propter allegatiões, arg. ff. ex quib.
cau. ma. ait prætor. §. fi. & l. ſeq. Veriùs credo hãc dilationem arbi
trariam, vt ſ. de dilat. §. nũc de temporum. Cæterùm ſi actor non
plenè probauerit, faciat ſibi, vel aduerſario iuramẽtum deferri: q̃
2 dic, vt ſ. de iur. dela. ¶ † Auditis[d] aũt allegationibus iudex, vt in-
d ſtruct⁹ ĩ cã appareat petitionẽ & cãę ꝓceſſum, allegatiões quoq;
& rñſiones, & ſingula actitata ſub cõpẽdio reepiloget, Salomonis
e exẽplo[e], qui ĩ quæſtiõe duarum mulierũ de filio litigantiũ dixit:
hæc dicit, filius meus viuit, & filius tuus mortuus eſt: eꝯriò dixit il
la, Mẽtiris, imò filius tuus mortuus eſt, ſed meus viuit. cuius litis
deciſio habetur extrà de præſum. afferte. & hæc reepilogatio ꝓ-
batur extr de re iud. abbate ſanè. & de cõceſ. præb. c. quia in cũctis.
lib. vj. Si quæſtio intricata ſit, vel plures angulos & anfractus ha-
bens, breuẽ & verã facti continẽtiam, allegationes quoque & re
plicationes partium in ſcriptis faciat ſibi dari, vt ſuper eis plenè
f deliberare valeat ſecũ, & etiam cum peritis[f]: de qua deliberatiõe
3 ĩ. in tit. de requiſ. conſilij, diſſeretur. ¶ † Et ſcias, ꝙ poſt concluſio-
nem nulla admittitur exceptio, vel allegatio facti, neq; teſtis, vel
inſtrumentum, C. de compen. l. fi. & arg. extr. de teſti. c. de teſtib⁹,
& de fid. inſtru. cùm dilectus. & de procur. auditis. & de cau. poſſ.
paſtoralis. & ſ. de inſtru. edit. §. nunc dicamus. in princ. niſi aliqua
euidens ratio moueat iudicem, vt in dec. paſtoralis. & niſi in exce
ptione excommunicationis, vt ext. de excep. pia. li. vj. & c. excep-
tionẽ. & niſi iudex ex officio ſuo aliquid inquirat, vel interroget
ſuper iã actitatis. quod dic, vt ſ. de poſ. §. iiij. & niſi aliquid iudicis
negligẽtia ſit omiſſum, vt ext. de teſtib. per tuas. & niſi vel dñs Pa
pa per ſe de aliqua exceptione cognoſcit: quòd dic, ſm In. vt no.
g extrà de ac. ad petitionẽ[g]. Poſt renũciationem etiam nõ põt ali-
quid fieri ſuper eo, ſup quo renũciatio facta eſt, C. de cond. inſer.
l. pe. ante fi. vij. q. j. quàm periculoſum. C. de reb. cred. ſi quis poſt.
de conſec. diſt. iiij. quæris prope prin. Et not. ꝙ eo ipſo, ꝙ eſt alle-
gationib⁹ renũciatum, intelligitur eſſe cõcluſum. vt extrà de pro
h bat. quoniam ꝯ. ſecundum Io. de Deo[h]. Sed licet hoc verum ſit
i pro parte præſente, ar. in auth. de teſti. §. quia verò[i]. tamen præd.
decr. hoc non probat, quę ponit per ſe renunciationem, & per ſe
concluſionem: & quilibet eorum eſt actus per ſe, vt iã eos diſtĩxi:
k de quo, & de renũciatione ꝓductionis teſtiũ dixi ſ. de teſte, §. fi.[k]
¶ † Hoc

ADDITIONES

a ¶Ex practicis autoribus nullus poſuit hãc Rubricam, ſaluo ꝙ Io.
de Deo, de renũ. allegationũ, poſuit in lib. Iudicum, j. & iij. parte:
& de cõcluſione in parte ſecunda. ¶Pil. aũt, & Tanc. de hac mate
ria modicũ poſuerũt in fi. rub. ſ. prox. Et puto, ꝙ idem feciſſet au-
ctor, ſi ſub hoc titulo nõ cõcepiſſet materiam extrà ordinẽ iudici
ciorum inſerere, quo ad multos caſus, vtilem valde. nõ eñ exiſti
mauit conueniens, illos ponere in tractatu libellorum ſub tit. de
renun. illos autem ponere inchoat ĩ. ver. & quia hîc. & nos ibi ali
quos tales addemus.
b Concludant. ¶ſecundum T. & hîc continuatur. ver. ij. ĩ.
c §. fi. ¶Tenet Pil. de allegationibus, in fi. quòd bene tenet ſentẽtia
licet allegationibus non fuerit renunciatũ: & facit ad no. in clem.
de verb. ſig. ſæpe. ad finem.
d Auditis. ¶Reaſſumit verba Tancredi.
e Salomonis exemplo. ¶3. Regum iij. c.
f Cum peritis. ¶ſecundum Tan. & hîc finit tit. eius præcedens.
g Ad petitionem. ¶Vide, quod ibi ſcripſi in gl. hîc continentur.
h Io. de Deo. ¶lib. Iudicum parte j. vbi de renũciatiõe allegationũ.
i Quia verò. ¶ſecundum Roſ. qui idem allegat, vt ſcripſi de cauſa
poſ. paſtoralis. ſ. ver. aut ibi vide. & in gl. prædicta.
k §. fi. ¶Eſt ſciẽdũ, ꝙ Gui. de Suz. plenè tractat quæſtionẽ ſup l. ſi qs
in ꝯſcribendo. C. de pact. qñ vnus litigantiũ renũciauit allegatio
nibus, an producere poſtea poſſit teſtes, vel inſtrumenta? Quòd
poſſit, inducit facultatẽ probãdi ampliandã, nõ anguſtandã. C. de
hæret. qñ. & iudex debet niti ad veritatẽ habẽdam, C. de iud. l. iu-
dices. nec arctare ſe debet ad vnã probationis ſpeciem: allegat ex
tr. de re iud. cauſam. & ibi concor. Itẽ iniquum eſt verbis eius peri
mi: quod nõ fuit cogitatũ. ff. de tranſ. cùm Aquiliana. Itẽ verbum
Allegationib⁹, de allegationibus iuris debet intelligi, C. de bo. q̃
lib. ñ ſine ratione. Item qui detulit iuramentũ, ipſum reuocare põt
& aliis probationibus vti, C. de re. cred. ſi quis. Item probatio eſt
genus, allegatio ſpecies: hoc poteſt ſubtrahi de genere, illo ma-
nente in ſuo ſtatu, ff. de manu. teſt. l. ſi peculium. & faciunt oĩa iu-
ra, quæ permittũt pœnitere, l. ſi quis libellos, C. de app. canoniza-
ta. ij. q. vj. §. ſi qs. cũ ſimilib. quæ vide in regula, qđ ſemel. de reg. iu.
li. j. Item facit C. de repu. hære. l. fi. vbi paternã hæreditatem repu-
diandam licet adire. Ad cõtrariũ inducit iura, quæ probant, quòd
licitum eſt cuiq; ſuo iuri renunciare. Remittit pro concordantiis
ad l. ſi quis in conſcribẽdo. C. de pac. vbi de his ſatis patebit. Item
quòd remittentibus actiones ſuas, &c. ff. de ædil. edict. quærenti.
& turpe eſt redire ad id, quod renunciauit, vt in prædi. l. ſi quis. &
C. de condi. inſer. l. vlt. ante fi. Item contra proferentem interpre
tanda ſunt verba, ff. de pac. veteribus. de reg. iur. cõtra eum. libr. 6.
Soluit, quòd inſtrumenta & teſtes producere poterit, per primò
allegata: quæ repetit, vt chartam occupet. Aduertendum, hãc ſo

4 ¶†Hoc autem ſcias,quòd renũciatio,vel concluſio in cauſa pri
cipali facta,non extenditur ad cauſam appellationis:nec credun-
tur partes de hoc cogitaſſe.Si autem cogitaſſent,& expreſsè dixiſ
ſent:Nos renunciamus, vel cõcludimus, quòd de cætero nec de
iure,nec de facto in cauſa principali, vel appellationis aliquid di-
cemus,talis renunciatio bene prẹiudicaret.¶Et quia hîc de renũ
a ciatione fit mẽtio,aliqua de alio genere renũciationis dicemus[a].
5 ¶†Pone ergo:aliquis renũciauit in aliquo cõtractu omnib⁹ ex-
ceptiõibus dilatoriis,quòd nulla vtetur,ſi cõueniatur ex eo con-
tractu coram arbitro,vel coram quocunque iudice:quæritur,q̃d
b iuris[b]?Et videtur,quod nullam poterit opponere,C.de pact.ſi q̃s
in conſcribendo.C.de rebus cred.ſi quis iuſiurandũ.extrà de for.
comp.ſi diligenti.7.q j.quàm periculoſum.C.de nõ nu.pec.gene
raliter.C.de appel.l.fi.in fi.xj.qu.3.rurſus.extrà de re iud.quod ad
conſultationem.Econtrà videtur, ꝙ ſic : quia ſic cogeretur quis
quandoque coram non ſuo iudice litigare:quod eſſe non debet
ff.de iur.om.iud.ſi conuenerit.ij.q.j.in primis.extrà.de iud.at ſi cle
rici.xj.q.j.in clericorum.Item cogeretur litigare fortè cum pupil
lo,vel adulto,vel cùm minus idoneo tutore,vel curatore,vel ex
communicato,vel hæretico,vel coram talib⁹:& ſic multiplex ab
ſurditas ſequeretur.Item cùm nondum ille exceptiones compe
terent,quando renunciauit, non valet renunciatio, ff. de acquir.
hær.is qui.ff.de leg.ij.ſi ita.§.ſub conditione.ext.de re iud. abbate
ſanè.prope prin.lib.vj.extr.de eccleſ.ædif.ad audientiam.xxij.q.ij.
ne quis arbitretur.Secundò poteſt dici, quòd ſi expreſsè dictum
fuit,quòd nulla exceptio admitteretur,tunc nulla admittetur:ali
às ſic,arg.à contrario ſenſu,extr.de offi.deleg.ex parte.ij.&arg.ex
c tr.de æta.& qua.accepimus.Vel diſtingue[c], an expreſſit excepti-
ones,quibus renunciauit,vel non:ſi non expreſſit,ſed abſolutè di
xit,nulla eſt renunciatio,vt ff.ſi quis cau.ſed & ſi quis.§.quæſitũ.
imò poterit rationabiles proponere,vt in præd.decret. ex parte.
non obſtante, quòd dixerit nullam exceptionem dilatoriam. nã
& lex dicit,quòd cõtra interdictum Quod vi,aut clàm,aliqua ex-
ceptio non opponitur,vt ff.quod vi,aut clam,l.j.§.j.& tamen po
ſtea in 4. vel v.leg.ſubſequent.admittit̃,ff.e.l.ſi alius.§.j.& in præ.
c.ne quis. Si verò expreſſit, ſeu ſpecificauit aliquas exceptiones,
aut erant tales,quibus poterat renunciari, aut non poterat.Si nõ
poterat,non videtur illis renunciatum. ſic patet in feriis ob reue-
rentiam Sanctorum inductis,extr.de fer.c.fi.ff.eod.l.j. & in illa ex
ceptione,de qua habemus ff.de procur.filiusfamiliâs.§. veterani.
& ff.de poſtulando,quos prohibet.& extrà de foro competenti,
d ſi diligenti.& ſimiles[d].Si autem poterat,tunc valet renunciatio,
vt patet in feriis meſſiũ. extr.de iud.ca.fi.ff.de fer.l.j.& l.ſi feriatis.
& in exceptione,de qua habetur.C.lib.x.de honorib. non conti.
l.ij.ff.ad mun ic.Lucius.§.idem.Vel poſſet dici,quòd renunciatio
generalis pl us valet, quàm ſpecialis: maximè aliqua exceptione
expreſſa,C.quando mulier tu.offi.fun.auth.ibi poſita,ff.de acqui.
rerum do.quædam.quod in hac parte non multum placet,argu.
23.diſ.quanquam.Vel diſtingue,an renunciauerit ſpecialiter,vel
promiſit quòd nulla vteretur,vel pactum fecerit.Primo caſu nõ
valet:in ſecundo & tertio ſic:& ad hoc C.de pactis, l.j.ſecundum
Vber.vide j̃.ver.quid ſi quis.Sed,ſecundum hoc,quid dices,ſi fiat
pactũ,vt poſſit ſub quolibet iudice conueniri,vel in quolibet iu-
dicio?de hoc dic,vt s̃.de compet.iudi.adi.ver.27.& ſeq. Quid ſi di
catur in inſtrumento,quòd non poſſit probari ſolutio,niſi per ip
ſum inſtrumentum redditum:dic, vt s̃.de prob.§.videndum.verſ.
e ſed pone[e].¶†Quid ſi quis renunciauit omnibus exceptionibus
6 competituris?& videtur,quòd non tenet renunciatio.nam inſti-
tutus ſub conditione repudiando ante conditionem extantem
nil agit,ff.de acqui.hære.is qui hæres.reſp.j. Item omne futurum
cenſetur incertum,ff.de iud.ſed & ſi reſtituerit.§.fi.ff.ſi pars hære.
pet.antiqui.Inſt.de ver.obli.§. conditiones. Vnde dubitationem
inducit:quare non valet renunciatio,vt in prædict.l.ſi is qui. §.ſi
quis dubitet.& eo.tit.qui ſuperſtitis.& l.in repudianda.& l.is qui
poteſt.& C.de cap.& poſtli.reuer.nec nos præteriit. Item nemo
repudiare poteſt,quod nequit habere,ſi velit,ff.de reg.iur.qui po
teſt.§.quod quis.ad idem ff.de leg.ij.ſi ita ſit ſcriptum.§.ſub condi
tione.ff.de cond.& demon.mulieri.extr.de re iud.abbate ſanè.li.
vj.extr.de eccleſ.ædif.ad audientiam.ij.ff.de iniuſt.rub.& irri.teſt.
l.nam & ſi ſub conditione.& l.ſi binæ.ff.de ædil.edic. bouem.§.ſi
ſub conditione.Arg.contrà:quia poteſt renunciari pacto iuri ſuc
cedendi in poſterum & hæreditati mortis tempore propter in-
certum conditionis euentum,C.de pactis,l.j.ff.eo.l.& hæredi.§.fi
liusfamiliâs.& l.pactum inter hæredem.ff.de minori.l.denique.§.
7 ſi quid minori.¶†Item ſi datur mihi ſub conditione,& ſic ſpe tã
tùm,illam ſpem poſſum alteri dare, C.de don.l.ij.ad idem ff.de re
iud.commodis.& facit ff.à quibus appellar.non licet, l.j.§. ſi quis
autem.C.de tempor.appel.leg.fi.§.fi.ff.de contrah.emp. ſi in em-
ptione. §.omni.Super hoc dicunt quidam,quòd repudiatio futu
ri iuris tacitè facta,bene tenet,C.de bo.libe.l.fi.ſecus ſi expreſſim
arg.C.e.ti. Paulus.§.patroni.errorem ſuum ſumentes ex gl.Azo
poſita ff.de acq.hær.qui repudiantis.Alij dicunt,quòd ſola repu-
diatio non valet,vt in prẹd.primis concor.ſed pactum de repudi-
ando factum,bene valet,vt in contrariis:ad idem C.de pac.ſi quis
in conſcribendo. quia pactum nititur auctoritate duorum, vt ff.
de pac.l.j.§.pactum.Sed repudiatio conſenſu vnius tantum fulci-
tur, & ideo plus videtur poſſe pactum, quàm repudiatio. & hoc
videtur Azo ſentire ff.de regul.iur.qui poteſt.§.quod qui.Tertij
dicunt,quòd refert vt renuncietur generaliter omnibus excepti
onibus,nullis enumeratis,vt tunc non teneat:an omnes,vel quẹ
8 dam ſint enumeratæ antè,& tunc teneat.vt s̃.ver.pone.¶†Quid
ſi quis renunciet iuri ſibi competenti,& competituro, literis im-
petratis,vel impetrandis?Dic,vt in Summa do.mei in tit.de renũ.
§.quæ poſſunt.ver.quid ergo,ſi quis.Item iuri publico renuncia-
9 ri non poteſt,ff.de pactis,ius publicum.¶†Cui autem iuri renun
f ciari poſſit,ſatis plenè no.extr.de for.compet.ſi diligenti[f],hîc ta
men aliqua vtiliter adnectamus. ¶Diſtingue ergo: Nam ius pu-
blicum,aut eſt publicum auctoritate & vtilitate, vt C. ſi aduerſus
fiſc.leg.j.aut auctoritate tantùm.Primo caſu non poteſt ei renun
ciari : vt eſt ius eximẽdi monaſteria vel eccleſias,quod eſt publi-
cum auctoritate inſtituentis, ſcilicet Papæ, & vtilitate eius, quia
ſibi retinet illa,extrà de arbi.cum tempore.cum ſimilibus:ſicut e-
tiam eſt ius publicum,quòd conſiſtit in ſacris & ſacerdotibus.l.j.
ff.de

ADDITIONES.

☞lutionem non eſſe contrariam iſti verſiculo, qui loquitur, quã-
do partes ambẹ renunciauerunt allegationibus:quo caſu tenent
s̃.dicti Doctores haberi pro concluſo: quæſtio autem quærit de
vno ſolo.Item quæſtio eius minus eſſet dubia, quando ſuper ali-
quo emergenti eſſet facta illa renunciatio. Et ſcias ad vtrunque
dictum, quòd in talibus renunciationibus ponderanda ſunt ver-
ba,& ſtatus cauſæ,& conſuetudo fori.Si enim fiat renunciatio al
legationibus&omnibus probationibus,certum eſt,quòd iſta eſt
concluſio,vt no.in decre.cùm dilectus.de fid.inſtru.in ij.gl.Idem
puto,ſi renuncietur allegationibus iuris & facti,quando ſtat⁹ cau
ſæ patitur concludi:facit de reſcri.ſtatutum.§.pe.lib.vj.Item ſi cõ
ſuetudo habeat,verbum allegationum comprehendere ius & fa
ctum,& per illud ſolum concludit:& tũc procedit,quod dicit iſte
ver.facit quod not.s̃.de lit.conteſt.§.pe.in princ.& j̃.de ſen. pro-
lat.§.pe.in fin.
ADDE,quæ voluit Rom.conſ.xx.& clxxv.
a Dicemus.¶Ex quo auctor diuertit à proſecutione ordinis iudici
arij, nos ipſius propoſito per remiſſiones caſus aliquot adiunga-
mus de quẹſtione dominicali:vt de clerico,qui turbatus propter
exactiones, quas ſibi imponebat epiſcopus, renunciauit benefi-
cio in eius manibus:quod ſtatim repetit:ſcripſi de renun.ca.ij.lib.
vj.in vlti.gloſſ.de illo, qui renunciauit legi commiſſoriæ, etiam
cum iuramẽto:fuit quæſtio dominicalis xij.& Tan.x.vide q̃d ſcri
pſi ext.de pig.ſignificãte.ſuper gl.ij.Sed vltra ibi ſcripta ſciasꝙ hẹc
quẹſtio fuit Pilei lxvj.q ſoluẽdo diſtinxit debitorẽ ſciẽtẽ pactũ le
5 strā.C.si à nō com.iud.l.fi.ff.de re.iu.factū.¶†Quid si nulla delegatiōe ꝓcedēte aliqs tulit snīam in aliqua cā,in qua iudex ñ erat, nūquid ratihabitio ordinarij facit valere sentētiā?Videtur, ꝙ sic, ff.de iud.licet.C.de iure fisc.l.2.lib.x.& ix.q.2.Lugdun.Sed dic ꝯ,
f vt no.in præd.l.ij.& 9.q.2.c.j.[f]Est aūt incōpetēs iudex,q nullā habet iurisdictionē:vt qa ꝑ falsas literas ē obtērus,ext.de cri.fal.sup eo.si dat⁹ est ad vnā certā rē,& vult de alia iudicare,ext.de of.del. cū olim.& c.venerabili.& C.si à non comp.iud.l.j.vel si partes ꝯsentiāt in eū:quia nulli pręest iurisdictioni,qđ fieri non potest.ex
g trā.de foro ꝯp.significastig.C.de iur.om.iu.priuatorū.ff.de iu. l.j. vel si partes errore,vel metu ꝯsentiūt ēt in eū,qui præest iurisdictioni,ff.de iur.om.iud.si per errorē.C.de epis.aud.si quis.vel si clericus sine metu,vel ēt sciēter,ꝯsentiat in alienum iudicem seculare,ext.de foro cōp.si diligēti.& c.Romana.in prin.e.ti.lib.6.9.q.j. inolita.& c.placuit.vel ēt ecclesiasticū sine ꝯsensu sui epi,vt e.tit. significasti.& in præd.c.Romana.vel in talem,putā delegatū, cuius iurisdictio nō poterat prorogari,ext.de of.del.P.& G.vel si de re spirituali ꝯsensimus in laicū,ext.de iud.decernimus.& de arbi. ꝯtingit.vel si ꝯsensum reuocauimus,ff.de iur.om.iud.l.si ꝯuenerit.vel si sit talis,qui possit per exceptionem aliquā remoueri:qđ
6 dic,vt s.de iu.del.§.excipi.¶†Verùm si iudex iurisdictionem habet sup re,de qua snīam ꝓfert,si corā eo lis sit ꝯtestata, valet eius snīa,licet ante litē ꝯtestatā potuisset ꝑ exceptionē iurisdictio ei⁹ declinari,ext.de re iu.c.inter monasterium.C.de exc.l.pen. nisi aliàs sit sententia nulla.

ADDITIONES.

a Etc.¶Ad horum instar idem possunt episcopi,de re iud.c.vl.lib. 6.sed electi,confirmati,vel administratores id non possunt,vt ibi scripsi super ver.episcop.
b Dixit.¶De rescr.sciscitatus.quod decidendo ibi hic remisi.
c Sol.ibi.¶Dic,ꝙ pronunciatio p̄t fieri ꝑ vnū aliis præsentibus & mandatibus,tñ ꝑ verba pluralis numeri,de re iud. c. pen. lib. vj.si discordant,locum habent contraria.
d L.j.¶Ibi de voluntaria iurisdictione.& tali,quæ singulis competebat,vt ibi in prin.vnde licet duo cognouerint,vno impedito,alter expediet.
e Ratificari.¶Vide,quod no.de arb.c.2.li.6.in vl.gl.
f C.j.¶Verba fuerunt Alb.Gal.de iud.ord.& del.ante fi.ver.sed pone,quòd iudex.
g Significasti.¶Vbi scripsi super fi.j.gl.nouem,quæ requiruntur in prorogatione fienda per clericum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, ordine iudiciario substantiali prætermisso, vel non seruato, lata, ipso iure non tenet.*
2 *Terminus ad causæ decisionem ab initio electus, vicem obtinet peremptorij.*
3 *Iudex quandoque cogi potest iuris inducias diminuere.*

¶Sententia quando sit ferenda.

4.§.Nunc videndum restat, quando sententia sit ferenda: & quidem ordine iudiciario præmisso, s. lite contestata, confessionibus & allegationibus auditis, omnibusque causæ meritis diligenter inuestigatis, in die non feriato, & ante crepusculum noctis. hęc omnia probatur 30.q.v.§.his ita. & c. incerta. & c. nullum. & c. iudicantem. ext. vt lite non conte. ptotũ, ff. de fer. l. feriatis. ext. de of. del. cõsuluit. in auth. de iud. §. sedebũt. Col. 6.
1 ¶†Alioquin sñia ordine iudiciario substãtiali prętermisso, vel nõ seruato lata non tenet ipso iure, 2. q. 6. §. diffinitiua. ver. item sententia contra solitũ. ext. de ele. dudum. C. de sent. ex breui. rec. l. 2. 3. & 4. Et hoc verũ est regulariter. Fallit tamen in casibus, in quibus, si reus sit contumax, possunt testes lite nõ ꝯstita recipi & sententia ferri: quos dixi s̃. de testi. §. nunc tractemus.
a ver. 3. & ver. 4. & ver. v. & ver. 8. & ver. xj. & ver. 30. & ver. 34[a]. Itẽ secundum leges ferenda est intra biennium in causa criminali: in ciuili verò intra triennium, vt C. de iud. properandum. quod dic,
2 vt extr. e. c. pen. ¶†Illud autem est no. ꝙ si causa intra certũ tem-
b pus, puta intra mensem decidenda cõmittitur[b], vt extr. de of. del. de causis. & de ap. super eo. 2. si huiusmodi commissio de partium ꝯsensu emanauerit, iudex, adueniẽte ipso termino, ad petitionẽ, partis alterius pronunciabit: quamuis pars altera ꝯdicat, petẽs terminum ad probãdum de iure suo, & ob hoc appellans. nam eò ꝙ ab initio cõsensit in terminum, talis terminus vicẽ obtinet perẽptorij, adeo vt etiam cõclusionis loco censeatur, nisi fortè nouũ & inexcogitatum impedimentum emergat, vt probationes inducere nequiuerit: quo casu vel iure communi, vel restitutionis be-
c neficio, subuenitur eidem, ar. ext. de ap. cordi[c]. sicut & fit in termi-
3 no iuris, prout no. e. ti. ex ratione. ¶†Si verò ex consensu partis alterius tantùm præfixus fuit, tũc ad eius petitionem non differetur sententia vltra illum: quia sic consensisse videtur. alteri tamen parti, quæ nõ ꝯsensit, nõ præiudicat, quin ad ꝓbandũ de iure suo moderatas debeat inducias obtinere. Iudex em̃ iuris inducias debet, & cogitur diminuere: & in hoc videtur delegãs fecisse gratiã impetranti. Certum quoq; est, ꝙ vbi mandatur lis intra certum tẽpus, seu terminũ terminari, nõ dabit iudex tot & tantas inducias, sicut aliàs fecisset, si certus terminus pręfixus non esset. Caueat tñ ne sic eas coarctet. ꝙ omnino ius partis absorbeat, quæ intra tam angustum tempus probare non posset: ar. ff. de admin. tut. tutor, qui repertoriũ. §. j. Quòd si fortè reus. q in termino non cõsensit dilationes vlteriores, quàm actor. q cõsensit, obtinuerit, hæ ꝑderunt etiam reo, vt intra easdẽ possit de iure suo docere, C. de tẽp. in integ. rest. l. petẽdæ. Vltra terminũ aũt ꝑfixũ neq; iudex eas dare, vel ĩ cã ꝓcedere, nisi de partiũ ꝯsensu, vt in præd. c. de causis. & ext. de re iud. quod ad consultationem. §. sed nec executionẽ. ſm
d Papam, vt no. in præd. c. super eo[d]. Et idem videtur per omnia, si negociũ intra certum tempus instruẽdum mandat, & postea remittendum: quod dic, vt s̃. de remis. §. videndum. ver. in summa.

ADDITIONES.

a Ver. 34. ¶Omisit 33. qui ibi est, cum opponuntur exceptiões priuilegiatæ, de quibus de lit. contest. exceptionis. lib. 6. quasi intendat, ꝙlicet in eo recipi posset testis, non tñ diffinitiua ferri. Posset tamen dupliciter respõderi. sc. ꝙ ibi miscuerat puras dilatorias cũ illis: vnde verè excipere non potuit. Item quam plures alios omisit, in quibus fertur sentẽtia. vnde non omnes, sed certos, voluit numerare. Hæc dicta sunt propter no. de lit. contest. exceptionis. lib. 6. in gl. sufficiebat. in fi. & s̃. de excep. §. dicto. in vlt. col.
b Committitur. ¶Si venit dies termini, & est feriata, vide s̃. de fer. §. 2. super ver. pen.
c Cordi. ¶lib. 6.
d Super eo. ¶Vbi post eum scripsi totum, quod hîc hr̃, post ver. illud autem. vsq; in fi. & qđ interseruit Host. & hoc in gl. quæ incipiat ergo. & vide, quod no. v. dixi s̃. de dila. §. j. ver. sed pone, ꝙ causa. quod hîc ponit poterat: sed quia de dilationibus erat, ibi potiùs collocaui.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ferri debet secundum allegata & probata, non secundum conscientiam.*
2 *Sententia ferri debet secundum consuetudinem loci, in quo contractum est, vbi litigatores sunt diuersorum locorum.*
3 *Sententia debet ferri secundum iura, non per exempla.*
4 *In prolatione sententiæ debent adesse ij, quorum consilium & præsentia requiritur.*
5 *Sententia ferri debet in publico, non in occulto.*
6 *Causa si ab initio ducatur per procuratorem, syndicum, vel actorem, tunc in eius personam concipienda est sententia: secus si per principalem dominum.*
7 *Sententia debet esse certa.*
8 *Sententiæ generales in iure quæ sint.*
9 *Petens decem, si iudex cõdemnat in quinque, de aliis quinque tacens, an possint illa quinque repeti.*
10 *Sententiam rectè latam an possit iudex corrigere, vel mutare.*
11 *Sententia delegati potest per superiorem corrigi, vel mutari: & si multum distet, nihilò minus potest actio pristina intentari.*
12 *Sententia, quæ non transit in rem iudicatam, potest corrigi, & quasi de nouo per iudicem, vel eius successorem ferri.*
13 *In sententiæ prolatione quæ sint per iudicem exprimenda. Iudex quibus verbis in prolatione sententiæ vti debeat.*
14 *Iudex quibus casibus teneatur sententiæ causas exprimere.*
15 *Sententia est secundum formam petitionis dictanda.*
16 *In qualibet sententia dicuntur sex contineri.*
17 *Custodia veritatis in iudicando est magis obseruanda, quàm obedientia voluntatis.*

¶Sententia qualiter sit ferenda.

5.§.Qualiter aũt sententia sit promulganda, clariùs explicemus. Et quidem iudex ante omnia debet diligenter cuncta, quæ fuerunt in iudicio acta, discutere, & cum peritis deliberare, vt s̃. de requis. ꝯs. in prin. & in fi. postmodũ partes citandæ sunt ad sententiam audiendam, vt extr. de testi. cũ olim. in fi. aliter non valeret sententia, vt s̃. de citat. §. viso. ver. ali-
a ter autem. Deinde[a] est ferenda sententia, iudice sedente pro tribunali in loco consueto, vel aliàs honesto, vtraque parte præsente, vel altera contumaciter absente: (quia contumacia facit tunc eã pro præsente haberi) sententia priùs in scriptis redacta, & correcta, sacris ẽt coram se positis, sciat iudex, quia nõ minus iudicabit, q̃ iudicet. hoc probatur per ordinem 2 q. 4. §. notandũ. ver. abolitio. & 3. q. 3. §. spacium. ver. à procedente. C. de iudi. properandũ. & l. rem non nouã. C. quomodo & quando iud. ea quæ. ext. de dolo & contu. veritatis. ext. de iur. venientes. & ĩ. c. ti. §. iuxta. ver. itẽ
b non valet. & per totum[b]. ¶†Item debet ferri secũdum allegata
1 & probata, & nõ ſm cõscientiã, vt 3. q. 7. iudicet. ff. de of. præ. illicitas. §. veritas. ext. de of. iu. ord. si sacerdos. & de of. del. pastoralis.
c §. quia verò[c]. quod facit ad q. illã, quia cùm quidam nobilis quẽdam interfecisset in platea Bonoñ. & Potestas de fenestris palatij hoc vidisset, tandẽ quia homicidium illud nõ probatur, Potestas voluit illũ ad quęstionẽ ponere, vt sic ab ipso erueret veritatem. Sed Azo, Host. & Acc. consulti, responderunt, ꝙ hoc facere non poterat, ꝑ ꝑ. §. veritas. Sed contrà 2. q j. §. qñ. quod intellige, vt no
2 ĩ. de no. cri. §. fi. ver. Pet. de Samp. ¶†Debet etiam ferri ſm cõsuetudinem loci, in quo contractum est, vbi litigatores sunt diuersorũ locorum: quod dic. vt s̃. de fer. §. j. ver. sed pone. Quid ergo, si vnus Carnoteñ. & alter Rhemen. ꝯhũt Parisiis: demũ de cõmuni cõsensu consentiũt in iudicem Beluacen. scientes eum suũ nõ eẽ iudicem, vt ff. de iud. si ꝯuenerit? Dic, ꝙ ille iudicabit ſm ꝯsuetudinẽ Parisien. si sit illa cõsuetudo ad decidendum litẽ, vt probat in præ. ver. sed pone. Itẽ pone: quidã Flandren. obiit Ianuæ, & ibi in testamẽto vxorẽ suã hæredẽ instituit: sed ecce, secundum cõsuetudinẽ Ianuæ nõ ꝑt vxor succedere viro, ex quo possessor bonorum se tuet: in Flandria verò est ꝯria ꝯsuetudo, ex quo mulier replicat. Dic, ꝙ mulier ſm consuetudinẽ Flãdriæ, vbi litigat. potior ẽ in adeũda hæreditate, ff. ex q. cau. in pos. ea. apud Iulianũ. in fi. & sic obtinuit ĩ hac q. & ĩ ꝑ. ſm Odof. ꝑ iura posita in ꝑ. ver. sed pone
3 de hoc no. s̃. de edi. inst. §. ꝯpẽdiosè. ver. qđ si de cõsuetudine. ¶†Debet quoq; sñia ferri ſm iura, nõ ꝑ exẽpla, 2. q. 7. §. hoc dicto. nisi cẽnt exẽpla principis, q̃ faciũt iꝰ, C. de leg. l. fi. ext. de re iu. de cau
d sis[d]. ẽt si lata sit à principe sine scriptis, dum tamẽ sit lata animo statuendi ius, xxv. q. 2. institutionis. Argu. contrà, xx. dist. de quibus. in fi.

ADDITIONES.

a Deinde. ¶Ponit verba Tan. vbi s̃. resp. j.
b Totum. ¶Pil. de ꝑsentia Euãgeliorũ hîc tacta, tractat, vbi s̃. ĩ fi. ponẽs tex. ipsius l. rẽ nõ nouã. & tenet, ꝙ si solennitas illa defuerit, sñia ñ valebit: alle. C. de iur. cal. l. 2. Ac. ibi ꝯ ꝑ l. ff. de vẽ. insp. l. j. ĩ fi. Tẽperat demũ Pile. dictũ suũ, dicẽs, ꝙ si iudex à pricipio iurasset generaliter, prout debet, putã quasi illud iuramentum semper ad sit sine Euangeliorum præsentia, valere sententiam.
c Quia verò. ¶Vide, qđ dixi s̃. de disp. & alle. §. fi. prope fi. ver. licet. ADDE ver. seq. Item pone, quæ posui post Bar. in 7. q. principali in l. cunctos populos. C. de summa tri. & fide cathol.
d Causis. ¶Ibi dixi de hoc in gl. contrà, quæ.

a in fi.ᵃ Quid si iudex ita dixit, Pronuncio, sicut talis iudex in tali cã pronunciauit:(& constat quòd ille bene iudicauit) nunquid valet
b hæc sententia ᵇ? & videtur, quòd non, propter vitium pronunciationis, vt ff. de excu. tut. qui testamento. Vel potest dici cõtrà, quia si hæc verba non vitient, arg. ff. de verb. ob. quæ extrinsecus. Vel refert, vtrùm in sententia expressit errorem, vel non. quod dic, vt
c extr. de sent. excom. c. per tuas ᶜ. ¶† Item adesse debent in prola-
4 tione sententiæ ij, quorum consilium & præsentia requiritur: puta canonici episcopales, quando episcopus debet sententiare, ar. xv. q. 7. episcopus. extrà. de his, quæ fi. à præl. sine conf. cap. nouit.
d extr. de accus. qualiter. ij. lxxxvj. dist. si quid. xxiiij. dist. episcopus ᵈ.
5 ¶† Debet autem ferri in publico, non in occulto, C. de sent. & inter. om. iu. sententiam. xcvj. dist. bene quidem. extra. de off. deleg. consuluit. iij. q. iij. §. spacium. ver. à procedente. xviij. q. ij. perniciosam. extra. vt eccle. benefi. c. j. ff. de reg. iur. omnia, quæcunque. Et intellige locum publicum, in quo ius reddi consueuit, ff. de iust. & iure, l. pe. & ff. de arbi. si cùm dies. §. pe. & ff. de inter. in iure fac.
6 l. iiij. ¶† Porrò si causa ab initio ducta est per procuratorem, syndicum, vel actorem, sententia in personam eius concipienda est, & non in personam domini: & ipse condemnandus est, seu eius
e condemnatio facienda est, secundum T. ᵉ extr. de censi. olim causam. C. de sent. & inter. om. iud. l. j. extra. de elec. querelam. Si verò
f dominus causæ in propria persona litigauerit ᶠ quamuis postea in causa illa procuratorem dederit, formanda est sententia in personam domini, & non procuratoris, vt ff. de neg. gest. liberto. §. j.
g extr. de transact. ex literis ᵍ. Tutius tamen est, in personam vtriusque condemnationem dictari, prout not. in præd. decre. quere-
h lam ʰ. C. de procur. nihil interest. In criminibus autem in personã
7 domini est dictanda, C. de iureiur. l. fin. ¶† Item debet esse sententia certa, vt C. de sent. quæ sine cer. quantit. profer. per totum. Sed contrà j. de expen. §. fin. ver. item scias. & ff. si pars hæred. pet. non possumus. Sed illud ibi facit natura actionis: super quo dic, quòd si de certa quantitate actum est, certa debet dari sentẽtia alioquin non valet, vt Inst. de actio. §. curare. Dic tamen, quòd quandoque factum est incertum: & tunc certa non potest dari sententia, C. de senten. quæ sine cer. quantit. profer. hæc sententia. xj. q. iij. graue. xliij. dist. in. habuisse. Vnde si petantur decem, aut Stichus, vt in noxali actione, potest iudex pronunciare, vt dentur decem pro æstimatione litis, aut Stichus pro noxa, ff. de nox. l. j. & ij. Inst. si quad. pau. fec. dic. in prin. & de off. iud. in prin. Et si petitur ecclesia cum pertinentiis, valet tunc incerta sententia, ext. de excep. cùm venerabilis. xxj. q. ij. si quis iam. j. de relig. do. ver. illud autem. Quid si petitur sors & pœna simul, nunquid potest pronunciari super pœna tantum? de hoc s. de act. seu pet. §. sequitur. ver. sed quid si quis. Quandoque verò ius est incertum: & tunc nihilò minus certa potest ferri sententia, de similibus ad similia procedendo, ff. de legib. non possunt. extra. de rescrip. inter cætera. xx. dist. de libellis, Quãdoque persona est incerta, contra quam sentẽtia fertur, sed factũ est certum, vt extra. de off. ord. c. ij. v. q. j. quidam. Quandoque etiam quantitas est incerta, & tamen fertur sententia, sed non mandatur executioni, donec fuerit quantitas certificata, vt ext. de procu. auditis. Certificatur autem incerta sententia per certam quantitatem in actis expressam, vt in præ. l. hæc sententia. Vinc. verò di-
i xit ⁱ, quòd si ambiguitas est in facto, nõ debet ferri sententia, vt suprà, nec debet etiam consuli superior, ff. de iud. eum quem temerè. §. ij. Si in iure, nec tunc debet ferri sententia, xiiij. dist. sicut, quædam. sed debet etiam superior consuli, vt in pręd. l. §. j. Si autem de persona dubitetur, fertur sub conditione, vt in præd. c. quidam. & in præ. dec. de off. ord. Et no. ꝙ si constat iudici, ꝙ quis habet in aliqua ecclesia ius episcopale, dubitat tamen de aliquibus capitulis, prudenter faciet, si sic in sententia dicat: Adiudicamus tali ius episcopale in tali ecclesia, talibus capitulis, de quibus nobis non constat ad plenum, exceptis, vt extra. de relig. dom. constitutus. & de excep. cùm venerabilis. ver. quia verò. vbi de hoc, secundum Pa-
k pam ᵏ. Petitio enim subiectionis generalis est: & ideo licet in libello dicatur, Generaliter ago super subiectione, vt j. de relig. domi. ver. illud autem. tamen probari debet, in quib. articulis sit subiecta, & super illud tantùm sententia ferri, vt probatur & no. secũ-
l dum eum, extra. de re iud. cùm inter vos. in princ. & in fi. ˡ ¶† Item
8 no. inueniri in iure generales sententias, vt decernimus omnem collationem per talem factam, & sententiam latam irritam, vt extra. de exces. prælat. tanta. ¶ Item iudicamus omnes processus irritos, vt extra. de rescrip. cùm dilecta. de elect. dudum. ¶ Item reducimus te ad statum, in quo eras tempore appellationis emissæ, vt extra. de appel. bonæ memoriæ. ¶ Item adiudicamus tibi ius episcopale, vt ext. de excep. cum venerabilis. ¶ Item cassamus processum, & quicquid secutum est ex eo, vel ob id, vt extr. de procu. auditis. ¶ Item condemno te ad expensas faciendas, si in probatione defeceris, vt eo. c. & similes. Quando autem possit generalis ferri sententia, & quid iuris sit super hoc, no. secundum Papam, in præ.
m c. tanta ᵐ. ¶† Quid si peto decem, & iudex condemnat in quinque,
9 de aliis verò quinque tacet ⁿ? dic, ꝙ adhuc potero alia quinque pe-
n tere. quod dic, vt no. C. si aduer. rem iu. l. j. Vel distingue: quia si iudicium coram iudice habitum est, intelligitur reus absolutus in quinque. nam hoc casu subuenitur minori per restitutionem in integrum, C. si aduer. rem iud. l. j. per quod patet, ꝙ erat absolutus reus. Si verò coram arbitro, secus, ff. de doli excep. apud. §. item quæritur. contrà s. de arb. §. fin. ver. quid igitur, si de vna. Secus tamen est in compensatione. si. n. petii à te x. & opposuisti compensationem aliorum x. & iudex te condemnat in x. non ideo intelligitur me absoluere, nisi adiiciat in sententia, ꝙ spernit, vel cassat compensationem ff. de neg. gest. si autem. §. si à quocunque. ff. de compens. quod in diem. §. si rationem. Et scias, ꝙ aliqua expressio est necessaria in sententia, sine qua libellus valet. nam in sentẽtia debet exprimi res, vel quantitas, vel in actis contineri, ff. de re iu. ait prætor. Vnde non valet talis sententia, ꝯdemno te ad res, quæ tibi
o obuenerunt à tali, ar. C. de sent. quæ sine cer. quan. profer. l. ij. ᵒ

ADDITIONES.

a In fi. ¶ Ibi soluitur in j. gl. & vide, quod dixi de elect. venerabilem. Secus ver. sciunt. super j. gl.

b Sententia. ¶ Ad quæstionem facit, quod scripsi s. de except. §. viso. ver. porrò in Italia. ADDE, quæ scripsit Angel. consil. cxlix. an valeat sententia iudicis dicentis, pronuncio in omnibus & per omnia, vt in consilio continetur. ADDE vlterius domin. Abb. Sicul. in c. cùm venerabilis. in penult. col. extr. de excep. & ibi dixi, ꝙ ex quo de illa sententia non apparet in actis, nõ valet sententia

c Tuas. ¶ Hunc finem nescio quare posuerit auctor, cùm quæstio poneret, ꝙ cor[r]obabat primam sententiam valere. Secunda etiam allegatio parum valet, quia ibi stipulatio erat certa & perfecta, licet verba superflua fuerint interposita. Sed in casu quæstionis sẽtentia remanet incerta ex quo ex verbis sententiæ, vel actis eiusdem instantiæ non habetur certitudo. De actis litis dixi: quia bene valeret talis sententia, condemno ad petita: & de hoc statim sequitur in ver. itẽ debet. & patet in l. iij. C. de sen. quæ sine cer. quan. Non obstat decre. cùm venerabilis. ver. quia verò. de excep. quia in generali, vel vniuersali iudicio loquitur, vt j. dicetur, & per Hosti. in Summa eo. tit. §. qualis. sub ver. certa.

d Episcop⁹. ¶ Valet tñ consuetudo cõtraria, de cõsuet. nõ est. li. vi.

e Secundum T. ¶ Vbi s. rub. j. ante fi. ver. & no. de apparatu j. dicã.

f Litigauerit. ¶ & litẽ ꝯtestatus fuerit. Habet q̃stio Scharabecii, quã qdã attribuũt Frã. Accur. sed originalẽ habeo de manu primi: qui tenuit, valere sentẽtiam latã in personã domini, q ꝯtestat⁹ fuerat litem, licet postea procuratorem dederit, qui cum eo præsens erat tẽpore sententię, in qua de ipso mentio facta non fuit: & incipit q̃stio: Quidã petebat à me fundum. Motiua ipsius fuerunt, qa libellus ꝯ dominum formatus fuerat, & non ꝯ procuratorem: & sic contra dominum formari debuit sentẽtia, ff. communi diuid. l. vt fund⁹. Insti. de act. §. curare. Itẽ hîc dupliciter dominus, re ipsa & contestatione litis: ergo, &c. Itẽ actio in factũ, q̃ orit̃ ex re iudicata, datur contra dominum, & non ꝯ procuratorem, ff. de procu. l. Plautius. Conuenientius ergo & expedientius fuit actori, illum condemnari, quem sententia afficit. Cõstat enim ex promissione procuratoris iudicatum solui, nec ex delatione iuramenti per eũ facti, nec ex eius pacto dominum affici, ff. iu. sol. si ante. de iureiur. iusiurandum. ij. §. fi. de procur. qui ad agendum. in fi. li. vj. Non obstat l. j. C. de sent. & inter. quia, vt ibi dicit textus. domina nunquã fuerat in iudicio: & tunc principalem vocari, qui ignorat statum causæ, videtur absurdum & vocatio procuratoris statum causæ notum habentis, posset inducere iudicem ad non pronunciandũ vel ad aliter iudicandum: meritò igitur ille vocandus. Nec enim placet subauditus Maximè, vel dicere, ꝙ ibi factũ narret, cùm verba legis regulariter, & nõ frustra ponantur, ff. de iniur. ait prætor. §. j. Ad l. si quis cum procuratorio. ff. de procu. & ad l. licet. §. si plures. eo. tit. & his similes, respondet, quòd dominus tempore sententiæ non erat ibi in iudicio: hîc præsens erat in iudicio. Procedunt autẽ prędicta, & fortiùs, qñ dñs litem ad se assumpserat, qua si procuratorem reuocando: qđ poterat: tũ qa nõ fuerat litẽ cõtestatus: tũ qa nõ residebat. hoc ibi pleniùs. ADDE, an sententia lata ꝯ dñm q litigauit ꝑ procuratorẽ, sit nulla tam de iure ciuili, q̃ canonico, & quod ius sit seruandum, Ang. conf. xcviij.

g Literis. ¶ Pars đcisa faciebat ad hoc, vbi ẽt erat hęc gl. Tã. ĩ i. cõpil.

h Quærelam. ¶ In gl. concipienda. & vide, quòd super ea dixi.

i Dixit. ¶ In c. iuuenis. de spõsalib. ADDE tu ad ꝓpositã materiã, ꝙ vbi sententia est incerta ex pluralitate nominum, non valet, Bal. in l. tempus. §. quoties. ff. de hæred. instit.

k Papam. ¶ Ibi scripsi in gl. sed nonne.

l In fi. ¶ Et dixi post eum de officio ord. conquerente. super j. gl.

m Tanta. ¶ Vbi scripsi in gl. no. generalem.

n Tacet. ¶ vid, qđ đ hac materia plenè scripsi đ re iud. cũ ĩter. ivl. gl.

o L. ij. ¶ Vide, quod ibi not.

Secus tñ est in libello:qđ dic,vt ĵ.de lib.cōcep.§.iuxta. ver. itē nō
10 valet ī ac.¶†Hoc quoq; notādū ē,ꝙ sētētiā rectè latā iudex non
potest corrigere,vel mutare,ff.de re iud.iudex.vj.q.iiij.c.quod be
ne.extra.de off.deleg.in literis.vt s.de arbit.§.sequitur.ver.sed nū
quid verbum.& seq.dic,vt ibi.Papa tamen hoc potest, extr. de re
iud.cùm olim.& de in integ.rest.tum ex literis.xxxv.q.ix.aposto-
licę.& c.loci.Potest tamen iudex eam supplere ea die,qua tulit,in
his,quæ pertinent ad consequentiam priorum statutorum, vt de
fructibus,& sumptibus,& similibus,vt s.de disput.seu allegat.§.sa
tis clarè.versi.quid si de fructibus. & quo ad grammaticam,& or-
natum verborum, ita tamen quod sententia non mutetur, ff. de
a re iud.actorum [a].G.Na.& Innoc.IIII.dicunt [b],quòd ordinarius
b potest à capite incipere, & sententiam suam emendare, & aliam
ferre,si latam inuenerit esse nullam,C.quomodo & quādo iudex,
c si præses.C.de acc.l.iiij.[c]Delegatus verò non,cùm sit functus offi
cio suo,vt in præd.l.ff.de re iud.iudex. & desiit esse iudex, vt ff. de
arbitris, qualem.in fin.sed tunc per superiorem emendabitur, C.
d quomodo & quando iud.si,vt proponis[d].nec est contrà extrà,de
accu.qualiter.j. quia illi erant generales legati, ideoque, secundū
eum,corrigere poterunt.In factis autem & in aliis omnibus,præ-
terquam in sententiis diffinitiuis,potest tam ordinarius,quàm ēt
delegatus,iterum facere,quod minus ritè fecit.De ordinario pro
batur extr.de elec.cùm terra.de delegato extr.de offi.deleg.signi
11 ficasti.de app.cùm cessante.s.de excep.§.viso.ver.sed si iudex.¶†
e Quid ergo faciam,si superior[e] multùm distet,& laboriosum esset
mihi ipsum adire?dicunt quidam,quòd,non obstante tali ,senten
tia,intentabo pristinam actionem:&si excipiatur de re iudicata,re
plicabo de dolo:quia sententia non fuit ritè lata, arg. ff. de dolo,
f cùm à se.sed hoc non videtur tutum[f].Quid ergo,si sententia sit la
ta die feriata, nunquid iudex poterit ipsam iterum ferre die nō fe
riata,Respond. sic,si est ordinarius,vt dixi:secus,si sit delegatus,ff.
de re iud.iudex. extr.de off.deleg.in literis.Mulcta autem senten-
tialiter indicta remitti potest à iudice,ratione paupertatis,vt ff.de
off.præsi.l.illicitas.§.fi.C.de modo mulct.eos.in fi.In aliis verò se
intromittere nequit,cùm sit funct⁹ officio suo,ff.de re iu.l.iudex.
12 extra.de off.deleg.in literis.¶†Ioan.de Deo dixit [g], quòd si sen-
g tentia nulla est,vel est talis, quæ non transit in rem iudicatam,vt
est excommunicatio,& huiusmodi, iudex,vel eius successor pōt
eam corrigere,vel quasi de nouo ferre,xxxv.q.j.ca.quod quis.C.
quomodo & quando iudex,si præses.C. de sent. & interloc. om.
iud.l.j.ff.de interrog.action.l.iiij.dum tamen sit ordinarius.Secus
autem in delegato,vt notatur C.quomodo & quando iud.l.iiij.&
in præd.c.in literis.eo.tit.conquerente,extra.de off.ordi.pastora-
lis. Ego verò dico, ꝙ sententiam perperàm latam non potest iu-
dex corrigere,vel aliter iudicare, etiam eadem die, ex eisdē tamē
actis,vt ff.de re iud.cùm quærebatur. De nouo tamē bene potest
cognoscere,& iterum iudicare,si est ordinarius:secus in delegato
vt s. Videtur tamen,quòd delegatus etiam potest reuocare,& mu
tare sententiam excommunicationis à se perperàm latam: tū qa
potiùs illa tendit ad naturam interlocutoriæ , quàm diffinitiuæ:
tum quia potiùs est pœna,quàm sententia,vt s.§.j.& §.ij.versi. &
nota.Item an interlocutoriam iudex reuocare possit,& qualiter,
13 dixi plenè s.de excep.§.viso. ver. si iudex.& seq. ¶†Cæterùm in
sententiæ prolatione iudex exprimere debet actoris petitionem,
& rei responsionem,& eius exceptionem, & generaliter quicqd
in causa vtriusque petitum,vel allegatum, seu actum est, sub epi-
logo referat,vt dixi s.de conclus.& renuncia.ver.auditis.quo fac
to,habeat paratam sententiam,vt ĵ.§.iuxta.& eam,vel saltem cō-
clusionem ore proprio legat,vt s.§.iij.ver. sequitur. & his verbis,
vel similibus in prolatione vtatur:
¶FORMA.Visis & auditis confessionibus & attestationibus,in-
strumentis,rationibus & allegationib.vtriusque partis in iudicio
de ductis,eisq́ue diligenter examinatis, & intellectis,deliberatio-
ne quoque nobiscum & cum peritis præhabita diligenti talem ꝯ
demno,vel absoluo. Vel aliter proferat,sicut viderit proferendū
ita tamen,quòd canonibus legibus,vel consuetudinibus cōueni-
at approbatis:quæ omnia sunt in sententia exprimenda, secundū
h T.[h]& in formis luculentiùs apparebit.hæc omnia probantur ex-
tra.de prob.licet causam.extr.de fide inst.c.j.de cur. fur. si furiosa.
§.j.C.de iud.properandum.§.illo.x.q.iij.summopere.extra.de eo,
qui mit.in poss.causa rei ser.c.iij.Quare dixerūt Deliberatione cū
peritis habita,vid s.de cōsilii requisit.ad fi.& s.de aduo.§.nunc tra
ctemus.ver.habito. Verùm si rationes ,vel allegationes partiū,q̃
ipsū ad pronunciandū mouent,in sententia nō ferātur,nihilò mi
i nus sententia valet,extr.eo.sicut nobis[i].arg.Inst.de inutil.stip.§.si
scriptū.licet secus sit in instrumento,vbi causa inserenda est.&est
ratio,vt no.in præd.decr.sicut nobis.Cautiùs autem faciet iudex,
si eas nō inserat,vt in præd.decr. sicut nobis. ne fortè qnq; ex in-
curia errorem in sententia exprimat,&ne viam calumniis aperiat
ff.de sent.quæ sine app.rescin.l.j.§.item contra.& ij.q.vj.§.diffini-
tiua.ver.sententia.extra.de sent.excom.per tuas.cū suis concord.
& ne vna lis sit alterius exordium,vt C.de reb.cred.si quis.in fi.de
14 fruct.& litis expen.terminato.in fi.extr.de ver.sig.cū olim.¶†In
quibusdam tamen casibus exprimere tenetur , ne ex toto pereat
ius partis,vt ff.de leg.j.filiusfamiliàs.§.diui.ff.de iure fis.l.ij.§.sena
tus.ff.de transact.cùm hi.§.in causæ.¶Primus est,vbi propter ine
ptam petitionem absoluit,ne pereat ius agendi,extra.de iud.exa-
minata.ff.si men.fal.mo.dix.l.j.§.j.¶Secundus est,cū à iure cōmu
ni recedit.Vnđ si victū nōꝯdēnat in expensis,debet cām exprime
re,quare cessat,extrà đ pœnis,calūniā.in auth.de iudicib.§.opor-
tet.Col.vj. ¶Tertius, quādo absoluit in rei vendicatiōe, ideo qa
reus tpe sniæ ñ possidet,ne fortè volētī postea agere ex noua cā,
obstet exceptio rei iudicatæ:ext.de exce.c.pe.ff.de exce.rei iu.si rē
meā.& l.si qs ad exhibendū.¶Quartus,qñ qs absoluit ab instātia
iudicii.& per patronos causæ stetit,quòminus cā poterit diffiniri
C.đ iud.ꝑperādū.§.illo ꝑculdubio.¶Quint⁹,in sentētia excōica
tionis,extr.de sen.excom.cu medicinalis.lib.vj.¶Sextus,in cā ap-
pellatiōis,vbi debet inseri cā,quare prima sententia reuocetur,vt
ꝑ hoc prioribus iudicibus,q bene fm acta coram se habita proces
15 serunt,nihil imputetur,vt ĵ.§.prox.versi.sed pone: excep. ¶†In
summa nota , ꝙ secundum formā petitionis est sententia dictan-
da,vt extr.de simonia,licet Heli.de accusa.qualiter.ij.ad fin.& l. vt
fundus.ff.com.diuid.Vnde si actum est possessorio,non ꝓnūcia-
bit super petitorio,sed sup possessorio tantùm:& econtra.vel si a
ctū est vtroque simul,nō ꝓnūciabit super altero tantùm,extr. de
causa poss. & ꝓprie. cū dilectus. Quid si lis est ꝯtestata in actione
depositi, actor verò ñ ꝓbat se deposuisse,sed se commodasse?Vt
reus ꝯdēnādus,ar.ff.de priui.cred.l.ij.qa in certis ñ est locus con-
iecturis,arg.ff.de verb.oblig.ꝯtinuus.& hoc tenet H.&Azo, ff. si
men.fal.mo.di.l.j.in fi.j.resp. Argumentum tamen ꝯtrà ff.de iure
iur.si duo.§.idem Iulianus.& extra.de re iud.abbate.§.sed ad hoc,
k & §.præfatus [k].¶† Et [l] nota,ꝙ generaliter in qualibet sententia
16 sex dicūt ꝯtineri.¶ Primū,nomē iudicis,& an sit delegat⁹,vel or
l dinarius.¶Secūdū,nomina litigatorū.¶Tertiū, tenor petitionis
in iudicio porrectæ.¶Quartū,substātia ꝓcess⁹ cāæ:putà litis ꝯte
m statio,& iuramēti pstatio,& huiusmodi. Quintū [m], ꝙ fiat mētio,
partes fuisse pñtes,vł ꝓ ꝯtumaciā absentes.đ quo vid ĵ.§.ꝓx.vers.
& nota fm. ¶Sextū,cōdēnatio,vł absolutio,seu pronūciatio,& a
17 lia,q̃ videbūť expediētia iudicanti.¶Et†breuiter,ī iudicādo cor
di magis sit custodia veritatis,q̃ obediētia voluntatis,vt iij. q .vij.
iudicet.in fi.¶Itē nota,ꝙ si partes cōueniāt,qd iudex ꝓnūciet,il-
lud iudex seq debet,ff.de re iud.si conuenerit. Quid si qs alicui sic
dixit,Si obtinuero in causa,nolo ꝙ mihi tenearis:de hoc ĵ.de app.
§.fi.ver.quid si quis ita.

ADDITIONES.

a Actorum.ff.de verb.sig.l.alienationis.in §.vlt.
b Dicunt.¶Dec.in literis.de of.deleg.vbi scripsi super ver.functus.
& ver.sed si causa.
ADDE,quòd licet iudex non possit corrigere,vel mutare senten
tiam suam,ipsam tamen obscuram bene poterit declarare,etiam
ex interuallo,Bal.in l.hæredes palàm.§.sed si notam.ff.de testa.&
quando intelligatur hoc,& qualiter,vide ibidem per ipsum.
ADDITIO.An sententiam etiam incontinenti post latam iudex
ipse corrigere possit,vel etiam illi addere,latè cōsuluit Alex.cōsi.
cxviij.incip.omnis vis.in iij.vol.&an sententia obscura debeat de
clarari per acta probatoria,vide Mathesila.no.cxlij.inci.no.quòd
illud.Hen.Ferran.
c L.iiij.¶Non obst.ff.de pœn.l.moris est.§.iste. quia istud propter
enormitatem delicti,& odio pœnarum,C.de pœnis,pœnam.
d Proponis.¶An ex eisdem actis,dicetur ĵ.§.iuxta.ver.sed si causa.
e Superior.¶Qui delegauit.
f Tutum.¶Facit,quod scripsi de excep. cùm venerabilis. super gl.
pen.circa finem.
g Dixit.¶Libro Iudicū,vbi s.ver.antep.Et scias,ꝙ ex supiorib.mul
ta fuerūť Io.de Deo nūc solū nominati,quia vult im ꝓbare:& is
te stylus scribendi iam diu viguit,sed nō apud me:laudetur Deus.
h Secundum T.¶Vbi s.rub.in ver.præterea.& vide ĵ.§. prox.versi.
quod autem.
i Nobis.¶Vide.quod ibi scripsi super iij.gl. vbi etiam vide casus vj.
qui hoc sequuntur,sed non eodem ordine.
k Præfatus.¶lib.vj.vide s.de act.seu peti.§.sequitur.ver. hoc quo-
que.& quod ibi dixi.
l Et.¶Iste ver.fuit Rolandini,parte ix.vltra medium:vbi de senten
tia iudicis ecclesiastici super matrimonio,ver.cæterùm.
m Quintum. ¶Roland. ponit hoc pro sexto & pro quinto:& facit
ad dicenda in versi.statim alleg.

SVMMARIVM.

1 *Formæ sententiarum sunt diuersæ.*
2 *Præceptum qualiter fieri debeat in confessum.*

3 *Iudex duobus debitoribus præcepturus, cuilibet eorum præcipere debet in so l i dum.*
4 *Iudices ex officio suo varia facere possunt præcepta.*
5 *Iudex ad alicuius petitionem sequestrari iubens res aliquas, quibus rescriptis vti debeat.*
6 *Sententia diffinitiua super diuersis, & à diuersis ferri solet.*
7 *Sententia fertur ad perpetuam rei memoriam.*
8 *Sententia semper continere debet condemnationem, aut æquipollens: vt est, statuo, pronuncio, præcipio, & similia.*
9 *Silentium perpetuum, & absolutio ab impetitione, in omni sententia proponi debent.*
10 *Si in sententia contineatur, Condemno talem, vel Condemno procuratorem talis, an præsumendum sit, eos fuisse præsentes.*
11 *Iudicata res pro veritate est habenda.*
12 *Prouinciæ cuiusdam modus in sententiæ prolatione.*
13 *De singulis actibus mentionem in sententia, fieri, cautela est.*
14 *Sententia super adipiscenda possessione ferenda, qualiter pronunciari debeat.*
15 *Modis diuersis, & super diuersis casibus sententiæ proferendæ occurrunt.*
16 *Sentētia qualiter sit proferēda, vbi causa illegitimitatis per defensionē agitur.*
17 *Sententia, vbi reus nec condēnatur, nec absoluitur, quæ verba continere debeat.*
18 *Sententia qualis esse debeat in causa matrimoniali, vel in sponsalibus.*
19 *Tenor libelli non semper in sententijs apponi solet à quibusdam, sed summatim mens petitionis.*
20 *Sententia à iudice delegato, vel subdelegato ferenda, qualiter sit formanda.*
21 *Notarius qualiter, & per quæ verba se in sententijs subscribere habeat.*
22 *Auditor palatij domini Papæ quibus verbis se in sententijs subscribendo vti debeat.*
23 *Sententia qualiter sit proferenda in causa criminali, seu iniuriarum.*
24 *Iudicis appellationis officium est triplex.*
25 *Appellatione facta à sententia ipso iure nulla, qua, & qualiter iudex debeat pronunciare.*
26 *Iudex appellationis an pronunciando iniustam sententiam & appellationem fore legitimam, videatur per consequens condemnasse.*
27 *Iudex appellationis qualiter pronunciabit malè fuisse iudicatum, si primus iudex pronunciauerit secundum acta coram se habita.*
28 *Sententia excommunicationis qualiter sit formanda.*
29 *In enormibus delictis sententia quandoque solenniter est proferenda: & tunc dicitur anathema.*
30 *Sententiæ solennitas non semper est in iudicijs obseruanda, sed tantùm in scriptis producenda.*
31 *Contumacia crescente crescere debet & pœna.*
32 *Participantes cum excommunicatis an, & quo casu eandem excommunicationis sententiam incurrant.*
33 *Participans cum excommunicatis non peccat mortaliter, sed venialiter.*
34 *Iudex aliquem propter causam excommunicans, rescriptum facere debet vt excommunicatus vitetur.*
35 *Ecclesiæ miseratio nunquam claudit gremium ad eam redeunti.*
Beneficium absolutionis ab excommunicatione, qua forma sit tradendum.
36 *Absolutio à suspensione hominis, qualiter fieri debeat.*
37 *Iudice delegato causam alicui subdelegāte, diffinitiua sibi reseruata, si ipse subdelegatus aliquem excommunicauerit, an in absētia delegati possit absolui.*
38 *Sententia iudicis per Papam confirmata, an possit per eundē iudicem relaxari.*
39 *In obtinenda absolutione ad cautelam præstandum est iuramentum.*
40 *Absoluendi tantùm per sedem apostolicam, possunt & per alios in necessitate absolui.*
41 *Mulier robusta & fortis an sit mittenda ad sedem Apostolicam pro absolutione habenda.*
42 *Episcopus senex & debilis, aut impeditus, per quem possit absolui, si manus iniecerit in clericum.*
43 *Abbas monachum verberans à quo sit absoluendus.*
44 *Prior, magister, seu maior ordinis hospitaliorum, si excommunicationē incurrat, à quo sit absoluendus.*
45 *Delegatus simpliciter vices suas committendo, videtur in totum committere.*
46 *Dispensatio fit multis modis.*
Literæ qualiter sint super dispensationibus formandæ.
47 *Forma dispensationis, vbi quis fuit conuictus de aliquo crimine, in quo poterat dispensari.*
Misericordia superexaltat iudicium.
48 *Forma dispensationis, seu restitutionis alicuius, in magnis criminibus.*
49 *Papa potest, quo ad ius ciuile, infamiam irrogare.*
50 *Episcopus volens dispensare cum aliquo, qui ignoranter habuit beneficium per simoniam ab alio commissam, qua forma vtetur.*
51 *Iudex volens formare sententiam super dispensatione accusatoris in probatione deficientis, ne infamis sit, quibus verbis vti debeat.*
52 *Infamiam ex sententia irrogatam volēs restituere, qualiter procedere debeat.*
53 *Episcopus dispensans aliquem ad duo beneficia, qua forma vtetur.*

1 6.§. VT autem, quæ præmisimus, exemplis subiiciantur, formas sententiarum aliquas supponamus. ¶† Primò igitur formas interlocutionum ponemus: secundò formas præcepti: tertiò formas diffinitiuarum: quartò formas sententię arbitro
a rum [a]: quintò formas condemnationis in criminali cā & mulctæ: sextò formas sententiæ in causa appellationis. septimò formas sē tentiæ excommunicationis, interdicti, & suspensionis & absolutionis: octauò formas sententiarum super dispensationibus.

¶QVALITER autem sententia interlocutoria super peremptoriis ante litem contestatam propositis, vel super exceptione excommunicationis, vel super dilatoriis exceptionibus propositis, formetur: &, an lata possit per iudicem reuocari, & formam reuocandi: &, qualiter tunc super expensis pronuncietur, dixi s̄. de excep. §. dicto. ad fi. & §. viso. ver. præfixo igitur. & seq. vsque ad fi. itē qualiter formetur interlocutoria de reputando aliquem contumacem, s̄. de contumacia, §. sequitur. in prin. item, qualiter interlocutoria de mittendo in possessionem propter contumaciam, & etiam sententia dationis in solutum rem, ipsam, & secundi decreti, habes s̄. de primo & secundo decre. §. ij. & §. nunc dicamus. ver. his peractis. item, qualiter iudex appellationis pronunciabit super attentatis, & quando, & super quibus, j̄. de app. §. nouissimè versi. illud. & seq. &, secundum Papam, extrà. de appel. dilecti filii. prior. qualiter etiam pronunciabitur super exceptionibus litis ꝯtestationem impedientibus, no. s̄. de exce. §. dicto. ver. sed quærit.
2 ¶† NVNC Dicamus, qualiter Præceptum fiat in confessum, de quo dixi s̄. §. species. Et quidē post quàm reus de plano de debito confessus fuerit, iudex sic dicat:

¶FORMA. Ego talis iudex, audita confessione tua, præcipio tibi vt des & soluas hinc ad x. dies centum solidos Turon. P. quos ex causa mutui eidem P. te debere & contineri in instrumēto publico manu talis notarii confecto, de plano in iudicio es confessus. Qualiter autem auditores in Romana curia pronuncient in con
3 fessos, no. j̄. ver. in Roma verò. ¶† Quòd si sint duo debitores, p̄cipiat cuilibet eorum in solidum sub præscripta forma: vno tamē soluente, alter liberatur. Verùm si fiat pręceptum ex dilatione iurisiurandi, tunc sic dicat.

¶FORMA. Ego, &c. vt s̄. vsq;, te debere postea iunge, delato tibi iuramento in iudicio es confessus. vel, delato sibi iuramento in iudicio asseruit idem P. ext. de iureiu. c. fi. C. de reb. cred. generaliter. cum suis concor. & sic de aliis præceptis, inserendo in eis, quid & quare præcipitur, & tempus prefixum. Notarius autē hoc in scriptis redigat, verbis primæ personæ in verba tertiæ commutatis.
4 ¶† Hoc autem nota, ꝙ iudices varia ex officio suo (quod latè patet) faciunt pręcepta: putà ꝙ quis sibi præsentet aliquid, vel quòd teneat in domo sua aliquem, & similia: & hæc præcepta sunt scribenda simpliciter per tabellionem, prout à iudice proferuntur. Et de his & similimus dicitur, quòd non omnis vox iudicis rei iudicatæ continet auctoritatem, vt C. de sent. & interloc. om. iud. ex sti-
b pulatione. extr. de præsum. afferte [b]. ¶† Quandoq; verò ad alicu
5 ius petitionem iubet res aliquas sequestrari: & tunc etiam potest eius iussus scribi: tamen consueuit communiter solùm executoris relatio scribi hoc modo: ¶FORMA. T. nuncius, seu cursor talis curiæ, seu Papæ, retulit se de mandato talis iudicis, vel auditoris, ad petitionem talis sequestrasse penes B. tales res, quas se in tali fundo, vel domo asseruit reperisse: & præcepisse ipsi B. vt res ipsas saluet & custodiat, donec quid inde faciendum fuerit, decernatur. Verùm si is, cui pręceptum est, ante tenutam bonorum aduersario datam veniat, & contra præceptum excipiat, dicens, ex dicto præcepto non esse contra eum procedēdum, fortè pro eo, quòd
c ipse minor est, & non potuerit sibi aliquid in iudicio sine tutoris [c] auctoritate præcipi: vel quia est filiusfamiliàs & dictum præceptū sine patris auctoritate recepit, vel quia factum fuit in eum inuitè confessum, & huiusmodi: tunc dabitur ei terminus ad probādum exceptionē propositā: quo elapso, pronunciabitur in hac forma: ¶FORMA. Quoniam talis coram me tali iudice constitutus, in tali causa talem exceptionem proponere curauit, scilicet curam, &c. pone totam: pòst iunge: & hanc exceptionem probauit legitimè, ideo de consilio peritorum interloquendo pronuncio, nō
d esse contra eum ex præcepto huiusmodi procedendum [d]. & hoc cùm su

ADDITIONES.

a Arbitrorum. ¶De hac materia j̄. vers. si autem sit arbiter.
b Afferte. ¶Vide s̄. de iur. om. iud. in fi.
c Tutoris. ¶Vel curatoris.
d Procedēdū. ¶Ad hæc, & ea, quæ præmissa sunt, facit quæstio Ni. d̄ Mata. q̄ incipit, statutū est in ciuitate. q tenuit, ꝙ si statutū sit in ciuitate, ꝙ ꝯ p̄ceptū factū in ꝯfessū n̄ possit opponi exceptio nisi falsitatis, vl̄ solutiōis, tn̄ poterit opponi exceptio nullitatis, vt in terminis præmissis, & maximè, cū ꝓcedit nullitas ex vi alteri⁹ statuti & est simile, qđ dicā j̄. tit. j. §. vlt. sup ver. xvj. allegat, ꝙ p̄cceptū non ritè factum, non dicitur pręceptū, ff. de bo. pos. ꝯ tab. l. filiū. §. non quæuis. &, si vis, huiusmodi ꝯcor. vide de cleri. nō resi. c. tuæ. in gl. ij. & super ea suffragium & suppletiones: ibi etiam tenuit, ꝙ si minor iurauit se maiorem, & confessus debitum recepit præce

ptum

cùm suam exceptionem plenè probauit: vel, si non probauit, pronunciet, non obstante dicta exceptione ex præcepto huius ꝯ eũ fore procedendum, & præceptum ipsum fore executioni mandandum. Quo facto, dabitur tenuta in bonis rei, quę scribetur, vt s. de i. & ij. decret. §. nunc dicamus. ver. quòd si nullus hoc saluo, quòd in hac tenura dices exequendo præceptum factum à iudice tali, vel reo, dabitur bannum secundum consuetudinem Italiæ in hac forma:

¶FORMA. Quia P. non soluit T. centum solidos, in quibus ei ex causa mutui tenetur per instrumentum, vel præceptum manu talis notarii factum, & legitimè secundum formam statuti per talẽ cursorem die tali citatus & cridatus non venit, nec misit, ideo ex nunc sit in banno talis curiæ.

6 ¶† NVNC Transeamus ad diffinitiuas sententias, super diuersis, & à diuersis ferendas. Ad cuius rei euidentiam sciendum, quòd quandoque fertur diffinitiua sententia ab ordinario, quandoque à delegato, quandoque ab auditore palatii domini Papæ, & quandoque ab arbitro. Cùm fertur ab ordinario, aut fertur in persona li actione, aut in reali. Si in personali actione, sic dicatur:

¶FORMA. In nomine Domini, amen. inter B. & C. super hoc coram nobis orta materia quæstionis, idem B. libellum obtulit in hac forma: Coram, &c. pone libellum de verbo ad verbum. Lite igitur coram nobis legitimè contestata, præstitoque hincinde de calumnia, seu de veritate iuramento, factis quoque positionibus & ad ipsas responsionibus subsequenter datis, etiam articulis & testibus, instrumentis productis, & attestationibus publicatis, tandem cõclusum in causa à partibus extitit hinc & inde: vel, nos parte altera concludente in causa ipsa, in partis alterius contumaciã habuimus pro concluso. Nos itaque diligenter visis & auditis partium iuribus & rationibus & probationibus, inuestigatis quoque ad plenum & cognitis ipsius causæ meritis, & æqua iustitiæ lance discussis, & deliberatione insuper nobiscum, & cum peritis præhabita diligenti, vt extrà de re iud. ad apostolicę. §. nos itaque. & c

a ab bate sanè. & c. cùm æterni[a]. Dei nomine inuocato, partibus propter hoc in præsentia nostra constitutis, & sententiam ferri postulantibus, vt suprà de pet. sentẽtiæ: vel altera præsente, & altera cõtumaciter absente, cuius absentia Dei præsentia repleatur, vt ij. q. j. de manifesta. in fin. & extrà de dolo & contu. veritatis. cum suis concor. præfatum C. seu B. eius procuratorem procuratorio nomine pro eodem C. in centum. libris, quas idem B. petiit in libello nomine sortis, & in decem, nomine pœnæ, seu interesse, idem B. sententialiter in his scriptis condemno, & ad earum solutionẽ cogendum foro decerno: condemnans nihilò minus sententialiter præfatum C. in expensis litis, ipsarum taxatione mihi in posterum reseruata, iij. q. iij. §. spatium. ad fin. ij. q. j. c. in primis. extrà de se quest ra. pos. c. j. Sed de hoc, & de taxatione, quando fiet, dixi s. de except. §. viso. versi. quid si reus. & j. de expensis, §. postremò. Quare dixerim, In his scriptis, vide j. §. iuxta. ver. nõ valet etiam. In fine autem sententiæ sic dicitur, In cuius rei testimonium. &c. quę dic

7 vt s. de edit. inst. §. breuiter. vers. sed & in sententiis. ¶† Sententia enim fertur ad æternam rei memoriam, vt legitur, & no. extrà de

b re iud. ad apostolicæ. in superscriptione[b]. Item notabiliter incipit præmissa forma: In nomine domini, vt xxiij. dist. in nomine. extrà de testi. in nomine. lxxij. dist. in nomine. patris. Vtrùm autem debeat sententia concipi sub verbis primæ, vel tertiæ personæ: & vtrùm iudex debeat pronunciando scribere partibus, vel etiam vniuersis, & qualib. verbis vti debeat in sententia, vide in præ. ver

8 sic. non valet etiam. ¶† Et nota, quòd non est vis, si dicat iudex, Condemno: vel dicat, Præcipio, vel Pronuncio, vel Statuo, vt ff. de re iud. in summa, extrà, de verb. signific. in his. Licet enim lex dicat, sententiam nullam esse, quæ non continet cõdemnationẽ, vt C. de sentent. & interl. omnium iudic. præses. subauditi tamen debet, vel æquipollens, vt in prędict. concord. Idem est, si dicitur, nil videri Titium debere Seio, vt ff. de arbitr. quid tamen. §. si arbiter. Item idem est, si dicit, ne inquietet eum, ac si dicat. non impediat, vt ff. si vsusfruct. pet. fructuario. §. fin. Si verò B. plura petiit in libello, & ĩ vno obtineat, & in aliis non, tũc iudex in fine sentẽtiæ sic adiiciat: in aliis verò petitionibus ipsius B. dictum C. sententialiter absoluentes, ipsi B. super eis perpetuum silentium impo-

9 nendo, extrà de testa. Raynutius. & cap. Raynaldus. ¶† Quòd autem vtrunque verbum proponendum sit in sententiis, scilicet silentium perpetuum, & absolutio ab impetitione, probatur extrà de causa possess. & propri. c. cùm ecclesia. in fin. & de conuers. con iug. c. dudum. in fi. de transact. ex literis. in fin. & de electio. c. cùm ecclesia. extra. de relig. do. constitutus. in fin. extr. de off. archi. c. fi.

10 de præscrip. auditis. ¶† Et nota, secundum quosdã, ꝙ si in sententia dicitur, Condemno C. vel Condemno talem procuratorem C. omnino credendum est eos fuisse præsentes, nisi euidenter cõtrarium ostendatur, vt C. de contrahen. & com. stipul. optimam. & l. 1. & C. de re iudi. l. 1. & meliùs extrà de elect. bonæ. j. §. porrò. & facit extrà de renun. in p̃sentia, qa instr̃o credit̃. C. de ꝓb. cũ pcibus. Alii dicũt, ꝙ si in sententia ꝯtineat̃ fuisse p̃sentes, vel vocatos fuisse,

ADDITIONES.

c Opere.¶Ac si dicat aliud,cùm iudex pronunciat, quod ñ potest de quo s.ver.prox.aliud,si pronunciat,quod non debet,cùm cadebat j̃.iurisdictionem,vt hoc casu valeat,si non appellaretur,C. de mo.mulct.l.fi.

d Vbertum.¶Vbi tractat de sententia delegati,versi.quid si negotium.

e Sedebunt.¶Adde,quod statim dicam in ver.seq.

f Secundum Ac.¶Qui hoc ponit C.de sent.ex breuic.recit.l.1. & de hoc de re iud.c.fi.lib.vj.Ponit autem Acc.in l.præ.opinionem dicentium,quòd sedere debet iudex in cognoscendo,non autem in pronunciando,cùm plenè cognouerit: quod dictum placuit ibi Pet.& Cy.Vnde Gui.de Suzar.dicebat super l.prædictam,&in ord.iud.sub rub.de sententia,sessionem non esse de substantia: allegauit l.j.in fine, ff.de ventre inspicien.Hæc sunt reprobata per præd.dec.vlt.§.j.vide,quod post Hieron.ibi dixit super fin.penultimæ glossæ.

ADDE Bar.in d.l.ii.qui dixit,quòd vbi iudex non habet locum vel ab initio determinatum,posset procedere illud, quod dicitur de equo,vel curru.

g Et dominum meum.¶Ibi suprà eodem titulo, §.qualiter.in princip.

h Scriptis.¶Vt expressè habetur de re iudicata,cap.vlt.§.primo,libro 6.

ADDE,quòd adeo hoc est verum, vt si sit lata in scriptis, & non possit legi,dicatur lata sine scriptis:ita Bal.in l.j.ff.de ijs,quę in test. delen.

i Medicinalis.¶lib.6.

k Aliqua.¶Certũ est,quòd declarari & interpretari potest ex scripto,vt ibi:& etiam ex non scripto,vt ibi procedit.

l Speciale ibi.¶Hoc probat cle.de verb.sign.sæpe.ver.pen. coniuncta dec.dispendiosam.de iud.at si clerici.

ADDE casum secundum Bar.in l.leuia.ff.de accuſ.

ci: G.Na. ſc.quòd in qualibet cauſa ciuili poſſit ſine ſcriptis pro-
nunciari, & ꝙ prædicta iura loquuntur in cauſa criminali,in qua
maius periculum vertitur,vt xlij.diſt.quieſcamus.& ideo cautiùs
eſt in ea agendum,vt 7.q.2.c.ij.& lxj.diſt.miramur.hoc proſeque
re pleniùs in Summa Domini mei eodem ti.§.qualiter.prope prĩ
ci.Dicunt autem quidam , ſententiam ferri poſſe ſine ſcriptis de
a partium conſenſu:quod dic,vt in prædicto verſic.3.[a] Et conſulo,
quòd iudex in prolatione ſententiæ dicat, in his ſcriptis pronun-
cio.hoc enim fieri vtile eſt,C.de teſt.auth.hoc inter.C. de fide in
ſtrumentorum,contractus.imò etiam dicunt , aliter ſententiam
non valere,ar. C.de ſententiis ex breuiculo recitandis,l.penul &
b ſic:quod non puto[b] ar.C.de teſta.cùm antiquitas.§.fi.ſufficit em̃,
quòd in ſcriptis feratur:& vide ĩ.in tracta.lib.in ti.de appellationi
c bus,§.j.ver.& notabiliter[c].¶Et nota,quòd ſi ſcriptura alicuius ſẽ
tentiæ iudiciũ producitur contra te,vide,an ſit ſub verbis primæ,
vel tertiæ perſonæ confecta:ſi ſub primæ,præſumitur lata in ſcri-
ptis,niſi contrà probetur:ſi ſub tertiæ,præſumitur non fuiſſe lata
in ſcriptis : & ſic non valet, niſi iudex expreſſim dicat ſe tuliſſe in
ſcriptis,vt ſ̃.quòd ſi dicatur abſolutè ſine ſcriptis lata,reſpõdeat,
id de partium conſenſu actum fuiſſe,vt ſ̃.vel quòd erat laicus im
peritus literarum,C.de iudiciis,certi.ff. de iuriſdictione omnium
iudicum,l.2.ff.de procuratoribus,mutus.in princ.vel quòd con-
ſuetudo regionis hoc habet,C. de emancipationibus,l.j.extrà de
fide inſtrumentorum,cùm dilectus.xj.diſt.in his.Aliàs autem ni-
hil intereſt,vtrùm ſententia ſub verbis primæ,vel tertiæ perſonę
loquatur, ſecundum quoſdam. Tu dic, vt ſ̃.de inſtrumentorum
edi.§.2.ver.ſed &in ſententiis.& §.inſtrumentum.ver.item oppo
13 nitur,quòd inſtrumentum. ¶†Et nota[d], quòd quidam iudices
d erant dictantes ſententias ſuas aliis excipientibus,videlicet parti-
bus,vel etiam vniuerſis,dicentes:Noueritis,quòd ſic pronuncia
mus.nam tales ſcripturæ ſunt potiùs teſtimoniales præteritorũ,
quàm aſſertoriæ præſentium.Sed nec debent alicui ſcribere ſen-
tentiam,& loqui in præſenti,dicendo:Noueritis,quòd ita pronũ
cio.Ar.contrà,extrà de ſequeſt.poſ.c.j.& de re iudicata,inter mo
e naſterium.&ca.abbate ſanè[e].& de conceſ. præben. quia cunctis[f].
f &alię plures,in quibus hoc reperitur factum eſſe:ſed non obſtãt
ſi bene conſiderentur:& vide ſ̃.de citatione , §.iam de citatione.
ver.quid ſi iudex ita.Item contrà,ſ̃.de excep.§.viſo.ver.quid ſi ap
pellans.Debet ergo iudex ita dicere:Ego,vel nos,talis iudex ordi
narius,partibus præſentibus,talem ſententiam proferimus ad æ-
ternam rei memoriam,vel ad honorem Dei, vel ad honorem &
conſeruationem iuris litigatorum: vel alia ſimilia verba, vt ſ̃.pa.
14 tet §.vt autem.ver. cùm fertur.¶†Quid de interlocutoria? Dic,
quòd non eſt neceſſe ipſam in ſcriptis ferri , licet ſit in actis redi-
g gẽda,vt ext.de prob.quoniam contra.vbi de hoc[g].Et nota quòd
quidam in prolatione ſententiæ poſt factum recitant & partium
rationes,& eas:quę ipſum mouerint ad pronunciandum:licet ne
ceſſe non ſit eas in ſentẽtiæ ſcriptura aſſerere,vt ſ̃.§.qualiter.ver.
verum.& poſtmodum ſententiæ concluſionem legunt in ſcrip-
tis:& nos ſic ſeruamus,ſ̃.de concluſio.& renunciat.verſi.auditis.
Romanus quoque pontifex idem ſeruat, excepto quod de con-
cluſione in ſcriptis legenda prædixi,vt ſ̃.ver.proxi.Sed nec in cu-
ria Franciæ in ſcriptis pronunciatur:quia ibi ſecundum iura ſcrip
ta non litigatur:quinimo diebus feriatis audiunt & pronunciant
& plura alia faciunt præter iura ſecundum ſuas obſeruantias ſpe
ciales.Quidam autem potiùs ruditate , quàm ratione moti , non
approbant præmiſſum recitandi modum,dicentes,ſententiam le
gendo proferendam eſſe,inducentes pro ſe extr.de appellationi-
bus,præterea.2.quæ nihil ad hoc facit.Argumentum tamen pro
eis eſt ij.q.1.c.ſtatutis.à contrario ſenſu,ibi, diffinitiones de ſcrip
ti recitatione proferant.& c.legum.ibi,ſententia,quę ſine ſcriptu
ra profertur,&c.Sed tu dic,quòd ſatis in ſcriptis profertur,vbi cõ
cluſio,quæ virtutem ſententiæ continet,in ſcriptis recitatur. Itẽ
eſt nulla ratione proceſſus: vt ſi eſt lata lite non conteſtata,vel o-
miſſo aliquo de his,quæ ſunt de ſubſtantia ordinis iudiciarij,vt C.
de ſententiis & interlocutionib.omnium iudicium, prolatam.q̃
eſt 2.q.6.§.diffinitiua.& ſ̃.in proœmio huius ſecundæ partis. V-
trùm autem partes poſſint renunciare citationi,vt teneat ſenten
15 tia?dic,vt ſ̃.de citatione,§.viſo.ver.ſed pone.¶†Quid ſi de par-
tium voluntate tacita,vel expreſſa,iudex ſine litis conteſtatione
cognoſcens tulit diffinitiuam ſententiam?& videtur,quòd valet
h ar.ſ̃.[h] in eodem ver.iudicem.ff.de re iud.ſi conuenerit. Si em̃ po-
i teſt tota ſubſtantia[i],multò magis hoc, ar.ff.de in lit.iuran. videa-
mus.§.penul.& facit C.de donationib.ante nupt.ſi conſtante.C.
16 de temp.ap.l.fi.in fi.¶†Item illa diſcuſſio in cauſis pro plena ac-
cipitur,quæ de partium voluntate procedit,ar.ff.de fideic.l. 4.§.a
diici.Item cùm per vtranque partem fidei debeat conteſtatio,ſi p̃
eos ſtetit,pro facta habetur,ff.de cond.&demonſt.iure ciuili.nec
vnus poterit hoc alteri obiicere , vt ff.de compenſ. ſi ambo.ff.de
neg.geſt.l.ex facto.in fi.Item cùm dubium ſit,vtrùm iudex ex of
ficio ſuo abſque partium conſenſu ſine litis conteſtatione poſſit
pronunciare,vt C.de epiſ.& cler.ſi quis in conſcribendo.C.quo-
mo.& quan.iudex,l.conſentaneum.&in auth.qui ſemel.C.de in
gen.man.diffamari.ſatis videtur partium conſenſu hoc fieri poſ-
ſe:ar.C.de epiſ.& cler.generaliter.ff.de pactis,l.tale.§.primo. Sed
dic contrà ff.de donat.inter vir.& vx.ſiue.& in præd.l. prolatam.
nam litis conteſtatio eſt de ordine,nec ſine ea videtur res in iudi
cium deducta,ar.ff.commu.diui.vt fundus.& eſt litis principium
vt C.de iuramen.calum.l.2.extrà de verborum ſignificat. ex par-
te.2.vnde finis ſine eo eſſe non poteſt,ff.de re iud.non poteſt vi-
deri deſiiſſe.& l.cùm in diuerſis.ff.de orig.iur. l. ij. Item non poſ-
ſunt partes ſuo conſenſu iuris regulas vitiare,ff.de adminiſt.tuto
k rum,quidam[k].l.nemo poteſt.ff.de leg.j. ¶†Sed ecce iudex ita p̃
17 nunciat:Condemno te reum in eo,quod petitum eſt,ſi actor p̃-
bauerit,quod intendit:quæritur,vtrùm talis ſentẽtia valeat,& ſit
procedendum ſecundum eam?Et videtur,quòd ſic:ar. C.de ſent.
& interloc.cùm iudex.extrà de procur.auditis.in fi.& in his,quæ
no.ſ̃.§.qualiter.ver.item debet eſſe certa.& ſeq. Argumentum ꝯ
C.de acqui.hæreditate,vt debitum.C.de pœnis,qui in ſententiã.
ff.de offi.præſi.illicitas.§.j.quia iudex debet ſecundum probata p̃
cedere,3 q.7.iudicet. Non enim valet condemnatio facta prius
quàm conſtet de eo,in quo fit:extrà de eo , qui mit.in poſſ.cauſa
rei ſeruan.c.penul.Super hoc dicunt quidam, talem præpoſtera-
tionem non reddere ſententiam nullam,cùm nõ ſit talis, de qua
l.loquitur,C.de ſententia & inter.prolatam.licet faciat eam iniu-
ſtam,& per appellationem reſcindendam: & pro priori dicto fa-
cit ff.de rei vend.in fundo.in fi.& l.qui reſtituere.extrà.de reſcrip
tis.cauſam,quæ.extrà de iud.exhibita.& vide ſ̃.§.ij.ver.quid ſi iu-
l dex[l].¶†Sed pone,ꝙ atteſtationib.publicatis , nõ inuenit iudex ĩ
18 actis,ꝙ lis fuerit conteſtata,nunquid feret ſententiam,cùm ſibi
conſtet

ADDITIONES.

a Ver.3.¶Parum docet iſta remiſſio:opiniones vide de re iu.c.fi.li.
6.in v.gl.Guido de Suz.ſuper auth.niſi.C.de ſen.ex breui.recit.di
cit,id fieri poſſe.vltra iura in ver.allegata inducit C.commu. diui.
iudicem in prædiis.& C.de temp.app.l.fi. & vide ĩ. ver. quid ſi de
partium.
b Puto.¶Idem Alber.Gal.vbi ſ̃.ver.ſed pone,quòd iudex.
c Notabiliter.¶De hoc in præd.decre.vlti.de re iudicata,in fine.v.
gloſſæ.
d Et no.¶ſecundum Vber.de Bo.cuius verba poſuit Io.de Deo in
Cauil.lib.v.de ſen.produc.in iud.in prin.
e Sanè.¶lib.6.
f Cunctis.¶lib.6.
g De hoc.¶Et de re iud.c.fi.li.6.vbi de hoc in j.glo.Eadem ratione
dicitur in illa proferenda non eſſe neceſſarium peremptoriũ ex-
primi,cùm id non ſit iure expreſſum.
ADDE gl.& Panor.in c.quoniam contrà.extr.de prob.& ipſum
Alex.in c.cùm ceſſante.ext.de ap.
h Ar.ſ̃.¶debet dicere Commu.diuid.Si erratum erat in ſcriptis M.
de Fan.cuius fuit hæc qu.incipiens, pone,quòd iudex.& hæc lex
& ſequens ad hoc inducuntur,ſi partes conſentiunt , quid iudex
pronunciet:iudex ſic facit,& ſ̃.vt ſtatim dicam , & vide ſ̃.§.quali-
ter.in fin.
i Subſtantia.¶Sententiæ,partium voluntati committi,fortiùs hęc
qualitas M.de Fan.
k Quidam.¶ſecũdum Mar.de Fa.qui dicit, ad hanc partem facere
omnes leges,quas gl.ſignat pro contrariis in l.ſi quis in conſcri-
bendo.C.de pact.
l Si iudex.¶Sed quid de abſolutoria, qua iudex abſoluit reũ , ſi iu-
ret ſe non debere,valet ne ſententia?Repete,quæ dicta ſunt in q̃
ſtione condemnatoria:& de hac no.in præall.l.cùm iudex. C. de
ſent.& interloc.om.iud.& vide Cy.de reb.cred.generaliter. in 1.
oppoſ.Caſus videtur,ꝙ valeat,de deſpõ.impub.continebatur. &
c.atteſtationes.ſm quæ ſcripta Gui.de Su.format quæſtionẽ ſup
l.cùm proponas.C.de reb.cred.quando non ſtatim iudex iuramẽ
tum exigit,ſed ex interuallo poſt ſententiã iurauit reus:& arguit
ꝙ nõ valeat,per l.iudex.ff.de re iud.& per l.j.C.de calum.In con-
trarium: quia de appenditiis eodẽ die iudicat,ff.de re iu.l. Paulus.
ff.de rei vend.l.& ex diuerſo.adducit etiam l.fi.C.de error.aduoc.
facit de ap.cùm appellat.lib.6.Soluit:refert,an illico poſt ſenten-
tiam iuret,reus ante quàm ad alios actus diuertat: & tunc , valet
ſententia:an poſt quàm ſe aliis immiſcuit,& ex interuallo:& tũc
ñ valet:alleg.de ver.obli.continuus.ff.de duobus re. l.duos reos.
in fi.bene facit de elect. cùm poſt petitam. Ad contraria reſpon-
det,ꝙ hoc non eſt de appenditiis,ſed de ſubſtãtia ſententiæ, dec.
continebatur.& atteſtationes non iuuant ſententiam,qa ibi iura
mentũ præcedebat ſententiam:ſic & hîc fieri debeat. q̃nque em̃

constet aliter quàm per acta, litem fuisse contestatam, & tabellio idem dicat? Dic, quòd si tulerit sententiam, & de hoc sit quæstio inter alias personas, & coram aliis iudicibus, non irritabitur snia: & ipsi poterunt de hoc testificari, quod in eorum præsentia fuerit actum, 3. qu. 9. testes. Nec in hoc dicetur iudex esse testis in cā, ext. de exces. prælat. inter dilectos. §. præterea. secundum ea, quæ no. s̄. de teste, §. j. ver. item quòd fuit in eadem causa. Si ergo appa ret sententia, non tamen inuenitur in processu, quòd lis fuerit ꝯtestata: imò apertè negatur, non valet sententia, vt extr. de elect. dudum. 2. ver. licet autem. & s̄. de litis contestatione, ver. sed prius quàm. Cùm enim processus negatur, non valet, nisi quatenus de eo legitimis ꝯstiterit documētis, vt ext. de prob. qm̄ ꝯ. & apparet in his, quæ no. ext. de off. dele. cùm in iure. Poterit autem de hoc constare per iudicem, vel tabellionē, vt s̄. vel per duos iudices, vt patet in prædicta decr. quoniam. in princ. ibi, iudicis. non enim dicit Iudicū, ar. 4. q. 3. §. in criminali, ver. vbi numerus. Secus aūt esset fortè in his, quæ non reddunt sententiam nullam, ex quo non est appellatum ab ea: quare dic, vt no. s̄. §. vt autem. ver. & nota secū-
19 dum. & s̄. de edi. instr. §. restat. vers. in summa. ¶ † Est etiam nulla, si lata est post appellationem legitimam, 2. q. 6. arguta. & extr. de ap. ad audientiam. Vel si lata est contra absentem non contuma-
a cē [a], ff. de re iud. de vnoquoque. C. quomodo & quan. iudex. si, vt proponis. & l. ea, quæ. & l. penul. C. de proc. quia absente. & j̄. ver. item etiam no. Cùm autem aliquis abest iusta & probabili causa, valet contra eum sententia lata, sed per appellationem rescindit. Vnde distingue quinque genera absentiarum, prout no. 2. q. 6. bi
b duum. ff. de in integrum rest. diuus [b]. & vide j̄. §. prox. vers. porrò. Vel si est lata in dominum litis, & debuit ferri in procuratorem, vt s̄. e. §. qualiter. ver. porrò. Vel si priùs fuit iuratum, & postea lis contestata. Vel si priùs fuit lata sentētia, & postea scripta: quæ dic vt in prædicta l. prolatam. ext. de rescriptis, cùm dilecta. xliij. di. sit rector. in fi. ff. de vulg. & pupil. substit. l. 2. §. priùs. Vel si plures dati sunt iudices, & vnus tantum pronunciat, vt s̄. §. species. ver. sed & si. Vel si lata est contra primam sententiam, à qua nō extitit ap pellatum, 2. q. 6. §. diffinitiuam. in prin. & C. de sententia & interl. omnium iud. post sententiam. nisi in casibus, qui no. extr. de re iu-
c dicata, inter monasterium [c]. Vel si post, vel intra terminū ad hoc statutum lata sit sine noua citatione, C. quando prouoc. non est nec. cùm non eo. C. quomodo & quādo iudex. si, vt proponis. ex trà de of. del. c. de causis. Argumentum contrà, extrà eodem, ver.
d sed nec erit [d], & in his, quæ no. s̄. de citatiōe, §. viso. ver. item licet.
20 ¶ † Quid ergo, pone, quòd altera pars non venit die statuta ad sententiam audiendam, nunquid iudex pronunciabit ea die, an in sequenti? Et videtur, quòd nō in die illa: quia tota cedit citato, vt Inst. de verborum oblig. §. omnis stipulatio. ver. ac nec eo. & ar. ff. de fer. more. Item quia post peremptorium debet iudex iterum citare absentem, ff. de iud. & post peremptorium, extr. de dolo & contu. prout. Argumentum contrà, quòd ea die pronunciabit, ī præceden. l. cùm non eo. & ff. de verborum oblig. cùm stipulatus sim mihi, aut Proculo. & l. liber homo. in fi. Et hoc verius est, se-
e cundum Accur. vt no. in præd. §. omnis [e]. tamen dicit, quòd post vesperas sed non in nocte debet ferri. in auth. de iud. §. sedebunt.
21 & in præ. c. consuluit. ¶ † Item etiā non tenet sententia, nisi pars contra quàm lata est, fuerit tribus edictis, vel vno peremptorio
f pro omnibus citata [f], C. quom. & quando iud. consentaneum. & l.
g ea. ff. de re iud. contumaciag. 24. q. iij. de illicita. ext. de testib. cùm olim. in fi. ff. de ap. reci. l. j. §. item cùm ex eo. An autem possit ferri sententia contra non citatum peremptoriè, vide in præd. §. viso.
h ver. item licet primo [h]. & ver. quid si lata. Quid de interlocutoria, nunquid ferri potest vna parte præsente, & altera absente? de hoc
i ff. de arb. diem proferre [i]. Non tenet etiam, si non fuerit libellus in causa oblatus, vt j̄. de lib. concep. §. vtrùm libellus sit de substantia. Quid si petit quis sortem & pœnam, & pronunciatur solū super pœna? de hoc s̄. de act. seu petit. §. sequitur. ver. sed quid si. ¶
22 † Item est nulla ratione manifestæ iniquitatis, putà si contineat in se expressum errorem, ext. de sen. exc. per tuas. & de confir. vti. vel inuti. examinata. ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. j. ext. de re iu. cùm inter vos. Vel si contra ius scriptum, canonicum, vel diuinū, vel ci uile feratur, vt ext. de re iud. c. j. ff. de ap. si expressim. ix. dist. §. fi. pu tà si contineat minorem 14. annis testari posse, ij. q. 6. §. diffinitiua & sententia contra ius scriptum lata non conualescit, licet nō sit appellatione suspensa, ext. e. c. j. & c. inter cæteras. secus, si sit lata ꝯ
k ius litigatoris, vt s̄. §. prox. Vel si [k] contineat impossibilitatem, ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. si. ext. de pact. c. fi. & de cō. appo. c. fi. Vel, si est per subreptionē obtenta, 35. q. 9. veniā. ext. de of. vic. sua. de rescr. ad audientiā. C. si à nō cōp. iud. l. fi. ext. de re iu. cùm. vel si misericordiam vetat, l. dist. pōderet. in fi. ff. de pœnis, respiciēdū
23 † Sed qd si à sententia, quæ nulla est, de facto appellaretur, & iudex appellationis cā confirmat, nūquid adhuc poterit dici nulla? Et videtur, ꝙ nō: quasi alius sit effectus, si confirmet expressè, & aliud, si tēporis transcursu, vel tacitè, ff. de his, qui no. infa. furti: acci pe. §. j. Vel dic veriùs nō cōfirmari, vt C. de inof. test. cū. ff. fam. er. l. quædā. Itē elegit appellationē errando, cùm nullam dicere poterat. Nō ergo sibi præiudicat, sl. de inof. test. mater. ff. de pet. hær. legitima. 22. q. ij. in quibus. 38. dist. quāuis. de hoc no. ff. de ap. si ex
l pressim [l]. ¶ † Quid ergo, si appello ante sententiā, vel ext. iudiciū,
24 postmodū nihilo minus fertur sententia ꝯ me, à qua iterū appel lo: nūquid per posteriorē appellationē videor renunciare priori,
m vel sententiā ꝯ me latam ratificare [m]? Et videtur, quòd sic, ar. ff. rē rat. hab. l. 3. §. falsas. vbi dicitur, quòd si appello à sententia lata cō tra eū, qui falsò dicebat se esse meū procuratorē, amodò dicere non possum eū non esse meū procuratorē. Sed dic ꝯ: nā geminā do appellationem nō ob hoc videor processum iudicis approba re: imò potiùs impugnare. Consulo tamen, quòd in secunda appellatiōe quis protestetur, se per eā nolle à prima recedere: & sic
n seruo. de hoc, secundū Papam, ext. de ap. dilecto. j̄. ver. prox. [n] ¶ †
25 Vtrùm aūt appellans à sententia, quæ nulla est, videatur eā confirmare, vel aliquid facere? Videtur, quòd sic, ff. de iud. licet. C. cōmunia vtriusque iud. l. ij. ff. rē rat. hab. l. 3. §. falsus. C. e. l. j. in fi. Contrà: quia appellatio fit ad rescindēdum, nō ad confirmandū, vt ar. ff. de ap. si expressim. cū suis concor. ff. fam. ercis. qdā. Vbert. dicit, quòd si sciens sententiā nullam, scienter appellat, tunc eam confirmat: aliàs, non, ff. de iudic. l. ij. princi. Vel veriùs: aut est nulla ipso iure, & tūc nō cōfirmatur: aut quoquo modo tenet, sed pōt ꝑ excep

ADDITIONES.

☞ ex causa non absoluitur reus, nisi iuret, vt vtrobique no. ADDE huic ver. Pau. de Cast. cons. xv. Ab. cons. lxxv. j. li. Bal. con. ccclxxv. 3. lib. Alex. cons. lxxiij. 3. lib.

a Contumacem. ¶ Alb. Gal. huius ti. vlt. col. ver. sed pone, quòd. dicit, hoc locum habere etiam in sententia, quam Imperator ordinario iure cognoscens tulit altera partium nonvocata, nisi ex plenitudine potestatis ipse velit contrarium. remittit autem ad quæstionem Pil. quæ est lxvj.

b Resti. diuus. ¶ Quæ prosequitur Nepos de Montealb. vbi s̄. post princ.

c Monasterium. ¶ In prin. vl. gl. & vide, quod super ea scripsi.

d Nec erit. ¶ Dic, quòd si pars fuit ꝯtumax quæ fuerat citata ad sententiam audiendam, propter eius contumaciam lata non fuit sequenti die sine illius noua citatione: fieri potest, vt ibi. Si autem ille comparuit, sed ex aliqua cā lata non fuit tunc est necessaria noua citatio, vt s̄. dictum est.

ADDE, ꝙ Bart. in l. fi. §. fi. ff. quod vi, aut clàm. tenet, quòd citatus ad certam horam, si ille actus, ad quē citatio facta est, non fit illa hora, non valet, nisi de nouo citetur: quod intelligit Panor. in c. ꝯsuluit, ꝑcedere, quando iudex illa hora impeditus non expediuit actum: secus si ille fuerit contumax, & iud. fuit paratus.

e §. omnis. ¶ In gl. hic no. quæstionem Guid. de Suz. in v. rub. ij. all. quod vi, aut clām, l. vlt. in fi. quam dicit melius ea die pronunciare, quàm expectare. Dicit etiam vtile fore, in peremptorio comminari, ff. de iud. in peremptorio. Dicit etiam ideo expectādas vesperas, vt hîc sequitur: quia si sententia tunc de mane lata valeret, sequeretur dictum fuisse contumacem, & sic appellare nō posse, C. quor. ap. non reci. l. j.

ADDE, quòd Bar. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. tenet, ꝙ iudex possit expectare: idem tenet Bal. in consi. ccxxxviii. 3. vol. Panor. in c. consuluit. & ita cōiter Doc. dicūt ibi, & in d. §. Iulianus.

f Citata. ¶ Etiam si nuncius, cui fuerat commissa citatio, retulit se citasse, vel falsò, vel per errorē, putà quia citauit alium eiusdē nominis. ex quo enim constat illum non citatum, non tenet sententia: sic in sua quæstione tenuit Ia. But. quæ incipit, iudex, qui de cā super iura hîc allegata.

ADDE, quod voluit Bar. in l. si finita. in §. Iulianus. ff. de dā. infec. ꝙ licet iudex commiserit nuncio, vt aliquem citaret, & iudex ꝓnunciauit, non visa relatione, quòd non valet sententia.

g Contumaciam. ¶ & l. de vnoquoque.

h Primo. ¶ Meliùs diceret, aliàs autem.

i Proferre. ¶ In prin. ibi dicitur, quòd arbiter diem profert, etiā absens, per nuncium, vel per literas.

k Vel si. ¶ Non respicit proximum dictum, sed præcedentia.

l Expressim. ¶ Vbi sunt hæc verba per Acc. vide, quod satis scripsi post Inn. & Host. de confir. vti. vel inuti. c. j. super vl. gl.

ADDE, quod Bar. ibi no. & Paul. de Leaz. in c. finē litibus. de dol. & contu.

m Ratificare. ¶ Formam libelli in hoc casu vide j̄. de ap. §. nunc vidēdum. in fi.

n Proximo. ¶ Vide clē. de dolo & contu. si ante. & ver. præd. Inn. vide in fine magnæ gl. ipsius dec. dilecto.

exceptione annullari: & tunc confirmatur, seu approbatur, vt ff. rem rat.hab.minor, hæc quæstio est venerealis liiij.dist.dic,vt ibi, & extra.de re iud c.j.& secundum Papam,in præd.c.dilecto.Ibi ẽt no.an coram iudice appellationis possim causam prosequi nullitatis?& quòd possim,est arg.ff.fa.ercisc.quædam.& ff.de iur.pat.l.
26 fin.§.ver.prox.¶†Quid ergo,si appellans à sententia,quæ nulla est,non prosequitur appellationem, nunquid valebit sententia? & vide,quòd sic,extra.de app. cùm sit Romana. Dic contrà, imò causa potest ab initio agitari,vt in præd.l.si expressim,cùm per ap
a pellationem non efficiatur aliqua,vt prædixi[a]. Sed si causa de nouo iterum agitetur, cùm dicitur sententia nulla, nunquid fiet de nouo litis contestatio,vel pronunciabitur ex eisdem actis?Et vid'tur quòd de nouo fiat litis contestatio,& nouus processus omnino,vt in præ.l.si expressim.in fin.& ad idem C.de sen.& interloc. om.iud.l.j.in fi.C.quomodo & quando iu.si,vt proponis.in fi.Ar. contrà: quia videtur, quòd ex eisdem actis fertur sententia, ff. de iudi.mortuo.C.de accus.l.iiij.& extt.de restit.spol.cùm ad sedem. vbi dicit Papa,prioris acta iudicii recensentes.& de testi.præsenta
b ta.hoc verum est,secundum Accursi.[b] Et quod dicitur in l.si expressim.in fi. ꝙ causa potest ab initio tractari, intelligitur, quo ad sententiam,quæ non valet,ff.de pecul. quoties. §. ij. non quo ad processum aliàs iustum & sic vtile per inutile nõ vitiatur, vt ff.de verb.obl.l.j.§.sed si mihi,de consec.dist.iiij.si non sanctificatur. extra.de elec.illa.Vel distingue.&meliùs.nam aut fuit lis contestata & processus habitus coram eo, qui nequit ab initio cognoscere, vel iudicare:putà quia non erat iudex,vel erat excommunicatus: & tunc ex illis actis non potest iudicari:imò necesse est litem cõtestari de nouo,& cætera fieri,vt in primis concord.Si autem potuit cognoscere & iudicare ab initio,sed ex post facto contingit aliquid ante sententiam, propter quod iudicare nequit, hoc casu, si sententiam tulit,licet nulla sit,non est opus litem contestari de nouo., sed ex illis actis poterit sententia ferri, vt in secundis con-
c cord.[c] Mihi[d] videtur, quòd cùm quis petit sententiam ex aliqua
d iusta causa nullam pronunciari, in hac instantia libellus offertur, & contestatio litis,& cætera fiant,& sic Curia seruat. sic etiam fit in causa appellationis.quod dic,vt j.de lib.concep.§. nunc dicendum.ad fi.& in qualibet exceptione.quod dic,vt extr.de offic.de-
27 leg.prudentiam.§.sexta.¶†Nunquid ergo ex parte condemnati admittetur talis libellus:peto talem sententiam contra me latam nullam pronũciari?& videtur,quòd non,cùm sit tutus exceptiõe perpetua,vt prædixi:arg.ff.de eo,per quem fact.est,l.j.§.si reus.Argum.contrà,quòd non solùm habeat exceptionem,sed etiam actionem,ff.de pet.hære.l.fi.ff.de lib.leg.quod mihi.& hoc seruatur de facto.Ordinarius tamen videns sententiam à se latam, esse nullam,sine libello,vel sine alia retractatione potest aliam ferre,vt s.
28 §.qualiter.ver.hoc quoque.¶†Sed nunquid libellus talis admittitur:dico sententiam nullam,&eam peto nullam pronunciari,& si qua apparet,appellationem prosequor,& peto etiam cassari,vel contra eam in integrum restitui?arg.quòd sic,extr.de priuil. cùm olim propter.§.tandem.& de in integ.rest.constitus.ii.quæst.j.primates.cum suis concord.& xvij.dist. concilia. cum suis similibus, & ff.de act.empt.& vend.l.Iulianus.§.si quis colludente. ff. si pars
e hæred.pet.l. j.in fin.[e] ff.de rei vend.quæ de tota.§.j.ff.de leg. j. seruo legato.§.fin.extra.de præscrip.auditis.ff.quorum leg l.j.§.quia autem. ff.de minorib9. in causæ.§.interdum.& ad hoc facit,quod
f not.de Publiciana,extra.de re iudic.abbate[f]. Possum enim,quibuscunque modis possum,appellationem meam defendere,&sentẽtiam impugnare,ff.de appel.scio.in fin. nam & talis appellatio ad
g mittitur,vt j.in tractatu lib.eodem titu.[g]§.j.versi.quidam autem. Argu.contra,extr.vt lite non contest. cap.ij.in fin.quia licet conditionaliter proponam, tamen contrarius sum mihiipsi, dicendo sententiam nullam,& aliquam,& ideo repellendus.extr.de appe. solicitudinem.ff.quando appel.sit,l.ii.§.sed si alius. & C. si seruus extero se emi.man.l.vnica,C.de fur.l.i.Nam etiã excipiendo duæ contrariæ exceptiones non admittuntur,ff.de excep.nemo.multò minus agendo.Item dicendo nullam,tutus sum iure communi:ideo non possum recurrere ad restitutionẽ,ff.de minor.in causæ.ii.§.Pomponius.ff. de eden. quædam. Item pro hac parte facit
29 C.de codicil.l.fin.ff.de tribut.quod in hæredem.§.eligere.¶†Itẽ causa appellationis&nullitatis non possunt coram eodem iudice tractari.nam causa nullitatis debet tractari coram eo,qui de principali cognouit:& tunc de iure ordinario pronunciabit,C.de sen ten.& interloc.om.iud.l.i.de quo dic,secundum Papam,vt ext.de re iudic.capit.i.& de app.dilecto.causa verò appellationis apud alium,scilicet apud superiorem,ff.si quis,& à quo app.l.i.ff.de app.
h l.Imperatores.extr.de appe.dilecti.Quidam tenent hoc vltimũ[h]: sed prius dictum curia seruat:& sic de mandato sanctissimi patris domini Clementis Papę IIII.sępe pnunciaui:& adde,quod no.
i quidam autem.Innocen.IIII.no.de hoc extra.de appel.dilecto[i]. & de in integrum rest. constitutus. Et quòd iudex appellationis possit pronunciare sententiam esse nullam,probatur ff.fami.erci.
k quædam mulier[k].tamen contra sufficit,nisi pronunciet appellationem non valere,cùm non est locus appellationi,vt no.C.quã
l do prouoc.non est nec.l.j.[l] Ex præmissis igitur omnibus,& ex his quæ habes j.§.prox.potest sententia impugnari. Est etiam & aliis
30 modis sententia nulla,vt j.de appel.§.ij. versi.xviij.¶†In summa not.quòd cùm sentẽtia dicitur ipso iure nulla, sine temporis præfinitione retractari potest,nisi loci,vel fori cõsuetudo aliud inducat,C.ad l.Corn.de fal.sicut.ext.de procur.in nostra.in fi.quod intellige,id est vsque ad xxx.vel.xl.annos,secundum ea,quæ no.j.§. pro. ver. in summa. & seq.Item de hoc potest contra eam perpetuò excipi,si ex ea agatur,arg.ff.de excep.doli,vel purè.§. fin.nam omnes exceptiones perpetuæ sunt,præterquam exceptio nõ numeratæ pecuniæ,& non numeratæ dotis:quæ dic,vt s.de except. §.j.versic.anomalæ. Si verò sententia petitur rescindi per in integrum restitutionem,dic,vt j.§.prox.ver.& no.quòd,&c.

ADDITIONES.

a Prædixi.¶Et hoc est,quod dixerat s.vers.sed quid si de tacita confirmatione.

b Secundum Acc.¶qui hoc not.in præd.l.si,vt proponis.& apertiùs in præd.l.si expressim.Sed ipse videtur tenere contrarium in l. cùm quærebatur.ff. de re iud. Ad quorum concordiam locus est distinctioni,quæ sequitur:declarat tamẽ,vt subdã:q distinctio placet Gui.de Suza.in l.j.C.de iu.& fact.ig.Dictum Accur.tenet Alb. Gal.hoc tit.ver.sed pone,quòd sententia.& ver.seq. ADDE Bar. in d.l.si,vt proponis.Bal.in l.edita.C.de eden.Pet.de Anch.in cle. j.de re iud.Bal.in l.j.C.de senten.ex breui.recit.

c Concord.¶Nimis in vtroque membro restringit se distinctio ad personã iudicis:quare latiùs dicas,ꝙ si etiã vtroq; tempore iudex erat cõpetẽs,& optimè processit,sed malè iudicauit,putà tẽpore feriato,vel non in scriptis,procedit fm mẽbrũ distinctionis,ꝙ ex eisdem actis iudicabitur.Secundo præsupposito,quòd probatum in preterito necessariò,vel verisimiliter cõcludat,idem in præsenti:vt si probaui me maiorem,vel dominum, vel ꝙ in secũdo processu sit inspiciendum tempus præteritũ,&non præsens:licet tũc probatũ non concludat nũc idem: vt si tractabatur de ætate litigantis tempore impetrationis,de rescri.si eo tempore,lib.6.Si verò iudex etiam competens malè processit,putà lite non contestata, & sic etiam malè iudicabit procedit primum membrum distinctionis.Et aduerte,quia in verbis se auctor videtur à quæstiõe diuertere, quæ erat, an expedito negotio nullitatis, possit etiam is,qui vicerat, vel aduersarius eius, petere ex primis actis ferri de nouo sententiam. Certum est enim,quòd si victor vult defendere sententiam,oportebit primò hoc diffiniri, & secundum qualitatem obiectus examinabitur,vel non acta priora:pone ꝙ delegata fuerat causa,reseruata sententia,sola commissionis forma sufficiet,nisi aliud probetur ad nullitatem.

d Mihi.¶Secundum Vber.de Bo.cuius hucusque fuit iste versi.vbi s ver.penult.

e In fi.¶Per eundem modum inducitur ff.de dolo,eleganter.§. nõ solùm.de his,quæ in test.delen.l.j.§. fi.cum l.sequen.

f Abb.¶lib.vj.

g Eo.tit.¶de appel.

h Vltimum.¶Vber.Bona.cuius fuit iste ver.prçter allegationes ad affirmatiuam,vbi s.in fi. Fatetur tamen,quod sequitur,scilicet seruari ꝑrium:& idem Albe.Gal.de app.versi.sed pone quæstionem Idem Guid.de Suz.vbi de libel.in causa appel.ibi consueuit ẽt dici vbi etiam tenet,quòd prælectio non præiudicat in hoc casu: vnde si prosecutus est appellationem,redire poterit ad nullitatem,ꝑ l.si expressim.ff.đ ap.Et idẽ dico,si ñ ẽ ꝓsecut9: saluo qđ stat ĩ dicã.

i Dilecto.¶Hoc ꝑdixerat,& ibi scripsi in vltima gl.& qa ẽt de restitutione ꝑdixerat,dat remissionẽ sequẽtẽ,q ibi vide ĩ gl.no.libellũ ADDE,vt plenissimè per episcopum Alex.in d.c.dilecto.

k Mulier.¶Hoc intellige, cùm prosequitur appellans. si enim neglexit appellans,& appellatione deserta,putà post annum,vult agere de nullitate: qđ potest, vt supra dixi, & patet de senten.exc. c.licet.li.vj.tunc non coram iudice appellationis,sed coram aliàs competenti agit,vt scripsi in præ.decret.licet.in gl.pen. & terminos ibi posui in vltima gl.de illo scilicet, qui appellat à sententia, qua vxor eius fuerat per alium euicta, & non fuit prosecutus. qui probare poterit sententiam esse nullam:ibi vide.

l L.j.¶Vide,quod de hoc dixi suprà §.vt autem.super vers.in iu.

SVMMARIVM.

1 *Valida sententia quot, & quibus modis generaliter subleuetur, impugnetur, seu retractetur.*

2 *Sententia pro ratione nullitatis retractari quomodo debeat.*

3 *Sententia valida quibus modis specialiter impugnari, cassari ue possit.*

4 *In impugnatione sententiæ attendendum, per quem lata sit, & quomodo pro diuersitate eam sententia sit impugnanda.*

5 *Ex omni causa, quæ sufficiens est ad appellandum, potest sententia valida retractari.*

In impugnatione sententiæ videndum, an iurisdictio sit delegantis.

Item an lata sit sententia per iudicem ordinarium, vel delegatum.

6 *Delegatus archiepiscopi si dixerit se delegatum episcopi, an valeat sententia ab eo lata.*

7 *Testes probare corruptos an sufficiat si non ostendatur eos falsum dixisse.*

Sententiæ latæ non valentis aliquot modi.

8 *Sententia lata per falsos iudices, seu falsa instrumenta, an teneat, & quomodo rescindatur.*

9 *Ad quantum tempus possit secundum canones agi sine temporis præfinitione, & in quibus.*

10 *Lapsu xl. annorum tollitur omnis actio & obligatio.*

Si excipiendo, vel replicando de falso quæratur, perpetuò quis est audiendus, & quare.

11 *Probato vitio falsitatis, an sententia rescindatur, & quicquid per eam factum est, retractetur, & solutum etiam repetatur.*

12 *Si in priori iudicio ante sententiam fuerit actum de falso, an sit quis etiam pòst audiendus, si non appellauit.*

13 *Ad quod tempus obiici possit exceptio falsi procuratoris.*

14 *Domino procuratore succedente, nunquid iudicium possit dici nullum.*

15 *Quousque præsumatur pro processu, & pro sententia iudicis.*

16 *Victores vt potiantur victoria: & quid seruet Romana curia in eo.*

In causa appellationis non teneri appellantem probare iuris ordinem, &c. vt sit verum.

17 *An in causa appellationis appellans teneatur probare sententiam esse iniustã, ex causa, quòd non fuit lata per legitimas probationes, an verò appellatus debeat contrà probare.*

¶ Quibus modis valida sententia subleuetur, impugnetur, seu retractetur.

9. §. Quoniam suprà §. proximo diximus, quando sẽ
tentia sit ipso iure nulla, consequens
est, vt dicamus, quibus remediis valida subleuetur, seu impugnet̃,
1 seu retractetur. ¶† Et nota, quòd septẽ modis generaliter[a]. ¶Pri
a mò per appellationem, vt ij. quæst. vj. §. j. & ca. j. de qua ĩ. de appel-
lat. ¶Secundò per supplicationem: de qua ĩ. de supplic. ¶Tertiò
per in integrum restitutionem, de qua ĩ. de in integ. resti. ¶Quar
tò per simplicem petitionem, in illis casibus, in quibus iudex po-
test suam sententiam reuocare. quos dic, vt no. in Summa Dom.
mei eodem tit. §. quot sint. sub §. diffinitiua ¶Quintò per querelã
falsi: de qua statim ĩ. dicetur. ¶Sextò per implorationem tristis au
xilii: vt si sententia lata sit contra seruum, ille appellare nõ potest,
sed permittitur ei implorare triste auxilium, ff. de appe. serui. ¶Se
ptimò, quando post sententiam nullo remedio attentatam iterũ
de causa cognoscitur, vt extra. de re iudic. cum Bertholdus. versi.
licet autem. vbi de hoc, secundum Papam: & licet ab ea appellatũ
non fuerit, tamen propter æquitatem superuenientis casus retra
ctatur, & ab ea receditur. ff. de condi. sine causa, l. ij. ff. commo. incõ
modato. §. fi. & extra. de pur. vul. c. ij. vbi de hoc: etiam si non sit ex
2 ecutioni mandata, excipitur ꝯ eam, vt C. de re iudic. l. ij. ¶† Et no.
ꝙ cùm sententia dicitur nulla ipso iure, sine temporis præfinitio-
ne retractari potest, vt dixi s̃. §. prox. ver. fi. Si verò per in integrũ
restitutionem petatur rescindi, putà ratione ætatis, vel absentiæ,
id habet vsque ad quadriennium fieri, C. de temp. appel. l. pen. &
fin. C. ex quibus cau. ma. restit. xxxiiij. q. j. cùm per publicam. xvj. q.
iij. porrò. Si verò propter falsitatem, dic, vt infrà eo. §. versi. & no.
Si autem, quia sit satisfactum actori, in infinitum, C. de non num.
pecun. asseueratio. quia bona fides non patitur, vt idem bis exiga-
3 tur, ff. depositi, bona fides, xij. q. ij. fraternitatis. ¶† Porrò sentẽtia
lata, quę valida est, multis modis specialib. impugnari & cassari po
test. Si igitur scriptura alicuius sententiæ in iudicium producatur
vide, tu aduocate, contra quem producitur, an sit in prima, vel ter
tia persona confecta: quod dic, vt s̃. §. prox. vers. item non valet. I-
tem reuocatur sententia lata alibi, quàm vbi ad hoc terminus fue
rat statutus, vt s̃. §. prox. ver. item nulla est ratione loci. Vel si me-
tu, vel errore partes consentiunt, tenet sententia, sed retractatur
per appellationem, ff. de iud. l. ij. C. de episc. au. si quis. ff. de iur. om.
iud. l. 4. & l. si per errorem. xxij. quæ. ij. in quibus. extrà quod met.
caus. per totum. Item si sit lata sub conditione, retractatur per ap-
pellationem, vt ij. q. vj. anteriorum. ver. illo videlicet. & ver. sanè.
b & c. biduum. Et dicunt quidam[b], ꝙ licet olim valeret sententia la
ta sub conditione, licet sic ferri non deberet, vt in præd. concord.
hodie tamen non valet, vt Instit. de act. §. curare. & ff. de interd. &
releg. l. relegatorum. §. ad tempus. & §. fine. & extr. de senten. ex-
c com. Romana[c]. Vel si exactum fuerit iuramentum calumniæ in
causa, & non præstitum: & idem, secundum quosdam, & si exactũ
non fuerit: quę dic, vt ĩ. de libel. concep. §. vtrùm libellus. & §. nũc
d dicendum. vers. ix.[d] Vel si sit lata contra ius litigatoris, retractatur
extr. de re iudi. cùm inter. prope fi. Vel si est lata contra absentem
iusta de causa, & hoc si citò probauerit, reuocatur per in integrũ
restitutionem ad appellandum, ext. de in integ. rest. ex literis. ff de
excus. tut. scire oportet. §. sufficit. ff. de minor. in causæ, ij. & l. præ-
fecti. & s̃. §. proxi. ver. sed quid si apparet. Quòd si absens fuit rei-
pub. causa, distingue. nam aut fuit defensus legitimè, & tunc resti
tuitur ad appellandum tantùm, ff. de in integ. rest. l. fi. ext. e. c. fi. aut
non fuit defensus, vel fuit, sed minus legitimè: & tunc ad totam
causam fit restitutio, C. de procur. qui absentem. Item retractatur
sententia in casibus, qui sunt s̃. §. prox. ver. item est nulla ratione
4 modi. ibi, item etiam no. & ibi, vel si post sent. ĩ. ¶† Vt [e]autem in
e impugnando sententias pleniùs instruaris, attende, an sit lata per
f ordinarium, an per delegatum, an per arbitrum[f]. Si per ordinariũ,
oppone, quòd ille fuerit seruus, vel infamis, vel excommunicat⁹
vel huiusmodi, vt s̃. §. proxi. in prin. Ad hoc autem potest pars al-
tera respõdere, quòd communiter estimabatur bonus. vnde pro-
pter auctoritatem rei iudicatæ præferenda est opinio veritati, ff.
de offic. præt. Bar. iiij. q. vij. §. tria. ff. ad trebel. seruo. §. cùm prætor.
extr. de biga. nuper. cum suis concord. Hæc tamen defensio non
cadit in excommunicato, in quẽ nulla cadit iurisdictio: quod dic,
vt no. extr. de excep. pia. lib. vj. & in præd. §. tria. ¶Itẽ oppone, ꝙ a-
ctum est de vna re, & pronunciatum de alia, vt ff. communi diui.
fundus. ¶Item oppone, quòd iudex sine causæ cognitione, & mi
nùs plenè instructus, & ex abrupto, seu præcipitanter pronuncia
uit, extr. de in integ. restit. tum ex literis. prope fi. vj. q. j. quæro. C.
de eden. is, apud quem. C. de transact. si causa cognita. C. de iud. iu
dices. C. de appell. ne causas. C. de poen. qui sententiam. quod dic,
vt ĩ. de senten. excom. §. nunc breuiter. prope princi. ¶Item si pe-
tatur executio post sententiam, oppone, quę ĩ. ti. prox. §. fi. ¶Item
oppone multipliciter contra sententiam ratione testium, vt s̃. de
teste. ¶Item generaliter vide, si potes aliquam de exceptionibus
opponere, quæ cõpetunt post sententiam absque appellatione,
vel restitutione: quas dic, vt s̃. de excep. §. dicto. versi. post senten-
tiam. & seq. ¶Item vide, si nouata est sententia, ff. de min. minor.
ff. de re iud, si se non obtulit. §. si ex conuentione. C. de execu. rei
iud. si causa. Et an sit pactum de non petendo factum, vel transac-
tio, vbi fieri potuit: & sic non debuerit condemnatio sequi, C. de
transact. si causa. ff. eo. post. & ff de cond. indeb. eleganter. ff. de do
nat. si stipulatum. ¶Item obiice contra sententiam, quæ diximus
contra instrumentum posse opponi, s̃. de instru. edi. §. instrumen
5 tum. ¶† Item retractatur valida sententia ex omni causa, quæ suf
ficiens sit ad appellandum, extrà de appel. vt debitus. & c. causam,
quæ. vel si sit per subreptionem lata, vt extrà de officio vica. tua.
xxxv. q. ix. veniam. vel si falsus ꝓcurator interuenit, vt extrà de ꝓ-
cur. in nostra. in fin. & C. eo. licet sententia. Tamen cum falso pro
curatore lata, potest rata à domino haberi, vt ff. de iu. l. pe. Et si est
delegatus à principe, id per scripturam probet, vt in pręd. l. C. aliàs
g verò etiam per testes, secundum Vber.[g] C. de fide inst. in exercen
dis. ex

ADDITIONES

a Generaliter. ¶Tan. vbi suprà rubrica tertia posuit solùm iiij. scili-
cet primos iij. & v.

b Quidam. ¶Vber. de Bo. vbi s̃. versi. ratione conditionis.

c Romana. ¶§. caueant. lib. vj. sed ibi. etiam lata sic reum, vt ibi scrip
si in j. glos.
ADDE Paulum de Castro consil. xv. Alex. consil. lxxiiii. ii. libro,
Bald. consil. ccclxxv. iii. libr.

d Nono. ¶& de iura. cal. c. i. lib. vi.
ADDITIO. Adde ad dictum Spec. prox. sequen. Ludo. Rom. sin-
gul. ccxii. incip. ex quo scimus. vbi quando sententia contra ius li-
tigatoris sit nulla ipso iure ibi, prout no. limitationem, ad c. cùm
inter vos. de re iud. hîc alleg. Hen. Ferran.

e Vt. ¶Hîc resumit verba Vber. de Bo. char. ii. ver. si producatur scri
ptura alicuius sententiæ. & seq.

f An per arbitrum. ¶ De his hîc non prosequitur, contentus, vt pu
to, hîs, quæ dixerat suprà de arbitro: & maximè in §. excipitur. V-
bertus autem ordinatè prosecutus est hæc tria: Ioan. de Deo pri-
mum & secundum, vbi suprà, de rescrip.

g Secundum Vber. ¶vbi suprà, eodem §. dixi, Immissio, vel gratia
principis an, & quando possit probari per testes, vide Cardin. &
alios in procemio super titul. Abb. Sicul. in sua glos. in clemen. ii.
de sepult. in fi. vbi plura allegat. Felin. in tractatu, quando apostol.
literæ priu. iur. patronat. item vide Bald. in l. idem Vlpianus. ff. de
excusa. tutorum, vbi quærit, an ad gratiam principis requiratur
scriptura.

ℓs.extra eod. cũm Ioannes.Nec sufficit,si dicat in sententia,Ego à tali delegatus,arg.ff.de leg.iij.prædiis.Argumen.tamen contrà,
a C.de contrah.& com.stip.l.pe.ª de hoc s̃.de instrum.edi. §.restat. versi.illud quoque.&seq.& in præd.cap.cùm in iure.¶Item vidẽdum est,an sit iurisdictio delegantis,C.qui pro sua iuris.l.vnica,extrà de iure patro.quod autem.j.quæst.vij.Daybertum.¶Item vide,an sententiam ferat iudex,vt ordinarius,vel vt delegatus ab alio,licet ipse in hoc sit aliàs ordinarius,ff.de offic.eius,cui man.est iuris.& si prætor.extrà de off.ord.licet.Quid si in sententia non dixit se ordinarium,vel delegatum,sed dixit in genere Cognitor,vl
6 Iudex?dic,quod valet sententia,C.de an.except.l.fi.¶†Quid si dixerit se delegatum episcopi,cùm esset delegatus archiepiscopi? videtur,non valere sententiam,etiam si id per ignorantiam dixit, ff.de eo,qui pro tut.neg.gess.l.penul.Argumen.contrà ff. de iud.
b l.antepen.ᵇ & de consec.distin.iiij.si non sanctificatur ᶜ.xii.q.ij.in
c quibus ᵈ.Prius dictum verius est,secundum Vber.Quid de sentẽ-
d tia lata de consilio sapientum corruptorum? dic, vt s̃. de requis.
e cons.ᵉ¶Item oppone,quòd lata est per falsos testes,qui corrupti falsa dixerunt,vt per falsa instrumenta,extrà de prob.licet. vbi de hoc,C.si ex fal.instru.per tot.ff.de exce.qui agnitis.vel ꝑ falsas al-
7 legationes,vt iam dicã.¶†Nec sufficit,ſm Papã ꝓbare testes cor
f ruptos fuisse,nisi ꝓbet̃ eos falsum dixisse,vt no.præ.c.licetᶠ.Itẽ ñ valet,si sit lata contra res prius iudicatas,C. quando prouoc non est neces.l.j.vel si contineat impossibile,ff.quæ sententiæ sine appel.res.l.fin.vel si sit de alia re pronunciatum,quam cognitum sit, ff.commu.diuid.vt fundum.extrà de causa posses. & propri. cùm super.vel si super alia re pronunciauit, quàm super qua datus est, C.si à non compe.iud.l.i.vel si venalis est,ii.quæst.vj.§.sunt etiam
g quorum.& §.venales.quę est C.quando prouoc.non est nec.gvl si per gratiam lata est:& tunc per in integrum restitutionem auditur,vt not.ff.de iudic.si prætor.ff.ad Trebel.seruo inuito.§.cùm prætor.vel si is,qui nomine alieno fuit in iudicio,non fuit legitimè constitutus, vt in præalleg. l.& ff. de collus. deteg. non iusto. ff.de appel.si constet, vel si erratum est in calculo, ff.quæ sententiæ sine appel.rescin.l.ij.§.ij.quæ est in præal.§.sunt etiam,quorũ.
8 ver.quot.¶†In summa ʰ not.quòd sentẽtia lata per falsos testes
h vel falsa instrumenta tenet de iure: sed rescinditur prætextu falsi per in integrũ restitutionem,ff.de re iud.diuus.vel per querelam falsi,C.ad leg.Cornel.de fal.querela.vel per actionem in factum: vel,secundum canones,per iudicis officium,quando ecclesia fuit decepta,extrà de regul.iur.lator.Idem,si sit lata per falsas allegationes,ff.de iudic.si prætor.§ Marcellus.C.si ex fal.alleg.l.j.ff.de ex-
9 cus.tut.qui testamento.ff.ad leg.Corn.de fal.l.fi.¶†Et no.ⁱquòd
i secundum canones potest de falso agi sine temporis præfinitione, s. vsque ad centum annos & vltrà,xxxv.q.9.§.quia ergo.& c. sequentibus.sed illud intelligitur in causis matrimonialibus,& aliis spiritualibus,in quib.periculum animæ vertitur,& vbi præscriptio locum habere nõ potest:vt xxxij.q v.quod Deo.&suprà ver si.& no.Cæterùm si nõ vertitur animæ periculum,subdistingue,
k secundum Tan.ᵏnam aut agitur criminaliter,aut ciuiliter,aut excipitur,seu replicatur.Si is,qui sententiam latam per falsos testes,vl instrumẽta,petit rescindi,agit criminaliter de falso aduersario legitimè citato,&inscriptione præmissa,&certa solennitate adhibita,quam dicemus j̃.de accus.& s̃.de instrumen.edi. §. videndum. ver.faciendum.tunc vsque ad xx.annum tantùm est audiẽdus. vt in præd.l.querela.C.de excep.licet.extrà e.cùm venerabilis.Si autem intendit ciuiliter agere per beneficium restitutionis in integrum, vel per actionem in factum, vbi locum habet, tunc vsque ad xl.annos dico eum audiendum:quoniam per litis contestationem fuit actio perpetuata,quæ postea non tollitur,nisi spacio xl. annorum.vt xvj.q.iii.§.potest & aliter.& sentẽtia per falsos testes vel falsa instrumenta lata, non potest præstare impedimentum:
10 post quadraginta annos ver.audiri non debet: † quia lapsu quadraginta annorum tollitur omnis actio &obligatio,extrà de pręscrip.vigilanti.& c.si diligenti.Io.autem,&Do.meus & Ber.dicũt ꝙ cùm per in integrum restitutionẽ retractatur, id fieri debet vsque ad quadriennium cùm verò per actionem in factum,tunc vsque ad xxx.annos,sicut & in aliis personalib.C.de constit.pec.l.ij. ff.de falsis,qui nomine.Si verò excipiendo,vel replicando de falso quæratur,perpetuò est quis audiendus: quoniam quæ temporalia sunt ad agendum,pertua sunt ad excipiendum, ff. de doli ex-
l cep.purè.§.fin.secundum T.ˡ Agitur etiam quarto modo de falso,scilicet officio iudicis,vt C.de probat.l.penul.& C.de testibus, nullum.& tunc vsque ad xxx.annos. & non vltrà, secundum Accur.de hoc suprà eo.§.in prin.¶Item agitur quinto modo de falso per actionem in factum ad interesse,vt in præd.l. qui nomine. de hoc no.C.de transact.l. penul. Qualiter autem probetur falsi-
m tas testium,vel instrumentorum,not. suprà de probat.§.fi.ad fi.ᵐ
11 ¶†Et not.quòd probato vitio falsitatis rescinditur sententia,& quicquid per eam factum est,retractatur,&solutum etiam repetitur,extrà de confir.bonæ.extrà de cri.falsi,super eo.de re iud.causam,quæ.C.si ex fal.instrum.l.j. & fin. quod quidem verum est, si iudex secutus dicta falsorum testium,vel instrumentorũ,sententiam tulit:quod præsumitur,si dicat in sententia,visis &lectis attestationibus &instrumentis,&c.alioquin si secutus alias probationes pronunciauit,licet falsi testes,vel falsa instrumenta fuerint in causa priori producta, non cassatur, quod per legitimas probationes factum est,sed id solùm,quod per falsas,vt extrà, de re iu-
12 dic.cùm I.&A.ff.eo.cùm prolatis.C.si ex fal.instr.falsam.¶†Hoc etiam no.ꝙ si in priori iudicio ante sententiam actũ fuerit de falso, post sententiam non audietur super quæstione falsitatis si nõ
n prouocauit,vt C.de fide instru.l.fi.secundum T.ⁿquæ prosequere,vt extrà de probat.licet.Quid si post latam sententiam reperit̃ instrumentum,per quod apparet eam iniustam:de hoc j̃.ri.prox.
13 §.fi.vers.Illud autem.¶†Sed vsque ad quod tempus potest obiici contra sententiam exceptio falsi procuratoris? Videtur,ꝙ vsq; ad quod potuit appellatio exerceri,ij.q.vj.ei qui.extrà de appella. cùm sit Romana.Dicit Vber.quòd si directè agatur de falso,tunc vsque ad tringinta annos,vt C.de fal.querela.Si in modum exceptionis,& sit talis exceptio,quæ coadiuuet actionem,dic,vt ff.de iureiur.nam postea.§.si minor.Si verò sit talis,quæ elidat, vide ff.
14 de excep.doli,purè.§.fi.¶†Quòd si procurator ᵒsuccessit domi-
o no,nunquid poterit dicere iudicium nullum?arg.ꝙsic,ff.de inof. test.filius.C.de procur.licet.extra.de iureiur.sicut nostris.Arg.cõtrà,extr.de do.inter dilectos.& de cõces.præb.cùm super.ar.ff.de
p exce.rei iu.& an eandẽ.ff.de con.indeb.si non sortem §.si filius P.

¶† In

ADDITIONES.

a L.penultima.¶Stipulatio transit in hæredem, & contra hæredẽ; licet de illis non fiat mentio,potest contrahẽs suis verbis obligare hæredem, sed suis verbis se non potest facere iudicem.
b Antepen.¶Ibi cõstabat,quia litigatores senserant, licet in nomine,vel cognomine erratum sit.
c Sanctificatur.¶Dic, vt ibi in j.gl.
d In quibus.¶Ibi errare in his,de quibus nõ interest, toleratur:sed hîc interest.
e Consi.¶Versi.quid ergo erit.
f Licet.¶Et ibi hoc scripsi super gl.ij.
g Est nec.¶Vide quod dixi suprà §. prox.in prin.
h In summa.¶Assumit verba Tan.vbi s̃.dixi in prin.huius §.
i Et not. ¶Dicit Tan.quosdam dicere.
k Secundum T.¶vbi prædixi.
l Secundum T.¶vbi prædixi.
m Ad fi.¶hoc dixerat hic Tan.vbi s̃.
n Secundum T.¶Cuius titulus,de quo s̃.hîc finitur.
o Procur.¶falsus:de quo s̃. prox.
¶ Sed an refectio expensarum in criminali veniat, qñ accusator desistit? dicit lex venire, C.q acc.non pos.l.q crimen.ibi, sumptus, quos, &c.Bald.Sed quid si ad diffinitiuam peruenitur? videtur, ꝙ non debeat fieri condemnatio expensarum in criminali: quãquã in ciuili fiat, C.ꝺ fruc.& li.expen.l.fi. vbi litera loquitur aduersatiuè.in ciuili & criminali circa expensas.& idem no. Accur.in procœmio Insti.Sed in contrarium videtur casus in l.fi.C.de fruc.& li. expen.nam si ibi per priuilegium non veniunt, ergo per ius commune veniunt, tam in ciuili, quàm in criminali, vt ibi apertè dicitur, secundum Bar.& hoc tenent Canonistæ extrà.de pœ.c.calũniam. Nam damna & interesse etiam in criminali incidenter veniunt, vt not.extrà de accus.c.cùm oportet.per Inn.Bal.Sed quid si instantia est perempta, an ex die secundæ instantię veniunt fruct⁹ & expensæ? Dic in expensis, quòd veniunt ex die secundæ: sed in fructibus dic, ꝙ aut instantia periit tempore, aut renunciatione: si renunciatione, habetur pro non mota, C.de præsc.long.temp.l.j. secundum vnam expositionem, de iure fisci, l. si fiscus. Si autem tempore, tunc dicit gloss. quòd officium illud mercenarium primò ortũ, extinctum est, nec denuò oritur: & ideo tempus secũdæ litis inspicitur, C.de fruct.& lit.expen.l.2.in gloss.& facit l.terminato.in ratione sui. Non obstat C.de præscrip.xxx.ann. l.fi.vbi durat effectus primæ instantiæ: quia illud verum ad conseruandam actionem, non ad augendam confirmationem. Sed Doct.dicunt contrà: quia mala fides perpetuò durat, donec purgetur, ar. ff.de vsur.l.mora.Sed ista ratio est satis debilis.nam ñ sufficit simpliciter mala fides in percipiendis, sed requiritur litiscontestatio: dic, vt ibi per Doct.Bal. ¶ Quidam nobilis habuit aduocatum gratis: postea ipse nobilis vincẽs vult, ꝙ aduersarius reficiat sibi salarium, an aduersarius teneatur? Et videtur, quòd non. C.de fruct.& lit.expen.l.fi.secundum secundam lect.quod not.Bald. ¶ An cõdemnatus, qui dicit se postea soluisse, possit probare solutionem per testes? Videtur ꝙ non: quia sententia requirit scriptutam: ergo &c.C. de testi.l.testium.sed ibi in debito conuentionali: secus videtur in iudiciali, C.de re iu.l.j.ff.de condict.sine causa, l.si fullo ¶ Quid in inuentario tutoris? dicit Richar.de Salic.quòd non poterit probari solutio, nec pactum, nisi per scripturam: sed si dicas, quòd sit obligatio legalis, contrarium esset dicendum.Bal. ¶ Sententia lata extra metam iurisdictionis, est in totum nulla, C.quãdo prouoc.non est nec.l.cùm certa ratione.sed si fertur supra metam debiti, vtile per inutile non vitiatur, vt not.C.de re iu.l.2.& ideo illa clausula, saluo, quòd si esset vltra formam, reducimus ad formam, &c.non videtur valere, quia licet sit vnum capitulum, tamen diuidi potest.Docto.dicunt contrariũ: quia indiuisibilis ẽ sententia, ff.famil.erciscun.l.in hoc iudicio.sed ibi erat defectus modi & rei, quia non erat iudex functus officio suo, ff. de arbi.l. quid tamen.hîc verò erat excessus: & plus continet minus.& videtur casus ff.de arbi. l.diem proferre.§.si plures.Sed alia ratione non videtur valere dicta clausula: quia est incerta & conditionalis, sed respectiuè certificatur per acta, C. de sen.l. cùm iudex.Sed tertia ratio, quare non valet, est, qua continet repugnantiam, ff.ꝺ reg.iur.l.vbi repugnantia.& hoc sentit gl. C.comm.vel epist.l.3. secus in adiũcto compassibili, ff.famil.ercis.l.item Labeo.§.j.Bal. vide ĩ.de app.§.ex forma.Bal. ¶ Pone, quòd post sententiam opponitur exceptio permissa opponi: iudex statuit terminum ad bandum: testes non deposuerunt intra terminum: quæritur an sufficiat intra terminum iurasse? Videtur, quòd sic. nam & sine articulis potuerunt testes examinari super exceptionibus. Item depositio retrotrahitur, vt no.in c.j.de offi.deleg.in Cle.SOL.sufficit, si vult eos examinari super exceptionibus.sed si vult producere articulos, videtur, ꝙ non possit, ff.de iureiur.l. admonendi.ĩ verbo, quibus solis.Sed contra dico: quia articuli sunt declaratio exceptionis, & ideo etiam postea produci possent, argumẽt.ff.de testa.l.hæredes palàm.§.j.& hoc in termino iudiciali: secus videtur in legali, extrà de excep. c.pia.libr.6. Nam terminus iudicialis potest prorogari, sed terminus legalis non.vt not.in auth.ꝺ exhibere.§. suscepto.Si tamen pars producens facit quicquid potuit, faciendo, grauari & pignorari testes, hoc ei sufficit, etiam si non iurasset intra terminum: & possunt iurare postea, & finguntur recepti intra terminum, arg.C.de inoffi.test.l.eum qui.& l.contra maiores.& valet absque alia dilatione, secundum Fr.Accur.in quodam suo libello: allegat ad hoc C.de testi.l.si quando. in fi. Tuti⁹ est tamen, si noua dilatio petatur.Bal.vide Bar.ff.de dam. infect.l. damni.§.Sabini. ¶ Sufficit in sententia dicere Condemno. Itẽ sufficit dicere Iure petis, iure querelaris, &c.C.de fru.& lit.expen.l. terminato.Bald. ¶ Non debet incipi ab executione, C.de execution.rei iudicat.l.nimis properè.ff.de re iudi.l.si cùm nulla.C.de pact.l.si pacto, quo pœnam.& ideo nõ procedit libellus, peto debitorem meũ cogi ad soluẽdũ, mihi, nisi petam eum ɔdẽnari: qa petitur executio sine sententia, secundum Bar.Sed tu dic, ꝙ petẽdo consequens, vr petere antecedens, vt lege, & si non cognitio.C.si ɔtra ius, vel vtil.public.& argumen.C. de fideicommis.l. quamuis simpliciter.& ff.de acquir.hær.l.illud. ¶ Præterea nomine compulsionis etiam pronunciatio intelligitur, ff.de ven.insp. l.j.§.ex hac.Nam omnis libellus est tollerandus, si possibile est, vt dicit Inno.extrà de iu.c.examinata.Suppletur ergo libellus circa conclusionem: item circa medium, siue narrationem, l.oẽs.§.Lucius.ff.quæ in frau.cre.& facit qꝺ no.j.q.4. quia præsulatus. in gl. or.Bal.vide Bar.in l.moribus.§.j.ff.de vul.& pup. ¶ Contra fugitiuum incipitur ab executione, l.ait prętor.§.si debitor est.ff.de his quæ in frau.cre.Itẽ ex pacto, de pig.act.l.3.itẽ in nunciatione noui operis incipitur à pręcepto, ff.de no.op.nun.l.de pupillo.§.meminisse. Item contra fideiussorem iudicatum solui: quia iste accidit executioni, & ei se submittit. nam licet sententia non sit lata contra eum, tamen patitur executionem.C.de vsur.rei iu.l.fin. in fi.& dic, vt ibi no.Et vna lex ponit singularem rationem, quæ talis est, s.quia contractus factus apud acta, æquiparatur confessioni in iudicio factæ, & mandatur executioni tanquã confessio iudicialis: ita dicit tex.ff.de pact.l. tale pactum.§.qui prouocauit.& est noua ratio. Ad idem facit C.de testa.l.omnium. vbi dicitur, ꝙ testamentum factum coram principe, vel apud acta alterius iudicis, habet vim testamenti publici & insinuati: quia fit de actis: siue fiat apud acta, siue ante factũ redigatur in actis: & not.hoc.& hoc verum in eo fideiussore iudicatum solui, qui fideiubet apud acta, ɔ quem ꝓceditur ex actis: & sic ex liquido & notorio iudici vt iudici. Si autem in contractu ego fideiubeo pro Titio, & promitto pro eo iudicatum soluere, ista fideiussio non est iudicialis, nec est notoria iudici vt iudici: & ideo Titio ɔdemnato, non fiet in me executio, sed ex stipulatu conueniendus sum, quia magis sum fideiussor contractus, quàm iudicij, ff.de iureiur.l.duobus.§.qui iurauit. Et si diceres contrarium, tunc addicta promissione in tali clausula prędicta de iu.sol.semper esset executio parata in fideiussorem, tam realis, quàm personalis, reo condemnato: & esset noua & bona cautela: tamen caue, ne facias poni, quia insitata generant suspicionem falsitatis in instrumentis: & no.in l.vim.ff.de con.inst.Bal. ¶ Porrò in fideiussorem de iudicio sisti, non fit executio condemnationis, ff.de fideius.l. Græcè.§.& post litem.Sed bene fit executio in hoc, ꝙ sistat, ff.de in ius vo.eum pro quo.sed vsque ad sententiam, non post: quod est notabile. & vide, quod not.ff.de verb.oblig.l.continuus.§.quis.per Dyn.Item in sequestris, & in habitationibus proceditur interdum extra ordinem, ff. de leg.commis.l.fi.& de offi.procur.Cæs.l.fi.Bal.vide s.e.§.sentẽtia lata in capitalibus. ¶ Qualiter fideiussor acceptus in causa iudicati, patitur paratam executionem: & secus in promissione rei principalis & hypothecaria data hypotheca, no.C.de execu.rei iu.l.2.ff.de mino.l.minor xxv.ann.cui fideicom.Bal. ¶ Nam natura illius accessorij est natura illius satisdationis, ne lites ex litibus oriantur, vt l.terminato.C.de fruc.& lit.exp. ¶ Item nota, ꝙ vbi ĩordinatè proceditur, non valet tenuta, vt d.l.j.& 3.in c.postulasti. de concess.præben.per Inno. Et filiofamiliàs bonis ɔfiscatis non patitur pater executionem: imò occupat peculium filij, taquam mortui, C.de bo.proscri.l.si filius.Nec obstat, quod no.ff.de nox. & si condemnatus. quia ibi sententia fuit ciuiliter lata: vnde pater tenetur ex quasi contractu: secus in criminali, & maximè in sẽtentia confiscationis, ex qua nulla oritur obligatio, vt no.Bart.ff. de dam.infe.l.si finita.§.si qua.& facit C.qui bon.ce.pos.l.pen. & l.3.§.si filius.ff.quod quisque iur. nec tenetur pater aliquid fisco assignare, vt l.si qua pœna.ff.de his, qui sunt sui, vel al.iu.per Gul. & Cy. Si verò pater tenetur soluere pro maleficio filij ex forma statuti, tunc aut filius est conuictus: & tenetur pater.aut cofessus, & similiter tenetur, nisi pater probet contrarium: ad quod probãdum debet amitti pro suo interesse, vt not.l.2.ff.si ex noxa.causa ag.aut filius est contumax, & non tenetur pater: quia contumacia non facit ius, nisi contra contumacem, ff.de inof.test.l.qui repudiantis.§.fi.& si statutum non facit mentionem maleficij, sed ɔdemnationis, & condemnationem solui iubet, tunc pater quasi fideiussor iudicatũ solui, tenetur etiam de contumacia filij, argu. ff.de ver oblig.l.cùm filius.& ibi Bar.& l.2. ff.ad municip. cum si. Bal.vide ff.de dam.infe.l.si finita.§.si qua.per Bar. ¶ An bona dotalia possint capi pro debito? ꝙ possunt, ponitur de bo.dam.l.quĩque legibus. Quid de parafernalibus? vide C.ne vxor pro ma.l. 2. Bar. ¶ An qui habet tempus quadrimestre, patitur primum & secundum decretum immediate? Gl.innuit, ꝙ sic: secus, si ex interlocutoria, id est, ante sententiam, sit veniendum ad secundum decretum, cùm ibi nulla dilatio præcesserit, vt not.in l.fin. C.de excep.rei iu. Tu dic, semper aliquod spatium dandum, eodem titu. l.ordo.inver.diu.quod est arbitrarium: & iudex dabit minus tempus ei, qui habuit illam dilationem, quam non habẽti.facit, quod not.ff.de constit.pec.l.promissor.per G. Et in hoc seruabitur natura illius loci, vt no in l.fi. C.de iur.do. ¶ Secundum decretum ñ potest interponi, nisi præcedentibus bannimentis, si quis est, qui

velit illam rē emere,&c.vt dicta l.ordo.Et illud est verum,vbi desideratur excussio,an s.reperiatur emptor:sec⁹ in cā noxali,de dā. infect.no.in l.iubere cauere.ff.de iurisd.omn.iud.Et si res non extat,potest fieri executio in æstimatione,licet ad hoc non sit principaliter actum,C.de exec.rei iud.l.si longiùs.secundū Bar.¶An interlocutoria requirat peremptorium?Dic,ꝙ aut est interlocutoria irreparabilis à diffinitiua:& tunc exigitur peremptorium,q̄a sortitur naturam diffinitiuæ:aut potest reparari per diffinitiuam, vel per appellationem à diffinitiua:& tunc sufficit vna citatio,secundū Guid.de Suz.facit C.quomodo & quando iud.l.consentaneum.& vide ibi Bart.& est tex in l.præsenti.§.sanè.C.de his,qui ad eccle.cōfu. Quòd requiratur peremptoriū in interlocutoria, quę parat pręiudiciū in principali,vel in proprietate,vel in possessione,no.C.de appel.l.si quis prouocatus.vide s̄.§.sed an valet p̄ceptum.B. ¶An opposita exceptione contra executionem sententię,iudex possit exequi sine alia pronūciatione de exequēdo? Dic,quòd sic,& est vtilis cautela:quia si pronūciaret,exequēdum appellaretur ab ista pronūciatione.sed si exequitur,nō potest appellari,nisi excedatur modus,vt not.in l.ab executione.Iudex ergo mittet in possessionem,& habet licētiam capiēdi,nō obstantibus exceptionibus:nō autem pronūciabit exequēdum:sed exequi mādabit,& exequetur: nō autem appellabitur ab executore. Sed certè etiam ipsa pronūciatio est pars executiōis,& ideo nec ab ea appellatur,nisi excedatur modus primæ sentētiæ:arg.nota. ff.quod metus cau.l.si cum exceptione.§.in hac.secūdum Franc. Accur.in quodam libello.Vel dic,quòd si fuerit aliquid probabile obiectum executioni,tūc possit appellari,tāquam à grauamine,causa specificata:aliàs nō.Bald.vide s̄.eo.§.vbicunque.& §.an pronūciatio de exequēdo.& infrà titu.2.§.non est necesse.¶Dicit statutum,quòd homicida cōdemnetur in mille:& si fuerit cōtumax,cōdemnetur in quarto pluri:alio statuto cauetur,quòd si homicida nō soluit pœnam homicidij intra decem dies,decapitetur:modò homicida soluit mille,sed nō quartum plus,an decapitabitur?& videtur,quòd sic:nam totum debetur ex cōtumacia,& est debitum in forma ex cōtumacia:ergo nō debet diuerso nomine,vel iure censeri,argum.ff.de pact.dot.l.inter.§.cùm inter. In contrarium videtur: quia pœna homicidij est signata & taxata in mille:& de ista originali pœna debet intelligi,vt ff.de petit. hær. l.item veniūt.§.cùm prædiximus. & ff.si certum petat.l.certi cōdictio.in princi.nam plus est pœna solius cōtumaciæ,quia pœna nō oritur tempore delicti,sed tempore cōtumaciæ,ff.de in lit.iu. l.i.& hæc vera:quia ista pœna nō recepit aliam pœnam,argumē. C.de vsur.rei iudica.l.fi.& nota.ff.de petition.hæred.l.hæredi furioso.Baldus.¶Sentētia lata per vnum iudicem,mittitur executioni per alium,qui habeat iurisdictionem in personis.ff.de iudi. l.argērarium.§.nomine.facit quod not.ff.de postul.l.ex ea.Sed si nō habet iurisdictictionem in personam,sed in res,tūc nō potest facere executionem,nisi requisitus per literas primi iudicis,ff.de bonis auctoritate iudi.possi.cùm vnus.§.is qui.ff.de iurisdict.om. iudic.l.cùm quædam puella.& ibi per Cynum in lect.Dicit statutum,quòd si cōdemnatus pro vulnere nō soluat cōdemnationem ītra decem dies,quòd ei amputetur manus:modò quæritur quādo īcipit istud decēdiū?& videtur,quòd post x.dies: quia tūc dicitur condemnatus propriè.ff.de pig.l.si fundus.§.si plures.In cōtrarium videtur,quòd statim lata sentētia: & sic fiat computatio de momēto ad momētum, argument.ff.de minoribus.l.iij.§. minor.SOL.Dies sententiæ non computatur,sed à die sententię currit,si non est appellatum: si autem est appellatum, tunc à die confirmationis sententiæ,nisi dolo,vel lata culpa esset appellatum,quia tunc appellatio ei nō prodest,C.de vsur.rei iud.l.ij.Sed cōtra hoc opponitur.nam ex ista sentētia ante decem dies nō oritur actio:ergo nec antè currit terminus soluēdi,arg.ff.de iure do. l.tali.SOL.Imò statim oritur actio,reuocabiliter tamē,si appellatur.quod sic probo:appellatio rescindit pronūciatum,ff.ad Turp. l.j.& fi.tūc dices, quòd aut rescindit factum,& hoc est impossibile,l.in libello.§.in facto.aut ius:& sic ortum erat,secundum Iaco. de Rauen.nam nō posset rumpi,nisi esset natum,ff.de in integ.restitut.l.nam & si sub cōditione.§.rumpēdo.& de verbor.obligat. l.decem.vide,quod not.C.de testi.l.præposteri.vide ī.eodem.§. no.quòd in ciuili.¶Titius fideiussit iudicatum solui pro Seio accusato.nam in criminali suo nomine cōuētus satisdat iudicatum solui: secus in ciuili.nam in criminali,nisi satisdet,debet detineri in carcere publico,vel in palatio,de custo.reo.l.i.&l.si quis reum nisi sit mulier,quæ nō debet detineri in carcere propter inopiam fideiussoris:quod not.C.de custo.reo.authenti.nouo iure.pone ergo,quòd fideiussor est coactus statim soluere:quia in criminali non datur tempus quadrimestre:sed in ciuili sic:quæro ergo,an fideiussor statim exigat reum?nam inter eos ciuilis obligatio versatur,non criminalis.Dic,quòd statim iudex maleficiorum poterit hoc facere,argumen.C.de senten.l.cùm eorum.C.vbi cau.fis. l.cùm vendi.& ibi per Iacob.& C.de vsul.rei iudic.l.fi.in fin.& ibi plenè per Bartol.Bald.¶Natura copulæ est,diuidere obligationem condemnationis,vel contractus,in viriles,C.si plu.vna sent. l.j.nec attendimus naturam primæ causę,sed naturam verborum causæ secundæ sententiæ,vt ibi not.& l.j.de condi.& demonst.§. cùm fundus.ff. Banna etiam,quæ fiunt ex parte Potestatis,fiunt magis ad terrorem,quàm ad valorem,C.commi.vel epist.l.programma.& vide infrà tit.prox.§.bānum generale.¶Subscriptiones etiam iudicum non habent vim sententiarum,eo.l.penult.tamen hoc vide ff.de eden.l.si quis ex argentariis.§.j.per Gul.¶Cōflictus nō dicitur solùm in libellis,sed etiam,in iudicis,C.commi. vel epi.l.fin.Baldus.¶Ceruicosa & capitosa præcepta iudicum inania sunt,& vim sentētiæ interlocutoriæ nō merētur,C.commi. vel epi.in rubro & nigro,& īfrà de re iud.præceptum.¶Pro peccato vnius hominis nō debet cōtrata,vel vniuersitas cōdemnari vel puniri,vt not.in authentic.vt nulli iud.§.quoniam.Col.ix.in gloss.ordin.siue ille sit certus,siue incertus.Bald.Quòd si libellus est iuri contrarius & ineptus, sentētia est nulla: vt patet extrà de emp.& ven.cap.cùm dilecti.sed vbi est præter legem, non cōtrà, tūc valet,secundum Bartol.ergo contestatio litis super libello inepto valet.nam & sine libello super simplici vera narratione valeret litiscontestatio,secundum quosdam:q̄a tenent,quòd oblatio libelli possit omitti & remitti d̄ cōsensu partiū:vide s̄.de offi. iud.§.si iudex.¶Sententia lata super accusatione nō cōtinēte locum & tempus,valet:nec potest cōdemnatus eam dicere nullam quia lex dicit, quòd debuit petere se aboleri ante sentētiam propter libellum informiter porrectum,ff.de accus.l.libellorum.§. quòd si libelli.ita not.Gandi.in suo opere in titu.qualiter fiat ipsa accusatio:& sic propter defectum solēnitatis loci & temporis nō vitiatur sentētia: quod est notatu dignum.Sed videtur,quòd sit nulla:quia libellus est ineptus & inutilis,ff.de adult.l.accusatorus.Respon.quòd hæc exceptio nō potest opponi post diffinitiuam,sed ante debet opponi.Simile C.de adult.l.quamuis indubitati.Præterea super hoc etiam not.quòd procedit libellus per circūstantias nō declaratas,ff.de pœn.l.si præses.sed ibi loquitur de circūstantiis,id est de qualitatibus, nō autem de solēnitatibus: & sic nō facit ad quęstionem nostram.G.Nam additio qualitatis nō est de substātia libelli:sed adiectio solēnitatum sic.Sed cōtra Gandinum facit ff.de interroga.actio.l.si filius.la ij. ff.ne quis eum.l.i. §.Offilius.ff.de iureiur.l.si patronus libertum.& quod ibi Dy.cōtra glos.vide suprà de accus.§.sed quid si statutum.& infrà de lib. cōce.§.exceptio inepti libelli.¶Iudex formauit inquisitionem: superuenit accusator:tandem condemnauit ex inquisitione:modò quæritur,an ista sentētia sit nulla, vel annullāda per appellationem, necne? Et videtur,quòd sit nulla: quia accusatio rescindit inquisitionem,& remedium ordinarium tollit extraordinarium SOL.Dico,quòd nō tollit ipso iure:sed oportet,quòd pronūcietur non esse procedēdum ab exceptione obiecta per reum.ff.ad Velleian.l.ij.in fi.Sed an poterit appellari ex eo,quòd reus sit grauatus ob hoc ipsum? Quæstio stat in hoc, an inquisitus debuerit silere, vel non: & si iudex habet suspectam cōclusionem accusatoris,nō debet silere,argument.C.de abol.l.ij.Idē,si fiscus ex hoc patitur præiudicium,vt quia inquisitio est probata.nam si accusator vult paratam probationem,non ad initium nouæ probationis redigere,iudex nō debet hoc pati:sed si bona fide agatur, sic, argum.ff.de iureiuran.l.eum qui.§.in popularibus.Et ad illud argumen.de ordinario & extraordinario responde,quòd vbi extraordinarium tendit ad coadiuuandum ordinarium,& ad eundem finem,nō cessat vnum propter aliud,vt not.ff.de rei vend.l.j.§.per hanc. & hoc quantum ad ordinem: sed quantum ad processum, debet procedi super vno. Vnde iudex debet hîc eligere alteram viam nisi quatenus plus esset in accusatione, quàm in inquisitione:quia tunc posset simul prosequi vtrunque, argumen. ff.de ac. & obligat.l.qui seruum.¶Practicam serua:quòd si plenior sit accusatio,super eo tantùm procedatur,& pronunciabitur, non esse procedendum super inquisitione. Acta tamen publica valent in sequenti iudicio,scilicet si fuerit receptus super crimine:secus si super fama,vt infrà eodem.§. penult.& vide infrà de inquisi.§. ex probationibus.argumen.C.de re iudic.l.gesta.sed attestatiōes nō publicatæ ī inquisitione receptæ,n̄ valent in accusatione.Itē nouæ dilationes dantur:quia est noua instantia.& hoc coram eodem iudice.nam coram diuersis melior est conditio peruenientis: vide infrà de inquisi.§.quidam.& §.penu.& infrà eod.§.ex probationibus.¶Et an absolutus per inquisitionem possit accusari?dic quòd sic,ab eo,qui prosequitur suam,vel suorum iniuriam,si docet ignorantiam:vel collusionem:aliàs nō.nec iudex debet prosequi suorum iniuriam:quia in causa suorum nō posset iudicare, vt not.ff.de iniur.l.lex Conelia.in prin.¶Et in priuatis criminib⁹ nō habet locum īquisitio de iure communi:quia iudex nō repręsentat personam priuatam offensam, sed publicam: & illud, ⁹ est

priuatum,nõ publicum,ideo à persona publica nõ potest exerceri.de hoc no.Gan.ad practicam in suo opere in ti.qui possunt accusare.& ibi videas.Baldus.¶Ad mortem nemo potest ex indiciis cõdemnari,nec sentẽtia mortis ferri ex indubitatis indiciis, secũdum quosdam:vt not.Gand.in titul.de præsumpti. in fi. Aliter sentit Dyn.in l.ij.ff.de excusat.tutor.Istud tamẽ certum est,quòd tortura fieri potest etiam ex vno indicio indubitato,vel multùm verisimili,vt not. G.in titul. ex quo tempore possit fama incipere:& locus à communiter accidẽtibus inducit indicium indubitatum: vt si volo probare aliquam esse meretricem, eo quòd passim admittebat iuuenes ad se,C.de probati.l.neque. per Guid. & Iac.vide Bartol in l.fi.C.de probat.& infrà eodem.§. sentẽtia cõdemnatoria nõ potest.versic.in causis.& infrà eod.titul.proxim. §.cõfessio in tormẽtis.¶Titius fuit cõfessus se occidisse quẽdam hominem,cuius nomẽ ignoratur,& ipsum proiecisse in mare:vnde corpus apparere nõ potest:quæritur, an ex hoc Titius debeat condemnari? Et videtur, quòd nõ:nam liquere debet de corpore interfecto:aliàs nõ potest præsumi factum ab aliquo,si ipsum factum in se est incertum,ff.ad Syllanianum, l.j.§.ibidem. Item ista cõfessio est multùm vaga & incerta, & in genere:ergo nõ valet, ff.de cõfess.l.certum.SOL.Si non apparet aliquo modo de mortuo,nõ debet ferri cõdemnatio,sed si per famam probaretur mors licet corpus inspici non posset, vel quia in sepulchro resolutum, vel in flumẽ proiectum,tũc stabitur cõfessioni:argumẽt. ad hoc, quia mors potest probari per famam,C.sol.matrimo.l.si quidem & vide Gan.in titulo,qui ad præsumpt.famæ,in titulo,de pręsumptio.Bal.¶Exceptio bãni est exceptio rei iudicatæ,si bãnitus potest impunè offendi:& ideo impeditur processus, secũdum Gãd. in titulo,vtrùm procurator in maleficiis.in vltim.col.de hoc dic, vt not.C.de accus.l.reos.per Cynum.Pẽdẽte tempore appellãdi bãnitus potest impunè offendi, & nõ impeditur processus, secũdum Gãd.ĩ titulo,de bãnitis pro maleficio:quod est falsum:quia interim nõ debet aliquid innouari:& facit,quod not.ff.de accu.l. ex iudiciorum.per gloss. & Dyn.nam si interim moritur, expirat sentẽtia,ac si esset appellatum.vnde sentẽtia non põt patrocinari occisori:vide suprà eodem,§.sentẽtia,quæ nõ valet.¶Sentẽtia lata ex vno statuto,potest suppleri mediãte processu nouo ex alio statuto ratiõe qualitatis,vt no.in quæstionibus statutis per Gãd. & in l.senatus.de accus.per Barto.& ita cõsuluit collegium Perusinum Assisij cõtra scholares, ex quo cõsilio hæc ciuitas perdidit Assisium,sed Iacob. Butri. cõsuluit cõtrarium.¶Sentẽtia lata ex inquisitione formata per Potestatem Perusinum de delicto commisso per subditum extra territorium,quæritur,an valeat?& videtur,quòd nõ:quia in hoc nõ est iudex competẽs,vt not. Gand. in fi.sui operis secũdum Odof. Sed Cynus disputauit cõtrarium:quia non proceditur ratione sortiri fori occasione delicti tantùm,sed quia subditus,argumẽt.ff.de decret.ab ordin.fa.l.fi.maximè si inquisitio fiat in casu permissa iure communi. Idem tamẽ, si à iure municipali:quia inspicitur statutum iudicis in modo procedendi:quia modus procedendi est ad ordinem iudicij,nõ ad decisionem litis,secũdum Bar.& alios in l.cũctos populos.C.de summ. tri.Sed cõtra hoc est:quia posse inquirere, est ad diffinitiuam causæ inquisitionis,sic habere vel nõ habere actionem, vel officium iudicis principale:& Ioan. And.in addit. Spec.tenet. quòd nõ procedat inquisitio via statuti:not. Bald. ¶Sentẽtia aliquãdo fertur per legem:& tũc nõ desiderat causæ cognitionem,sed veram existẽtiam terminorum,vt not.ff.de cap.dimi.l.amissione.§. quia deficiunt,nam lex certa est,ff.de cõd.ob cau.l.si pecunia.§.si seruum Iudex tamẽ nõ debet exequi,nisi causa liquidata,ff. de iure fisci. l. eius,qui delatorem.¶Et in legibus & statutis vltima sentẽtia valet:quia potest statutum reuocari, nisi statutum trãsuerit in contractum. Nam tũc distĩguitur:aut cõtractus respicit publicam vtilitatem,& potest reuocari per statuẽtes: aut priuatam, & tũc nõ: aut mistam & publicam & priuatam,vt in medico & doctore cõducto:& tũc ex causa superueniẽti potest reuocari,sed absque causa,nõ,ff.de decre.ab ord.fa.l.quod semel.per G.& Bar.& in quæst. stat.per Gand.¶Si verò trãsierit in sentẽtiam diffinitiuam iudicis,tũc reuocari nõ potest,C.sent.resc.nõ poss.l.finali:vide, quod not.C.de testamẽt.authẽtic.hoc inter liberos ¶Sentẽtia cõdemnatoria in criminali nõ potest ferri,eo quòd reus nolit se repræsẽtare ad tormẽta suscipiẽda,ff. de quæstionibus,l.penultim.Sed tamen debet mulctari ipse & fideiussores sui,& pro motu iudicis cõdemnari de cõtumacia,nõ de crimine,ff.de custo.reo.l.si quis reum.nam in criminali ex cõtumacia nemo habetur pro cõfesso l.j.ff.de requir.re.Bal.&hoc d iure communi.Sed in Italia per statuta terrarum cõmuniter aliter prouidetur: quæ statuta valẽt,vt l.omnes populi.per Bald.¶Sentẽtia cõdemnatoria nõ potest ferri ex sola fama,nec in ciuili, nec in criminali: sed ex fama & vno teste de veritate potest ferri ĩ ciuili,sed nõ in criminali præsertim vbi dę hominis salutę certatur:quia fama in criminali nõ est species probationis nam & fama inducit suspicionem: sed suspicio non probat in criminali,ff.de pœnis, l. absentem. & hoc tenent Practici,apud quos ratio experimẽto cõfirmatur,vt tenet Gand. in titul.qui ad probat.famæ:& Frã. Accur.Et interdum fama veritati probatę cõsentit:& tũc cõfirmat, & præualere facit cõtrariæ probationi,vt ff.de testi.l. 3. §.idem diuus.ff. de quæstio.l.minor. §.tormẽta.Interdum certum est,quòd dissentit veritati:& tũc fama nil operatur,nisi quia ĩterdum errãtem excusat,ff.de adu.l.miles.§.penu.ff.de acquir.hæred.l.cùm quidam.§.quod dicitur. Nam fama est potiùs cõiectura,quàm probatio:&in rebus certis nõ est cõiecturæ locus,ff.de verb.obli.l.cõtinuus.§.cùm ita.¶Interdum dubitatur,an fama cum veritate cõcordet, vel discordet: & tũc pro fama,quæ est apud bonos & graues,præsumitur:tamẽ illa est præsumptio hominis,& nõ legis:& ideo nõ est species probationis. sed dat exordium & materiam inuestigãdi & inquirẽdi veritatem,C.de offic.rect.prouin.l.iustissimos.& sic est efficax ad ordinationem iudicij,nõ ad decisionem ĩ causis criminalib⁹.¶Fama,quæ etiam aliis coniecturis iuuatur, valet ad tormenta in criminalibus grauibus.Quidam tenẽt,quòd etiam fama nõ faciat semiplenam probationem:& ideo nõ probet cùm vno teste de veritate:quia sunt duæ species dissimiles,quæ nõ faciũt vnam speciem perfectam,secundum Oldr.& Bar.in l.ij.§.ætas.ff.de excus.tu. Dyn.& Accur.cõtrà tenẽt,quia nõ agitur de inducẽdo de nouo, sed de probãdo:& no.Bar.vide infrà de notor.cri.§.item fama.& suprà eodem,§. ad mortem.¶Illud nota,quòd testis,qui super articulo de veritate dixit se nihil scire,intelligitur dixisse,scilicet de veritate,de qua erat interrogatus,arg.ff.de interrog.act.l.si defensor.§.j.& non de credulitate,id est fama,de qua nõ fiebat interrogatio:& ideo postea deponẽdo super fama,refertur etiam ad articulos ñ probatos,vt no.Spe,ĩ ti.de no.cri.§.fama.in fi.§. &Gãd.in tit.qui ad proba.famæ:quòd est not.Bal.¶Illud etiam nota,quãdo refert testis super fama,reddat hãc rationem,quia audiuit publicè dici:&tũc probat fama.nam intelligitur publicè,id est publica fama,arg ff.de re iud.l quoties idem sermo. secus,si dixit,palã, vel à pluribus,secũdum Frã. Accur.¶Alij dicũt,quòd æquiuocatio testis ñ probatur,sicut nec dictum ęquiuocum,extrà de probat.cap.in præsentia.Sed hæc dictio est ęquiuocata:quia vnus potuit publicè dicere,vt saluaretur dictum testis à vitio falsitatis:ergo nõ probat.Bal.¶Illud etiam nota, quòd super fama ad inquirẽdum receptę attestatiões nõ valẽt in iudicio subsequẽti:sed denuò testes recipiẽdi sunt,quia ñ fuerũ recepti in figura iudicij,sicut no.in simili de bo.poss.l.3.§.pen.& C.quor.bon.l.j.& arg.extrà dę testib.ca.veniẽs.lo ij.cum si.vide suprà e.§.iudex formauit. ¶Colonus põt expelli à fisco,cui bona sunt confiscata,nec potest resistere.ff.locati,l.si fundus.B.

ADDITIONES NOVAE.

50 An sentẽtia& decretum iudicis cõtineãtur appellatione actorum.Bal.in l.supplicare.C.vt lite pend.Barto.in l.in fraudem.§.in strumenta.de iure fisci.

An sentẽtia lata super appellatiõe deserta dicatur diffinitiua vł interlocutoria,gl.in cle.fi.de appellationib⁹.Bal.in l.furti.in prin. de his qui no.inf.&ibi dicit quòd est interlocutoria.

Nota quòd ad hoc vt sentẽtia valeat debet iudex respicere acta & actitata in cã,vt l.properãdum.§.&si quidẽ.C.de iud.ibi.acta apud se cõfecta.nõ enim sufficeret aliquid actũ in cã nisi iudex illa acta videret vt ibi: & ideo iudex in sñia debet dicere, Visis actis & actitatis in causa.dixit Bal.in dicto §.& si quidem.& Bar.in l.j.§. consensisse.ff.de iudi.& l.fi.de condi.& demon.

An sententia lata super cassatione processus sit interlocutoria vel diffinitiua,Bald.in l j.§.sin autem prætor.ff.de postuland.dicit quòd est diffinitiua.

An præceptum iudicis sit sententia interlocutoria,no.in l.cum clericus.C.de epis.& cler.& l.qualem.de arbi.

Nota quòd incisio libelli habet vim interlocutoriæ,l.si præses, C.quomo.& quan.iu.Bal.

An sententia lata super exceptione perẽptoria:dicatur peremptoria vel diffinitiua.Archid.xx.dist.in summa.Io.An.in Clem.fi. de appel.

Quæ dicatur sententia interlocutoria,gl.dicit in cle.j.de seque. poss.& fruc.& ĩ.not.

An sententia qua iubetur rem restitui sit diffinitiua,vel interlocutoria.gl.in l.qui restituere.in gl.mag.fi.ff.de rei vend.

An sentẽtia absolutoria ab obseruatiõe iudicij dicał diffinitiua vel ĩterlocutoria.Bar.ĩ l.cũ Titia.de ac.gl.ist. de perpe.tẽp.ac.§.fi.

Pone ꝙ reus ante sentẽtiã offert debitũ creditori vt euitet sententiam,nunquid hoc facere possit.Bar.in l.infamen.de pub.iud. & l.si reus.ff.de proc.

An iudex possit cõdemnationẽ facere sub pœna quarti,qđ quotidie fit fac, ad hoc l.j.de vsur.fisc. vbi dicit Bald. cõtra illos qui iubent

bẽt cõdemnationem solui ad x.dies sub pœna quarti plus posset etiam dici ꝙ ista gl. facit in cõtrariũ,cum rectores ciuitatum hodie habeãt vim maiorum iudicũ,l.fi.C.de sentẽ.ex breu.rec.& sic apparet ꝙ possint mulctare,dum tamẽ nõ excedãt modũ.nota tamen quòd illud quartũ quod adiicitur in pœnã nõ soluentis infrà terminũ, ñ est pœna primi delicti, sed pœna moræ ñ soluẽdi, vt hic,& l.j.de in litem iurã.Bal.de hoc in l.ij.ff.de pub.iudi.&per hoc defendi quẽdam semel ab amputatiõe pedis: quia cum esset cõdemnatus ad cẽtũ, & si nõ infra x.dies solueret,in amputionẽ pedis, ñ soluit intra x.dies: quærebatur an deberet sibi amputari pes?dixi quòd nõ:quia istud ñ est pœna delicti,sed moræ.Gui.de Suzar.in l.furti.de his,qui no.infa.ponit hãc quæstionem.pone, aliquis cõdemnatus est in x. & dictũ est ꝙ soluat infra x. dies sub pœna quarti:cõdemnatus autem appellauit,vel dixit nullam,& postea succubuit:si soluat cõdemnatus in alios decem dies:post illam secũdã sentẽtiã dicit ꝙ nõ incidit in pœnam quarti.fa.l.furti.& l.j.de pœnis. & quod not.in c.j.de sagitta.per Ber,contra fa. l.tutor.ff.de vsur.& l.negotiorum.de appel.

50 Sentẽtia interlocutoria quæ sit notat In. in c.cõstitutus.ext.de ap.& opinionẽ In.cõfitmat Archi.extr.de electi.ca.auaritiæ.libr. vj.in ver.cõfirmẽt.& ii.q.vi.§.diffinitiua.Archi. in c.j.de ap.lib.vj. & c.cupientes.de elec.in fi.& abb.in c.quod ad consultationem. de re iudi.& Clem.j.de sequest.pos.in ij.gl.& Spec.in tit.

Nota ꝙ pro sentẽtia præsumitur sine productiõe actorũ, Bal.ĩ l.circa prin.c.ij.de feud.cog.& in c.in præsentia.de renun.in prin, per doct.fac.in Auth.clericus.de epis.& cler.

In auth.interdicimus.C.de epis.& cleri.Bal.dicit,pone,ꝙ ꝓ aliquod delictum quis cõdemnatus est ad ꝑpetuos carceres: tamẽ iudex in sententia reseruauit sibi quòd posset pœnã suo arbitrio minuere,an hoc possit?Bal vbi s.

An sententia quæ fertur in confessum dicatur interlocutoria, vel diffinitiua,Bal.in l.non solum.de bo.quæ lib.

An cõdemnati in arẽguis publicis efficiãtur ĩfames?fac.ꝙ nõ,l. j.de mo.mul.&l.3.§.ꝓterea.de susp.tu.& in auth.de tab.§.si vero. in contrarium fa.gl.in l.si quis ex argen.§.j.de eden.& ĩ l. iudices. de iudi.Ray.

Quid de clausula quam ponũt certi iudices ĩ fine sentẽtiarum quia dicũt:has sentẽtias & cõdemnatiões secũdum formam statutorum, cassamus & annullamus, & ad formam statutorum reducimus,an valeat de iure?Bar.in l.moris.de pœnis.& l.3.de re iudica.& etiam ĩ l.dicere.ad Turpil.Bal.in l.dicere.de arbit.& in l.si de meis.§.ex compromisso.eodem tit.sic dicit ex hoc tex.dic ꝙ si iudex dicit,cõdemno in cẽtum,saluo pluri pauciorive,quod exigitur à forma statutorum,quod ñ valet, secũdum Guili. & nihil operatᷣ cum expressit,cõdemno vel absoluo,quicquid dicat Bar. ĩ l.preses.de poen.dñs Ang.ĩ l.ait prætor.§.si iudex pronũciat sup delicto, videlicet talem commisisse tale delictum,dato quòd nil de pœna dicat.Bar.in l.j.ff.ad Turpill.

An sententia lata in ciuili faciat præiudicium in criminali, vel econtra.Bar.in l.2.§.hoc edicto.vi bo.rap.

Nota quòd si cõdemnatio dicat, sic cõdemnamus talẽ syndicũ talis villæ,& ipsam villam ĩ cẽtum,ꝙ ipse syndicus videtᷣ cõdẽnatus ad dimidiũ,& tenebitur, & tenetᷣ etiam ad cõferẽdam aliam dimidiam,tãquam quilibet de vniuersitate.Bal.in aut.causa quæ cum monacho.C.de epis.& cler.

Sẽtẽtia temporalis temporalem effectum debet ꝓducere.item vbi sẽtẽtia ñ distĩguit nec nos.Bal.allegat ad hoc l. imperator.de postulãdo. & ibi etiam quærit an in dubio sẽtẽtia præsumatᷣ perpetua,an temporalis.& dicit aut fertur super delicto,& præsumitᷣ perpetua,l.seruus.ff.de pœnis.& ibi per Cy.aut ex cõtumacia,& præsumitur durare ipsa durãte,c.ex literis.de consti.Item quærit si aliquis ponatur ad cõsiliã nõ apposito tempore de ipso, & dicit Bart.l.siue præsumptione.de pœnis.Bal.in l.puto.§.j.de postulã.

An sẽtẽtia possit legi per aliũ,Iac.Butr.ĩ l.hac cõsultissima.§.at cum humanis.C.de testa.& l.j.de sent.ex breuic.reci.& docto.ibi.

In l.dicere.de arbi.dicit Bart.ꝙ illud quod communiter dicitᷣ ꝙ interlocutoria ꝑt mutari in diffinitiuã,l.quod iussit.de re iud.ego aliter dico,vt dicit hic,videlicet ꝙ illa sentẽtia potest mutari quę nõ finiuit iudiciũ,secus si finiuit.& hoc multum differt à præcedẽti dicto,videlicet ꝙ qñ iudex pronũciauit se nõ esse iudicẽ,vel ñ esse ꝓcedẽdũ,obstãte re iudicata:poteritne iudex reuocare,respondeo non:quia fuit iudicium.& domi. Angel.limitat illam l. quod iussit.vt ibi not.

An sñia lata his verbis,pronũcio nõ fuisse probatũ,sit sñia ĩterlocutoria:& dicit ꝙ sic,l.fi.C.de sent.quæ sine cer.quã.Bal.ibi dicit.ideo dicimus eam qua quis simpliciter absolutus est,qđ dr̃ interlocutoria nõ diffinitiua,iuxta dictum Cyni dicẽtis eo casu sẽtẽtiã absolutoriã latã,quia actor ñ probauit,ñ quia reus ñ debuerit.putarem tamẽ aduertẽdũ an datæ fuerũt vtriq; parti dilationes ad ꝓbãdũ,quo casu dicatᷣ de meritis cãæ ꝯstare, & ꝑ ꝯsequẽs sñia diffinitiua cẽsebitᷣ:aut ñ,vt puta quia forte actor ñ interfuit, tũc verũ sit dictum Cyni,ñ obst.aut.qui semel. C. quomo.& qñ iud.vbi ꝓhiꝉ heremodicium actore absente:quia dico ꝙ ibi se ab sentauerũt post oblationem libelli,& copiã datam parti ad rñdẽdum,& pars assumpsit onus probandi,& probauit ꝙ licuit vti iuramento suo,ideo diffinitiuè absoluitur.sed dubitatur:an vbi lata est sentẽtia,quia non probauit,actor is,possit iterum litem suscitare?& videtᷣ ꝙ sic,cum nõ sit finis causæ & obligationi imposita, sed instãtiæ & processui.modò pone.ꝙ datis dilationibus legitimis vtriq; parti feratᷣ sententia absolutoria:certum erit ꝙ erit diffinitiua,an poterit actor interim mouere quæstionem: dic quòd non, quia talis absolutoria infert actori nõ fuisse ius: & sic videtᷣ lata,quia nõ debet recipere,nõ autem quia nõ probauit.sed hoc videtᷣ mirum. quando enim ita fatuè nũquam reus assumet in se onus probandi datis actori legitimis dilationibus ad probandum Respon.ꝙ hoc casu reus non facit cautè,sed tantum quando est absens actor dilationib.sibi non datis per dictam auth.qui semel.

An in sñia sit causa inserenda,gl.in l.j.ff.si mens.fals.mod.dix.& l.qui Romæ.§.duo fratres.de ver.obl.& ĩ l.properandum.§.illo. C.de iudi.gl.contrà in l.si ad exhibendũ.de excep.rei iud.vbi per Bal.& l.ij.ff.de his q nõ.inf.& l.scio.§.fi.ff.de app.dom.Ray.in l.q testamento.ff.de excu.tut.sed si dubitetur quæ causa mouit ipsũ ad sic pronũciandum,debet recurri ad eũ,arg. l.ab excut.in prin. de app.& debet credi suo dicto per dic.l.ar.C.de fal.l.si quis decurio.&l.quicũque.de seruis fug.Bal.in l.qđ ait.§.ignominię.de his qui no. infa.dicit ꝙ si sñia ꝑt vno solo mõ intelligi,ñ debet cã inseri:secᵘ si pluribᵘ modis.& hoc euenit in absolutoria,in qua pñt esse plures cãæ,vt qa nõ ꝓbatũ,vel qa nullã cãm habet,& hoc ñ tãtũ ad se.sed ad declarationẽ ipsius.& sic in absolutoria semper debet cã inseri.& sic in cõdẽnatoria quæ ꝑt pluribus modis intelligi:tñ si nõ exprimatur sñia,valet,& vr̃ lata in cãm leuiorem,l.si præses.de pœnis.& exẽplũ huius est in sñia remotionis,vt apparet:hic:& ꝓdicta locũ habẽt cũ iudex imitatᷣ ius ꝯmune: sed si vel let addere vel detrahere iuri cõmuni,tũc est exprimenda,l.quid ergo.§.pœna grauior.de his qui no.infa.& in cõdemnatoria dic, ꝙ si cõdẽnatoria fundatᷣ sup libello speciali est certa,etiam absq; expressione causæ, si verò super libello generali, tunc est exprimenda,vt dict.l.si præses.Bal.vide eundem in auth.hodie.qui dicit quòd in interlocutoria est inserenda:aliàs facit litem suam.

An sententia sola sine causa probata infamet aliquem.Bar.in l. non potest.de fur.& l.fi.de pub.iudi.

An sententia lata ex falsa causa & inhabili teneat,no.in l.si prætor.§.Marcellus.de iud.Bar.in l.si is ad quem.ff.de acq.hær.

Nota ꝙ in tributis & publicis functionibus proceditᷣ ad sñiam etiã lite non contest.C.vbi qs decuriali vel cohor.l. hac ꝑpetua.

An vna sententia possit aliam tollere,Ia.Bu.in l.nam& postea. §.si damnatur.de iureiur.

An sñia lata super principali præiudicet in incidenti, not. in l.j. de ordi.iudi.Inn.etiam de hoc in c.super spoliatione.de ord.cog. q sic distinguit,aut est cognitũ de incidẽti summatim,& ñ ꝑiudicat.l.j.de lib.agn.aut plenè, & tunc aut sententia super principali nõ tenet sine decisione incidẽtis,& ꝑiudicat vt hic:aut ꝑt ꝓcedere sine decisiõe incidẽtis, & tũc aut incidẽs est reprobatũ expresse,& ꝑiudicat:aut tacitè,& ñ ꝑiudicat,l.fin aut.§.fi.de neg.gest. & l.quod in diem.§.si ratione.de competen.ita dicit Guid.in dic.l.j.

An sententiam nullam possint partes ratam habere,doct.in l.j, C.qui pro sua iuris.& l.ij.C.communia vtriusque iud.

An sententia lata super incidenti pariat præiudicium super prĩcipali.Bar.in l.si iudex.de his qui sunt sui vel alie.iur.

In l.si deliberatè.de or.cog.pone,aliquis egit possessorio ꝯ Titiũ:Titiᵘ excipit de dominio quod incõtinẽti erat paratus probare testibus ꝓductis tã super petitorio q̃ super possessorio : iudex cõdemnauit reũ ad restitutionẽ possessionis,saluo sibi iure in ꝓprietate:an istud saluo aliquid operetᷣ & videtᷣ ꝙ nõ:quia super incidenti nõ est pronũciandũ , & si iudex facit nõ valet, quia factũ à iudice,&c.l.factum.de reg.iur.Itẽ iudex nõ ꝑt facere quin infamia sequatur cõdemnatũ furti.In ꝯrium fac.l.si quis filio exhæredato.§.irritũ. de iniusto testa. & l.si pater exhæredato.de bo.lib. & sic poterit Titius adhuc de dominio litigare. maximè cum sit separata causa possessionis & proprietatis , l. naturaliter. §. nihil commune.de acquir.pos.Dyn.

Pone,iudex statuit terminũ hodie partibus ad audiendũ sentẽtiam,an iudex debeat expectare vsq; ad vltimã horã diei, an possit proferri qualibet parte ipsius diei.Bar.in l.liber homo.de ver. obl.& l.aut qui aliter.quod vi aut clam.

Nota ꝙ vbi sententia lata contra vnũ facit præiudiciũ alteri,ꝙ ille tertius cui ex dicta sententia fit præiudicium, nõ est citandus ad sententiam audiendam.de quo glos.in l.de vnoquoque.de re iud.super ver.communi.

Statuto cauetᷣ ꝙ qui non probauerit accusationẽ ꝯdemnetᷣ in

decem:an iudex in eadem sententia poterit absoluere reum & cõ demnare accusatorem in x. Bal.in l.si talis.de fal.in fi.

An iudex in eadẽ sententia possit cõdemnare reũ ꝙ delicto, & iubere rem restitui, Bar.ponit in l.inter omnes.§.qui furem.de fur.

Quid si iudex ita dicit, Titiũ & Gaiũ vtrunq; ipsorũ in mille cõdemno, an quilibet videatur ꝯdemnat⁹ in mille, an inter ambos videatur facta ꝯdẽnatio in mille, no.in l.creditor §.duob⁹.ff.mãdati.

In Spec.de sñia.§.qualiter aũt sñia sit promulganda.ver.quid ergo si vnus carnoten.&c.fa.ad hoc quod no.Arch.xij.dist. c.illud Bal.in l.fi.ff.de iurisd.om.iud.in repet.sua.

Quid si vnus in vno libello accusatus est de plurib⁹ delictis, an de quolibet delicto sit attribuenda vna sententia, an pro omnib⁹ vnam summã tantum. Bart.in l. prætor dicit.§.si mihi.ff.de iniur.

Quid si iudex condemnat reum in criminali ad dandum decem nec adiicit cui, no.in l.ita liber.de statulib.

Quid si aliquis habet actionẽ ad q̃quanginta tm̃, & ipsa petiit cẽtũ, an iudex possit ꝓnũciare de quinquaginta. Bar.i l.si ꝯstãte.§.si bona.ff.sol.mat.&l.j.C.si adu.rẽ iu.& c.abbate sane.de re iu.lib.6.

Pone ꝙ duo plaustra dederũt sibi adinuicẽ damnũ in tantũ culpa bubulcorum:iudex q̃ cognoscebat de ista q̃stione, habita fide & probato de dãno, ꝯdemnauit vnũ plaustrũ alteri in tãtũ:an valeat sñiã.de hoc not. in l.4.§.si alter fund⁹. ff.finiũ regun.per Cy.

An sñia lata super principali, faciat fidem super pœnali iudicio, ac probationem, gl.ponit i l.qui Romæ.§.duo fratres.de ver.ob.

Si iudex absoluit reum ab impetitiõe actoris, quid operetur, vide in c.cum super controuersia.de sent.& re iud.per In.

Nota ꝙ sentẽtia est formãda secũdum verba statuti: & ideo te funda ex verbis statuti vel legis quoties super forma sentẽtiæ aliquid disponitur.. Bal.in l.qui se dicit.ff.de iudi.

Sentẽtia diffinitiua pt̃ accipi duobus modis, notat Bar.in l.si cũ exceptione.§ in hac.ff.quod me.cau.Bal.in l.si preses.C.quomo. & quan.Angel.in l.qui restistuere.de rei vend.

In l.bona fide.depositi, quæro iudex ꝯdemnat in parte, & in parte tacet:an valeat sñia.gl.in l.apud Celsum.§.item queritur.de exceptio.do.tenet quòd sic.gl.ꝯtra in l.j.C.si aduer.rem iudi.Bar.in l.si ꝯstãte.§.fi.sol.mat.&l.ij. C.de iudi.Bal. in l.extra territorium. de iur.om.iudi.Item quid si petii decem, & probaui de xx.an iudex poterit in xx.ꝯdemnare? ibi s̃.no. & in dict.l.apud & l.verbũ oportebit.de verb.signi.& in l.si ex testamẽto.in fi.de except.rei iud.In.in c.grauis.de resti.spo. & in dic.l.bona fides. Aut vnum capitulum vertitur in iudicio, aut plura:primo casu super toto pronũciandũ est vel ꝯdemnãdo vel absoluẽdo in totum, vel ꝯdemnãdo in parte, & absoluẽdo in parte. valet etiam in parte deducta in condemnatione, l.qualem.§.dicere.de arbitr. & l.eos.& l.ampliorem.de app.& l.j.C.de ordi.iu.nõ debet in parte, & c.l.in hoc iudicio.famil.erciscun.& secundum hoc debet intelligi l.præses. de sent.& interlo.om.iud.fac.l.litibus.C.de agri.& cẽ.sic ergo nõ debet claudicare pronũciatũ, l.si cum dies.§.pen.de arbi.fac.l.pretoria.de preto.stip.l.in hoc iudicio.&dic.l.qualem.quidam tamẽ dicũt sentẽtiam talem valere in eo ꝙ ꝯdemnatio facta est, & ad residuũ agẽdũ.pro quibus fa.l.j.§.si stipulãti. ff.de ver.ob.& §.item inutilis.Insti.de inuti.stipu. item pro eis l. sin autem. §.rationem. ff.de neg.gest.& l.si in diem.§.j.& l.de compensa.item dic.l.apud Celsum.sed ñ obst.dic.l.j.§.si stipulanti.de verb.obli.quia illud in ꝯtractu qui potest valet pro parte & pro parte nõ, vt in auth.de nõ alienã.§.nõ autem. & Insti.de auct.tuto.§.j.Item nec dic.l.sin autem.imo ꝯcordat:quia ibi erãt duæ quæstiones directæ, & cõtrariæ:vnde valet sentẽtia de directa, & si de cõtraria nil sit dictum Item dicta l.apud Celsum nõ ob.si inspiciatur, & secũdum hoc ñ valet sentẽtia quam videt̃ approbare in dic.l.j.C. si aduer.rem iu. vt quod in vno permittitur, in alio denegare videtur, vt l.marit⁹. C.de proc. sed tu dicas propterea absolutionem ñ videri factam in residuo, & si valeret particularis absolutio, vel ꝯdemnatio, vt dict.l.sin:autem.nedum quia vt s̃.ꝓbatum est nõ valet in aliquo prius allata.Nec ob.dic.l.j.si aduer.rem iud.quia in parte fuit ꝯdẽnatus, & in parte absolutus:ꝯtra quam partem absolutoria restitutio postularetur. Sed quid si pronũciatur in maiore quãtitate quàm sit petitum, vt puta petebam x. & iudex ꝯdemnauit in xv. an valeat? videtur quòd sic in quãtitate petita, nõ autem in residuo, ar.l.sancimus.de donat.& vtile per inutile, & c.& l.j.de verb. obli.ñ obst.l.j.quia ibi nõ pronũciatur super toto quod petitum erat, hic autẽ sic.l.j.§.si stipulãti. Sed potest dici quòd vt in nihilo valeat prædi.l.in hoc iudicio.ar.l.Grecæ. §.illud.de fideius.nã nõ habet iurisdictionem super eo quod ñ est petitum, l.vt fundum. com.diuid.aut sunt plura capitula, & tũc aut cõnexa aut separata primo casu si pronũciatur super vno, & super alio omittat̃, ñ valet sñia. dict.l.in hoc iudicio.secũdo casu potest dici valere in eo quod pronũciatum est. l.quædam mulier.famil.ercis.& l.Camelia pia.de iur.patro.ar.l.minor.& l.ij.ff.de mino.§.ex causa. & l.ab execu.& C.quor.ap.non reci.& l.quod tamẽ.de arbi.nã tot sunt capitula, vt l. pluribus.& sic nõ pt̃ dici eadem sentẽtia claudicare: quod esse nõ debet.d.l.in hoc iudicio.In c.vero omisso est procedendum cum in eo non ꝓpterea videat̃ absolutũ q̃d omissum est l.si in diem.de compen.secũdum Ia.de Are. & In.in c.cum.de sentẽ.& re iud.vbi sic dicit, super aliis in libello ꝯtentis nil dicit.vnde potest dici ꝙ in aliis intelligit̃ absolutus, cum non essent specialiter petita, sed super generali petitiõe quã fecerat, scilicet q̃a petebat subiectionẽ ipsi⁹ monasterij:ꝯcludebat̃ sin aũt capitula plura singulariter & principaliter petita essent, & sup vno ferret hodie, & super alio cras posset, vt l.ẽt.ff.de mino.& tandem si nullo tẽpore is iudex corã quo p̃dicta petita sunt specialiter nihil dixit perit instãtia iudicij:si aũt vnam magnam sñiam peteret, vel vnã magnã rem peteret, & in parte condemnaretur, non videtur nec condemnatus, nec absolutus, l. quidam existimauerũt. si certum peta.Inn.& Bal.aliquid notauit in l.ij.C.de re iu.

Pone, ꝙ actor petit aliquid simpliciter vt sibi debitum, reus aũt cõfitet̃ debitũ, sed sub cõditione, iudex autem simpliciter & indefinitè ꝓnunciauit illud deberi:an in dubio videatur illud pronunciatum ꝓ actore, vt petebatur, an pro reo, prout excipiebat. Bart. de Sali.in l.si post decretum.C.si aduer.lib.ponit per illam l.in dubio pronunciasse pro actore.quod nota.

An sententia possit ferri per verbum videtur, & per verbum credo. Bal.ꝙ sic in l.cum q̃s.C.de iur. & fac.ignor.&l.quod tamẽ §.pe.& l.diem proferre.§.si plures.de arb.& l.cũ ante.& de dolo.

In l.receptitia.C.de constit.pec.Bal.q̃rit, quid si mercatores habeãt statuta ꝙ ꝯ eorum apodixas non possit opponi. nam cũ nõ possit opponi, necesse est solui:sed si est indebitum solutũ, repetitur per condictionem indebiti, nõ obstante sñia, & est rõ q̃a non obstat sententia quod in primo iudicio nõ potuit discuti hæc negatiua, an esset debitor necne. igitur quod non est discussum nõ intelligitur sententialiter terminatum.not.in l.Neratius de condict.inde.& c.debitores.de iureiur.

An sufficiat ꝙ iudex in sententia ꝓnũciet rem nõ esse petitoris dato ꝙ non dicat ipsam esse possessoris, ad hoc vt possit agere ipse posessor contra petitorem, qui ipsam rem incepit possidere. no.in l.si quis rem à non domino.de excep.rei iud.

Quid si iudex dicat, condemno te, imò absoluo, an dicat̃ condẽnatoria vel absolutoria? dic ꝙ absolutoria: q̃a vltimo verbo standum est, xvj.q.j.c.predicator.ar.quod dicitur in ꝯctibus, l.cum in plures.§.locator horrei. ff.loca.& quod no.Cyn.in l.pacta nouissima.C.de pac.de hoc per Bal.in const.C.§.quibus non obst.dicit ipse si dicatur ꝙ primũ verbũ scilicet condemno, traxit secum effectũ suum:igit̃ iudex est functus officio suo:q̃a R ñ.ꝙ non habet locum quando ꝓferuntur contraria in eodem cõtextu verborũ sicut si in diuersis orationib⁹ p se stãtibus, l.j.C.sent.rescin.ñ pos.

Pone, iudex pronunciauit, & reum simpliciter absoluit, nec posuit cãm, an videatur absolutus, q̃a non possidebat, an quia actor non probauit gl.in l.si quis ad exhiben.de excep.rei iud.dicit ꝙ in dubio vr̃ absolutus ex cã q̃ apparet in actis, & hoc quia sententia refertur ad acta, l.4.C.de sent.quæ sine cer.quã.Item põt probari per l.non intelligitur §.j.de iure fisci.Item quero quid si iudex dicat, absoluo te, quia nõ possides, & quia actor non probauit.R ñdeo obstat exceptio ex proxima causa, quia nõ probauit.ar.Insti. de nup.§. affinitatis. quia si sunt duæ causæ impedientes nuptias, sufficit ꝙ vna sit sufficiens ad impediendum, vt not. in l.si vẽtri.§. in bonis.de priui.credi.Itẽ nota ꝙ sñia absolutoria q̃a actor nõ ꝓbauit, parit exceptionem rei iu. reo incipienti de nouo possidere sed si esset pronunciatum rem esse actoris, & reus fuisset absolut⁹ quia non possidebat, tunc incipiente reo de nouo possidere, fiet executio in eum, l.si à te §.j.e.tit. Bar.in d.l.si quis ad exhib.de excep.rei iud.

ADDITIO. Adde versicul.sequent.ibi, hoc autem certum,&c. quòd delegatus principis potest suam sententiam exequi, nisi specialiter princeps sibi executionem sententiæ reseruauerit, iuribus hîc alleg. modò à tempore sententiæ intra annum eam exequatur,in cap.quærenti.extrà de offic.delegat.ita tenet Bar. quicquid dicat gl.in l.à diuo Pio.in ij.col.ver.secundò quæro.ff. de re iudic.& pro hoc alleg.tex.in l.vltim. C. de iudic.Et quid de delegato ab ordinario,an possit suam sententiam exequi, vide Guid. Papæ sing.ccclxix.incip.delegatus.Hen.Ferran.
f §.restat.¶Ibi nil,sed in §.seq.qui incip.nunc videamus.
g Statuimus.¶libro vj.
h Propter.¶Vbi scripsi versicu.portarium.in fin.gl.

de ea cognoscet: quia non est cognitor, sed executor, vt in præd. §.quia verò.imò eam exequetur. In executione enim non quæritur, an sit iustè pronunciatum, necne, C.de iud.liber.l.j. ff. de iu. si prætor.& C.de execu.rei iud.si, vt proponis. Cæterùm si sit annullanda, putà quia lata est contra contumacem postea probantem iustam causam absentiæ: quo casu ordinarius debet illum in integrum restituere, vt extr.de re iud.cùm Bertholdus. Delegatus verò hoc non potest post sententiam latam, cùm sit functus officio suo, vt ff.de re iu.iudex.& ext.de of.del.in literis. Si quidē hoc coram executore proponitur, aut ille, qui sñiam exeqt, ē maior illo, qui sñiam tulit: vt si archieps tulit sententiam: & eps, qui iure ordinario ad hoc tenetur, illam exequitur: & tunc executor potest reuocare, quod reuocandum fuerit iure ordinariæ potestatis, vt in præ.l.si prætor.§.Marcellus. Aut est minor: & tunc non potest reuocare, nec cognoscere, sed tātùm exequi tenetur: quia minor magistratus non potest cognoscere de sententia lata à maiori, ff. de minor.minor. Et hac etiam ratione ordinarius non potest cognoscere de sententia delegati à Principe, quā illius iussu exequitur, vel etiam eam reuocare, cùm delegatus maior sit eo, extrà de off.dele.c.sanè.& in prædicto §.quia verò.secundum P.de Samp.

6 ¶†In summa etiam no.secūdum Vincen.quòd merus executor bene potest cognoscere de veritate precum, in quibus ei executio demandatur, vt xxv.quæstione secunda,&si non cognitio. Mera enim executio habet implicitam cognitionē, vt ibi probatur. Sed vtrùm sententia iusta sit? de hoc non cognoscet: quia non cognitio, sed executio sibi demandatur, vt in præd.§.quia verò[a]. Tu

7 verò dic, vt s. ¶† Quid [b] si ab executore appellatur? Respon. nō ideo minus sententiam exequatur: quia ab eo non appellatur, nisi in casibus, quos dic, vt infrà de appellat.§.ij.versiculo v. puta cū excedit modum in exequendo: quod fit, si præcepit fieri missionem in possessione magnæ rei, cùm sufficeret in modica fieri: vel si in maiori quantitate, quàm sententia continet: vel si ante tempus exequatur, scilicet ante quadrimestre tempus, vt C.de appellat.si quis procuratione.quæ prosequere, vt not. C. quorum appel.non recip.ab executore. Quòd si appellatum sit ab executore eo casu, quo fieri potest, executio suspensa est: & appellatione recepta, si res sit mobilis, possessori aufertur, & sequestratur, ei dando qui in causa appellationis obtinebit. Si immobilis, fructus rei percepit, vel nati tempore emissæ appellationis, similiter sequestrantur, re ipsa penes appellantē remanente, vt in ea.leg. ¶†Sed

8 nū quid in totum executio suspenditur per appellationem, an id solùm, in quo modus exceditur? Et videtur, per præ.l.quòd in totum, quæ generaliter & indistinctè loquitur. & argumentum ad hoc extrà de appel.ad hæc.Si in vna? Respon.dic, quòd si in appellatione exprimitur id, in quo excedere dicitur, tunc in eo solo executio suspenditur, & in alio exequi potest. Si verò dicatur generaliter, appello, quia modum excessisti?, nec dicitur, in quo, tunc ratione incertitudinis in totum suspenditur. ¶†Hinc est, quòd ap-

9 pellans ab executione debet dicere causam quare appellat, secundum Vbert.sicut & iudex debet dicere causam, quare appellationem non recipit, ff.de appel.recip.sciendum.extrà de appella.cordi[c]. Cùm ergo appellatio sit ab executione generaliter prohibita debet causa exprimi, cur ab ea appellatur, argumen.ff.de transact.cùm hi.§.causæ.ff.de colleg.illic.l.j.secundum Vber, Sed hoc non habet dubitationem: quia semper causa rationabilis est exprimēda, vbi à diffinitiua non appellatur, extrà de appella.vt debitus. &

10 capitul.cordi. ¶†Sed pone, quòd iudex appellationis confirmat sententiam[d] à priori iudice latam: quæritur, quis eam exequetur? Dicunt quidam, vt Lauren.quòd primus, arg.extr.de off.dele.insinuante.in fi.& c.pastoralis.§.prætera.Tanc.[e]Io.B.Vin.& Papa dicunt, quòd tantùm secundus, C.de episcop.aud.si quis litigantiū.extrà de re iu.causam, quæ.quia prioris iudicis iurisdictio est reuocata, vt in præ.§.præterea.& de rescrip.cæterùm, Nam si secund[9] sententiā infringeret, de causa ab initio cognoscere posset, C. de rebus cred.generaliter.§ & si iudex.& ij.quæstione vj.§.sunt etiā, quorum, in fin. extrà de re iudic. ad probandum.& si necesse esset aliquid etiam addere, & corrigere, in authen.de sanc.episc. §. si qs contra aliquem.ff.ad Trebel.si quis priore.extrà de in integ. rest. ex literis.in fin.extrà de testamen.cap.Raynutius.Et quia ex secūda sententia datur actio in factum, vt ff.de his, qui no.infa. l. furti. vbi de hoc, & C.de app.cos.resp.j.in fi.qūo ergo primus mādabit executioni in eo, qd auditū est, cū de eo ñiudicauerit? Tertii dñt, ꝙ si primus sit ordinarius, ille exequat: si delegatus, tūc secds exequatur. Alii dicunt, quòd non refert, per quem fiat: quod dic, vt not.in præd.§.præterea.Do.meus not.in Sum.de appel.§. quis sit effectus.sub§.sed qualiter.quòd primus exequetur, etiam si sit delegatus, dum tñ à principe: si verò sit delegatus ab ordinario, tūc ipse ordinarius[f]. ¶†Quid igitur, si appelletur ab interlocutoria,

11 & iudex appellationis pronunciet malè appellatum, remittens appellantem condemnatum, in expēsis ad primum iudicem [g]: vt vt ext.de app.vt debitus.quæro, quis exequetur hanc condemnationem? quia condemnatum debemus intelligere cum effectu: ff.de re iud.si se.§.condemnatum. Dic, quòd primus.nam secund[9] est functus officio suo, pronunciando illum malè appellasse: & primus suus iudex in illa causa remansit, & in aliis[h], extra de appe.cū in ecclesia.extr.de matrim.contra interdict.ecclesiæ contrac. c.j.

12 & ij.quæst.j.notum.& sic obtinuit. ¶†Quid de sententia doctoris, qui habet cognitionem causarum, vt C.ne fil.pro pat. conue. in auth.habita.quis mandabit eam executioni? Respon.dic, quòd ordinarius, vt in præd.authen.si quis litigantium, vt suprà in principio huius §.[i] Sed nunquid ab illa sententia poterit appellari, & ad quem? Resp.dic, quòd ad defensorem ciuitatis: sicut appellatur à sententia episcopi, quia parificatur episcopo, vt C.de profess.& med.medicos.quod verum est, si litigatores sunt laici: si verò clerici, ad episcopū: sm Iulia. Tu dic, ꝙ lex illa, habita.ñ habet locū indistinctè ī clericis, vt notat s.d reo, vers.itē scholaris, & seq.[k] Sñiā autem

ADDITIONES.

a §.quia verò. ¶ibi no.hoc Vinc.

b Quid. ¶Vltimum ver.Tanc.vbi s.

c Cordi. ¶lib.vj.Dubitationem oportet fateri saltem, quo ad Legistas, qui ab interlocutoriis non appellant: vide, quod dicam j.tit. primo, §.in quibus.super ver.v.

d Sententiam. ¶Condemnatoriam, vt j.dicam.

e Tanc. ¶Ipse & alii in præd.§.præterea.item ipse Tanc. vbi suprà, ver.sed pone.& Alb.Gal.eod.tit.in prin.

f Ordinarius. ¶Pleniùs de hoc scripsi in apparatu in præ.§.prǽterea vt ibi dixi super gloss. sed pone. in fi. Vt autem hæc, & ibi scripta clariùs intelligas, nota, quòd hic & ibi formatur quæstio non in genere, scilicet quis exequatur sententiam latam per iudicem appellationis, sed quis exequatur sententiam eius, quæ confirmat primā.& debet hoc intelligi de sententia cōdemnatoria. Constat enim, quòd absolutoria primi confirmata per secundum, non requirit executionem. Item si cassaret condemnatoriā, siue expressè absoluat, siue non, certum est, quòd neuter exequetur. Si autē absolutoriam primi iudicis iudex appellationis cassaret, & absolutum condemnaret, quod eo casu facere debet: vt dixi supra titul. prox.§. vt autem.super ver. in iudice autem indubitatū est, quòd primus non exequeretur quod non pronunciauit, imò executio esset contra ipsius pronunciationem: vnde nō sibi competit, sed condemnanti. Et sic ex quatuor casibus respicientibus propositū qui non sunt plures, vbi non fiat diuisio sententiæ prioris, vel ad illam additio, tres sunt indubitati, scilicet quādo primus iudex absoluit, siue confirmetur sententia, siue infirmetur per secundam, & sic habes duos casus. Tertius, quando primus condemnauit, & secundus absoluit. Remanet ergo solus quartus dubius, quando primus condemnauit, & secūdus confirmauit. Et opinio Lauren.placet Host.hoc casu, quando sine vlla correctione cōfirmata est, vt s.primus iudex, si fuit ordinarius, exequatur, vel delegat[9] qui exequi possit: & æquitatem habet hæc opinio, cùm certum sit, quòd lata sententia competebat illi executio, si non fuisset appellatum. Cassata igitur appellatione, nonne summa æquitas exigit, quòd executio impedita per illam, reuertatur ad ipsam? Hoc autem fortiùs in criminali procederet, quando primus iudex, à quo fuit appellatum, talis erat, qui habebat ius remissionis petendæ, per auth.vt nulli.iud.§.si verò quis comprehensorum.de quo vide, quod no.in clemen.de re iu.pastoralis. ver.quòd si punitio. in gl.sed nunquid.

ADDE Bart.in l.à diuo Pio.in princ.ver.quæro, & reuoco in dubium.ff.de re iud.

g Iudicem. ¶Si verò ille non condemnasset, primus iudex non cōdemnabit, nisi in fine litis: vt not. j. de expen. §. nunc videndum. versi.quid si iudex.

ADDE episcopum Alex.inc.ex ratione.in xxvij.col.ext.de appe.

h Et in aliis. ¶Si est ordinarius.

i Huius §. ¶Aliqui legum doctores tenent, magistrum, qui sententiauit ꝯ scholarē, exeq posse, si scholaris ibi habet bona: ꝗsi ñ hēt bona, vel ñ habet sufficientia, ad requisitionem magistri exequetur is, in cuius territorio habet bona, vel cuius regimen pertinescit, vt dicit lex pen, C.de arbit.& ff.de bo.auctor. iud. possi. l. cùm vnius.§.pen.& de re iud.à diuo, ADDE Bart.in d.l.à diuo Pio.ver. quæro: pone.

k Et seq. ¶Propriè in ver.sed quid si scholaris.& scripsi in decre. si diligenti.de foro compe.super gl. hic ergo. Sed si recipiatur opinio, ꝙ in magistro clerico habeat locum lex, procederet solutio Iulia. Scire debes, ꝙ Legistæ d hac appellatiōe aliās ꝗunt.f.si alter

☞ex trib.

autem vnius iudicis alter potest exequi, vt ff. de re iu. à diuo. §. j. & extra. de fo. comp. postulasti. & sententia vnius alteri facit fidem, argumentum. 24. qu. j. quisquis. cum suis concor. & 4. q. v. quisqs

13 ¶† Sed pone: iudex Perusinus condemnauit P. Titio in decem libras, quas idem T. ab eo petebat: à qua sententia non extitit appellatum: processu temporis prædictus T. & P. morantur in curia Romana: vnde T. petit coram Mareschalco curiæ, vt dictam sententiam ex officio suo exequatur: quæritur, an hoc possit? Et dicunt multi, quòd sic: argum. pro eis C. de iu properandum. §. sin autem reus. sed ibi loquitur in sententia delegati, quam ipse delegatus nequit exequi, ff. de re iu. à diuo Pio. in prin. & ext. de fo. com. si quis contra. & in præd. §. ibi, & siue ipse, &c. & ibi, not. per rela. &c. item pro eis ff. de iu. l. argentarium. vbi dicitur, quòd condemnatus in prouincia, Romæ cogitur satisfacere. Sed illud obtinet ratione contractus, vt ibi patet, & probatur e. tit. hæres. & extrà. de

a fo. com. c. fi. & c. Romana. §. contrahẽtes [a]. Item facit pro eis præ. l. à diuo Pio. in prĩ. §. illud in sententia delegati, vt dixi, vel arbitri, quam ordinarius debet exequi, non ipse, qui iurisdictionem non habet, vt patet ibi, & s. in princip. huius §. Item pro eis extra. de of. leg. c. ij. sed ibi legatus ad mandatum exequitur delegati. Item facit pro eis ext. de fo. comp. postulasti. sed illud obtinet propter factorum connexitatem. Eo enim, quòd est de crimine condemnatus, constat per consequens, quòd est ecclesia priuatus, 81. di. tantis. ext. de accusat. ad petitionem. & de pur. can. cùm dilectus. §. his igitur. Vel ibi is, in cuius diœcesi est beneficium, priùs sententiabit super beneficio, & postea exequetur super eo, vt ibi innuit Ber. ĩ gl. & ita &c. & secundum hoc non tangit hunc casum. Sed ille intellectus ñ placet: imò ibi is, in cuius diœcesi delinqt, pñũciat super crimine, & etiam super beneficio, quod habet alibi: & alter hanc sententiam exequitur. Item pro eis facit ext. de raptor. ca. j. sed illud obtinet in sententia excommunicationis, nam excommunicatus, vel suspensus ab vno, ab omnibus est vitandus, vt xj. q. 3. curæ. & in præd. c. quisquis. Alij autem dicunt, quòd non potest nisi ad relationem, vel commissionem iudicis Perusini: argu. pro eis, ff. de bo. auctorit. iu. poss. cùm vnus. §. is cui. vbi est arg. quòd vnus non exequitur sententiam alterius. Sed ille §. recepit hodie aliã declarationem per præ. §. contrahentes. idem videtur no. Accur. ff. si quis in ius vo. non ier. l. ij. §. j. Item pro eis, ext. de offi. or. pastoralis. §. præterea. vbi videtur, quòd vnus iudex se nequit intromittere de sententia, vel processu alterius: sed ibi ille erat delegat⁹ Papæ, qui est maior quolibet ordinario: & ideo nullus de eius processu se potest intromittere, vel cognoscere, nisi Papa: ideo ibi ñ potest dari absolutio, vel restitui possessio: quia hæc causæ cognitionem exigunt. Præterea ibi mortuo delegato Papæ causa redierat ad delegãtem: quare nihil super ea per aliquem poterat quomodolibet attentari, vt ext. de appel. vt nostrum. & de offi. deleg. pastoralis. §. præterea. in fi. §. ad relationẽ aũt, vel commissionem proferentis bene potest, secundum eos, vt in præ. §. sin autẽ. Tu dic, quòd bene potest quis coram alio iudice executionem petere, non per præmissas rationes, quæ ad hoc non faciunt, vt prædixi, nec prædicto modo. non petetur enim iudicis officio, vt factum

14 fuit, sed per actionem in factum. † qui enim agit actione in factũ dixit sibi alium obnoxium ex quasi contractu, vnde eum conuenit in figura iudicij, dando videlicet libellum, & litem contestando, vt j. §. breuiter. versi. est & secundum. Porrò si petatur executio sententiæ à proferente ipsam, tunc imploratur officium eius, vt ff. de rei ven. qui restituere. ñ enim ipse de sua sententia cognosceret, vt C. quomodo & quando iu. si, vt proponis. j. ff. de re iu. iudex. extr. de offi. dleg. in literis. & de rescriptis, ab excommunicato. quamuis etiam sibi in hoc possit quis præiudicare actionem ĩ factum proponendo. nam interponẽdo partes iudicis, desinit qs

b executor esse, C. d edendo, edita [b]. Ex præmissis ergo patet, quòd ñ est relatio, vel commissio necessaria ĩ casu proposito: imò sine eis Mareschalcus poterit sententiam exequi, cum quasi iure actionis petatur executio, vt præmissi. Nec obstat præ. §. sin autem. quia ibi loquitur in eo, qui alterius auctoritate cognoscit. quia debet superiori volenti sententiam illius exequi, referre, qualiter pronunciauit. Alia autem iura, quæ videntur contraria, loquuntur, quando quis exequitur per suos executores. tunc enim ñ dicitur propriè committere, imò ipse idem dicitur exequi, C. d execut. rei iu. si, vt proponis. ff. d adminis͡t. tut. ita autem. §. gessisse. extrà de sentent. excommunica. mulieres. in fi. Sed opponitur contra præmissa. nã aut is, à quo petitur executio, est superior, seu maior proferente sententiam: & tunc videtur relatio necessaria, vt in præ. §. sin autem. Aut par est ei, vel etiam minor: & tunc similiter non videtur, quòd debeat de facto partis, vel maioris se intromittere. nã par in parem, &c. ff. de arbit. nam magistra. extr. de elect. innotuit. Nec minor magistratus potest cognoscere de sententia maioris, ff. de minor. l. minor autem. resp. j. & §. pe. & xxj dist. inferior. Sed dic, quòd hic is, à quo petitur, non cognoscit, an sit bene, vel malè sententiatum, sed solùm an sit sententiatum. Quidam autem dicũt, quòd cùm sententia, vel præceptum in vno loco factum, petitur alibi executioni mandari, aut is, qui hoc petit, agit actione in factum, vel iudicati, vel etiã iudicis officio: quod pt facere, si iudex illius loci sit iudex condemnati, cùm sit per sententiam prædictis actionibus obligatus, vt C. de execut. rei iu. si, vt proponis. Aut agit ex pronunciatione facta à iudice, qui tulit sententiam de sua sententia executioni mãdanda: & tũc oportet pp res sitas in alio loco, quòd officium iudicis illius loci interueniat, & effectui mãdet, quod per istum pronunciatum est: & tunc quasi cùm vt minister habeat hoc facere, necessaria est relatio eius. qui sententiam

15 tulit, vt in præ. §. sin autem & in præ. l. à diuo. ¶† Item nota, quòd iudices in causis criminalibus sententias suas per executores, qui Carnifices vocantur, exequuntur, xxiij. q. v. non frustra. &c. cùm homo. & talis executor truncando caput, vel membrum condemnati, non peccat: vt ead. q. miles. & c. non est crudelis. & c. si homicidiũ. quia non ipse, sed lex occidit, ea. q. dum homo. Si tamen sponte quis interfecit, quem scit à iudice occidendum, peccat, & homicida ẽ, vt ea. q. cùm minister. & c. seq. & c. cũ hõ. Sed nec iudex, qui iustè hominem ad mortem condemnat: peccat: quia officia iustæ vindictæ bono animo impleri possunt, quomodo iudex & quomodo lex: vt ea. q. officia. & cap. seq. & c. non frustra. & c. si homicidium. & c. de occidendis. & quæst. 4. quæsitum. & capitu. seq. nec scelus committit, nec sanguinem fundit, vt ead. quæstio. iudex. & c. sequen. imò minister Dei est, vt ea. quest. qui malos. & Deus in hoc placatur, vt ea. causa. q. 4. si quos igitur. Item nota, quòd isti executores multis modis appellantur, vt s. de cita. §. sequitur. An autem ordinarius, vel delegatus, qui non potest suam sententiam exequi, possit brachiũ seculare inuocare: dic, vt s. de iu. del.

16 §. sequitur. ver. sed nunquid. ¶† Hoc quoque certum est, quòd si executor dubitat de mandato, non tenetur exequi, quod mandatur, donec certus fiat: extra. de rescrip. cùm contingat. de offic. deleg. cùm in iure. C. de man. princ. l. vnica, xcvij. distinctione, nobilissimus.

ADDITIONES.

☞ ex trib. iudicib. coram quib. fit vocatio, pronunciat se iudicem, an ab hac sententia possit appellari? Et dubium est Legistarum, qui ab interlocutoriis non appellant, C. quo. appel. non rec. l. ante sẽ tentiæ, Antiqua gl. in l. habita. C. ne fil. pro pa. in fi. mouit dubium non tamẽ apertè: nec illud soluit. Noua gl. dicit, quòd bene: est ratio quam reddit etiam ibi Cy. in ix. q. quia licet sit interlocutoria, nõ tamen posset grauamẽ eius releuari per appellationem interponendam à diffinitiua, & tardè ei tunc contradiceret, ff. qui satisda. cogã. ab arbitro. probatur etiam id per l. apertissimi. C. de iu. facit de app. c. vlt. in fi. libro 6.

a §. contrahentes. ¶ lib. 6.

b Edita. ¶ De hoc satis j. §. breuiter. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum iudicis de sententiam exequendo, sub qua forma debeat in actis Curiæ scribi.*

2 *Debitor pecuniæ, vel alterius rei expressæ, an in eadem nesoluere teneatur.*
Ordo quis seruandus in bonis debitoris capiendis.

3 *Relatio executoris sub qua forma fieri & scribi debeat in actis iudicialibus.*

4 *Sententia in procuratorem lata, an executio fieri debeat in eius bonis, aut domini.*

5 *Sententia lata in vniuersitatem, tanquam debitricem, nec in ea sit, quod possideatur, an omnes teneantur ad contributionem.*

9 *Procuratore ecclesiæ ratione contumaciæ condemnato in expensis, an in bonis ecclesiæ fiet executio.*

7 *Procuratore ante sententiam malitiosè appellante: propter quod condemnatur expensis, an executio fiet in bonis procuraroris, an domini.*

8 *Tutor si pupilli nomine lite contestata contumaciter absit: propter quod condẽnetur, in cuius bonis fieri debeat executio.*

9 *Curatoris officium quando finitum censeatur.*

10 *Reo in causa debet sententia præiudicare.*

11 *Filiofamilias ob delictum cõdemnato, an in bonis paternis & legitima debeat fieri executio.*
Legitima an viuo patre filio debeatur.

12 *Condemnatus nolens restituere, manu militari potest cogi, & etiam res auferri.*

13 *Executor non inueniens bona condemnati sub eius iurisdictione, sub specialibus verbis relationem facere debet ad iudicem sub cuius iurisdictione sunt bona condemnati, vt sententiam exequatur.*

14 *Sententia lata contra monachum, in cuius bonis executio fieri possit.*

15 *Debitore condemnato an possit fideiussor conueniri.*

16 In

16 *In executione sententiæ facienda contra minorem habentem res mobiles & immobiles, & nomina, an sit ordo seruandus.*
17 *Executio an in re promissa fieri possit.*

¶Sententiæ executio in quibus & qualiter fieri debeat.

3.§.Sequitur videre, in quibus, & qualiter executio fiat. Et quidem hoc modo fiet. si enim actum est actione reali, id est, si aliqua certa res sit petita, putà prædium, vel equus, vel domus, mittendus est actor in possessionem rei sibi adiudicatæ, vt ext. de re iu. cùm Bertol. in fi. mandabit enim iudex suo executori, quod ipsam rem: seu eius tenutam & corporalem possessionem det actori.
a ¶† Quod præceptum in actis curiæ scribatur sic ¶FORMA. Talis iudex curiæ talis, exequendo diffinitiuā sententiam à se, vel à tali iudice latam, manu talis notarij scriptam, præcepit tali executori, seu cursori eiusdem curiæ, vt det T. tenutam & corporalem possessionem talis rei petitæ: in cuius rei testimonium P. est eidem T. sententialiter condemnatus. Hoc facto, executor ille mādatum iudicis exequatur, & iudici referat, quicquid fecit: quod etiam in actis redigatur hoc modo:
¶FORMA. H. talis curiæ cursor, siue executor retulit se de mandato talis iudicis exequendo sentētiam ab eo, vel à tali iudice latam, dedisse tenutam, & corporalem possessionem T. talis fundi in tali loco positi, cuius confines sunt tales, in cuius fundi restitutione P. vt dicitur, est dicto T. per eandem sententiam condemnatus.
2 ¶† Si autem personali, vel alio modo actū sit, fieri debet
a executio in rebus condemnati [a], sic, vt primò capiantur mobilia.
b si qua possidet: secundò immobilia [b]. tertiò peruenitur ad nomina, siue iura, id est ad ea quæ sibi debentur: ita tamen, vt confitentis debitum, non negantis nomen pignori capiatur, vt ff. de re iu. à diuo Pio. §. in venditione. & §. sed verum. & §. pe. arg. ext. vt lite non contest. quoniam. §. fi. in fi. in ver. quid si capiatur. Sed si super rebus capiendis fiat ab aliquo controuersia illa dimittantur, & alia capiantur, quæ sine controuersia sint, vt in prædicta l. à diuo. §. si super rebus & §. sed & illud. Si autem alia bona non habeat, nisi ea, super quibus controuersia mouetur, tunc iudex, qui exequitur sententiam, debet summatim de proprietate cognoscere: & si viderit rem esse condemnati, sentētiam exequatur in illa: alioquin rem illam dimittat, vt in ea. l. Mandabit igitur iudex cursori, seu executori, vt det tenutam & corporalem possessionem in bonis & de bonis Antonij valentibus centum lib. nomine sortis, & decē nomine expensarum, in quibus P. est eidem T. sententialiter condē natus, scilicet primò de mobilib. si apparuerint: alioquin de immobilibus: quod si mobilia, vel immobilia non apparuerint, vel non sufficerint, det. vel suppleat de nominibus, seu iuribus P. prædicti: & hoc mandatum in actis sub eadem forma scribatur hoc modo: FORMA. Talis iudex curiæ talis vt s. in præ. forma vsque, & corporalem pos. & iunge. in bonis, & de bonis, &c. vt s. prox. formā mandati vsque in fi.
3 ¶† Post hæc executor mandatum sibi factū exequatur: quo facto iudici referat, quicquid fecit: cuius relatio sic scribatur:
¶FORMA. H, talis curiæ. &c. vt s. vsq; possess. T. iunge, de j. scriptis bonis P. pro cētum lib. nomine sortis, & decem nomine expēsarum: in quibus, vt dicitur, dictus P. ipsi T. est per eandem sententiam condemnatus, scilicet primò de vna culcitra & duobus linteaminibus: vel de tali vinea in tali loco sita cuius confines sunt tales: & sic de singulis rebus. Qualiter autem fiant venditio rerum ex causa iudicati assignatarum, vide s. de primo & secundo decre.
4 §. nunc dicamus. vers. illud autem. & sequen. ¶† Sed & si alia sententia fuerit in procuratorem, executio tamē fiet in bonis domini, si habuit à dño mādatū: si verò sine mādato litigauit, tūc fiet ī
c bonis procuratoris [c]. Hinc est, quod tutor, & curator & actor municipū vel syndicus, non videntur sine mandato litigasse: ideoque in bonis pupilli, minoris, vel vniuersitatis, fiet executio, ff. de re iud. l. si se non obtulit. in prin. & §. j. & 2.
5 ¶† Quid [d] si vniuersitas est de-
d bitrix, nec est in vniuersitate qđ possideatur, nūquid tenētur oēs ad contributionē? Respon. dic, quod sic, vt no. ff. qđ cuiusc. vni. l. j. §. qui-
e bus [e]. & ar. ff. de cen. cū possess. ff. de ali. & ci. le. l. 4. ff. de colle. illici. l. j. resp. j. hoc plenè prosequere, put not. secundum Papam, extr.
f de sentent. excommun. grauem [f]. Itē qđ si vniuersitas dissoluatur, nūquid quilibet poterit partem suam petere? dic quod sic, ff. de colleg.
6 illicit. l. j. 2. & 3. vbi de hoc. ¶† Quid si procurator ecclesiæ ratione contumaciæ condemnatur in expensis? not. Papa Inno. extrà vt lite non contest. c. j. in fi. quòd in bonis ecclesiæ fiet executio: secus autem esset, si procurator falsa instrumenta produceret, vel aliam fraudem faceret. Quid si ex facto simulato sententia fertur nunquid fiet executio? de hoc s. de confess. §. nunc videndū. ver. de facto. Et scias, quod quòd cùm simul petitorio & possessorio agitur, siue ab eadē parte, siue à diuersis actum sit, siue simul, siue diuersis temporibus agi cœperit: primò est sententia super possessorio executioni mandanda: & hoc, si simul latæ sint: secus si diuersis temporibus. quod dic, vt extrà de cau. possess. & propri. cùm dilectus. & meliùs suprà de petit. & posses. §. j. versicu. vt autem. &
7 sequent. ¶† Sed quid, si procurator malitiosè ante sententiam appellat, & ide coondemnatur in expensis: vt extrà, de appellationibus. vt debitus. Respondeo, voluit dominus Papa Clemens IIII. lumen iuris. quòd executio fieret in bonis procuratoris, & quòd ipse procurator de sua bursa solueret, & non dominus: argu.

ADDITIONES.

a Condemnati. ¶Quærit Gui. de Suz. vbi s. in fi. vlt. respon. an debitor condemnatus in pecunia, instante creditore præcisè cogatur pecuniā soluere? qđ videtur, quia inuito creditore, &c. ff. si cert. pet. l. 2. C. de solut. manifesti. dicit, quosdam hoc tenere. Ipse aūt tenet condemnatum, si debet pecuniā, ad id teneri: alias secundū ordinē, qui sequitur, satisfiet creditori, dicēs, quod pretiosiora dabuntur ī solutum iuxta formam auth. hoc nisi. C. de solut. Est etiam sciendum, quod Albe. Pap. tractauit quæstionem statuti Papiensis, quo cauebatur, quod omnis debitor pecuniæ, etiam hæres, in pecunia soluere teneretur. Solutionem eius non vidi. Et quia etiā de hærede loquitur, vide, qđ dixi s. de instru. edit. §. fi. super versi. nunc dicamus. Aliam quæstionem, quæ tendit ad idem, formauit Cy. de statuto suæ ciuitatis Pistoriensis, per qđ non recipitur beneficium cessionis, in præ. auth. hoc nisi. quoniam etiam in soluta dimisit. Papien. autem allegat pro statuto, quod ipsius verba seruanda sunt, & nō calumnianda: & in dubio verbis est standum, & generale generaliter intelligēdum, etiam si per quàm durum: & maximè, cùm locorum rectores iurant illa seruare: quia à periuriis cauere debēt. Ad contrarium allegat, quod generalia verba statuti nō tollunt bñficium speciale, illius mentione nō facta, ff. de leg. 3. vxorē. §. felicissimi de ver. oblig. l. doli clausula. ff. de leg. 3. l. si qs. in pri. Quicqd loquantur statuta, pacta contrahentium, vel renūciationes ipsorū, si debitor sibi tuitionem contra carceres parare possit, vel carcerum mansionem si perhorrescit, venire oportebat ad remedia pro ius inuēta, de quibus hîc sequitur. ADDE, vt per Panor. cons. 22. inci. in qstione Dominici. ij. lib. & Fe. cons. 58. vbi tenet, quòd valet pactum, quòd non liceat cedere bonis.
b Immobilia. ¶Non obstat C. de his, qui ad eccle. confu. l. fi. §. cùm autem. vbi præponuntur immobilia: quia ibi non pōderatur ordo, vt ibi not.
c Procuratoris. ¶Id est, illius, qui dixit se procuratorem.
d Quid. ¶Iste ver. & sequens ad literam fuerunt Alb. Gal. sub Rub. de syndico: vt pleniùs intelligas Rof. q. 23. de vniuersitate castri, quæ habebat causam, putà vbi fiebat forum: itē vias publicas, theatrum, fontes, & flumina, si non defenditur: quæritur, an creditor sit mittendus in possessionem illorum bonorū, an verò vniuersitas illa debeat bāniri? Istud ēt tractatum inuenio post Iac. Bal. sup §. quibus. statim allegato, de legat. j. ff. quod cuiusque vniuers. Est tamen in solutione concordia, quod si castrum habeat forum, vel ius aliquod in eo, vel prata, theatrum, domus, vel prædia, quod in illis fiet missio, & creditor pro iure suo possidebit illa, vt ibi, & l. ciuitates. eo. titu. Si verò castrum habeat vias fontes, vel flumina: quia ista sunt vniuersitatis, quo ad vsum, non quo ad proprietatem, & non, quo ad hoc, quod vniuersitas sit domina, in his missio non procedit: sicut nec datur possessio planetarum, Solis, Lunæ, vel venti. Hinc est, quod si quid fiat in viis publicis, remouetur, ff. de via publica, l. j. Vnde si talia, & non alia inueniuntur, poterit communitas, vel vniuersitas illa secundum statuta banniri, dummodo fiat citatio per præconem, secundum authentic. qua in pronuncia. C. vbi de crimine agi opor. licet dici possit non esse de iure est tamen de consuetudine ciuitatum: non tamen per id bannientur singuli, nec singulorum bona possidebimus, ff. de rerum diuis. l. in tantum. §. j. de in ius vocan. sed si. §. qui manumittitur. sit patēs ratio in his missionis non faciendæ: quia cùm missio ex primo decreto possessionem det: & ex secundo decreto dominium, si passus missionem est dominus. vel saltem datur cā vsucapiendi, ff. de dā. infe. si finita. §. Iulianus. & hæc in his haberi non possunt, concluditur missionem in his non procedere. Fatentur tamen vtrique, quòd castrum vniuersitatem habere non potest, arg. ff. de leg. j. si hæres. 2. §. vicis. C. lib. xj. de fundis lim. l. quicūque. ff. ad Treb. omnibus. ff. de re. du. l. ciuibus. Quæstionem autem prædictorum huic vnitam, an admittatur volens partem vniuersitatis defendere, breuiter posuit s. de defen. post prin.
e §. quibus. ¶Idem Vber. de Bo. qui vltra l. qui potest facere. quam alleg. ibi gl. ff. de reg. iur. inducit l. si locus. in fi. ff. quemad. ser. ami. ad idem de sta. mon. ea quæ. ver. illorum.
f Graue. ¶Vide de hoc, & aliis ad materiam infrà de censib. §. 2. ad finem.

argu. ad hoc ff. si quis ius dic. non obtem. l. vnic. nec enim ītelligitur ei dominus mandasse, q malitias adhibeat Hinc est, q curator non debet calumniosam actionem proponere: quod si fecerit, nō repeteret sumptus à minore, arg. C. de inoffi. test. si pater. 2. prope fi. ff. de his, qui. vt indig. Polla. ff. de adminis. tut. sine hærede. §. penultim. Postquam enim procurator agere incipit, & factus est dominus litis, si cōtumax sit, vel aliquid malitiosè agit ipse tenetur, & de dolo punitur, vt in prædicta l. ff. si quis ius di. non obtemp. secus si ab initio ipse mandatum occultat: quia tunc dominus condemnatur, vt ext. de appell. sæpe. in prin. Item si procurator interrogatus, respondet se nescire, quæ ad causam pertinent, condemnatur in expensis, s. de procurato. §. j. versic. item quod omnino.

8 ¶† Sed pone lite contestata cum tutore pupilli nomine, tutor contumaciter abest, propter quod fertur sententia contra ipsum quæritur, vtrùm mādabitur executioni in bonis eius, an in bonis pupilli? Et videtur, quòd in bonis eius arg. ff. si quis ius dic. nō obtem. l. j. non enim cōuenitur pupillus ex dolo tutoris, nisi in quātum factus locupletior est, ff. de adminis. tu. l. fi. ff. de reg. iur. neq interdum. ad idem. ff. de re iud. ex contractu paterno, ff. de procura. l. qui aliena. §. procurator. ff. ad leg. Aquil. proinde. §. si procurator. ff. de excus. tut. l. 2. §. tutor. Argum. contrà, quòd ī bonis pupilli, omnia enim iura hoc dicunt, presertim cùm se non obtulit, C. quando fiscus, vel pri. l. propterea. ff. de re iu. si se. ad idem ff. de tribut. l. procurator. contumacia enim nocet pupillo ab initio: ergo multò fortiùs ex post facto, ff. de bo. autoritat. iu. possi. si minor. SOL. Dicunt quidam de æquitate, quòd in bonis tutoris: alij contrà, & veriùs: quia potest esse minor cōtumax. Hinc est, quòd restituitur, si ob hoc sententia lata sit contra eum, ff. de minor. minor si quasi. Si tamen tutor dolum, vel culpam commiserit in nō veniendo, ipse tenebitur, ff. de eui. si ideo. Pupillus tamen poterit restitui, C. de iu. properandum. circa fi. & vide s. de contumacia, §.

a cum dicamus, vers. sed nunquid minor.[a] ¶† Item pone, ad peti

9 tionem creditorum datus est curator hæreditati iacenti, quia hæres institutus eam repudiauit: actum est cum curatore, & tandem condemnatus est, & sententia in rem transit iudicatam: post hoc quidam hæreditatem illam adiuit ab intestato inuentario per eū confecto: & demum præfatus curator citatur super sententiæ executione: sed hæres se opponit, quasi sua intersit, dicens se respōdere paratum: quæritur, vtrùm curator excusetur, quo minus executio contra eum fiat? Et argument. est quòd nō, ff. de in ius vocan. neque. §. j. extrà de in integ. restitutio. suscitata, cùm enim iste non veniat, vt defensor vocati, excusari non debet. Argumentū. contrà: quia hæres paratus est docere, quòd ad eum pertinet: & sic perpetuò adire potest, C. de iure delibe. si curator, ff. de appellat. à sententia. extrà de restitut. veniens. 2. extrà de re iu. cùm super. C. de non numer. pecuni. si cui. C. de accusa. l. 2. & hoc verius dicetur. Finitum enim est curatoris officium, ff. de tut. & cur. datis ab his, curatorem. Vnde non est cum eo amplius agendum, nec ratione sui, nec ratione rerum, vt C. quando ex facto tut. vel cur. l. j. & ff. eo. post mortem. ad idem C. quando fisc. vel priua. l. j.

10 ¶† Quid si sententia lata est contra defensorem, qui se litis defensioni obtulit, nunquid mandabitur executioni sine alia sentētia cōtra fideiussores, qui promiserunt, de iudicato soluendo? Et

b videtur, quòd sic, ff. iu. sol. l. j. C. de vsur. rei iu. l. fi.[b] ff. de re iu. à diuo. §. item quid dicemus. sciunt enim reum esse in causa, vnde si. bi deberet sententia præiudicare, ff. de re iudica. l. sæpe. §. j. Nam & sententia lata contra hæredes, extenditur ad alios possessores, ff. vt in possess. le. circa. ad idem ff. de leg. 2. cùm filius. resp. j. ff. de cri. expil. hære. l. antepenult. & ff. fa. ercisc und. hæredes, §. idem. Item obligauerunt se de iudicato soluendo: vnde si non mandaret̄ sententia executioni, sed expectaretur alia contra eos. non viderentur de iudicato rei, sed de suo promisisse: quod est falsum. Item vna sententia esset alterius litis initium: quod esse non debet. Argumentum. contrà. quòd non præiudicet. nam ipsi non sunt cōdemnati, ff. de postul. Imperator. C. quorum appel. non rec. ab executore. & sententia contra fideiussores lata, stipulatio non committitur, ff. iu. sol. l. iudicatū. §. 2. & facit ff. d adult. l. denunciasse. §. fin. ff. de iurisdictio. om. iud. & quia. C. res inter alios ac. per tot. ff. de tutel. & rat. distrah. alterius. C. de lib. causa, l. final. C. de fideiussor. authentic. præsente. Item restituto minore non videtur fideiussor restitutus, ff. de iniur. l. iii. §. sed vtrùm. C. de fideiussor. min. l. secunda. Super hoc dic, quòd aut est fideiussor in contractu: & tunc sententia contra eum lata non præiudicat fideiussori: imò sibi dabitur libellus, si reus soluendo nō est, vt in iuribus pro hac parte inductis. Aut est fideiussor in iudicio: & tunc ei præiudicat,

c & in bonis eius executioni mandatur[c] sine alio libello, vt in aliis

d iuribus prædictis: & vide infrà de dol. & contumac. §. restat. ver-

11 siculo, sed pone[d]. ¶† Quid si filiusfamiliàs ob delictum condēnatur, nunquid fiet executio in paternis bonis? vel nunquid cogetur pater saltem dare curiæ legitimam filio iure naturæ debitā, aut alimenta, quæ filio præstare tenebatur? Et videtur, quòd sic. nam filio succedit curia, cuius bona propter crimen publicum publicantur, vt ff. pro socio, l. actione. §. publicatione. ff. soluto mat. si marito. Sed constat bona patris esse filij, vt Instit. de hære. qual. & differ. §. sed si Constat etiam filium in bonis patris habere legitimam, ff. vnde lib. scripto. in fine. C. de inoffi. testa. quoniam 2. extra. de testa Raynaldus. circa medium: & sic à patre alimenta deberi, vt ff. de liber. agno. si quis à liberis. respons. j. C. de alen. liber. l. fina. j. distinct. ius naturale. extra. de infan. & lang. expo. capitulo, vnico. Vnde videtur, quòd pater soluet condemnationem, & tam legitimam, quàm etiam alimenta curiæ dabit: alioquin hoc ad commodum filij penes patrem remanebit: tum quia inde aletur: tum etiam, quo ad spem succedendi: quoniam bona patris ad filium venire debent, vt in præ. §. sed sui. & ff. de libe. & posthum. l. in suis. & sic per consequens maleficia impunita remanebunt: quod esse non debet, ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. prope fin. extr. de senten. excommunicat. vt famæ. Sed dic contrà scilicet quòd condemnationem non soluet. nam siue filiusfamilias ex contractu, siue ex delicto condemnetur, non tenetur pater pro illo, nisi in quantum factus est locupletior, ff. de iudi. tam ex ꝯtibus. ff. de nox. act. & si condemnatus. Instit. eo. titulo, in fi. ff. de pecul. licet. §. ex causa. & §. sed filius. Hinc est, quòd pater, qui non consensit nominationi filij, non tenetur de illius mala administratione, vt C. lib. x. de decur. filios. si enim patre condemnato subuenitur filiis, vt ff. de bo. dam. l. fina. §. si plures. & C. eo. l. fina. ff. de minor. l. 3. §. sed vtrùm. in. fi. §. frater. de pœnis, crimen. ergo filio condemnato subueniendum est patri: cùm par ratio sit hincinde, ff. ad leg. Aquil. illud. præsertim vbi ipse nec deliquit, nec delinquenti consensit, ext. de constit. cognoscentes. extr. de his, quæ fiunt à maio. par. capitul. quæsiuit. C. de pœn. sancimus. extra. de renuncia. nisi. §. personæ. ad idem C. ne ex delic. defun. l. vnica. Item legitimam curiæ dare non cogetur: imò etiam peculium filij sibi non auferetur, C. de bo. præscrip. l. 3. Præterea legitima non debetur filio, nisi demum mortuo patre: vt probatur & not. C. de sacrosanct. ecc. authen. si qua. & C. de episc. & cler. Deo nobis. §. hoc etiam. nec filio contra patrem competit actio propter eam, vt no. ext. de test.

e capitulo, Raynutius. in glossa. retinebunt, &c.[e] Imò posset pater omnia bona sua in mari iactando filium legitima defraudare, vt notat. C. de inofficio. donation. l. j. Alimenta quoque curiæ non dabit: quia nec pater indistinctè tenetur ad illa, vbi filius operari, vel aliàs sibi sufficere potest, vt in prædicta l. si quis à liberis. §. sed si filius.

ADDITIONES.

a Minor. ¶ Alb. Gal. fertur. disputasse quæstionem, quæ incipit, Titius conueniebat pupillum, sc. de matre, quam maritus pupillo ī stituit tutricem in minus solenni voluntate: & sic non valuit datio, C. de confir. tut. l. 2. nec fuit confirmata, nec renunciauit Velleiano, & secundis nuptiis, nec fecit inuentarium, quæ obtulit se defensioni pupilli. nec prædictis interrogata & lis contestata est, & contra eam, vt tutricem, lata sententia, quæ contra pupillum pronunciata fuit nulla, vt debuit, C. in qui. cau. in integ. restitu. si tutor. & de tut. qui non satisd. l. §. dubium. an actore petente fieri possit executio contra matrem? Et tenet quòd non: quia non fuit in dolo, licet errauerit in iure, ff. de petit. hære. sed & si. §. sed scire. Nec potest dici falsa tutrix, quo ad titulum de fal. tuto. cùm veritatis primordio adiuuetur. ff. de legatis ij. cùm filius. §. si hæres. Item actor fuit in culpa, q inquirere debuit de ꝑdictis, an fuit confirmata, & an inuentarium fecisset: de se ergo conqueratur, ff. de fideiussorib. l. Titius & Seius. Item dato, quòd fuisset falsa tutrix, esset orta contra eum actio ex edicto, quod cum fal. tu. ff. eodem titulo, l. nouissimè. in principio. ergo ad extraordinarium auxilium non recurretur, ff. de minor. in causa. & de Carbo. edil. l. cùm fine.

ADDE, quòd Bar. super hoc versi. & præcedenti aliter loquitur ī l. si se obtulit. de re iu. ideo ibi vide.

b L. final. ¶ Multùm plenè tractauit hanc quæstio. Mar. de Fan. super hac l. & Odoffred. concordes videntur, vt infrà dicam: & vide, quod dicam de iniur. & damn. dat. & si pignora. libro vj. in ij, glossa.

c Mandatur. ¶ in defectum, secundum Mar. & Odof. per l. fi. ff. d eo, per quem fac. est.

d Vers. sed pone. ¶ Ibi de fideiussore iudicio sisti, hîc de fideiussore iudicatum solui: & hi differunt, vt in gl. præ.

e Retinebunt, &c. ¶ Vide, quod super ea dixi.

si filius.& §.parens.Præterea legatum alimentorum non desiit deberi,licet legatarius condemnetur,ff.de ca.dim.eas.& l.legatum. de ali.& cib.leg.solen t.§.debebit.& l.is cui.Imò deportato legari potest,vt ff.de his,q̃ pro non scri.hab.l.3.& argu.86.dist.pasce. Quidam tamen dicunt,ꝙ legitima ad curiam perueniet,vt C.de bo.damn.l.deportatorum.& hoc duntaxat post obitum patris:alimenta verò statim,vt sic ille tanquam malè meritus in exēplū aliorum publica egestate laboret,vt ff.de pos.bona fides.respon.j.
a in fi.Sed primum verius [a]. ¶ † Quid si is,contra quem fit execu-
12 tio,nolit rem restituere?Respondeo:manu militari est ei auferēda:& alia etiā remedia dantur.q̄d dic,vt s.d̄ primo & secūdo d̄cre to,§.iam de effectu.ver.& no.ꝙ si missus. Quòd si ñ inueniantur bona in iurisdictione iudicis sententiam,exequentis,tūc fit re latio ad iudicem,in cuius iurisdictione sunt bona cōdemnati,vt ipse per res & facultates condemnati sententiam exequatur, C.de iu.properandum.§.sin autem reus.ff.de re iu.à diuo.in principio, & ext.de foro competen.postulasti.& c. Romana. §. contrahen-
b tes [b].quæ relatio fiet per epistolam hoc modo:
13 ¶FORMA.† Talis iudex [c] tali iudici salutem in domino. Cùm ī
c causa,quæ inter P.& T,olim super tali personali actione verte batur,pro T.tra P.diffinitiuam sententiam duxerimus promulgandam,nos eam volentes ex officio nostri debito debitæ executioni mandari secundum iuris ordinem,ipsius P.bona diligenter exequi fecimus & perquiri. Verùm nullis ibidem eius bonis repertis,ꝓ certo didicimus in iurisdictione vestra ipsi⁹ aliqua bona fore.Cū igitur ad vos s̄m iuris ordinē sit huiusmodi relatio faciēda prudentiam vestrā solicitè depræcamur,quatenus eandem sentētiam ad ipsius T.petitionem in ministeriū iuris ꝑ res& facultates condēnati curetis exequi,prout decet.hæc ꝓbant in præ. cōcor.
14 ¶† Quid si sententia lata sit ꝯ monachum,in cuius bonis fit exe
d cutio?de hoc j.de statu.mon. [d] in summa.Et no.ꝙ in exequendo sentētias,&alia,ita deferēdū est maioribus personis,ꝙ iustitia nō pereat,ext.de of.d̄leg.sanè 3.q.9.c.fi.ext.de sta.mo.ea q̄.ꝑpe pri. Sed si executor formā ī exequēdo ñ obseruat, fas est sibi obiicere manus,vt C.li.x.de iure fis.prohibitū.Qualiter aūt is,cui mandatur.ꝙ alicui d̄ bñficio ꝓuideat,mādatū apostolicū exequēt,vi
15 de s.d̄ act.seu pe.§.sup actionib.¶†Sed pone,ꝙ debitor sit ꝯdēnatus,nūq̄d fideiussor poterit ꝯueniri?Dicit Vber.ꝙ ñ ītra tp̄s ad soluēdū sibi datū,ar.C.de vsu.rei iu.l.fi.§.fi.sed pòst sic,ar.ff.d̄ pig. grege.§.etiam.&§.seq.& hoc de iure veteri,sed de iure nouo ali-
e ud est,s̄m eum.Quid [e] si capiatur nomē debitoris, ipse verò negat se debitorē,vt no.in præ.l.à diuo.§.sit quoq;.& C.q̄ñ fisc. vel
16 priua.l.j.& 3.¶†Quid si siū a debet executioni mādari ꝯ minorē habentē res mobiles&immobiles,&nomina,nūquid seruabitur ordo?Dicunt quidam,ꝙ sic:alij ꝯ.per l.ff.de reb.eor.qui sub tuto.
f vel cur.sunt,magis.§.ñ passim ibi.vel in nominibus,&c. [f] ¶ Quid si debitor habet tantùm præbendam,vel redditus,nūquid potest capi in causa iudicati?Respon.sic.ff.de re iu.cōmodis, C. quæ res pig.obli.pos.spem.ext.de fideiuss.c.2. Si autem ꝯdemnatus habet alia bona,non fiet executio in stipendiis,C.de execut.rei iu.stipē
17 dia.¶†Quid si habet tātum feudum?dic,ꝙ fructus illius possunt capi in causa iudicati,arg.ff.de leg.2.peto.§.j.&vide s.de primo & secundo decret.§.restat.& §.videndum.Quæ exceptiones admittantur post sententiam contra executionem, vide s.de exceptio. §.dicto. Vtrùm in re promissa fiat executio, licet promissor velit soluere interesse,no.j.de fruct.& interesse,§.viso.versiculo,item dicimus.

ADDITIONES.

a Primum verius.¶Huic quæstioni congruè coniungitur quæstio Albr.Gal.extra opus,de vxore Titij condemnata ad decem quæ mihi debebat:qualiter fiet executio æquè, cum nihil habeat ext. dotem,& in dote fieri non potest, quæ constante matrimonio à marito peti non potest,C.de collat.l.tot.& C.si const.matri. dos sol.fuer.l.vna:nec in alimentis:C.de execu.rei iu.l.stipendia.& q̄ res ob.possunt,lege,spem eorum.Non obstat l.commodis. ff.de re iu.quæ loquitur,cùm is,contra quem fit executio, nihil aliud habet in bonis.Item cùm mulier esse debeat in obsequio mariti, de operis lib.sicut.ergo debet ali.Videtur ergo, quòd nomen actionis de dote, quod habet mulier in casum diuortij, capiatur in causam iudicati:nam spe futuræ actiōis quis donare potest, C.de dona.spem.ff.de hær.vel act.ven.l.nomina.vel illud nomen venditur pro eo,quod haberi potest:& in pretio fiet executio, ff. de con.fur.si seruus.ad l.Fal.in quantitate.§.j.res enim tantum valet quantum vendi potest,ff.ad l.Rho.de ia.l.2.§ si nauis.
ADDE ad quæstionem Spe.quæ scripsit Barto.in l. cùm filius.de verb.oblig.& in l.si finita.§.si de vectigalibus,& quæ ibi posui, ff. de dam.infect.
b §.contrahentes.¶lib.6.
c Iudex.¶Inhonestè præponit scribentem pari.
d De sta mona.¶in q.ij.
e Quid.¶Hic incipiunt ver.Alb.Gal.& durant vsque ad vltimum.
f Nominibus,&c.¶Dicit Alb. Gal.quod est verius.

SVMMARIVM.

1 *Sententia post quod tempus sit executioni mandanda.*
2 *Sententia in criminibus lata,post quod tempus sit executioni mandanda.*
3 *Executio sententiæ in seruum latæ differri debet,donec domino rationem reddiderit.*
4 *Executio sententiæ differri debet,dum quis de suo crimine per cōfessionem est confessus.*
5 *Venditio rerum pro pignore captarum post quod tempus fieri possit.*
6 *Delegatus non potest suam sententiam post annum exequi.*

¶ Sententia post quod tempus executioni mandetur.

1 4.§.Videndum restat,† post quod tempus sententia sit executioni mandāda.Et quidem in personalibus regulariter post quatuor menses& non añ, ext.de off.de leg.quærenti,ext.de sent,& re iu.quod ad consultationem.C.de vsu.rei iu.l.2.& l.fi.in prin.ff.de iu,si debitori.Interdum tamen quadrimestre tempus,causa cognita,arctari potest& elogari,inspecta qualitate & quantitate causę,& personarum,& locorum,& temporum,vt in præ.c.quod ad consultationem. & ff.e.l.2.Si verò sine iusta causa fiat illius temporis abbreuiatio,supple tur illud tempus condemnato legis beneficio,vt ff.eo.l.4.§.si
a quis [a].In reali verò actione si non est appellatum à sententia,nec restitutio postulata,si res illa sit præsens est statim post decendiū executioni mandanda: quoniam tunc transit sententia in rem iudicatam,vt Inst.de offi.iud.in prin.ext.de elec.cùm dilect.extr.de
2 testam.significauerunt.¶† Porrò sententia in criminibus lata,q̄ non est per appellationem, vel per in integrum restitutionē,vel per supplicationem suspensa,statim post decem dies est executioni mandanda,2.q.j.sicut fine.C.de poe.cùm reis.de poe.dist.j.Adam post culpam. aliàs est sub c. fleat.nisi incontinenti exceptio probanda obiiciatur,ext.de testi.veniens.2.ver.cùm igitur.& extra.de restit.spoliat,literas.& nisi cùm princeps ex iracundia tulit
b sententiam [b],C.de pœnis,si vindicari,& 6.q. 3. cùm apud.vbi de hoc. ¶Item cùm sententia lata est contra mulierem prægnantē, differtur executio vsque ad tempus partus,ff.de poen. prægnan-
3 tis.¶† Item si lata est in seruum,differtur, donec reddiderit domino rationes, C.de bo. proscri.l.2.¶Item differtur,quando in-
4 sula est à Principe assignanda,vt 2.q.6.§.biduū.¶ † Item differt̄, cùm quis est de crimine confessus,vt C.de custo.re.l.2.Argum. ꝯtrà,ꝙ etiam post decendium non sit executionis mandanda,nisi post 30.dies,vt in præ.c.cùm apud.sed illud intellige iuxta præmissa.Sed & ante decendium potest executioni mādari, in eo sci
c licet casu quando non potest quis appellare in notoriis [c], vel q̄ñ quis est confessus, vel testibus conuictus, & argumentis superatus,vt 2.q.6.§.sunt etiam,quorum.quod dic,vt no.ext.de appel.
d Romana.§.sin autem [d].& c.cùm speciali.§.porrò.¶Cæterū in ꝑsonali actione confesso currit tēpus à die confessionis, vt ff.d̄ cōfes.certum.§.fi.in criminali verò nequaquā,vt ff.d̄ cust. & exhib. reo,si confessionib.q̄ñ ibi est sententia necessaria,vt 2.q.j.nos in
5 quenquam.extrà de consti.ecclesia. ¶†Sed quando fiet vēditio
e rerū pro pignore captarum?dicit Azo [e],ꝙ post quatuor menses, sicut

ADDITIONES.

a §.si quis. ¶ Dicit Gul. quòd in multis partibus non seruatur hæc dilatio quatuor mensium.
b Sententiam.¶Seueriorem,quàm iura præcipiant.
c Notoriis.¶Ratio huius dicti patens est:quia cùm decem dies dātur ad deliberandum,an appellare velit,vt patet 2.q.6.in anteriorum.quæ est lex in auth.Col.4.de appel.& intra quæ tempora.in prin.cùm certum sit,hunc appellare non posse,ad quid fieret hęc expectatio:bene facit ff.ad Velle.ali quando.§.fi.cuius casum vid̄ in prin.decr.vbi periculum.de elec.lib.6.ad idem ff.de acquir.hære.cùm hæres.§.fi.Et per prædicta soluitur alia quæstio, an si sententia sic intra decem dies executioni madetur, & postea etiam intra decem dies appelletur,an locus sit reuocationi executionis per decr.non solùm.de appel.lib.6.de quo enim executio differri non debuit,vt s.patet, licitè factam propter notorietatem per appellationē præcedentem, vel sequentem, reuocari ñ posse primum patet de appel.c.cùm sit.& c.peruenit.& c.consuluit. adde latiùs per Old.cons.18.
d §.sin autem.¶lib.6.
e Dicit Azo.¶Cuius ver.in Sum.e.tit.§.pe. quem etiam ponit Tā. vbi s.versicul.penult.ADDITIO.Adde ad versiculū, ibi, & nor.

sicut olim fiebat post duos:& hoc, cùm capiũtur ex diffinitiua sẽtentia, ff. de re iu. debitoribus §. fi. Si verò ex interlocutoria, expectandum est fortè per annum, vt C. de præscr. 30. vel xl. an. si quis emptionis. § fi. de hoc s. de primo & secundo decr. §. iuxta. Vel p biennium ĩ pignore ꝯuẽtionali, vt C. de iure do. im. l. fi. Vel iudex ex suo arbitrio hoc tempus diffiniat, cùm ñ sit diffinitum à lege, vt ff. de iure delib. l. j. §. fi. ext. de offi. deleg. de causis. Vel dẽtur ĩ solutum actori, sm T. put tradidi s. de primo & secundo dec. §. nũc
6 dicamus. ver. actio igitur. & seq. ¶† Et nota, ꝙ delegatus post annum sententiam suam exequi ñ potest: intra sic: quod dic, vt ext. de offi. deleg. quærenti.

ADDITIO.

☞ quòd deleg. &c. quòd delegatus Principis potest suam sententiã exequi, dummodò à tempore sententiæ intra annum eam exequatur; ita tenet Bar. quicquid dicat glo. in l. à diuo Pio. in 2. col. ver. secundò quæro. ff. de re iu. & pro hoc alle. tex. in l. vl. C. de iudi. Et quid in đ legato ñ à principe, an exequatur suam sentẽtiam, vide Car. Zabar. in c. si quis contra. ext. de for. com. Hen. Ferran.

SVMMARIVM.

1 *Executio qualiter in facto consistere dicatur.*
2 *Auxilium actori vincenti qualiter prodatur.*
3 *Actio iudicati ad quid sit vtilis.*
4 *Executio in actione in factum qualiter, & quando peti debeat.*
5 *Actio iudicati ordinarium auxilium est, iudicis verò officium extraordinariũ.*
6 *Litem ex lite oriri iura abhorrent.*
7 *Actio iudicati, siue in factum, ex sententia dari censetur.*
8 *Exceptio dari dicitur ex sententia interlocutoria.*
9 *Iudice appellationis confirmante sententiam primi iudicis, an detur actio in factum ex prima sententia, aut secunda.*

¶Sententiæ executio qualiter, & quo iure petatur.

a 5. §. Breuiter dicendum est, qualiter, & quo iure sententiæ executio petaẽ, sup quo aduocatiᵃ multum errare consueuerunt. Solent enim petere sentẽtiarũ executiones p actionẽ in factũ descẽdentẽ ex re iudicata: & malè nã qlibet victor habet duo auxilia, s. iudicis officium, & actionẽ iudicati. Si verò vult executionem petere, petat hoc iudicis officio, & sine libello: quia executio in facto consistit, vt probatur subtiliter ff. de re iu. à diuo Pio. per totam l. & fit ibi summaria cognitio, cũ de capiẽdis pignoribus disputatur, vt in eadem l. §. si super rebus. nec debet tunc iudex iudicis partes assumere, sed solùm executoris, vt C. de exec. rei iud. si, vt proponis. nec libellus admittitur, vt
b ĩ. de lib. cõcep. §. nunc dicendum. ver. xxv.ᵇ Sed si proponeretur actio, iam iudex cognosceret in forma iudicij, & desineret esse ex
c ecutorᶜ, vt C. de eden. edita. ibi, speciem future litis, &c. & C. quo modo & quando iu. auth. qui semel. ext. de offi. deleg. cùm super. Aliud est enim causæ cognitio, & aliud executio, vt xxv. q. 2. & si non cognitio. & hoc est, quod dicit lex, Ius dicentis officium latissimum est. nam potest in possessionem rei iudicatæ mittere, ff. de iurisd. om. iu. l. j. & l. iubere. Et ꝙ hoc iudicis officio expediatur, expressum est ff. de rei ven. qui restituere. in prin. & facit C. de exec. rei iu. l. 2. Hinc est, ꝙ ab executore non appellatur, vt s. §. nunc dicendum. versi. quid si ab executore. Et hoc etiam tenet Vbert. de
d Bo.ᵈ ꝙ officio iudicis petatur. nã secũdũ eũ, tũc agiẽ pro sententia exequẽda, ñ vẽtilãda, C. de exec. rei iu. l. ij. ff. de minor. l. minor annis C. de ap. si ꝯ. ff. de re iu. l. 4. §. ait ptor. & §. seq & quia boni p toris est lites minuere, ff. si certũ pet. quidam. ext. de rest. spol. fre
e quens. resp. j.ᵉ ¶† Si quæras, qũo executio ꝯsistat in facto? ñd. qa
1 iudex pignora capit, & postea distrahi iubet, C. de exe. rei iu. l. 2. & si. in qua executione nec actio ponit, nec lis ꝯt. nã si hoc esset iã lis ex primæ litis materia orire tur: qđ lex abhorret, C. de fru. & lit. ex. l. terminato. & ext. de ver. sig. cũ olim. ff. de re iu. si se non obtu
2 lit. §. ait prætor. C. de agr. & cen. l. tib. ff. pro soc. l. fi. ¶† Est & secũdum auxilium proditũ actori vincenti, scilicet actio iudicati, quę
f aliàs actio in factũ ex re iudicata nũcupaturᶠ: de qua fit mẽtio ff. de re iu. l. in iudicati. C. de vsuris rei iu. l. fi. C. de cõpens. l. ex cã. C. de reb cre. l. actori. Qui autem agit iudicati, aduersarium suũ ciuiliter obligatum sibi ea sentẽtia, & ex quasi ꝯtu dicit, vt ff. de pec. licet. §. antepenultim. Sic eum conuenit & ab eo in forma iudicij dando libellum & litem cõtestando petit, vt probatur subtiliter ff. de petit. hære. l. item veniunt. §. cùm prædiximus. & ff. de pcur. si procurator. ff de re iu. miles. §. 2. ff. de pecul. sed si damnum. § fi. ff. de minor. denique. §. sed vtrùm. ff. de iureiur. duobus. §. penul.
3 ¶† Sed dices, ad quid ergo fuit actio iudicati vtilis? Respondeo, certè quia per eam petuntur vsuræ cẽtesimæ, & ipsa sors, si actor hanc viam elegerit, C. de vsur. rei iu. l. fin. C. si plur. vna senten. l. i. Quòd autem hic sint duæ viæ, patet ff. de re iu. si prætor. in princ. hoc etiam patet ex ipsis rubricis. nam tit. de sent. est in C. quia ex sententia aliquando iudicati agitur, aliquando officio iudicis executio postulatur: in ti. verò de re iu. tractatur de actione iudicati, vt eodem tit. l. j. in titulo autem de except. rei iudicat. tractatur de
g exec. quæ fit iudicis officio, secundum M. de Fan. ᵍ hoc etiam pa
4 tet ext. de sen. & re iu. in ipsa rubrica. ¶† Alb. Pa.ʰ autem dixit, ꝙ
h peti debet executio actione in factum, vt C. qñ ex fact. tu. l. j. vbi videtur, ꝙ dandus est libellus, & actio iudicati, siue actio in factũ, quæ ex re iudicata oritur, proponenda est, C. de iur. & fact. ignor. l. j. in fi. vbi dicitur, si ex sententia, id est, ex actione, quæ ex ipsa sententia oritur, conueniri cœperis. Ad idem C. de re. cre. actori. & ff. đ pig. grege. §. si cũ defensore. in fi. ff. đ re iu. miles. §. iudicati actio
5 In his. n. legib. dixit, non posse officium iudicis intentari: † quia actio iudicati ordinarium auxiliũ est, iudicis verò officium extra-
i ordinariumⁱ: ad quod recurrendum non est, quãdiu superest ordinarium, ff. de minori. in causæ. & ff. đ eden. quædam. & bene facit ad hoc ff. si mulier ven. nom. in pos. esse dic. l. j. §. j. Sed ad prædictas leges, in quibus dicitur executionem esse petendam per actionem in factum, sic potest responderi: quia illud impropriè dicitur, quasi dicat, agendo actione in factum. & super ea sententiam obtinendo, fiet executio mediante ipsa sententia super actione ĩ
k factum lata ᵏ. ¶† Sed, secundum eum, quæritur, qualiter pronũ
6 ciabit iudex in hac causa? Respondeo, pronunciabit, sententiam debere executioni mandari: quo facto, nisi reus pareat iudicatis, mandabit eam executioni ex officio suo: prout traditur s. §. sequitur. Sed contrà: quia sic res in infinitum abibit. nam sic poterit ab hac sententia appellari, sicut à prima. & qualibet alia. C. de transa. fratris. C. de ped. iu. placet. 2. q. vj. omnis oppressus. & c. ad Romanam. sic lites ex litibus orirentur: quod tamen esse non đbet, vt s. & sic nullus erit litium finis. Sed ipse respondet, ꝙ sentẽtia est de
l executione ˡ, & pars executiõis: ergo ab ea appellari ñ pt, nisi modus excedaẽ, vt s. §. ij. ver. qd si ab. Tertij dicunt, ꝙ si is, p quo lata est, petet eius executionẽ, tũc ñ dabitur libellꝰ, vt C. de exe. rei iu. ordo. Si verò is, qui ei successit, eã petit, agẽs ex sentẽtia, vel etiam conuentus

ADDITIONES.

a Aduocati. ¶Prouinciæ meæ & Thusciæ, dixit Mart. de Fa. super l. ordo. C. de exec. rei iu.
b Ver. 25. ¶Et vide, quod ibi dixi ante fi. & in fi. ibi vide, qd teneat Specul. & quid tenuit dominus meus Azo.
c Executor. ¶Vide s. §. nunc dicendum. versi. sed pone: iudex. vltra medium.
d Vber. de bo. ¶vt refert Homobo. l. j. C. de iur. & fa. ignor. hoc tenuit contra Alb. Pa. de quo sequitur, in publica disputatione do. Ia. de Salerno.
e Frequens. respon. j. ¶lib. vj.
f Nuncupatur. ¶Vnde dixit Homobon. vbi s. quòd inter ista duo contentio de nomine pertinacibus est relinquenda, C. de consti. pec. l. 2. ad fi. Decem autem, quæ in hoc requiruñẽ, numerat Rof. vbi s. in prin. quæ per positiones patent infrà de sentent. & re iu. ver. actor ergo.
g M. de Fa. ¶cuius fuit totum, quod præmissum est, exceptis tribus versiculis, vbi de Vber. loquitur: & eius etiam fuit responsio, quæ sequitur, vt ibi dicam.
h Albe. Pap. ¶& Rof. ibi, qui in tota vlt coi. hanc materiam prosequitur, præmittens formam libelli in actione hac, & demũ obiiciendo, & soluendo, plenè ruminat hunc casum.
i Extraordinariũ. ¶Hoc verum, qñ imploratur per beneficiũ restitutionis ab ecclesia, vel minore: & vide s. de off. iu. §. j. vers. sed opponitur. In quantum verò duplicatur auxilium, dicebat Roff. interesse vestra habere plura auxilia, etiam si alterum inutile sit, ff. đ serui. ei fundo. đ lib. leg. l. 3. aliàs 4. in fi. Vnde filius in potestate pteritus habet duo auxilia, vnũ ex iure ciuili, aliud ex ptorio, C. de lib. præter. l. fi. addebat Gui. de Suz. vbi s. resp. j. in fi. ff. ne vis fiat ei qui in possess. mit. l. 3. in princi. vbi missus habet interdictum, & sine interdicto iudicis officium: est simile de rest. in integ. c. 2. lib. 6. & de appel. concertationi. e. lib.
k Lata. ¶Verba Mar. de Fa. respondentis ad l. pen. C. de arb. sic iacebant: impropriè loquitur, quasi agendo actione in factum & per officium iudicis obtinendo sententiam, faciet arbitrium mediante sententia sup actiõe in factum lata executioni mãdari. Nescio ad quid hæc implicatio fatenti, ꝙ agi possit vtraque via, licet in p eligendo sit discordia: vñ Gui đ Suz. in l. j. C. de iu. & fac. igno dat optionem victori. allegat C. de exec. rei iu. l. 2. đ vsur. rei iu. l. etiã. l. 2. idem, vbi s. respon. j. in fi. sibi tamen plus placet officium iudicis de iure & consuetudine.
ADDE Alexan. consi. l. 3. lib. sed vide Roman. cons. 174.
l Executione. ¶Dixit Al. Gal. clariùs, quòd sententia est de executione sententiæ principalis, & pars, &c.

conuentus successit condemnato: tunc quia possit dubitari de sētē
a tia, dabitur libellus, i. petitio a: non tamē cū magna solēnitate fiet iudicium. Idem fortè potest dici, cùm petitur executio sententiæ ab eo, qui successit proferenti eam, C. de re iu. l. gesta. ff. de iu. mortuo. & l. edictū. & idē, qn̄ petit executio ab alio iudice, non ab eo
F q ipsam tulit, vt s. e. ti. ver. sed pone: iudex. de hoc, vt j. de lib. con.
7 §. nūc dicendum. ver. 25. ¶† Sed cùm ex sententia detur actio iudicati, siue in factum, vt s. & C. de re iu. l. j. & etiam exceptio, vt patet C. de arbit. l. cùm antea. & ff. de exce. rei iu. per totum, quæritur, an & ex sententia interlocutoria, & quæ auxilia pro ea seruanda dabuntur? dic, q actio in factum, vt hìc dicitur, C. de reb. cre. actori. Nam si datur ex iuramento, prout ibi dicitur, multò fortiùs ex iussu iudicis: & facit C. de re iu. l. si pecuniā. nam ex sola confessione datur actio, C. de cōfess. l. j. trāsiuit enim interlocutoria in rem iu
8 dicatam, vt extrà de elect. cùm dilecti. ¶† Datur etiam ex interlocutoria exceptio, ff. de neg. gest. sin autem. §. si quocunque modo. tamen ibi loquitur in diffinitiua. ad idem ff. de re iu. quod iussit. quia si ex ea datur actio, multò fortiùs exceptio, ff. de superf. l. l. j. & quòd detur actio & exceptio, probatur in præ. l. cùm antea. Item etiam præceptum confesso factum executioni mandatur, & ex eo actio nascitur, sicut ex sententia, C. de exec. rei iu. l. fi. s. d
9 re iu. §. postremò. ¶† In præmissa autem actiōe in factum, dicūt quidam referre, an in sentētia sit cā adiecta: & tunc datur actio ex primo contractu: an non, & tunc datur actio in factum, argum. ff. de iurei. l. si duo. §. l. si quis iurauerit. ¶ Sed pone, appellatum est à sententia: demum iudex appellationis eam confirmat: quæritur, ex qua sententia detur actio in factum, an ex prima, vel secunda? Respon. de hoc tetigi s. §. nunc dicēdum. ver. sed pone, q. Vtrùm autem iudex possit confesso præcipere sub pœna, q soluat: dixi s. tit. prox. §. species. ver. sed nunquid. & vide, quod no. j. in tracta. libel. in tit. de re iud. ver. porro. Vtrùm actio iudicati detur procuratori, no. ff. de procur. si procurator. Item an detur contra eum, not. e. tit. Plautius.

ADDITIO.

a Petitio. ¶ Vide, quod scripsi post. In. de iu. quia V. in gl. scias, q cā.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ per legitimam appellationem impeditur, aut cùm appellatione pendente ad arbitros itur.*
2 *Postulatio restitutionis in integrum an impedire possit sententiæ executionem.*
3 *Ordinarius an possit sententiam exequi in rebus extra suam iurisdictionem positis.*
4 *Condemnationis exactio differtur, donec debiti existat conditio: secus in tabulis conditionaliaus exhibendis.*
5 *Iudicati actio quo casu denegari possit.*
6 *Sententia per dolosam allegationem obtenta, aut contra iustè impeditum, & iure absentem lata, an citò sit exequenda.*
7 *Exceptio simulati quo casu possit contra sententiam opponi.*
Exceptio peremptoria an possit post sententiam proponi.
8 *Oppositio de re non tradita an impediat executionē sentētiæ pro vēditore latæ*
9 *Aedificans bona fide in solo alterius, si condemnetur ad restitutionē, an in exceptione poterit opponere de expensis.*
10 *Possessor qualiscunque an possit debitum offerre.*
11 *Executor opponens sententiam esse per instrumenta falsa, vel testes falsos latam, an sit admittendus.*

¶ Executio sententiæ qualiter impediatur.

a 6. §. Postremo dicendū est, q̄ executionem sententiæ impediant. Et certè a primò eam impedit appellatio legitima, ext. de iur. venientes. & de ap. solicitudinē 2. q. vj. appellatione. ff. ad Tur. l. j. ext. de re iu. c. j. s. e. ti. §. j. in prī. qa ea interposita, iudex (ex quo sibi de appellatiōe facta fuerit fides) non exequet sententiā intra annū, vel biēnium, ff. nil no. ap. pe. l. vnica. C. de tem. appel. auth. ei qui. quod est 2. q. 6. extra de appel. cùm sit Romana. sed nec post annū, vel biennium, si cā appellationis in cōsistorio principis agitetur, vt extrà de appel. ex insinuati
1 one. 2. q. 6. anteriorum. & C. de tem. appel. auth. sed lis. ¶† Idem est, si pēdēte appellatione ad arbitros eatur: qa nec fatale tps tūc
b currit, in auth. de appel. §. deinceps Col. 8. b Idem etiam, si stetit p iudicem, quò minus in appellatione procedatur, in auth. vt spon. lar. §. hoc quoque. Col. ix. Impeditur etiam, secundum quosdam nisi offerat suas probationes paratas, q res sit sua, vel q est in possessiōe ipsius. Alij tn̄ cō. de hoc plenè, secūdum Papā, ext. de re iu.
c cùm super. in gl. qūo c. ppe fi. & de sponsa. veniēs d. j. in fi j ver. 7.
d ¶† Secundò, si in integrū restitutio sit postulata, C. in integ. rest.
2 post. ne quid noui fi. per totū, licet sit cōtrā ext. de in integ. rest. suscitata. s. e. §. i. in prin. ¶ Tertiò, si actio iudicati iure reuocationis introducta sit in nouam petitionem, vt ff. de minor. minor autē

e 25. an. cui per fideicom. e resp. j. ff. de re iu. l. 4. §. si ex conuentione ¶ Quartò, si fuerit supplicatū, vt s. §. j. in prin. ¶ Quītò, delegat9 à
f Papa f, vel Imperatore, si velit exequi sentētiam à se latā, ff. de re iu. à diuo Pio. in prin. Contrarium est tam secundum canones, vt
3 s. §. nunc dicendū. ¶† Sextò si ordinarius velit exequi suam sententiam in rebus extra suam iurisdictionem positis, ff. de bo. auct. iu. pos. cùm vnus. §. is qui possidere, C. de iu. l. properandum. §. sin autem reus. ff. de iur. omnium iu. l. fi. extrà de foro comp. Romana. §. contrahentes. 2. q. vj. leges. ¶ Septimò, si super rebus ab executione captis quæstio moueatur, & sint eius, qui cōtrouersiam mouet, vel habet condemnatur alia bona, quę sine controuersia capi possunt: sed hæc executio non differtur, nisi ad tempus tantùm: quæ dic, vt s. §. sequitur. ver. si autem. ¶ Octauò, si condem-
g natus suorum bonorum facit cessionem, C. qui bon. ce. pos. l. j. g
4 ¶† Nonò ad tempus differtur executio, vt procedit in cōditionali chirographo intellecto, ff. ad l. Aquil. l. in lege Aquilia, si deletum. nam differtur condemnationis exactio, donec debiti existat conditio. Secus tamen est in eo, qui condemnatur in tabulis cōditionalibus exhibendis: quia non differtur cōdemnatio interesse. imò pœna contumaciæ præstatur ab eo, qui non exhibet, ff. de ta
h bulis exhib. locum. §. cōdemnatio h. ¶ Decimò, si fullo: vel commodatarius est in locata, vel commodata re cōdemnatus: & post
i ea commodator & locator īuenit rem locatam & commodatā i: argum. ff. de con. sine causa, l. si fullo. ff. commo. in commodato.
5 §. fi. & l. rem. resp. j. ¶† Vndecimò k in conuento à multis actione
k noxali. nam præstando seruum ei, qui primò vicit, cæteris postea venientib. iudicati actio denegatur, ff. de nox. si quis à multis. Idē q̄ potest dici in cōuēto à pluribus actione reali, ff. de rei ven. is à quo fundus. Idem est, si quis in actione noxali condemnatur ī æstimatione damni, seruum intra quadrimestria tempora pro noxa dedere,

ADDITIONES.

a Et certè. ¶ Ponit verba Vber. de Bona. vbi s. & aliquis ex his casibus no. de re iu. quod ad consultationem. in vlt. gl.
b Col. 8. ¶ & in cle. de app. quandiu.
c Quomodo. ¶ Mihi incipit, quæritur, & versicul, vtrobique, inci. per istam.
d Veniens. ¶ Vide in gl. nisi aliquid.
e Fideicom. ¶ Propter alias leges sic incipientes.
f Papa. ¶ Quidam hìc habent, non à Papa: sed sine Non, debet esse quod probat id, quòd sequitur; & sine Non posuit Vbertus de Bona.
g L. j. ¶ Cùm bona intelligantur, quæ habentur, & quæ beant, vel beatos faciunt, ff. de verbor. signi. bonorum. j. quomodo potest bonis cedere, nil habens, vel non habens, quod sufficiat ad creditum: & quomodo per talem actum ipsius impediri potest executio? Rofr. super titulo, de actoribus. in fin. ad primum respondet inueniri similia. nam & fit missio in bonis, etiā si nulla sint bona. ff. de bo. aucto. iudic. poss. cùm vnus. §. vltim. Et est actio de peculio, etiam si nil sit in peculio, ff. de peculio, l. quæsitum. Et, quo ad secundum, dico, quòd actus cessionis, si aliquid est in bonis, parat viam exceptioni, quo ad illa: si nil est in bonis, cessio non impedit executionem, sed impossibilitas facit pro cessione denudata, vt not. de solutio. Odoardus. in 3. gloss. & sic non simpliciter suo facto impedietur executio: fiat autē cessio, vt detrudatur in carcerem, vt in prædict. l. j. post cessionem autem habet beneficium ne ex postea quęsitis conueniatur, nisi in quantum facere potest ff. de ces. bo. l. is qui. 2. Et hac ratione satis placet assertio dicentiū cessionē bonorū non fieri creditoribus, non instātibus, vt carcerentur: & multò minus eis, cùm per eam fraudentur in acquirendis per beneficium cessionis, vt ibi de hoc per Cy. in præ. l. j. C. q bonis, j. q. 8. & aliquid ibi in fi. no. la. de Arc. An huic bn̄ficio cessionis renunciari possit, remisi s. de renun. & conclus. vers. item est beneficium. in fi.
h §. condemnatio. ¶ Expedit enim tabulas testamēti exhiberi, ēt si conditionale sit legatum: ad probationem enim exhibentur, nō ad exactionem.
i Commodatam. ¶ supra. non fiet executio prædictę conditionis, & nota. quod sequitur, argument. ff. & c. non enim ponit casum illarum legum, sed arguit ex illis: Vbert. dixerat, argumē. summæ ff. & c.
k Vndecimò. ¶ Casus in hoc ver. comprehensi, faciunt ad solutionem Iac. de Bel. quam vide C. vt intra cer. tem. cri. quæstio terminetur, vt l. ex duobus vulneribus duobus vno impetu illatis, cùm per statutum vulneranti amputari debeat manus, cum qua percussit, licet ambo accusentur ad vnius percussionem manu amputata, ab alterius accusatione & ab obseruatione iudicij debet absolui.

xa dedere, vt ff. de pet. hær. item veniunt. §. idem rectè[a]. ¶Duode
b cimò, si obijceretur, quòd facta est transactio post sententiam[b]:
arg. ff. de in ius voc. neque. §. j. ¶Decimotertiò, si dolosè aliquid
6 executor agit, ff. de neg. gest. l. 3. §. si executor. ¶†Decimoquar-
tò, si per dolosam allegationem obtinuit is, pro quo lata est sen-
tentia: vel si is, contra quem lata est iusto impedimento detentus
absens fuit, ff. de iud. si pretor. §. si. aliàs est lex, si per dolum. & ext.
de re iudic. cùm Bertholdus. §. postmodum. ¶Decimoquintò, si
executor modum excedit in exequendo, vel sententiam malè in
terpretādo: & breuiter oī exceptiōe, q̄ pt̄ ꝯ executionē opponi.
q̄ dic, vt no. extrà de re iud. quod ad consultationem. & ĩ. tit. prox.
§. in quibus. ver. v. ¶Decimosextò, vbicunque sententia dicitur
c esse nulla: quod fit multis modis. quod dic, vt s. tit. prox. §. iuxta[c].
d & §. seq.[d] ¶Decimoseptimò, si res petita peruenit ad actorem,
e C. de re iud. leg. j. ff. de cond. sine causa. l. j. & ij. & vide alia s. titul.
prox. §. si. & s. eo. §. j.[e] In causa autem criminali differtur executio
7 in casibus, vt s. §. videndum. ver. porrò. ¶†Illud autem quæritur:
ecce debebam tibi decem per publicum instrumentum: solui ti-
bi, & fecisti mihi apocham, siue instrumentum, in quo confessus
es tibi solutum esse: nunc petis à me decem per illud instrumen-
tum debiti, quod apud te remansit non cancellatū: ego non pos-
sum inuenire instrumentum solutionis, & sic tibi condemnor: iu
dice autem volente exequi suam sententiam, inuentum est īstru
f mentum, & peto sententiam retractari: quæritur, an possim[f]? Et
videtur, quòd non: nam prætextu instrumēti de nouo reperti lis
sopita restaurari non debet, vt extrà de re iu. inter monasterium.
& c. seq. C. de transac. sub prætextu. nec post sentētiam potest pe
remptoria exceptio proponi, C. sen. rescin. non pos. l. perempto-
rias. nisi in casibus, qui no. s. de excep. §. dicto. ver. hoc tamen īter
quos iste non est. Super hoc dicunt quidam, dari mihi vtilem ac-
tionem ex edicto de edendo ad interesse, ad similitudinem direc-
tæ, de qua dicitur de eden. si quis ex argērariis. §. ex hoc edicto. A-
lij dicunt, me restituendum contra sententiam, vt ff. de iudi. leg. si
prætor. §. Marcellus. Vel dic, quòd aut allegaui coram iudice solu
tionem factā esse: & iudex huiusmodi allegatione reprobata, me
condemnauit: & tunc prætextu instrumenti reperti nihil dicere
possum. Aut hoc non allegaui: & tunc possum, ar. ff. de neg. gest. l.
sin autem. §. si quocunque modo. Cautè ergo facit, qui in casu p̄-
senti dicit iudici, instrumentum solutionis perditum esse: quia sic
lata sententia contra eum, ex instrumento reperto contra illam
poterit se iuuare, C. de fi. instrum. l. fi. Posset etiam dici, quòd si iā
post sententiam soluero, instrumento inuento potero solutum
repetere condictione sine causa, ff. mand. si fideiussor. §. in omni-
bus. Vnde cùm detur soluti repetitio, multò magis dabitur nō so
luti retentio, ff. de superfi. l. j. & vide ff. de re iud. l. post rem iudica-
tam. & ff. de iureiu. admonendi. C. de sen. aduer. fis. latis, l. j. C. de re
8 iud. l. sub specie. ¶†Item pone emptor condemnatus est vendi
g tori ad pretium rei agenti, quæ sententia in rem transiuit iudica-
tam: & dum executioni mandatur, opponitur de re nō tradita ad
impediendam executionem: quæritur, an possit? Dicunt quidam
q̄ sic, ar. C. de compen. ex causa cùm habeat emptor actionem ad
rem petendam, nec de eius interesse fuit quæsitum, ff. de exce. rei
iud. duobus, & ad hoc ff. de iureiur. si duo. §. pe. & antepen. ff. fa. er
cisc. ex parte. ff. de rescin. ven. fundus. Alij, contrà ar. C. sen. rescin.
non pos. peremptorias. & C. quorum ap. non reci. leg. j. Sed licet
non possit impediri executio, poterit tamen agi ad rei traditionē
iure actionis, ar. ff. de ac. emp. & ven. l. Iulianus. §. offerri. & vide, q̄
no. ff. ex quib. cau. in pos. eatur, l. Fulcinius. §. secundo. Nec obstat
prædicta lex, ex causa. quia hoc casu non est hincinde quantitas.
9 ¶†Quid si bona fide in tuo solo ædificaui, & condemnatus sum
tibi

ADDITIONES.

a Idem rectè. ¶Hucusque Vber. de Bona. id, quod sequitur, recepit
ab Host. in summa de off. del. §. quæ delegati. sub ver. finis.
b Sententiam. ¶Suprà. & erat casus, super quo transigi potuit: pu-
tà quia erat appellatum, vel poterit appellare: vel negabatur iu-
dicatum, vel petitor id ignorabat, ff. de cond. indeb. l. eleganter. §.
si quis.
c §. iuxta. ¶Est sciendum, quòd super illum §. Vbert. de Bo. quærit,
an petens executionem sententiæ necesse habet admittere defē
sorem, qui se offerat ꝓ ꝯdēnato? arguit, q̄ sic, ex illo §. & quia pu-
blicè, vtile est absentes à q̄buscunq; defendi, ff. de procur. seruum
quoq;. §. publicè. In ꝯrium alleg. ff. iud. sol. l. iam tamen. in prin. v-
bi condemnato fideiussore reus ad defensionem non admittit̄. I-
tem in bonis rei damnati nolunt iura executionē fieri, ff. de re iu.
à diuo. & l. si se. & iura, q̄ admittunt defensores in ciuilibus, loquū
tur, cū ventilatur actio, non cùm petitur executio: aliàs non esset
finis litium, cū finita causa cum isto defensore veniret postea se-
cundus & tertius successiuè, contra id C. de transactio. fratris. & d
dolo & contu. l. finem. Item non debet ex obligatione oriri obli
gatio, vt præd. l. si se. §. ait pretor. facit l. minor 25. an. & C. de exec.
rei iud. l. ij. Soluendo tenet per l. ff. de fideiussor. pro vēditione. q̄
admittetur defensor, si facere velit, quod dominus faceret, aliquā
tulum plus, s. satisdare: sed si hoc faciet, rectè defendet, ff. de pro-
cur. sed & hæc. §. defendere. & l. fi. & de iud. l. rectè defendi. Sed do
minus aut solueret, aut inchoaret sententiam. Ad hoc ergo faciē
dū admittēdus, est defensor. Audiet ergo dicēs actorē habere rē
petitā: vt hîc sequitur ver. xvij. vel aliā exceptionē doli oppone-
re, paratus probare. In his enim & similibus hîc expressis audiet: i
aliis non: sed fiet executio, C. de ap. si contra maiorem. Si eū vel-
let litem contestari super actione iudicati, vel facere, quæ domi-
nus non posset, non admitteretur, secundum eum.
d §. seq. ¶Contrarium vide, quod scripsi de of. del. cùm in iure. post
gl. Terminauit Rofr. bene in sua q. xlv. & Gui. de Suza. post eum,
vbi s. quòd si vnum statutum dat certam formam sententiandi &
aliud iubet sententiam intra tempus executioni mandari, non o-
bstante aliquo statuto, sententia, in qua cōstat formam primi sta
tuti non fuisse seruatam, executioni non mādabitur, ne primum
statutum dicatur sublatum: alleg. ff. de verb. obli. doli clausula. &
de leg. iij. si quis in principio. In dubio verò præsumitur pro sen-
tentia, ff. de inoffic. test. si pars. de re iud. in ambiguis. de elec. bonę
vers. contrà legati. C. de execut. rei iud. l. ij. & ff. de re iu. à diuo. Ad
primum dictum bene facit de iureiu. venientes. ad secundum op
timè C. de fide instr. & iure hastæ fiscalis, l. j. & 2. lib. x. Item vide, q̄
dixi s. ti. j. §. vt autem super forma, quoniam talis. Item scias, q̄ de
executione nullitatis, de qua generaliter loquitur auctor, ꝓuisū
est hodie per cle. de re iud. c. j. q̄ executio sententiæ bis confirma
tę per iudices appellationis, impediri non potest per exceptionē
vel actionem nullitatis, nisi priùs facta executione: de quo dicam
ĩ. tit. j. §. quoties. s. ver. sed secundum. Vltra hoc sciendū, q̄ Gui. de
Suza. in l. j. C. de iur. & fac. ig. dicit, non procedere, quod de nullita
te dicitur, quando statim de illa potest fieri fides. tunc enim, & nō
aliàs, impeditur executio, ff. ad exhi. l. iij. §. ibidem. ad Trebel. ille à
quo. §. si testō. vt in pos. leg. l. si is à quo. in princ. C. ad leg. Cor. de
fal. l. satis apertè. Probabit autem, secundum eum, nullitatem is, q̄
illam allegat, cùm præsumatur pro sententia, vt s. dixi. Item scias,
q̄ Gui. de Suz. vbi s. rub. vl. ante fi. addebat hos casus executionis
non petendæ, quando ꝯ eum factum erat pactū de non petendo
ff. de ædil. edi. quæritur. §. si vēditor. vbi dicitur, q̄ remittetur. &c.
Alius, si obstat pręscriptio xl. ann. transactorum post sententiam,
C. de præscr. xxx. vel xl. annor. l. vlt. Tertius, si facta erat solutio, ꝑ
quam omnis tollitur obligatio, Instit. quib. mod. tol. oblig. ī prin.
& ff. de re iud. l. 4. §. ait prætor. ADDE, quòd hanc addit. in prima
sui parte sequitur Paul. de Castr. consil. xv. vbi consuluit, q̄ stan-
te statuto, q̄ iudex teneatur sententiam proferre pure, & nō sub
conditione, alioq; statuto caueatur, q̄ sententiæ executioni man
dentur, nulla exceptione obstante, q̄ per hoc primum statutū est
sublatum: quin si ferat sententiam sub conditione, sit nulla: quo
verò ad aliud, q̄ executio impeditur, cùm quis incontinēti offert
se probaturum, aliàs non. Adde Abb. cons. liiij. ij. lib. Oldra. consi-
lio cvj. vbi pulchrè, cle. j. de re iud. vide etiam Pet. de Anch. cons.
lxxij.
e §. j. ¶Non debuit omitti casus decr. pia. de excep. lib. 6. §. pen. vbi
exceptio excommunicationis impedit executionem rei iudica-
tæ. & facit pro dicto Gui. de Suza. qui tenet in quæstionibus statu
torum, mihi sub litera V. quòd petenti executionem sententiæ o
bstat exceptio statuti, per q̄d sibi i° reddi n̄ debet: alle. ff. ad Mac. l.
tn̄ si n̄ opposita. & ff. de re iud. Nesennius. item Gul. Acc. q. q̄ inci
pit, Capitaneus Antiani, &c. vterq; hanc exceptionem vocat ano
malam, quia pœna erat ad quinquennium.
f Possim. ¶Hāc q. plenè tractat Cy. de ꝯd. indeb. l. j. sub tertia oppo
sitione: &, vt ibi dicit Iac. de Ra. & Pe. de Bel. tenebant illum non
audiri, vel executionē non īpediri de iure, ꝑ l. sub specie. hîc alleg.
in fi. & per l. argentarius. §. cùm autem. ff. de edē. quomodo indu-
cit, ibi vide: & dictum Iac. de Are. distinguentis, an ipsi creditori fa
cta fuisset solutio, an suo auctori. Cy. videtur, q̄ etiā si creditor n̄
fuit in dolo per sententiam latā ex falsa cā, competet restitutio,
per no. ff. de acqui. hære. si is ad quem. in fi. ff. ad Treb. seruo inui-
to. §. si prætor.
ADDE, quando contra sententiam possit opponi exceptio simu
lati, Per. de Anch. cons. cclx. ADDE pro hac quæstione, quam no
tabilem dicit d. Ab. Sicul. in c. suborta. & ibi etiam nouissimi, extr.
de re iud. vbi pulchrè examinat hanc quæstionem.
g Item. ¶Istum ver. & sequentem posuerat auctor. s. de excep. §. d.
ver. sed pone, petij. & ver. præce. hîc tamen addit versic. sed licet,
vt ibi dixi, fuerunt Alb. Gal.
ADDE Bar. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iurej. & Pau.
de Cast. cons. cxl.

tibi ad restitutionem,nec opposui exceptionem expensarum:qd potui,vt j.de expensis,§.j.versi.si autem fiant.nunquid potero in
a executione opponere[a]?Resp.sic,secundum M.qui dixit, dari vtilem actionem,vt no.ff.de cond.indeb.l.si in atea.in fi. quia de iure meo non fuit quæsitum,vt in præd.l.duobus,& e.ti.l.penult.§.fi. secundum Io.contrà,vt non habeam:nec videtur,quòd post sententiam possit hęc exceptio opponi,vt s.de hoc ff.de rei vend.in
10 fundo.¶† Item quid si mihi condẽnatus es in hypothecaria actione,& adiudicata est mihi domus in causa pignoris:nec dictum est,quòd possis mihi debitũ offerre?Et videtur,quòd non,donec suscipias iudicium in actione iudicati,vt ff.de petit.hæred.itẽ veniunt,§.idem rectè.nam qualiscunque possessor potest debitũ offerre hic vsq; ad prædictum tps,vt ff.qui.mo.pig vel hyp.sol.l.
11 Paulus.§.j.¶† Quid si coram executore dato ad sñiam exequendam opponitur,sententiam latã esse p falsa instrumẽta,vel p falsos testes?Dic,quòd non tenetur hanc exceptionem admittere, cùm non habeat cognitionem,vt de officio del.pastoralis.§.quia verò.Pōt tñ,si vult,audire aliqua de huiusmodi falsitate ad sui instructionẽ:vt si audiuerit,quod eum moueat,supersedeat, & sup iori reseruet.Arg.contrà:quia post sententiam admittuntur aliq exceptiones,præcipuè per quas iudicium retrò redditur nullum vt C.de iur.& fact.ignor.l.j.& no.ff.de re iud.l.si prætor.& s.de excep.§.dicto.vers.hoc tamen.Resp.admittitur.non coram executore,sed coram iudice competenti,aliàs inter partes cognitionẽ habenti:& sic loquitur præ.l.si prætor.in fi.Veruntamen præmissa exceptio,quòd sententia lata fuit per falsa instrumenta,vel testes,etiam coram iudice competenti proposita,non impedit executionem in integrum restitutione petita.nam sententia nõ fuit ipso iure nulla,ff.de re iud.diuus.s.de sent.§.quoniam.ver.ĩ sum-
b ma[b].ea autem petita,bene impeditur executio,nisi contra peten
c tem restitutionem præsumatur,vt ext.de in integ.rest,suscitata[c].

ADDITIONES.

a Opponere.¶Rof.sua q.xviij.posuit terminos prolixos de dño,q feudum,vel emphyteusim auocauerat à vasallo,vel emphyteuta pp seruitia non præstita,vel canonem non solutum:& datus fuit per Papam executor sententię antecessoris vasalli,vel emphyteutæ,iam lapsis annis xxx.concessit alteri in feudum,vel emphyteusim,qui fecerat ibi magna ædificia,quærebatur.an contra eum fieri possit executio?Alb.Gal.ext.opus formabat sic:quidam vendidit casamentum meum emptori bonæ fidei,à quo illud vendicaui de causa,postquam domum ibi construxerat:peto executionẽ sententiæ:& ille excipit de expensis:quæritur,an hoc modo illas consequi possit?Sed in opere,vbi remisit,s.ver.prox.prius breuissimè posuit istud thema,vt hic:sed themate posito habetur in opere:dic, vt dixi in studio Paduano : suspicor, quòd hoc verbum fuit additio,vt j.dicam.Est autem sciendum,quòd secundum suũ thema Rof.tenuit sententiam executioni mandari posse ꝯ possessorem,maximè eo casu,quo dicitur rem fuisse feudalem:quæ si alienetur,non obstat temporis præscriptio,quò minus possit vendicari,vt in constitutio.Federici,de feudis,imperialem decet solertiam.habet tamen hoc petens offerre possessori impensas ædificij:aliàs poterit doli exceptione repelli.allegat l.si in area.& l.in fundo.inferius allegatas,& Inst.de rer.diuis.§.ex diuerso.ver.certè illud.& ff.de acqui.re.do. l. adeo.& quia quæstio hæc in voluminibus habetur,non plus insto:& quia sequens nõ sic habetur, instabo.Sed paulisper Alb.Gal.fortè in studio Paduano prosequens hoc pleniùs,quàm scripsisset in opere, post allegationes , sic soluendo distinguit : Aut expensæ peti possunt per actionem, vt in commodatario,depositario, & creditore patet,ff.commo.ĩ rebus.& possunt,ff.de furt.si is qui rem.ff.de posi.l.ei apud.ff.de pig. ac.si necessariam.Isti enim & similes,cùm habeant actionẽ,multo fortiùs retentionem,ff.de superfi.l.j.§.quod ait.ff. ex qui. cau. ma.necnon.§.exemplo.de inoffi.test.contrà veterani.§.si quis filius.ff.ad Treb.hæres,cui.Si verò non per actionem , sed solùm p exceptionem,expensas consequi poterat,vt ff.de act.emp.idẽ Iulianus.§.j.& in præ.l.si in area.in fi.ff.de doli excep.l. Paulus. Aut fuit de his habita mentio in causa principali:& tunc habebitur actor pro tacitè absoluto:& tunc eo deducto condemnandus est, vt in l.in fundo.in fi.Nec obstat l.domus. ff.de leg.j.& l.qui exceptionem.§.fi.ff.de cond.indeb.quæ dicũt,quòd si hæres domum legatam refecit & dedit legatario , repetit expensas : quia ibi domus erat hæredis.& non defuncti : vel ibi sub conditione fuerat legata:vnde interim erat in dominio hæredis.Si autem in principali nulla fuit habita mentio, tunc consequabit expensas. faciunt omnes leges de retentione loquentes.& l.duobus. ff.de except. rei iudic.veniat.l.colonus.ff.de vi & vi arm.in fin.C.vnde vi,non ab re.& quando prouoc.non est nec.l. fi. maximè cùm naturalis æquitas retentionem inducat,ne quis ex alieno damno lucretur ff.de cond.indeb.nam hoc natura.de peti.hære.l.planè & regula, locupletari.de reg.iur.lib.6.

ADDE,quid si in bonis sunt aliqua,in quibus non sunt facta melioramenta,& in aliquibus sunt facta,an statim debeat fieri executio in illis,in quibus non sunt melioramenta-Pau.de Cast.consi. cccxxiiij.

b In summa.¶Vide,quod dixi de excep.cùm venerabilis.super gl. pen.

c Suscitata.¶An autem hęres,vel eius procurator,qui cauit iudicatum solui,post sententiam possit vti beneficio inuẽtarij ad impediendam executionem,dixi de instr.edi.§.fi.super ver.sed nũquid hæres.

ADDITIONES NOVAE.

☞ Nota ꝙ cum petit̃ executio sententiæ pars contra quam petit̃ nõ pt petere ꝙ de hoc compromittat̃ vigore statuti dicentis debere compromitti đ causis,&c.idem cum petit̃ executio vigore alicuius instrumenti confessionati.de quo p Bar.l.post rẽ.de tra. & l.eleganter.§.si quis post. de cond.ind.& l.post decisionem.C. de fur.

In l.defendente.de aucto.tu.Bar.ex hac l.dicit ꝙ cum petit̃ sen, executioni mãdari, iudex pt incipere à præcepto de soluendo, vt præcipio ꝙ soluas , aut ostendas cām quare soluere non debeas, & executioni sententia mandari debeat.fac.l.de pupillo.§. meminisse.de ope.no.nũ.Alius modus exequẽdi est,vt primò citet̃ ps vt veniat ad opponendum quare sententia nõ debeat executiõi mandari.licet quidam dicant ꝙ sententia possit etiam executioni mandari parte non citata,vt plenè no. in l.à diuo pio.de re iud.& Bal.in l.j.C.de iur.& fac.ignor.

In dic.l.j.C.de iuris& fac.igno.not.ꝙ ille dicit̃ incipi conueniri, vt Inst.de pœ.tem.lit.ergo hic est expressũ ꝙ in executione sententiæ requirit̃ citatio.& hoc tenet hic Pe.&gl.in l.qui.de inoffi. test.vbi dicit̃ ꝙ in executione dant̃ dilationes ad defendendũ,licet debeant esse breues.In contrariũ fac.l.j.de iud.Inno.in c.ex ratiõe.de ap.tenet vnum: aliter distinguit in c.cum inter.aliàs cum venerabilis.de excep.

An captura personæ quæ nõ est propriè executio, sed ꝯpulsio, possit fieri post sententiã sine alia citatione:& credo ꝙ sic, præsupposito ꝙ nõ requirat̃ excussio bonorũ. Præterea in libellis petit̃ quis condemnari,& condemnatũ compelli ac cogi.vnde de hoc toto est cognitum fac.l.j.C.qui bo.ce.po.secus si excussio bonorũ esset necessaria.nam excussio nõ pt fieri sine citatione.vide qđ no.in l.3.de suspec.tu.Bal.vide eundem in l.ab executione.quor. ap.non recip.contra Bar.in l.à diuo Pio.de re iud.Bal.in repe.l.tale pactum.§.qui prouocauit.de pac.

Nota casus impedientes executionem sententiæ qui dicũt̃,in l. vnica C.in inte.resti.postu.Prim⁹ ē exceptio solutiõis,l.ij.de fals. C.secundus mala interpretatio,l.3.ff.de ap.& l.vn.nil no. ap.pen. Tertius appellatiõe interposita.l.3.C.de appel.Quartus est de restitutione petita,dicta.l.vnica.C.in integr.rest.post.& Bar.in dic. l.defendente de aut.tu.de hoc per Bal.in l.eos.C.de exec. rei iud. ꝗntus in rei vẽdicatiõe post sen.fac.nouatiõe.l.4.§.si ex ꝯctiõe. ff.de re iu.sextus si ex falsis instr̃is allegetur sñiæ ꝓlatio,C.si ex fal. instru.septimus translatio l.neque.§.j.de in ius voc. octauus si fiat controuersia super rebus super quibus fit executio, l.à diuo Pio. §.si super rebus.de re iud.circa qđ dic ꝙ si tertius impediẽs veniat iure hypothecæ,non auditur,nisi possideat,sm Ang.in d.l.à diuo Pio.§.ꝙ si res sit pignorata.& sm Alb.& Rapha.de Ray.ibidẽ ĩ nouis recollec.licet ꝯ videatur tenere in veterib⁹. Nonus si delegatus velit exeq suã sñiam in rebus q̃ sunt in alieno territorio,dic.l. à diuo Pio.in prin.Decimus si iudex velit exeq suã sñiam in reb⁹ q̃ sunt in alieno territorio,l.fi.de iuris.om.iud.& c.vt animarũ.de ꝯsti.li.6.Vndecim⁹ si ꝯdẽnatus cedat bonis,l.j. qui bonis cedere poss.Duodecim⁹ si debitũ ē ꝯditionale,l.3.ff.ad leg.Aqu.Decim⁹ tertius si res in condemnationem deducta ad petitorem perueneerit,vt l.j.C.de re iud.de hoc per Bald.in l.eos.C.de exec.rei iudi.& j.de rest.in integ.& in auth.quæ supplicatio.de pre.imp.off.

In c.postulasti.de foro cõpe.Pone ꝙ laicus recõueniat clericũ in foro ciuili, & ꝯdẽnatus est clericus:quis dictã sñiam executiõi mandabit.arg.istius c.dic ꝙ episcopus suus, non iudex secularis.

In l.actori.C.de iurei.ꝗro quomõ formetur sñia ĩterlocutoria sup executionẽ.gl.dicit ꝙdebet dicere,declaram⁹ iudicatũ,&executionẽ mãdam⁹ solui.de quo gl.ĩ l.j.C.de sñiis q̃ sine cert.quãt.& si ē sñia declaratoria,puta aliqđ deberi,iudex ñ ꝯdẽnat aliter,sed đclarat đberi,qa tacitè vr̃ ꝯdẽnare,l.qđ tñ.§.j.de arb.fac.l.sed si possessionẽ.§.j.de iurei.& circa hoc singulare dictũ in Cle.auditor.đ resc.in dicta l.actori.Itẽ q̃rit an ex sñia lata sup inepto libello oriatur actio in factũ,an sit nulla ipso iure?gl.Inst.de obl.in prin.dicit ꝙ sententia est ipso iure nulla,gl.quæ incipit istud.Bal.vbi s.

In gl.j.C.ne filius pro patre.Bal.quęrit an valeat statutũ quòd pater teneatur pro delicto filij,seu ꝓ filio.& item vtrũ intelligat̃ de delicto

delicto commisso vbicunq; locorū. Item si statuto caueẽ ꝙ instrumenta ꝯfessionata mandenẽ executioni, an habeat locū ĩ instr̃is factis ext. territor. ū. Itē quid si in loco executionis nulla p̃t opponi exceptio, quid si instrumentū, factum est ext. territoriū. Itē an pater teneaẽ soluere condemnationē pro filio, si sit iniustè condemnatus, vel ex contumacia. & an filius sit primò excutiendus quam pater. Item quid si filius est cōdemnatus patre ñ citato. Itē quid si filius est condemnatus in omnibus bonis, habeatne locū statutū de soluenda eius cōdēnatione per patrē. Itē quid si pater soluit condemnationē pro filio, an repetet à filio. Bal. in dic. l. j. & adde l. 3. §. si filius. quod quisq; iur. & de cōtumacia gl. Inst. de no. §. fi. fac. Bal. in l. fi. de vsu. rei iud.

50 In l. Macedonianū. aliàs si filius tuus. ad Maced. Bal. dicit si statuto caueẽ ꝙ pater teneaẽ soluere cōdemnationē filiifam. an teneatur soluere condemnationem nepotis: & tenet quò non: cū statutum sit odiosum & loquatur solum in filio.

De istis executionibus sententiarū, dic ꝙ si aliquis est iudex ad executionē deputatus, aut tractaẽ de executione s̃n̄iæ, & tūc ñ debet cognoscere vtrū sit iusta vel iniusta, cū sententia lata dicaẽ, l. si vt proponis. de exec. rei iud. sed si sententia dicatur nulla, vel ad eam opponaẽ exceptio quæ p̃t opponi post s̃n̄iam, tunc aut ipse iudex qui est deputatus est ordinarius ad executionē, & tunc debet cognoscere de nullitate sententiæ, & de tali exceptiōe ꝓposita, vt C. si ex fals. instr. l. fi. & l. si prætor. §. Marcellus. de iud. aut ē delegatus, & tunc debet subsistere, & negotiū ad delegātē remittere, cū sup ipso diminuēdo iurisdōnē nō hēat, vt c. de cætero. de re iud. si aūt s̃n̄ia non apparet lata, aut tractẽ de executione alterius negotij, vt puta rescripti, vel priuilegij, vel grauaminis ĩpositi semper debet executor de toto negocio cognoscere, siue sit ordinarius, siue delegatus, l. & si non cognitio. si contra ius vel vti. pub. & c. ex parte. de of. del. & hoc est verū in iudice executore, secus si est nūcius, qui quandoque appellatur executor, l. pen. C. de execu. rei iud. nunquā debet se intromittere de cognoscendo in aliquo casu, cū nullam habeat iurisdictionē, sed nudū præbet ministeriū in executione sententiæ, quam facit iudex, vt no. in l. j. đ iurisd. om. iud. nisi specialiter esset ei à iudice cōmissum, l. fi. de iu.

Pone ꝙ iudex appellationis confirmat primā sententiā, quis eā exequeẽ, no. in l. si qs litigātiū. C. de epis. au. & l. à diuo Pio. in pr̃. per Bar. de re iud. & l. tale pactū. §. qui prouocauit. de pac. per Bal. & l. eos. de ap. per Cy. in l. lecta. ff. si cert. pe. Bal. quærit, quidā fuit captus pro debito die feriata, & talis executio tali die fieri nō poterat: quia erat in honorē dei, qua die capi non p̃t nisi fugitiuus, l. fi. C. de feriis. si enim esset feriata ob messes, bene posset capi persona pro executione sententiæ de capiendo lata tempore iurisdico: licet sententia de capiendo interlocutoria non posset ferri illa die in ciuili causa, l. j. de fer. & c. fi. de iud. & ibi nota quòd quælibet sententia p̃t mandari executioni tempore messiū: sed in feriis repentinis est dubiū: tamē gl. in clem. sæpe. de verb. sig. notat, ꝙ feriæ repentinæ quę indicūtur principaliter ob fauorem pub. vt ꝓpter lætitiā, vel tristitiā, ęquiparaẽ feriis introductis ad fauores diuinos, l. fi. C. de sacrosan. eccl. in causis verò criminalibus nō sunt feriæ messiū, sed repentinæ, & in honorem Dei sic, l. j. C. de feriis. Pone ergo reuocatur in dubiū an quis sit legitimè captus: iudex commisit causam cōsilio sapientis, an iste esset rectè captus: qui sapiens consuluit ꝙ nō teneret captura, propter ferias: opponitur cōtra cōsiliū, ꝙ hoc nō venit in puncto cōmissionis, & nō debet cōsulere extra articulū seu punctum ꝯmissionis, ar. l. qui per salutē de iureiu. & hic cōsuluit extra articulū. nam aduerbiū rectè, designat causam, sed ritè designat modū, l. iuste. de acq. poses. & l. nō putauit. ff. de contratab. & l hoc colore. de inoff. testa. potest etiā consultor adiicere id quod venit ad declarationem seu limitationē, vt l. iusiurandum. §. non propter. de iureiur. & licet quis die feriata non possit capi, tamen potest relaxari, & accipi fideiussor de eo præsentando, l. custodias. de pub. iud. & l. diuus Traianus. ff. de feriis. Bal.

Nota quòd quando fit executio sententiæ, debet fieri in prædiis vicinioribus victoris, vt l. quicunque. de omni agr. deser. libr. xj. Andre. de Barudo.

Quod si habeo sententiam pro me an possim petere mandari executioni in rebus penes me existentibus? & videtur ꝙ sic, l. quicunque. de omni agr. deser.

Statuto cauetur ꝙ executio nō fiat in bestiis aratoriis: mō aliqs habet vnum æquum de quo arat, & etiam æquitat: an possit peti executio in isto equo. Cy. in l. ij. C. ad l. Aquil. ponit.

Nota ꝙ si quis contra dicit executioni sententiæ, diciẽ actor, & ille q̄ petit executionē dr̄ reus, ita Inn. in c. j. circa fi. de ꝯfir. vti. vel inti. & c. bonę. de ap. simile esset in pacto licere ingredi possessio.

Statuto caueẽ ꝙ si quis cōmiserit homicidiū. dom⁹ destruatur: mō q̄dā habēs partē inferiorē vni⁹ turris, ꝯmisit delictū: an dom⁹ tota destruaẽ. Bar. in l. sed interdū. ff. de aqua pluui. arc. & l. si finita. de dam. infec. & l. & si seuerior. de his qui no. infa.

In l. p̄nti. §. sane. de his qui ad eccl. confu. iste tex. dicit ꝙ sententia lata contra debitorem possit mādari executioni contra extraneū possidētē res debitoris: fac. l. à diuo Pio. de re iud. verum iste leges vidētur loqui in iis qui tenebant res nomine debitoris: posset ēt dici ꝙ loquunẽ in suo noīe possidētibus, & hoc habeat locū ar. l. si is cui. §. qui in possessio. vt in pos. le. sic ergo ñ dato libel. iudex in qret ꝯ eos q̄ dicūtur possidere res d̄bitoris ꝯdēnati. sic & alias ĩ ciuilib⁹ in qrit, l. testiū. de test. & l. j. §. si plures. de magi. ꝯue.

An sententia lata ꝯ reū mandabiẽ executioni contra fideiussorem? not. in l. scimus. §. fin. de vsur. rei iud. & l. j. iud. sol. ff. & not. in Spec. & in l. ij. §. j. qui satis. cog. & l. si quis pro eo. §. si nummos. de fideiu. Io. Mon. in c. j. de dam. da. Inn. in c. auditis. de rescr.

Pone mulier condemnata est constante matrimonio: qualiter mandabiẽ s̃n̄ia executioni? Respondeo in his q̄ percipiebat à viro l. ꝯmodis. de re iud. & l. stipendia. de executione rei iud. fallit in casibus no. in l. si q̄uis. de bon. damn. & hoc de his q̄ cōtingunt post matrimoniū: sed quid si ante matrimoniū habeat creditores, & ipsa dedit omnia bona in dotem, dic ꝙ videẽ dedisse tantum ea quę supersunt deducto ære alieno, vt l. mulier. de iure dot.

An s̃n̄ia possit mādari executioni die feriata, videẽ ꝙ sic, nā licet sententia de mittendo tali die ferri nō possit, cū desideret causæ cognitionē, l. ordo. C. de exec. rei iud. t̃n executio q̄ est facti, vt l. ab executio. quorū ap. ñ reci. b̃n posset illa die expediri, quemadmodū cætera q̄ sunt facti, vt appellationē interponere, l. j. §. cū dies. quā. ap. sit. sic & similia. đ quo ꝑ Bar. in l. j. §. j. de ope. no. nū. Do. Signorol⁹ in ꝯsiliis suis in prima parte tenet ꝙ nec s̃n̄ia nec executio fieri possit die feriata. Io. And. in c. fi. de iud. li. 6. Ang. in l. eadē. de fer. & no. ij. q. ij. sicuti & c. Adā. de pœ. dist. j. Io. And. in c. fi. đ iu.

Si pater virtute statuti teneaẽ assignare partē filio delīquēti: q̄ si fili⁹ inculpatur, & ꝑ cōtumaciā ꝯdemnaẽ an teneatur assignare, licet nō ꝓbetur ipsū delictū ꝯmisisse. Bar. in l. cū fili⁹. đ ver. ob.

In l. si qua pœna. de his q̄ sunt sui vel alieni iuris Andreas de pis. quærit: pone. ꝙ filius ꝯmisit delictū, ex quo bona veniūt publicāda ex forma statuti: moritur fili⁹ post s̃n̄iam latā de bonis publicādis: an legitima q̄ ꝯpetebat isti filio de bonis patris veniat applicāda fisco. & vr̄ ꝙ sic: nā bona delinquētis trāseūt ĩ fiscū. l. inter eos. de fideius. Itē spes debiti transmittitur ad fiscum, l. inter socium. §. j. de pac. dota. In contrarium: nam hæreditas non adita non transmittitur, nisi ad suos: ergo non ad fiscum, qui loco extranei est, l. Paulo Callimacho. de leg 3. & l. ex facto. §. ex facto. & §. si quis rogatus. ad Treb. l. j. §. si filiusfa. de his qui deie. vel effu. no. j̃. de succe. ab inte. Bal. in l. j. C. de hære. inst. & in l. si qua.

Quid si corā executore dato ad sentētiā exequēdā, opponatur sententiā latā ꝑ falsa instr̃a, vel per falsos testes: an teneatur hanc exceptionē admittere? no. in Spe. fac. l. si vt proponis. de exce. rei iud ꝯ oppo. de l. & si nō cognitio. C. si contra ius vel vti. pu. facit l. fi. C. si ex fal. instr. quidam dicunt ꝙ duplex est executio, videlicet mera, vt quando idem tulit sententiā & eam exequitur: & tūc executor p̃t cognoscere sup suggestione falsi: nō sic: si opponatur ꝙ sentētia sit lata per falsos testes. nā hæc cognitio reseruatur illi q̄ tulit sententiam. sed in l. si prætor. §. j. de iud. dicitur, ꝙ corā executore debet probari dolus aduersarij qui obtinuit, & coram eo debet probari falsitas instrumentorū, per quæ lata est sententia. sed dic ꝙ veritas est ꝙ iudex executor nunquam debet recipere aliquas probationes, per quas iudicet super principali negocio, sit mādāda s̃n̄ia executioni, vel nō: nā fieret præiudiciū negocio pr̃cipali, & sententia remaneret inutilis, obstante exceptione rei iudicatæ. sed p̃t b̃n recipere ad sui instructionē probationes, & si aliquid inueniret, remitteret ad superiorē. Do. Io. An. in c. pia. de exce p. lib. 6. fa. l. diuus. de re iud. & de exceptione cognoscit summariè. sed non pronunciat, vt c. pastoralis. de off. del.

Quid si fui condemnatus per sententiam tibi ad restituendum rem: & ipsam tibi restitui: deinde ipsa res ad me peruenit: an poteris contra me agere amplius actione in factum ex sententia ad rē vendicandam. gl. in l. Claudius. qui po. in pig. ha. ꝙ non. gl. in l. sed & si possessori. de iureiur. tenet contrarium.

Quid si sentētia feratur ĩ reali, an nascatur actio in factū gl. ĩ l. Iulianus. de excep. rei iud. dicit quòd non. glo. in l. nam & postea. §. si minor. de iureiur. alias. §. si petitur. no. contrarium.

An sententia lata contra vnum possit mandari executioni contra alium qui habet causam ab eo, l. qui habet rem quam ille desiit dolo possidere, no. in l. C. de alie. iud. mut. cau. fac. in 8. q. ꝑ Bart. in l. is cui. §. qui non posset. vt in posse. leg.

1 *Appellari à quibus possit.*
2 *A sententia arbitri non est appellandum, nec ab executore.*
3 *Appellare non licet à sententia lata in curia Franciæ.*
Rex Franciæ in temporalibus superiorem non recognoscit.

¶ A quibus appellari possit.

1 3. §. Videndum restat, † à quibus appellari possit. Et quidē generaliter ab omnibus, tam delegatis, quàm ordinariis, ij. q. vj. c. ij. & c. ad Romanam. extrà de appe. cùm sit Romana. nisi in rescripto remota sit appellatio, vt s. §. prox. versi. ij. & versi. verum. A principe autem, scilicet à Papa, vel Imperatore, non appellatur, vt ij. quæst. vj. anteriorum. versi. illo. ix. q. iii. cuncta. & c. per principalem. nec à sententia præfecti prætorio, sed supplicatur ab ea: nec à sententia senatus, vt C. de sent. præfect. præt. l. j. ff. à quibus appel. non lic. l. j. ff. de mino. præfecti. ij. quæstione sexta, anteriorum. nec à sententia episcopi, vt suprà §. prox. versiculo, vigesimosecundò. Quòd autem dixi à sentẽtia præfecti supplicari, verum est, cùm prima sententiam profert, vel cùm primam sententia per alium latam ex appellatione infirmat: si autem iam bis iudicatum sit, & præfectus tertiò ex appellatione cognoscit, tunc si confirmat priores sententias, non supplicatur; sic intellige C. ne li. in vna eademque causa ter. pro. l. vnica: de isto dic, vt suprà de iurisdict. om. iud. versi. magis. Item quod dixi de sẽtentia senatus, intellige de omnibus senatoribus simul, qui erant numero centum, C. de pet hæred. l. fin. de quolibet senatore sepa
a ratim non.[a] ¶† Item à sententia arbitri non appellatur, vt s. §. px.
2 versi. xvj. Item ab executore non appellatur: quod dic, vt suprà §.
3 prox. versi. v. ¶† Item à sententia lata in curia Franciæ non appellatur, cùm rex ipse in temporalibus superiorẽ nõ recognoscat, vt extrà qui filii sint legit. c per venerabilem. & sic ibi de facto seruatur. Vtrum à iudice cõmuniter electo appelletur, & ad quem: dic vt suprà de comp. iudic. adi. §. j. versic. sed an. & versicu. sed ad quẽ.

ADDITIO.

a Separatim non. ¶Dicit Gul. quòd quidam sibi attribuunt, quòd vnus, vel duo senatores Vrbis, qui hodie præficiuntur, de quibus in decret. fundamenta. de elect. lib. vj. non habeant illam potestatem, quam olim habuerunt illi centum: sed dicit, quòd separatim vnus, vel multi, si potest, quod omnes possunt: Pet. & Cyn. in pd. l. fin. sub dubio fortè, tenent, quòd eandem habent, per l. sicut & l. planè. ff. quod cuiusque vniuer.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest ad Papam, omissis mediis, sine tamen præiudicio inferiorum, & damno litigantium.*
2 *Appellans à metropolitano procedente simul auctoritate ordinaria & Apostolica, an sit admittendus.*
3 *Appellatio diuersimodè, & à diuersis fieri potest.*
4 *Processus appellationis à vicario ad episcopum, qui causam commisit, &c. an sit validus.*
5 *Appellans à delegato Principis, coram principe tantùm agere debet.*
6 *Commodum de fraude nemo reportare debet.*
7 *Appellatione ad Papam facta, etiam fieri non debita, quo casu teneat.*
8 *Iuris appellatione quid intelligatur.*
9 *Delegato subdelegante sub hac forma, Committo vices meas, quousque ipsas duxero reuocandas, an per talem subdelegatum sententia lata teneat.*
10 *Delegatus à non Principe, qualiter, & quo casu possit causam alij subdelegare.*
11 *Duorum delegatorum si vnus committit totaliter alteri vices suas: alter verò committit aliqua, sed non in totum, ad quem ab istis sit appellandum.*
12 *Appellari de pari ad parem an liceat.*
13 *Sententia lata, à qua appellatum non est, si iudex committit alicui executionem tantùm, à quo appellatur, ad quem debeat appellari.*
14 *Appellanti per errorem ab vno pro alio, an noceat talis error.*
15 *Ad legatum Papæ an liceat omissis medijs appellare.*
16 *Appellans simul ad plures, ad quem intelligendus sit appellasse.*
17 *Parte ad legatum, & altera ad metropolitanum à sententia suffraganei appellãte, cuius tenere debeat appellatio.*
18 *Processus contra appellantem tenere dicitur, vbi incertum est, ad quem appellatio inferatur.*
19 *Sempliciter appellans, nec dicens ad quem appellet, ad quem intelligendus sit appellasse.*
2 *Appellans ab episcopo, si dicat, appello ad maiorem iudicem, qualiter, & de quo sit maior interpretandus.*
21 *Appellatione facta à sententia episcopi ad metropolitanum, si contingat ipsũ metropolitanum mori, & episcopum loco eius substitui, an ipse substitutus possit de causa apppellationis cognoscere.*

¶ Ad quem appelletur.

4. §. Nunc tractemus, ad quem sit appellandum. Et quidem à minori ad maiorem, & gradatim: id est ad eum, qui in gradu proximo superior est eo, à quo appellat: putà ab archidiacono ad episcopum: ab episcopo ad archiepiscopũ: ab archiepiscopo ad primatem: ab illo ad Papam: & sic seriatim, vt C. de appel. præcipimus. ff. eo. Imperatores. & l. prima, §. si quis. extrà eod. dilecti filii, prior. & cap. Romana. responso i. ij. quæstione sexta, si quis putauerit. & cap. placuit. & l. anteriorum. ver. ad hoc. & ver. illo: videlicet. & quæst. vij. c. metropolitanum. Excipitur tamen dominus Papa, ad quem potest omissis mediis appellari. vt ij. quæst. vj. ad Romanam. & ca. præceden. & ca. quoties. & c. ideo. & extrà de appel. si duobus. & c. solicitudinem. extrà de priuileg. antiqua. Et est ratio: quia ipse est ordinarius singulorum, vt extrà de elect. cùm nobis olim. Delegato dic, vt infrà vers. & nunquid. Benedictus sit tamen Imperator, qui licet dominus Mundi sit, vt ff. ad l. Rho. de iact. deprecatio. & licet omnes prouinciæ sub eo sint, vt lxiij. distin. Adrianus. & omnes nationes. vt xj. quæst. j. hoc si quis. ver. volumus. & omnes principes. vt vij. q. j. in apibus. præter regem Franciæ, vt extrà qui fi. sint leg. per venerabilem. circa medium, & licet omnia sint in eius potestate, vt viij. dis. quo iure.
1 & xij. q. i. futuram. & C. de quadri. præsc. bene à Zenone. † non tamẽ patit̃ in pǭiudiciũ inferiorũ ordinariorũ, & ĩ dãnũ & laborem inæstimabilẽ litigatorũ ad se omissis mediis appellari: quod si fiat,
a remittit appellãtẽ ad iudicẽ cõpetẽtẽ, vt ĩ p. l. Impatores respõ. j.[a] cum

ADDITIO.

a Respon j. Lib. vj.
ADDITIO. Adde ad versi. sequen. ibi, præter regem Franciæ, ꝙ idem tenet Spec. in titu. de feu. §. quoniam ver. xv. & Ioan. de Turreb. cre. in c. in apibus. col. ii. ver. ad primum. vii. quæst. i. & tenet Old. consilio lxix. incip. consueuit dubitari. vbi in col. fin. versicu. non obst. dicit, ꝙ nec de facto, nec de iure rex Franciæ recognoscit superiorem. Adde do. Ias. in l. i. col. 3. ver. nunquid autẽ rex Francorum. in i. lectura, C. de summ. trini. vbi dicit, ꝙ communiter tenetur, quòd de iure non sit subiectus Imperatori. & vide Bald. in consil. ccxvii. incip. ego puto. in princip. in iii. volu. vbi formaliter dicit, ꝙ contra regis Franciæ, decorem, id est contra prima vexilla inuictissimi regis Francorum nemo præsumat honorẽ: & in col. fin, ver. illud etiam. vbi etiam expressè dicit, ꝙ rex Francorum, qui francus est à iure Romano, & dedignatur legibus subiici, non tamen dedignatur sacros canones imitari: & per eundem Bal. cons. ccxviii. incip. petita via flexis genibus loquar. col. i. versic. & ideo. eo. vol. iii. vbi etiam dicit, ꝙ super omnes reges Christianorum rex Francorum obtinet coronam libertatis & gloriæ. Et adde, ꝙ reges Franciæ consueuerunt in eorum consecrationibus vngi ampulla, quam apportauit de cœlo columba cum chrismate rostro suo. vt per Guid. Papæ in quæstionibus suis, quæstione cxiiii. incip. in hac ciuitate. circa fin. Henr. Fer.

cum suis concor. Licet enim princeps omnia possit, & legibus nō adstringatur, tamen viuere debet secundum legem, vt extrà de concess. præb. proposuit. & C. de legi. digna. & xxv. quæst. prima, §. si ergo. in princ. aliàs in §. his ita. tunc enim iura sua seruantur, quā
a do eis ipse reuerentiam exhibet, vt ix. distinct. iustum. Palea est [a]. ¶Et nota, quòd cùm appellatur ab eo, qui habet iurisdictionem à persona ecclesiastica, appellatur secūdum canones medio omisso, & ante sententiam, & non secundum legem: vt probatur extrà
2 de foro comp. licet. & de appellationib. si duobus. §. denique. ¶† Quid si appellatur à Metropolitano procedente simul auctoritate ordinaria, & etiam apostolica, vt extrà de corp. vit. significauit. de præben. nisi. de officio ord. licet. Respon. dicit Papa in decret. vt debitus. super verbo, ante sententiam. absque rationabili causa, in commento & etiam in Summa de hoc multa not. Alii autē, quibus Ioan. & Pet. assentire videntur, ad Papam fore appellandū
b dicunt, non ad primatem, vt not. ext. de præscrip. cùm ex officii [b].
3 ¶†Et hoc in ordinariis: in delegatis autem dic, quòd si est delegatus ad vniuersitatem causarum à minori iudice, quàm sit Papa, vel Imperator, potest vnam tantùm ex illis subdelegare: & ab isto subdelegato appellabitur ad ordinarium, & non ad delegatum, qui illum subdelegauerat, ff. quis, & à quo appell. l. prima. §. fi. secundū
c Tancr. [c] quod mihi non placet, vt iam dicam. Vt autem in hoc articulo pleniùs instruaris, distingue: quia appellatur quandoque ab ordinario, quandoque à delegato, quandoque à subdelegato. Si ab ordinario, gradatim debet fieri, excepto Papa, vt prædixi. Si à delegato, subdistingue. nam aut est delegatus ad vniuersitatem causarum, aut ad vnam tantùm. si ad vniuersitatem, vt est vicarius episcopi, vel officialis, qui ordinarius censetur, tunc appellatur ad archiepiscopum, ad quem ab ipso episcopo appellaretur: quia vnum & idem Consistorium censetur officialis & episcopi, extrà
d de appellat. Romana. in princ. [d] & tamē hìc posset ad Papam omissis mediis appellari, vt suprà. ¶† Quid si de facto appellatur à vi-
4 cario ad episcopum, qui causam committit, & partes scientes cōmissionem non tenere, litigant coram delegato? Dicunt quidam quòd non valet processus, ff. de appe. ex consensu. §. i. de hoc no. C. de iurisd. om. iud. priuatorum. & suprà de comp. iudi. adi. versic. x. & sequen. non enim valet delegatio causæ, quam partibus scientibus committit, vbi delegare non potest: no. C. de pœna iudi.
e l. ij. Alii contrà [e]. ¶† Si verò à delegato ad vnam causam tantùm,
5 aut est delegatus à principe: & tunc ad principem tantùm, vt ff. qs & à quo appel. l. i. in princ. & extrà de off. deleg. super quæstionū. Aut ab alio inferiori ordinario: & tunc ēt ad eundem ordinariū, vt in ea. l. respon. i. & l. fi. & extrà de appel. cùm speciali. & xi. quæ. i. peruenit. & in præd. cap. dilecti. in parte decisa, vt ibi not. & idem not. extrà de foro comp. si quis contra. ibi tamen loquitur, quando ordinarius recusatus causam alicui delegat, à quo delegato si appellari cōtingat, dico, quòd ad archiepiscopum potest, omisso episcopo, appellari: quia cùm ordinarius sit recusatus, non dicitur
f facere medium: argum. ii. quæst. vi. ca. placuit. secundum Vinc. [f] licet B. not. contrà ibi. His tamen casibus ad Papam posset semper appellari, vt suprà. Sed ad quem appellabitur ab arbitris ad cognoscendum de causa suspicionis electi? Resp. ad Papam, cuius intel-
g liguntur esse delegati, ext. de app. cùm cessante [g]. ¶†Sed fm præ-
6 missa, si iudicis, ꝙ ab eo, cui eps vnam causam delegat, debet ad ipsum episcopum appellari: ergo episcopus semper causam appellationis committet, ne causa ad superiorem veniat: respō. aut ipse episcopus est suspectus: & tunc ad supiorē appellabitur, nō ad eum vt iam dixi: aut non est suspectus, & tunc si episcopus in fraudem causam appellationis cōmittat, ne causa ad superiorem perueniat, nō debet de fraude commodum reportare, ff. de eo, per quem fact. est, l. ij. extr. de rescri. cap. sedes. in fi. cum suis concor. & c. seq. Nam de iure ipse habet necesse causam appellationis per se audire, vt extrà de app. vt debitus. ibi, de appellatione cognoscat. & in auth. vt defun. seu fun. defun. non iniur. §. pen. etiam si aliis occupetur negotiis, vt ibi no. ad idem C. de iudi. auth. ad hæc. Et credo quòd sentētia excommunicationis per modum cōsilii in generre: lata per Metropolitanum contra fraudes huiusmodi committentes valet, & tenet, argu. exrà de inst. c. iij. extrà de offic. vic. Ro-
h mana. [h] & de off. ord. c. ij. Sed quoniam, qui fraudem allegat, fraudem probare tenetur, vt ff. de prob. quoties. §. qui dolo, quod difficile foret Metropolitano probare, necessarium esse huiusmodi
i fraudibus per sedem Apostolicam obuiari [i]. ¶ †Cæterùm si ap-
7 pellatur à subdelegato, subdistingue nam aut est subdelegatus à delegato Principis, putà Papæ, vel Imperatoris: aut à delegato alterius. Si à delegato Principis, aut delegatus subdelegauit totam causam: & tunc tantùm ad principem appellatur, vt extrà de offic. deleg. super quęstionum. §. porro. aut aliquid de iurisdictione sibi retinuit: & tunc si sit remota appellatio in rescripto, non potest appellari ad Papam, sed ad delegatum tantùm, qui eum subdelegauit, secundum B. & T. & dominum meum, & alios: & si fiat appellatio, nō valebit: imò remittetur ad delegatum. speciale enim est in hoc casu, vt non possit ad Papam omissis mediis appellari, vt
k in præd. §. porro [k]. Alii tamen, vt G. Na. dicunt, quòd appellatio facta hoc casu ad Papam, tenet, licet fieri non debeat. & sic dicunt de facto seruari, & curiam Romanam talem appellationem recipere & exponunt, quod dicitur in prædicto §. porrò. non ad nos,
8 sed ad eum, &c. verum est de iure communi. ¶†Nam appellatio ne iuris ius commune intelligitur, arg. C. de his, qui ven. æta. imper. l. fin. & extrà de transact. cap. j. Secus autem est de iure speciali, quo ad nos, omissis mediis, in omnibus appellatur: argum. extrà de appel.

ADDITIONES.

a Palea est. ¶Mart. de Fa. multùm prolixè tractauit quæstionē, quæ incipit, Castellani præcedentibus deuotis obsequiis. qua quærit de ciuitate priuilegiata per principem, vt possit statuta condere illibatè seruanda, quæ statuit certos iudices ordinarios, à quorum grauaminibus ad potestatem appellari deberet: quidam ciuis appellauit ad principem in causa criminali, vel eius vicarium in prouincia: quærebat, an deberet cogi seruare statutum? Ad casum inducit ff. de decr. ab ord. fa. l. fi. ex cuius legis Græco patet ex leg. municipii, agētem extra municipium posse puniri. Secundò probat, quòd ciuitas etiam sine principis priuilegio possit sibi leges condere, etiam tam validas, quòd in loco iuri ciuili præiudicant: alleg. Instit. de iure na. §. pe. ff. commu. pręd. venditor. §. si constat. ff. de legi. de quibus. in fi. & quas etiam præsides prouinciarum inter illos seruare tenentur, C. quæ sit lon. con. l. j. & C. de ædifi. priua. l. an ī totum. nam & princes sic ait, in auth. de vsu. nau. añ fi. col. viij. Nec obstat terminus quæstionis, si dicas principi, vel illi, ad quem appellari debebat, per id præiudicium fieri: quia non est inuenta appellatio in fauorem illorum, ad quos interponitur, sed grauatorum, ff. eod. tit. l. j. in princip. & l. serui. extrà eod. cùm speciali. §. porrò. Hinc est, quòd appellatio potest omitti, & interpositæ potest renunciari, & de non interponenda pacisci. Patet primum extrà de re iud. quod ad consultationem. C. quand. prouo. non est ne. l. iii. in fin. Secundum, C. eo. si quis libellos. canonizata ij. q. vi. si quis. Tertium, C. de temp. appel. l. vlt. in fin. ff. à qui. app. non lic. l. i §. si quis. Per hoc concluditur, ꝙ fauorem respicit grauatorum. Si ergo priuatorum facto appellatio potest elidi, fortiùs potest ciuitas aliquam formam dare, vt de illa apud certos iudices cognoscatur, ff. de pact. l. iurisgentium. §. adeo. Demum prolixè instat arguendo prò & contra, ciuitates super mero imperio. Contentus autem de suprà scriptis, quæ titulum respiciunt, ad eius solutionē venio, qui tenet, ciuitates, nisi cōsuetudine, vel priuilegio admittentur hæc, quæ maioribus sunt reseruata iudicibus, & maximè capitalium criminum quæstiones non posse aliqbus demandare, in authen. de defen. ciui. §. audient. & quasi per totum, authen. eod. tit. Col. iiii. §. pen. & vlt. C. de peda. iud. l. ii. ff. ad muni. l. ea, quæ. Propter id, quòd dicit Cōsuetudinem, videtur vel le merum imperium posse præscribi: de hoc remis. dedi de forò comp. cum contingat. in glo. non dixi.
b Ex officii. ¶Et ibi scripsi in glo. dicebatur.
c Secundum Tanc. ¶Vbi s. post prin. ver. appellatio.
d In prin. ¶Lib. vi.
e Contrà. ¶Scilicet Alber. Gal. de iud. ord. & dele. ad fi. alleg. prima duo, scilicet in contrarium allegata, scilicet legem, ex consensum & not. in l. priuatorum.
ADDITIO. Adde videndum singulariter Ludouic. Rom. singul. lxxv. incip. concessum est episcopo. vbi an possit appellari à vicario episcopi, cùm ab episcopo non appelletur, & per eundem Ludouic. Roman. singu. cccclviii. incip. tu habes titulum. vbi not. tradit, an possit, appellari ad vicarium episcopi, episcopo causam delegante canonicè? Et adde, quòd non appellatur à sententia vicarii ad eum, cuius est vicarius, sed ad eum, ad quem appellaretur, si ipse principalis ordinarius iudicasset, vt per Bar. in l. præcipimus. C. de appel. Henr. Ferr.
f Secundum Vinc. ¶Vt in præd. decre. si quis contra. scripsi super glo. ii.
g Cessante. ¶Hoc patet de offi. deleg. ab arbitro. lib. vi.
h Vica. Romana ¶Lib. sexto.
i Obuiari. ¶Vide quod dixi de offic. deleg. super quæstionum. vers. intentionis. super glos. nisi causa. Vt intelligas superiora, ista fraus incipit à negotio principali. nam causam, quam episcopus non vult deferri ad metropolitanum, ipse non audit per se, nec per vicarium suum, sed delegat quādoque etiam id vicario, vt sic ex delegatione audiat, non ex vicario: oportet ergo tunc ad eum appellari, vel ad Papam: & si ad eum appelletur, iterum delegat.
k §. porrò. ¶Vide, quod ibi scripsi super gloss. maximè.

de appel.significauit. & suprà dixi. sed hic intellectus non placet. Si autem non fuit appellatio remota, adhuc dicunt B.& dominus meus, ad delegatum tantùm, & non ad Papam appellandum, cùm omnis appellatio sit remota per const. vt debitus. Tamen Pe. de Samp. dicit quòd hoc casu potest ad delegatum appellari, & nihilominus ad Papam illo omisso, vt in præd.§.porrò.sed secundum legem in eo casu, quando scilicet delegatus committit in totum vices suas, & in eo scilicet quando non est remota appellatio, debet ad delegatum, & nõ ad principem appellari, vt C.qui pro sua iurisd.l.j.§.ad hoc. Vel solue, vt no.in præd.§.porrò. Item dom.meus dicit, quòd non congruit iuri, vt Papa recipiat appellationem interpositam à delegato non suo, vel à subdelegato ab illo vna tãtùm causa commissa fuit, quandiu delegans, vel subdelegans superest: & causam appellationis vult & valet expedire: vnde credit stãdum in foro ecclesiæ legi C.qui pro sua iurisd.iu.da.l.j.&ff.quis, & à quo appel.l.i.in princi.& l.fin.quibus nullo iure canonico expressè contradicitur. & ad hoc facit mens illius casus positi suprà ibi, aut aliquid, &c.debet enim suam potestatem, secundum iura mo

a derari, vt suprà [a]. ¶†Sed quid si delegatus subdelegat sub hac for

9 ma: Committo tibi vices meas, quousque ipsas duxero reuocandas: certè nisi reuocet, valet sententia per subdelegatum lata. Sed ad quem appellabitur tunc? Respon.ad Papam. Sed si ante sententiam fuisset appellatum, tunc ad delegatum appellaretur: quia adhuc poterat causam ad se reuocare: sed postquam lata est sententia, non potest aliquid reuocare. sic notat Papa extrà de off. dele. si pro debilitate. & T.in præ.§.porrò. Argum.tamen contrà: quia adhuc restat executio, quam potest resumere: argum. extrà eod. tit.quærenti.propter quam rationem dominus meus notat contrà in præd.cap.si pro debilitate. & dictum priorum obtinuit in executione ad prouidendum cuidam deputato, qui alteri commiserat vices suas, à quo extitit appellatum. Multi autem tunc dixerunt, quòd nunquam est appellandum ad executorem, sed ad Pa-

b pam, etiam ante latam sententiam per subdelegatum eius [b]. ¶†

10 Porrò si appellatur à subdelegato delegati ab alio, quam à principe, potest appellari ad eum, qui subdelegauit, vt ff.quis, & à quo appel.l.prima, in princip.& l.fi. nihilò minus ad Papam, vt suprà. Quidam tamen dicunt, appellari ad ordinarium, vt in præ.l. ff. qs, & à quo app.l.prima, §.ab eo. Si autem quæras, quomodo delegatus à non principe potest causam alii subdelegare, contra illud C. de iudiciis, extrà de appel.cùm causam, quæ.respon.hoc obtinet, quando alicui causarum vniuersitas est commissa: vt vicario episcopi, qui potest vnam causam alii subdelegare, vt ff.de iudic.cùm

c prætor.extrà de foro comp.Romana.§.nec [c].à contrario sensu, &

11 suprà dixi, & no.in prædic.c.cùm causam. ¶†Sed pone: duo sunt delegati, & vnus committit alteri totaliter vices suas: alter verò committit alicui aliqua, sed non in totum: quæritur, ad quem appellabitur ab istis? Dic, quòd ad Papam. Eadem quæstio est, si vnus delegatus committit alteri cõdelegato vices suas, aliquid sibi de iurisdictione reseruans. Idẽ etiam est, si sint tres iudices: & est quę

d stio venerealis [d]: quam prosequere, prout ibi no. [e] Quid si sint tres

e delegati, & duo subdelegant: duo autem subdelegati procedunt cum tertio delegato? Dicunt quidam, appellandum esse ad primum delegantem: alii dicunt, quòd ad tertium delegatum appellabitur, si sit in literis clausula illa, Quòd si non omnes: quod dic, secundum Papam & B.prout not.in c.super quæstionum.§.si ve

f rò [f]. ¶†Sed in illa quæstione, quando delegatus committit tantũ

12 condelegato principium causę, non videtur quòd appelletur ad committentem, sed ad Papam: quia de pari ad parem non appellatur, secunda quęstione sexta, anteriorum. Dic tamen contrà, nam

g recipiendo subdelegationem sui coniudicis, se facit minorem [g]: argumen.extrà de offi.deleg.super quæstionum.§.si verò duo, & ff.de iurisdict.omnium iudic.est receptum. Vnde si est in commissione clausula, Quòd si non ambo, &c.appellabitur ad committẽtem, extrà eo.cùm super.& C.qui pro sua iurisdict.l.prima: quia ille, qui grauat, non potest de hoc cognoscere. nam esset iudex in causa sua, quod esse non dẽt, C.ne quis in causa sua iudic.l. prima. Et si appellatio tenet, remanet solus iudex, argumen.extrà de appella.ad hoc, si in vna. Si autem non sit illa clausula, tunc appellatur ad Papam, ff.quis, & à quo appel.l.j.in fin. Idem iuris est, si alter committit tantùm causæ principium alteri extraneo: de quo dic, secundum Papam, prout not.in prædic. ca. super quæstionum.§. porro. Si verò delegatus committit alicui extraneo totum, vel aliquem certum articulum, tunc appellatur ad principem: quia de pari ad parem non appellatur, C.de appel.precipimus.§ fin.secun

13 dum Iac.Pet.& Lau.& Papam. ¶†Quid si lata sententia, à qua appellatum non est, iudex committit alicui executionem tantùm: à quo executore, quia suspectus est, appellatur, vt suprà §.in quibus vers.in quinto.quæritur, ad quẽ debet appellari? Et videtur, quòd ad primum delegantem, cùm iudex delegatus sit functus officio suo, extrà de officio deleg. in literis. Sed quidam dicunt, quòd ad ipsum delegantem, cùm eius iurisdictio duret ad annum integrũ vt extrà de officio delegati, quærenti. & cap.si pro debilitate. ibi, te consulere, &c.quod verum, si committit intra annum: quia si pòst, nec commissio, nec executio tenet: argumen.à contrario in

14 præ.c.quærenti.& argument.eodem titul. significasti. ¶† Quid si per errorem alius iudex pro alio appelletur? Respondeo, si appellaretur ad maiorem, quem deseruerit, vel ad partem, talis error appellanti non obest: si verò ad minorem, tunc obest, ff.de appel.l.prima, §.si quis.quia in primo casu remittitur adeum, ad quẽ

h debuit appellasse, vt ff.eodem, Imperatores [h]. Potest igitur ad Papam omissi s mediis appellari, vt suprà in principio huius §. vers.

15 excipitur. excepto illo casu, qui est suprà vers. cæterùm. ¶† Et nunquid idem est, in legato eius? Dicunt quidam, quòd sic, cùm eius vicem gerat. argumentum bonum ij.quæst.vj.c. si episcopus. prope finem, & xciij.distin.c.si.& xciiij.dist.c.j.extrà de offic. dele. sane, & ff.de admin.tut.ita autem.§.gessisse.extrà de rescriptis, super literis.prope fin.& extrà de offi.leg.c.j. vbi Cantuariensis, qui est legatus in sua prouincia, potest cognoscere de causis subditorum suffraganeorum suorum ad eum per appellationem delatis. Alii, vt Ioan.dicunt contrà: quia hoc est speciale priuilegium Papæ, vt præ.§.excipitur.ad idem ij.quæst.vj.si quis vestrum & c.sequen. Item non debet ad principem omissis mediis querela deferri, vt in auth. Collat.iij. de mandatis principum, §. si tibi. & suprà in princip.huius §.ibi, benedictus sit, &c. & videtur expressum xj. quæst.j.peruenit. Sed priùs dictum de facto seruari videmus in p

i uincia sibi decreta [i]. Ad Patriarcham etiam Constantinopolitanum omissis mediis appellatur, vt xj.quæst.j.si clericus.& no.xxij. distinct.renouantes. Idem videtur de Alexandrino, vt xlv.distinc.

k mos antiquus [k]. ¶†Sed pone: aliquis ita dicit, appello ad archie-

16 piscopum: appello ad legatum: quæritur, ad quem talis appellasse intelligatur? Respon. quòd obtinuit, quòd Papa de huiusmodi appellatione cognoscet, ad quem omnibus omissis appelletur, vt suprà & argumen.ff.de seruit.vrb.prædio.per fundum: ff.com. prædior.l.fin.in princip.C.quomodo & quando iudex, tres.extrà de appel.si duobus.ff.de re iudi.contra pupillum.ff.de iur.dot.plerunque in fin.ff.de pact.veterib.C.e.petens.ff.de iure fisc.ita fidei. ff.de legat.non est nouũ.ff.de verb.signi.sæpe.§.j. Quidã aũt dixerũt, talẽ appõnẽ nõ valere, arg. extrà de electio. in electionib. ff.

l de interrog.act.de ætate.§.nihil interest.ff.de iureiu.prętor.edixit

17 in princip. [l] ¶†Quid si à sententia suffraganei vna pars appellat ad lega

ADDITIONES.

a Vt suprà. ¶Pro hoc dicto vide, quod de more cancellariæ dixi de off.deleg.si delegatus.lib. vj.in glo. mirabile. qui mos non habet dare iudices super appellationibus interiectis à subdelegatis delegatorum Papæ datis non in totum, nisi in casibus decret. si is cui. & decret. si à subdelegato.de offi.deleg.lib.vj.

b Subdelegatum eius. ¶Expeditum est per dec.si delegatus. §. j. & ij.lib.6.quòd valet sententia: quòd etiam à sententia appellabitur ad subdelegantem: ibi vide.

c §.nec ¶lib.vj.

d Venerealis. ¶lj.

e Ibi not. ¶Qualitercunque permisceas delegatum & subdelegatũ vel subdelegatum in totum cum subdelegato in partem, semper appellatur ad Papam, vt not.in præ.§.si verò.in gloss.patet.

f §.si verò. ¶Est expeditum eod.tit.si duo.lib.vj.quòd ad Papam appellabitur.

g Minorem. ¶Procederet hoc totum, si ex sola subdelegatione procederet: sed ex quo delegatio est permista, absit quòd ad collegam appelletur. & vide, quòd scripsi super præ. gloss. patet. vbi etiam posui hoc dictum Hostiens. nec iustificari posset, quare aliud in extraneo, vt infrà sequitur, quàm collega.

h Imperatores. ¶secundum Tancred. cuius fuit iste versicu. vbi suprà, versic.quid si autem. & hoc secundum legem: secundum nos non videtur hoc procedere.

i Sibi decreta. ¶De hoc scripsi de offi. leg. quod translationem. super j.gl.

k Antiquus. ¶Hoc non placet: & vide, quod scripsi de priuil. antiqua.in fi.

l In princip. ¶Et hoc mihi placet, nisi intra tps, quo appellare debuit, alterum elegerit. & hoc etiam verum, nisi probabilem causam habuerit sic appellandi: vt not.in decret. si is cui.de off. deleg. lib. vj.in glo.pen.& vide quæstionem, quam disputaui super reg.in alternatiuis.de reg.iur.lib.vi. ADDE pro hoc, quod Ioan.An.dicit, quòd consuluit Rom.consi.cccxl. quòd valet appellatio facta ad concilium, vel Romanum pontificem, si probabilis causa erat dubia, an concilium vellet cognoscere. & de hac additione vide Alex.consil.cj.& clxviij.ij.vol.& ibi, quid si appellatur ad Papam, & ad quemlibet iudicem competentem: de quo etiam inter consilia Bald.consi.ccxx.iiij.lib.

ad legatum,altera ad metropolitanum? Dicit dominus meus,tenere appellationem,quæ interposita est ad legatum,sicut dicitur in Papa,ext.de app.si duobus.quod verũ est, si legatio ei indeterminatè commissa fuerit:quoniam tunc est plenissima interpretatio facienda:arg extrà de don.cùm dilecti.extrà de verb.signific. olim.ff.de offi.præs.l.ij.§.in initio apostolicæ. Aliàs autem,vt dicit,non debet prohibere subiecto episcopi,ne coram ipso respõdeat:& sic non cõtradicit xj.q.j.peruenit.& hoc intellige,nisi specialiter prohibitum esset ad ipsum appellari posse.nam quibusdã legatis conceditur plus, quibusdam minus,25.qu.ij.seruatis.Vel
18 dic,vt s.de offic.leg.§.superest.in princ.¶†Quid si dicat appello ad legatum,vel ad Papam,mihi optione reseruata,corã quo ma-
a lim prosequi appellationem [a]?Resp.obtinuit,quòd coram Papa talis appellatio audiatur,licet appellãs velit coram legato prosequi,arg.ff.de verb.signifi.coniunctione.& l.sæpe.in prin.ff.de auro & argento legato,si quis ita legauerit.& l.Quintus Mutius.C. de verb.signif.cùm quidam.ff.de app.l.j.§.si quis in appellatione. maximè cùm super prouisione appellatur:quia tunc talis appel-
b latio debet in curia tractari,extrà de elec. statuimus [b]. Et est ratio ad præcedentia:quia per talem appellationem relinquit appellatum incertum,ideoq; coram Papa audietur, vt s. versi. proxi.Sed certè videtur,quòd nõ tenet appellatio talis. nam certum debet esse,ad quem appelletur:aliàs tenet processus contra appellantẽ habitus,extrà de app.si duobus.& per hanc appellationem nescit appellatus,quò ire debeat, ideoque non debet in incertum laborare,xj.dist.noli.extrà de rescri.c.fin. & de appell.sæpe.nec appellans debet sic variare,vel vagari in discrimine alterius,ext.de appell.dilectis filiis.sed tenet appellatio,vt prædixi,cùm appellauerit ad legatum,vel ad Papam:quorum vterq; maior est eo, à quo appellatur,3.qu.6.peregrina.Ioannes de Deo tamen distinxit in quæstionib⁹ suis,an sit recepta talis appellatio à iudice,vel appro-
c bata à parte,vel non:quod non placet [c].¶†Sed quid si quis dicit
19 simpliciter Appello:nec dicit,ad quem?dic,appellatum intelligi ad proximè superiorem,ff.de appel.l.j. nam in dubiis non est recedendum à iure,arg.ff.de reg.iur.in obscuris.est enim de natura
d appellationis,quòd fiat gradatim,vt s.in prin.huius §.[d] Quidam
20 tamen dicunt, talem appellationem non valere. ¶†Quid si appellans ab episcopo,dicit Appello ad maiorem iudicem?videtur de archiepiscopo intellexisse,vt fiat interpretatio secundum ordinem iuris,vt iam dixi.Iura enim maiorem iudicem hoc casu vocant eum,qui proximior est:& qui maior est eo,à quo appellat, vt ff.de appel.l.j.§.si quis.ff.de mino.minor autem.ff.de regu.iur. contra pupillum.§.is qui.Arg. contrà,quòd de Papa intellexisse putetur, qui supremum in ecclesia locum obtinet, & maiorem, vt 12.dist.de his.& 21.dist. quamuis.& 22. dist. omnes.& 9.q.3. cuncta.& ca.seq.& præced.Primum credo verius de iure,quãuis viderim do.Papam dubitantem,& omnes auditores.Multum tamen allegatum fuit contra appellantem, qui volebat causam in curia tractari: quòd contra eum erat interpretatio facienda,qui suam appellationem debuit apertiùs declarare,ff.de pac.veterib. 4.dist.erit.22.q.vlt.quacunque.Arg.tamen,pro eo debere interpretationem fieri,maximè appellato in curia existente,ff.de iudi.
e si quis intentione.ff.de reg.iur.in ambiguis [e].†Quòd si appellatũ
21 sit à sententia episcopi ad metropolitanum:demum mortuo archiepiscopo episcopus ille in locum eius substituitur:quæritur, an ipse substitutus de illa quæstione cognoscet?Arg.quòd sic,C. de app.eos.in prin.ff.de iudi.si is,qui Romæ.& xj.q.3.si episcop⁹.
f extrà de elect.querelam.in prin.[f]& 3.q.7.§.tria.vers.si contrà patrem.Arg.contrà ff.de iudic.iudicium.& l.Iulianus.2.aliàs incipit si alter.Dicunt Io.& Tancre.quòd debet causam alij delegare,vt ff.de iurisd.om.iu.prætor.extr.de foro compe.si quis contra.alio-
g quin poterit recusari.Hęc quęstio venerealis est [g].vide ibi.¶†Il
22 lud autem hodie certum est,quòd si appellatur ĩ temporalib⁹ ab episcopo,appellatur ad archiepiscopum,&non ad regem,vel comitem,à quo illa tenentur,vt extrà de app. Romana.§.debet au-
h tem [h].& de fo.comp.licet.ibi,vel ad nostram, &c.& de deli.pue. c.ij.vbi de hoc:nisi aliud obtineat de antiqua & præscripta consuetudine,vt ibi,& extr.de consue.c.fi.vel de aliquo iure speciali,sicut de iure feudali,vt extrà de maio.& obe.solitæ.vbi de hoc: & de foro comp.ex transmissa.& c.verum. Sed in regno Franciæ ñ audiuntur hodie prælati prędicta iura allegantes.Quid si causa feudalis agitur, vel etiam de iniuria in re feudali facta coram parib⁹ curiæ:quæritur, ad quem appellabitur? De hoc dic,prout not.se-
i cundum Innoc.1111.extrà de re iudic.cæterùm [i].

ADDITIONES.

a Appellationem.¶Aduerte hîc,quia hoc habet plus istud thema quàm mea quæstio,de qua suprà & ĩfrà remisi:quod satisfacit ad factum.nã hæc reseruatio videtur facere certum,quod aliàs erat incertum,vt patet ff.de verbor.obligat.vbi autem.§.qui illud.Itẽ & si non apponantur,satis est,ꝙ electio competit:facit ff.de arbi. l.item si vnus. §.sed si ita. qui §.loquitur in materia,in qua requiritur certitudo,vt patet in §.ibi seq. & extrà de arbit.innotuit.sed per hoc à solutione quæstionis non discedo, etiam in his terminis.

b Statuimus.¶lib.vj.

c Placet.¶Quæstio Io.est 18.j.li. plenius ipsius dictũ vide in quæstione,ad quam suprà remisi, vers.sed pone.in fi.Sed occurrit alia quæstio de illo,qui dixit,appello ad Papam,vel archiepiscopum, reseruata mihi electione alterius, coram quo prosequar: adiuit archiepiscopũ:præsentauit appellationem,& ille pronũciauit se iudicem:modò vult ꝓsequi coram Papa:quęritur,an possit?Duo sunt dubia.Primum propter alternatiuam:ad quod sufficiãt,quę dicta sunt & remissa. Secundum de præelectione archiepiscopi, an præiudicet ei volenti mox prosequi coram Papa? Et videtur, quòd non:quasi non dicatur fuisse, quod nõ durauit,ext.de verbor.signi.nam & ego.facit ff.de inoff.test.mater.ad fi.ff.de leg.ij. qui fideicommissum.& verba cum effectu sumẽda sunt,de cleri. non resid.relatum.& ibi concor.Item talis electio vsq; ad litẽ cõtestatam mutari potest,facit ff.de iurisd.om.iud.si conuenerit.ff.ad Tertul.l.fili, mater.in fi.& ff. de verb.oblig.si stipulatus.in princi. Sed prędicta procederent,vbi de viribus appellationis obiectum vel discussum nõ fuisset: aliàs secus, ex quo talis discussio habita fuisset,nec ab ipsius sententia appellatum,de elec.cùm dilecti.ad fin.de reg.iuris,quod ad consultationem.ff.de neg.gest.si autem §.fi.de compensat.quod in diem.§.si rationem.Sed fingamus appellationem valuisse,& pronunciationem factam non esse,poteritne appellans coram archiepiscopo prosequi?videtur quòd nõ per decret. si duobus. eodem titulo. Secundò propter ordinem scripturæ,de consecrat.dist.2.c.in Christo pater.nam in dubiis ad talem ordinem recurritur,de elect.ca penultimo,libro sexto,de præbendis,c.mandato.eodem libro,in auth.de hæredib.& Falci. §.inordinatum.& §.si verò nullus legatarius. Tertiò propter tribunale maius & dignius, vt ff.de officio legat.nolentes.de priuileg.antiqua.ff.de re iu.contra pupillum.§.j.C.de adulteriis,l.adulteri.ff.de fide instr.l.fi.de alb.scriben.l.vltima. In contrarium pro archiepiscopo fac.l.Imperatores. ff.eodem,quia ordinarium est gradatim appellari,vt ibi,&extrà eo.tit.dilecti.vbi concordan.in principio,& eadem gl.& s.eo.§.in principio. Appellare ergo per saltum,est extraordinarium:ergò primũ præferendum,ff.de mino.in causæ.ij.in principio.Item archiepiscopus proximus est:& sic de ipso debet intelligi,ff.de verb.oblig.l.eum qui calendis.Itẽ cum optionem sibi reseruauit,nec iudex nec aduersarius contra dixit:libere igitur potest eligere,ff.de lib.agnoscen.l.j.§.pœna.ff. nau.caup.stap.l.finali,in prin.ad Maced.l.filius.C.de anna.excep. l.finali.Declarauit ergo verbum ambiguum,quod potuit,ff.de iudic.si quis intentione. & regulariter de pluribus iudicibus actor habet optionem,C.de episcopis & clericis,l.cùm clericis.in principio, & in authentica,habita.C,ne fil. pro parte. Vterque igitur dicitur appellatus:sicut de alternatiua stipulatione dicitur,de cõstit.pec.l.illud.in princ.& de verb.oblig.l.si duo rei.Decre.si duobus.non obstat:quia ibi non dicitur appellationem factam ad archiepiscopum non valere:&si id diceretur,non obstaret,quia ibi duæ appellationes interpositæ fuerunt à diuersis:& quia non potest vtraque valere, præualet facta ad maiorem: sed hîc vnica ad alterũ duorum,quem appellans elegerit:quorum vno electo,ad ipsum solum videtur appellatum,C.de temp.appe.l.fin.§.illud.in prin.cum similib.ibi no.ff.de rescin. ven.si quam rem.& de proc. l. pluribus. Ex prædictis intricationibus eo amplius mihi placet quæstionis meæ solutio,ad quam remisi.

d Huius §.¶secundum Tancr.& B.Bri.in q.venereali ij.sed Dama. in q. huius titul.xj. dixit, standum declarationi appellantis:quod placet, si intra terminum fiat appellationis interponendæ, vt supra dixi.

e Ambiguis.¶In legibus illis non erat certum tempus limitatum, sicut est in appellatione interponenda.

f In princi.¶Vbi de hoc in j.gl.

g Venerealis est.¶54.& prius fuit Pil.98.

h Autem.¶Vide,quod ibi scripsi super gl.putà.

i Cæterum.¶Ibi scripsi in glo.magna post princip.& in versic.sed quæro.

SVMMARIVM.

1 *Tempus decendij ad appellandum determinatum quando currere incipiat.*

2 *Melius est intacta iura seruari, quàm post causam vulneratam remedium quærere.*

3 *Dies,in quo appellatur,an sit de numero decem dierum ad appellandum determinatorum.*

4 *Appellatio, quæ à grauamine interponitur, intra quantum tempus fieri debeat.*
5 *Soluens operas petitas, quas scit se posse recusare, donare videtur.*
6 *Grauamine durante, durat & tempus ad appellandum determinatum.*
7 *Appellatio extraiudicialis intra quantum tempus fieri debeat.*
8 *Decretum confirmationis instar sententiæ dicitur habere.*
9 *Iuris beneficium nemini est denegandum.*
10 *Diffinitiua sententia an possit intra decem dies executioni mandari.*

¶Quando & in tra quod tempus appellandum sit.

5.§. Restat videre, quãdo, & intra qđ tempus sit appellandũ. Et quidẽ appellari potest statim. qñdocũq; grauamen infertur, vel inferri putatur per quencunque iudicialem processum, vt extr. de ap. ex parte M. & c. dilecti. vel per interlocutoriam, vt in præ. c. dilecto. & c. cùm cessante. vel per diffinitiuam, vt eo. tit. oblatę. & de testa. c. Raynutius. & c. Raynaldus. vel extra iudicium, vt eo. tit. bonæ. & 2. q. vj. biduum & de elec. statui
a mus [a]. Potest etiam appellari postea, siue ab interlocutoria, siue à
b diffinitiua, semper intra decendiũ, & non vltrà [b], vt in auth. de ap. & intra quæ tem. in princ. & ij. q. vj. anteriorum. & extr. de elec. cũ dilecti. de testibus, significauerunt. de confir. vti. vel inutil. bonæ. & de re iud. quod ad consultationem. Idem etiam videtur, vbi nõ potest appellari, sed supplicari, vt in auth. vt spõ. larg. §. aliud. Col.
c ix. Computatur autẽ hoc decendium à die [c] latæ sententiæ, vt C. de ap. eos. & in præ. decret. quod ad consultationem. vbi de hoc,
1 secundũ Papam. ¶†Sed nunquid hoc tempus est vtile, vt cõputetur à tempore sententiæ, sicut & biduum, cui succedit? vt 2. q. 6. §. biduum vers. palàm videtur. C. quomodo & quando iu. ab eo. & in hoc stabitur iuri antiquo, cùm nouum nil exprimat in hoc casu? vt C de app. præcipimus in fi. C. de testa sancimus. Arg contrà, quòd sit continuum. nam hoc tempus à recitatione sentẽtiæ
d computatur, vt in præ. c. anteriorum [d]. Dicunt Tancre. & Io. & B. quòd hoc tempus, quo ad sui initium, est vtile: quia non incipit currere, nisi à tempore scientiæ: sed quantum ad sui progressum, est continuum, quia computabitur & curret à tempore scientię, vt C. quomodo & quando iud. ab eo. ff. de ædil. edi. cùm sex. & in præ. §. biduum. Quod ergo dictum est prædicta auth. à recitatione supple, & à scientia condemnati. non enim currit ignoranti, nisi contumax sit: veruntamen si is, qui condemnatus est absens, fuerit p procuratorem defensus, nec procurator prouocauit, difficile est, vt audiatur, vt in præ. ver. palàm. Item nõ currit ei, qui nõ habet in publico potestatẽ adeundi iudicem, à quo vult appellare: dummodo id protestetur: vel etiam ad eum, ad quem appellare intendit. ff. qñ ap. sit, l. j. §. biduum. & §. dies. & C. eod. eos. §. sin autẽ. & extrà eo. si iustus. & c. ex insinuatione. & in præ. §. anteriorum. Et idem credo, quando extrà iudicium appellatur in eo casu, quo casu id debet intra decendium fieri, vt j. ver. sed quid. vt illud tẽpus sit vtile. quo ad sui initiũ: contrarium verò, quo ad progressũ arg. in præ l. biduum in prin. hoc etiam in cæteris, &c. & C. de tẽ.
e app. l. j. [e]H. autem dixit. pdictum tempus esse continuum, sed pòst dicit restituendum eum, qui agere nequiuit: arg. pro eo extrà de
2 in integ. rest. c. fi. Quod non credo: † nam melius est intacta iura seruari, quàm post causam vulneratam remedium quærere. C. in qui. cau. in integ. restit. non est nec. l. fin. Cùm ergo hoc tempus à tempore recitationis & scientiæ computetur, fatuus fuit aduocatus ille, qui sæpe coram me asseruit hoc tempus non currere, donec iudex non fecerit copiam de instrumento sententiæ parti, vt possit deliberare, an sibi expediat appellare. Est tamẽ vtile hoc tẽpus, quo ad hoc, quia non currit ei, q potestatẽ ñ habet expediẽ-
f di, secundum Aegid. [f] ff. de diuer. & temp. præscri. l. j. Continuum autem tempus est illud, quod continuè currit, quantum ad initium, & quãtum ad finem: vt est tẽpus quatuor annorum. qđ datur
3 ad petendam restitutionem. C. de temp. in integr. rest. l. fi. A†Sed nunquid dies, in quo appellať, ꝯputabitur in numero decẽ dierũ? Videtur, ꝙ sic. nam & dies pmissionis cum alio die computabiť, ff. si qs caut. l. j. Itẽ cùm maritus possit intra lx. dies accusare vxorẽ iure mariti, vt ff. ad l. Iu. de adul. l. is cuius. §. ex senatuscõsulto. dies qua fit diuortium, computatur in illis lx. diebus, qui dantur accusatori à tempore diuortij. vt ff. eod. pater. §. lx. & vř expressum C. de app. eos. §. sin autem. ibi, eodem die, &c. licet enim ibi dicat intra. vel infra x. dies appellãdum, vt s. in prin. §. & in præ. l. pater. & in præ. §. ex senatusconsulto. & ff. de verb. oblig. si in tantum. decimus dies comprehenditur. vt ff. de succes. edi. l. j. § quod dicimus. & ff de verbor signif. si quis dixerit. Et idem etiam esset, si diceret, Ante decem dies: quia tunc die decima poterit appellari, vt ff de verbor. oblig. quinante. & l. eum qui ita. §. qui ita. 2. ad idem ij. q. 6. propter. Argument. contrà: quia dies, qua exceptio excommunicationis proponitur, non computatur in numero octo dierum,
g qui dantur ad eam probandam, vt extr. de excep. pia [g]. Nec etiam dies, qua pponitur exceptio spoliationis, cõputať in quindecim
h diebus, qui dantur ad eam pbandã, vt extr. de resti. spo. frequẽs [h]. Sed nec dies latæ sententiæ excommunicationis computatur in mense, qui datur excommunicatori ad dãdam copiam de ipsa excommunicatione, vt extrà de sentent. excommunic. cum medi-
i cinalis. §. primo [i]. Ioan. dixit [k], quòd si tantum superest de die, qua
k appellatur, quòd possit appellans deliberare, dies illa pro vno cõputabitur: quia decendium datur ad deliberandum, vtrùm expediat appellare: quòd si ita tarda hora lata est, quòd non potuit deliberare, dicit Vber. diem illam non computari. Bar. dicit, semper eam computari: & sic de facto seruari. Tu dicas, quòd hoc temp⁹ computatur de momento ad momentum, argum. ff. de minor. l. 3. §. minorem. & ff. de diuer. & tem. præscri. l. ij. in princip. Attenditur enim tempus, siue hora prolationis sententiæ. argu. extrà, de re iudic. quod ad consultationem. & in prę. §. biduum. ver. si aduersus. & in præ. ca. propter. & ea. q. anteriorum. ibi, à recitatione
l sententiæ. &c. & C. de app. auth. hodie [l] 4. q. v. quisquis. Verbi gratia: sententia fertur die Iouis in nonis: numera ergo continuè decem dies computata illa die Iouis: & certè in sequenti die xj. vsq; ad horam nonam poterit appellare. cùm enim decem dies habeat à iure ad appellandum, vt suprà ostensum est, iuris beneficium non est sibi denegandum, seu coarctandum, vt 28. dist. de his. iuxta fin. extrà de secundis nup. c. pen. & fin. quod fieret, si non posset die xj. appellare vsque ad nonam: quia tantum temporis restat adhuc ad complendum decendium: quia hora ix. fuit sententia lata:
4 & sic plerique in curia seruãt: & vide s. de cita. §. viso. in fi. ¶†Sed quid dices in appellationib. quæ à grauamine interponũtur, absque alia interlocutoria, vel diffinitiua? Resp. do. meus no. extr. de
m appel. Romana [m]. quòd si grauamen habet vim sententiæ, purà si iudex dicit non esse respondẽdum libello, vel petitiõi, vel si dicit pcipio, vel Volo, vel simile, tunc intra decem dies est appellandũ hæc enim vim habent interlocutoriæ, arg. ff de arbit. qualem. ff. man. l. ij. C. commu. de leg. l. fin. & sic intellige, quod ipse no. in c. vt debitus. in fin. super verbo, de maioribus. ibi, & idem, &c. Ibi videtur not. contra id, quod sequitur: vbi verò aliàs grauat, vel cõminatur, nũquam grauaminis illatio in rem transit iudicatam. ar. extrà de consti. cùm accessissent. §. j. dummodo grauamen nõ habeat vim interlocutoriæ: quia non omnis vox iudicis, &c. vt C. de sentent. & inter. om. iudi. ex stipulatione. verbi gratia: assignat locum

ADDITIONES.

a Statuimus. ¶lib. vj.
b Non vltrà. ¶Etiam si effectus dilatetur ad tempus longius: vt qa condemnor ad centum soluenda intra memsem, vt in c. quod ad consultationem. statim alleg. non sic in sententia excommunicationis & censurę, contra quam sic latam sufficeret: intra mensem appellari: de quo plenè scripsi eodem tit. præterea. ij. An autem liger, si intra terminum desinat esse subiectus, vt ibi not. quod pleniùs vide in regul. cùm sint. de regul. iur. lib. sexto. in vlt. quæst.
c Die. ¶Cautiùs loquitur infrà: sic tamen dixerant P. & . T vbi s. & Aegid.
d C. anteriorum. ¶ & ibi de hoc in gl. nunquid hoc.
e Appel. l. j. ¶Et sic est terminatum eo. tit. concertationi, lib. vj. ADDE, quòd dies appellations currere incipit à die scientiæ sententiæ. Ang consi. 401.
f Aegid ¶vbi s. ver. priùs allegato.
g Except. pia ¶lib. vj.
h Frequens. ¶lib. vj.
i §. j. ¶lib. vj.
k Io. dixit. ¶In præd. l. anteriorum. in gl. sed nunquid. & ibi etiam dictum B. quod sequitur, habes in fi. glossæ.
l Hodie. ¶Facit l. eos. eo. tit. in prin. ibi, post decisam & sic. & ante finem ibi, eo die, &c.
m Romana. ¶lib. vj. si verò. & ibi, & in decre. concertationi. eo. ti. remisi ad hunc ver. ADDE, vt per episcopum Alexan. in ca. cùm sit Romana. extrà eod.
ADDITIO. Adde ad ver. sed. & nota, secundum Vincen. quòd ci citatus ad locum non tutum, vel coram iudice de via facti suspecto, vel qui minas ad terrorem sufficientes protulit, venire, aut ꝯparére non tenetur: & in non comparendo non dicitur contumax, vt voluit Gui. Papæ sing. dcccxxxix. inci. via etiam nullitatis. & adde Oldra. consil. xliij. incip. quæritur, vtrùm citatio. vbi latè ponit, an citatio facta, etiam per Imperatorem, in loco non tuto vel ad locum non tutum, vel si est inimicus citati, arctet citatum, & per Phi. Cor. consil. cxxxj. incip. in hac consultatione. in iiij. volum. vbi in ii. colum. versicul. vbi. dicit, quòd propter periculum mortis, citatus ad locum pestiferum non tenetur comparére. Henr. Ferr.

locum non tutum: certè si nolit huiusmodi assignationem reuocare, poterit etiam post mensem appellari, extrà de app. ex parte. Et idem in comminatione, nisi forte coram eo postea procedere contempserit, extrà eo. cùm cessante. Et idem, vbicunque grauat, non solùm verbo, sed etiam facto, quod plus est, eo. tit. dilecti. 2. & c. vt nostrum. ff. de legib. l. de quibus, vel si exceptione ne
5 glecta procedit, extrà de appel. ex parte. ij. ¶ † Et nota, secundum Vincent. quòd si citatus, cui competit exceptio de loco non tuto, vel fori, non opponit eam, præiudicat sibi, saltem in illa instantia, arg. extrà de elec. cùm dilecti. s̄ de excep. §. nunc videndū. ver. sed nunquid. nam qui sciens se recusare posse, operas petitas soluit, eas donare videtur, ff. de oper. lib. Campanus. Sed si iterum citetur ad eundem locum, vel forum, semper poterit excipere quasi de nouo. nam & is, qui prædicto modo operas præstitit, non p̄stabit eas alia vice, si nolit, nisi se ad id obligauerit, vt ff. eo. operis non impositis, si enim non posset, quasi de nouo opere semper grauaretur semel grauatus: quod esse non debet, vt ff. eo. opera. extrà de censi. peruenit. C. de pact. si certis. aliàs, vbi continuatur grauamen, & durat, semper possum dicere, iam non possum amplius pati tale grauamen, 26. q. 6. alligant. ff. locat. si merces. §. qui calumniam. & vbi per interlocutoriam læditur quis, & continuè grauatur, nō transit in rem iudicatam post decem dies, vt extr. de
a app. cùm cessante. hoc no. Vincen. extrà de rescri. dilectus. 2. [a] Per
6 quæ potest colligi, quòd secundum eum, † quamdiu durat grauamen, tamdiu potest etiam post decem dies appellari. quamdiu enim non reuocat, tamdiu grauat: & idem semper appellatur, ar. de pœn. dist. 7. c. fi. in fin. ver. qui autem. Item ex præmissis colligitur, quòd licet semel passus sim me per rescriptum apostolicum vltra duas dietas trahi, nihilominus iteratò tractus ibidem pote-
b ro excipere: &, si necesse fuerit, appellare [b]. ¶ † Sed quid dices de
7 appellatione, quæ fit extra iudicium? puta in electionibus. Et videtur solùm intra decendium appellari posse, non autem post, vt 2. q. 6. biduum. prope princ. vbi dicit, hoc etiam in cæteris obseruandum esse: ex quibus sententia non profertur, appellari nō potest: putà in electionibus & repræsentationibus. extr. de app. constitutus. & de offi. delegat. super eo. prout not. in d. c. biduum. Tu verò dic, quòd appellari potest non solùm in tractatu electionis & in ipsa electione, sed & post, etiam vltra decem dies, quousque fuerit electio confirmata: quod si non fiat, à confirmatione po-
8 terit appellari: sed tunc solùm intra decem dies: † quia decretum confirmationis instar habet sententiæ. Secus in decreto canonicorum super electione facto: post decem dies autem à tempore confirmationis appellari potest, ne procedatur ad consecrationem: & etiam post consecrationem potest appellari, si crimen & infamia obiiciantur: quæ dic, secundum do. meum, vt no. in præ. c. vt debitus. in fin. Et dicit Innoc. generaliter extra iudicium post decendium appellari posse, in his, quæ non fiunt in figura iudicii, extrà de ap. bonæ. in fi. & depræsum. c. fi. & de cau. pos. & proprie.
in causa principali,si perit instantia,non est periculum,cùm actio salua maneat:& ideo nō p̄t fieri ꝓrogatio,vt not.l.properādum. licet si pereat instantia in cā appellationis,est periculum appellāti,quia rata manet s̄nīa: facilior ergo debet esse prorogatio. item pro hoc facit l.ij.ff.de iud.§.fi.& §.iudex.& quod scriptum est per Azo.in Summa.de iur.om.iud.in ij.col. Et quia rigor iuris mitigari potest pactis ꝯhentium,vt in præd.l.fin.in fi.C.de temp. app.& gl.ibi posita.facit etiam C.de abolit.l.vlt.§.post hoc.Contrarium videtur tutius, vt ad instar triennij causæ principalis: & quia hoc tempus legale est limitatum ob cōmunem & publicam vtilitatē non in singularem fauorem paciscentis,pp quod vr̄ ꝓrogatio n̄ valere,ff.de pactis,ius publicum.& de iur.cal.l.ij.§.sed quia.Et qa §.fin.& §.iudex loquuntur de tempore mutato per delegantem aliqua speciali de causa,quę processit ex his,quę inter partes acta sunt:& ideo ibi valet consensus partium in prorogando: sed hîc est tempus legale & limitatū à lege,ponderata generali occasione,scilicet odio litium:nec possunt partes pacisci,ꝗ lex municipalis in sua cā locum n̄ habeat,ff.de legat.j.l.nemo potest.Nec teneret ꝓrogatio, si iudex interloqueretur tempora talia appellationum posse ꝓrogari:quia expressus est error.facit etiam C.de tēp. app.nemo.ibi,p̄missis duobus,quibus prorogari non p̄t hoc tempus subdit.Nec sub prætextu quodā altero:& sic ꝓrogationē excludit,vel partium pactionem.Item,vt dixi,instantiæ in cā appellationis plus sunt odiosæ,q̄ causę principales,arg.C.eo.tunc eos. in fin.& sic non de facili prorogandæ.Richardus copiosè tractās tenuit idem principaliter ex dictis s̄.ad hanc partem in prin. Et ꝙ tempora terminandarum litium ob publicam vtilitatem sint inducta.alleg.C.de iudi.properandum.in prin.& ibi no.&C.de tēp. appel.l.ij.in princ.Secundò assumit præd. l.nemo.per modum.s̄. expressum,cui contingit,in auth.eo.tit.de appel.Collat.8. vbi in fine sic dicit textus,aliis omnibus,quæ de appellatiuis certaminibus priscis dicta sunt legibus & à nobis in legum scripta codicib. in propriis virtute manentibus.cui conuenit,de his,qui ingre.ad app.§.si verò neuter.ead.Col.Sed quod de prorogatione dicitur statutum de iure non apparet: stabitur ergo legi Codicis, & eius tempori.Inducit etiam specialiter duas leges ff.loc.&conduc.l.si in lege.in prin.& de verb.oblig.qui Romæ.§.Callimachus.ad fi. Subdit autem nunc secundam quęstionem,scilicet,quid erit,si intra tempus statuti n̄ fuerit cā diffinita?Refert quosdam dicere, ꝙ etiam ex eadē instantia adhuc poterit diffiniri vsq; ad annum,vel ex iusta causa vsque ad biennium: quasi statutum illud magis sit inductum ad pœnam iudicis,saltem extraordinariam,si non finiat,ff.de pœn.sanctio legum.quàm ad modificationem causæ,vel instantiam contra ius cōmune:pro quo facit C.vt omnes,tam ciuil.quàm mil.l.vna,in fi.Ipse autem putat tempus statuti per omnia subrogatum esse in locum temporis de iure communi dati ad prosequendam appellationem:&ideo quibus casibus tempus iuris communis non currit,puta cùm stat per iudicem,vel cùm partes ꝯpromiserunt,vt in auth.si t̄n.&auth.itē si appellatione.C.de temp.app.non currit ēt tempus statuti.Item quibus casibus currit tempus iuris cōis,sed datur restitutio , vt no.in auth.ei qui appellat. eisdem hoc curret, & restitutio dabitur. Item quibus casibus currit tempus,& mortificatur causa& instantia appellationis vt in auth.præd.ei qui appellat.eisdē currit tempus statuti,&mortificabitur causa & instantia,vt sic per omnia fungatur vice temporis,ad quod subrogatur,vt ff.si quis test.liber.esse ius.fuer.l.j.§. hæc actio.de responsione ad l.C.vt omnes,&c.Et d̄ tertia,scilicet q.temporis statuti ad aliam causam criminalem,vel ciuilem,non appellationis,vide,quod dixi s̄.de deleg.§.restat.super vers.quid si in statuto fateatur non posse prorogari,quod esset dicere,si ꝓrogationem duplicari,vel amplius,quàm duplum concedi iudici ad procedendum continuè,possunt tamen partes,quæ prorogare vellent compromittere,vel expresè consentire prosecutioni causæ,supersederi ad certum tempus:& tunc nō current tempora iuris,vel hominis. Et fateri oportet in horū alterum numerari tempus statuti: & sic erit locus prædictæ auth. si tamen. & cle. quandiu.de app.

ADDITIONES.

a Pronūciari. ¶Aduerte qa mādatū Clemētis cōmēdabile fuit in curia,vbi difficile& qbusdā impossibile esset ducere testes ad curiā ꝯscios infirmitatis:& remissio plus esset impeditiua,vel occupatiua tēporis.q negotiū principale.In inferiorib⁹ ergo,vbi facilis esset ꝓbatio,putà cū de archidiacono ad episcopū,vel de episcopo ad archiepiscopū appellatū esset, nō esset sufficiēs ꝓbatio per quod idem puto de vicinis curiæ.facit, quod dictū de his est s̄.ver.prox.Nō sufficeret etiam talis ꝓbatio in casu decr.cupientes.ad euitandam eius pœnam, vt ibi patet in §. quòd si.ibi, apud sedem ipsam facere plenam fidem.&hoc,quo ad illos,de quibus loquitur ibi tex.

b Vult. ¶supple iudex.

c Significantibus. ¶Idem,quomodocunq; de partium expresso ꝯsensu causa prorogetur: & habet hoc locum in termino iuris & hominis,vt in cle.eo.titu.quandiu.fallit autem in casu ibi posito.

d De appel. ¶Vt ibi plenè scripsi post eum, & Host.super i.glos.ad quæ etiam addidi duas vltimas colum.&vide q.facti,quam posui super rub.de appel.

e Ex ratione. ¶Ibi non fuit ꝓpriè ꝓrogatio,quæ est idem,quod ꝓtensio,vel extēsio.In his enim oportet existere,rē,quæ debet extendi,vel protendi,sicut tempus, vel quæuis materia. Ibi autē cū biēniū esset elapsum.non extabat tempus protēsibile:fit ergo ibi noua temporis ꝯcessio ex causa beneficio restitutionis , vel iure cōi,vt ibi no.De primo vide s̄. de deleg.§.fi. ver.item quòd iuris. Scire debes,quòd do.meus in legibus hîc, & Richar.Ma. Paduæ disputauerunt ; an tempus datū per statutū ad finiendā cām appellationis,posset per partes prorogari appellationis iudice consentiente? Hanc primam breuiter, secundam prolixè tractarunt. prima incipit,dubitatum fuit Bonon̄.secunda,statuto cauetur,ꝙ iudex.Dominus meus ad literam dixit,si tempus appellatiōis ad causam exercedā non potest actari,vel prorogari per iudicem,vt not.in auth.offeratur.sed partium consensu videtur,quòd possit prorogari,cùm possit arctari, vt videtur innui C.de temp.ap.l.vl. in fin.ibi,vel vllum fatale,&c.ergo& prorogari.Item valet pactū de non appellando,vt præd.l.in fi.& ff.à quib.app.non licet, l.j.§. si quis.fortiùs ergo pacisci possunt de tēpore appellationis ꝓrogando.Item per tacitum consensum partium, scilicet per recursum ad arbitros ꝓrogatur,vt in auth.si t̄n.ergo fortiùs per cōsensum expressum.Sed,vt j̄.dicam,illa non est propriè ꝓrogatio.Itē

ADDE, quo ad primam partem,vt per episcopum Alexan. in d. c.ex ratione.& per Nouis.in l.ij.ff.de re iudic.per Alexan.in l.properandum,C.de iudic.per Paul.de Castr.in l.ij.s̄.allegata,vbi dicit videri text.in clem.si appellatio.de appel.quòd tempus datum ad prosequendam appellationem, potest consensu partium prorogari.Dicit etiam,se vidisse in ciuitate Lucana,quòd partes prorogauerunt tempus datum ad appellandum:&illud fuit obseruatū. ADDE etiam,vt per Alexan.consil.xxiiij.iiij.lib. Quo verò ad secundam,adde,vt per Paul.de Castr.cons.cclxxxvij.incipien.videtur dicendum.Panor.consil.xvj.incipien.in causa fratrum.libr.2. Ang.in dict.l.properandum. vbi dicit,quòd licet iudex non possit diffinitiuè pronunciare,potest tamen absoluere ab obseruatione iudicij.

stringi, vt s. §. pr. ver. pe. & vbi certus terminus à iudice vel ab appellante præfigitur ad appellationem prosequendam, literæ sup appellatione, siue ab appellato, siue ab appellante, impetratæ, tacito eo non valēt, vt in præ. c. oblatæ. & c. significantib. & c. sæpe. vbi de hoc. Vbi autem nullus termin⁹ præfixus est, potest, siue appellans, siue appellatus, intra terminum iuris impetrare, ita tamē quòd nimium non procurrat: puta plus quam per mensem, vt 2. q. 6. appellantem. vel etiam per minus tempus, dummō malitiosè non agat. verum licet appellatus impetret, quādocunque voluerit, vbi terminus non ab homine, sed à iure tantùm præfixus, non tamen poterit petere confirmationem sententiæ, nisi cùm vnus mensis de anno superest, vt præ. l. appellatore. appellatus tamen bene potest coram iudice sic obtento causam appellatiōis, quandocunque voluerit, prosequi. nam causæ continentia diuidi nō potest, C. de iu. nulli. extrà de sequest. poss. c. j. Vel dic, quòd coram iudice appellationis, & coram subdelegato ab eo, tam ippellans, quàm appellatus potest prosequi causam appellationis, etiam non expectato mense iuxta finem anni: argument. in præ. ca. oblatæ. versi. si verò. vbi dicitur, ꝗ coram iudicibus intempestiuè impetratis potest appellatus prosequi causam suam. Tertij dicunt, quòd quis potest semper impetrando literas causam prosequi, etiam anteꝗ̄ vnus mensis restat de anno: causam aūt ante il-
11 lud tempus prosequi non potest, secundum Papam. ¶† Hoc etiam nota, quòd si is, contra quem opponitur, quòd non fuerit prosecutus appellationem intra tempus iuris, probare velit se intra illud fuisse impedium, vt nequiuerit prosequi, potest hoc facere prius quàm lis sit contestata in causa appellationis, nec pri-
12 ùs fiet litis contestatio: & sic obtinuit. ¶† Hoc autem certum est quòd terminus iuris præueniri potest, non hominis vt extrà de app. vt debitus. Est autem terminus iuris, annus: vel ex iusta causa biennium, vt s. Est etiam & alius terminus, qui datur hodie, cùm appellatur super electiōne, postulatiōe, seu prouisione, vel occasione ipsarum. nam appellans, & omnes, quorum interest, per se, vel per procuratores ad causam instructos intra mensem debent iter arripere ad sedem apostolicam veniendi: & si aliqua partium non venerit, per viginti dies post aduentum alterius expectata, in electionis, postulationis, seu prouisiōis negotio procedetur. hæc
a leguntur extrà de electione, c. statuimus [a]. Et scias, quòd præsens non potest petere, vt procedatur tunc contra absentē, nisi docuerit se præmissa tempora obseruasse, deducto tempore competēti. Computatur enim mensis, & viginti dies, & tempus competēs quo in itinere fuerit. Sed nec is, qui tempora non absoluit, potest hoc contra aduersarium opponere, ff. de reg. iur. cùm par. xxv. distin. c. j. in fi. extrà de vsu. quia frustra. & arg. ext. de censi. cùm olī.
13 extrà de except. cùm ecclesiasticæ. ¶† Sed nunquid videtur tempora obseruasse, qui intra ea auditorem impetrauit? Dicunt quidam, quòd nō, nisi saltem aduersarium in audientia citari fecerit: quia non videtur expectasse aduersarium. nisi præsentiam suam & voluntatem prosequendi negotium per citationem manifestari fecerit. Alij dicunt, & hoc obtinuit, quòd sufficit auditorem impetrasse: vel adire intra tempora prædicta: ad hoc vt tempora seruasse videatur: quia prædicta constitutio ad obseruationem temporum non requirit, nisi quòd intra mensem iter arripiatur, & quòd pars veniēs ad curiam per viginti dies expectet alterum.
14 ¶† Quid si apparet auditorem obtentum, non tamen constat, quòd per principalem personam. vel per procuratorem? Non videtur sufficere: quia prædicta constitutio requirit principalem, vel procuratorem, vt ibi dicitur. Contrarium tamē seruamus. sufficit enim, si is, pro quo impetratus est, id ratum habeat, ff. de reg. iur. l. hoc iure. Nec in commissionibus, quas do. Papa in curia facit per schedulas, vel per cursores, exprimitur, ad cuius instantiā sit datus auditor: sed simpliciter dicitur, mādat dominus Papa magistro Gulielmo Durādi, quòd causam, quę inter tales super hoc
15 vertitur, audiat, & diffiniat. ¶† Sed pone, auditor, à quo appellatur, præfixit decem ad prosequendam appellationem, vt extrà de appe. ad hoc. & intra hoc tempus appellatus impetrat auditorem in causa appellationis. & citari facit appellantem. sicut fit quotidie. qui tamen non comparet intra illos decem dies: postea verò comparet, volēs appellationem suam prosequi coram eo, quem suus aduersarius impetrauit: opponitur ei, quòd non debet audiri, cùm intra decem dies nō fuerit suam appellationem prosecutus: quæritur, an sit audiendus? Respon. obtinuit, quòd non. cùm enim intra dies statutos non venerit. non poterit se ex facto sui aduersarij iuuare, vt s. de pos. §. 8. versicul. sed secundum. quia verum est, quòd ipse non fuit appellationem prosecutus in termino sibi præfixo. vt in præd. c. ad hoc. argumen. C. de integ. resti.
16 petendæ. & s. §. j. versi. sed quid si ille. ¶† Item pone, præfixus fuit à iudice, à quo appellatum est, terminus partibus, in quo se coram iudice appellationis præsentent. vt extrà de appel. personas. & c. seq. Partibus ergo in termino ipso coram iudice appellationis constitutis, appellans dicit, nolo adhuc prosequi appellationem, cum habeam adhuc ānum, vel biennium, vt s. nec enim qs inuitus cogitur agere, vt C. vt nemo inuitus, per totum. Respon. obtinuit, quòd non cogitur. licet enim iudex prædictum terminum sibi potuerit præfigere, non tamen potuit sibi tempus à iure indultū auferre: quia iuris beneficium nemini est auferendum vt 28. distinct. de his. & extra de secundis nup. c. pe. & fi. & hoc satis determinauit ex his, quę not. extrà de appel. cùm sit Romana. in gloss. argumentum. quòd iudex. Appellatus tamen poterit libellum offerre, & confirmationem suæ sententiæ petere, vel cassari illius appellationem, eo. titul. oblatæ. versic. si verò non sit. & argum. C. quomodo & quando iudex, authen. qui semel. & sic indirectè ille cogetur suam appellationem prosequi: & sic seruamus. de hoc, secundum dominum meum, extrà de appel. cordi. §. post hoc. & iunge hoc, quod est s. §. prox. ver. porrò. & seq. Quid si statutus est à iudice terminus appellato ad prosequendam ap-
b pellationem: ipse verò venit diu ante terminum [b], nunquid ante ipsum terminum cogetur appellatus respōdere coram iudice appellationis? Et videtur secundum præmissa, quòd non: quia nec iudex appellationis habet iurisdictionem ante terminum, C. de di la. l. 3. Imò appellans tacitè, vel expressè potest renunciare appellationi, extra de appel. ad aures. & c. personas. & c. directè. & c. reprehensibilis. & c. sæpe. extrà de offi. del. gratū. C. de iure emph. l. fi. §. 2. 2. quæst. vj. si quis libellos. Argum. contrà 2. quæst. vj. appellatione. C. de temp. appel. l. fina. §. in his. extrà de appel. oblatæ. de
c poen. distinct. j. prædixerat. Super hoc dixit Vince. [c] † quòd iudex
17 appellationis ex officio suo potest partibus pręsentibus terminū præuenire: sicut & iudex, à quo appellatur, potest ex causa abbre-
18 uiare, vel prolongare terminum. tu dic, vt s. ¶† Item quid si pars quæ præfixit terminum ad prosequendam appellationem, mittit procuratorem ad prosequendum, non tamen prosequitur? Respon. non excusatur. debuit enim prosequi, ff. man. si procurator §. si tutores. Argum. contrà, quòd sufficiat mittere, extr. de appel.
d Nicolao [d]. & ff. coram odat. l. argentum. ¶† Et not. quòd quan-
19 doque præfigitur terminus appellanti ad iter arripiendum vt ex
e trà eodem. peruenit. & de elect. statuimus [e]. de re iu. cùm causam. quandoque ad repræsentandum se domino Papæ, vt eodem tit. personas. & c. significauit. quandoque ad terminandam causam appellationis, vt eo. titu. cum sit Romana. & 2. quæstio. vj. ei qui. sed hoc tantum à lege, & non ab homine, vt eo. titulo, insinuatione. Non autem potest pręfigi terminus, intra quē redeat à prosecutione appellationis, nec etiam à lege præfigitur, vt eo. titul. ex insinuatione. & 2. quæst. vj. anteriorum. Et nota. quòd vbi datur terminus ad prosequendam appellationem, sufficit intra illud
f iter arripere, vt extrà de re iudic. cùm causa. de elect. statuimus [f].
20 ¶† Sed pone, appellatus veniens ad iudicem appellationis negat te

ADDITIONES.

a Statuimus. ¶libro vj. In cathedralibus, vel regularibus ecclesiis, quarum confirmatio spectat ad Papam ex appellatione, vel immediata subiectione, seruanda sunt tempora decret. cupientes. e. titulo, libro vj.

b Terminum. ¶Vin. sic formauit: quid si ante terminum ambę partes sunt in curia: nunquid, &c.

c Vincen. ¶eo. tit. ad aures.

d Nicolao. ¶Vbi de hoc not. Vincent. soluit, vt ibi in j. glossa. Item ibi non fuit negligentia procuratoris, sed impotentia ex defectu mandati. Ad legem seq. responde per id, quod dixi de pig. significante. super gl. ergo non.

e Statuimus. ¶lib. 6.

f Statuimus. ¶lib. 6. Ista iura non probant id, ad quod inducuntur. In ista enim decret. ea parte statuitur terminus mensis ad iter arripiendum. Idem đ eodē termino intelligo dec. cùm cā. vt ibi scripsi sup verbo, inducias. vel aggrauando cōtemptum, dicit illum ñ solùm non prosecutum, sed nec iter arripuisse. simile extrà de renun. veniens. Ad prædicta facit, quod ipse auctor pmisit in proxi. vers. vbi tractans de termino ad iter arripiendum, allegat hęc duo iura. Sic etiam allegat gl. in dec. cùm causam. in dec. personas. e. ti. vbi tractat de his terminis. Potest tamen hoc dictum sic defendi. Prosecutio appellationis habet tres partes, scilicet principiū, medium & finem. Principiat autem prosequi, dum iter arripit, vt in d. c. statuimus. & c. cupiētes. e. tit. sicut & de alia lite dicitur de off. ord. quamuis. lib. 6. Tamen Inno. in dec. peruenit. 2. eo. tit. dicit, ꝙ itineris arreptio non sufficit: imò requiritur, quòd se repręsentet. vide, quod ibi post eum dixi. Aliquibus videtur distingendum inter terminum ad se presentandū, & terminum ad prosequēdum. In termino ad præsentandum sufficit pręsentari: in secundo tenetur prosequi, licet non teneatur ad diffinitiuam, vt not. in c. cùm sit Romana. de his s. ver. 2.

ADDE, quia in appellatione interposita in beneficialibus, ius assi

gat te appellasse, & sup hac negatiōe diu disceptatum est: ꝓcessu verò tēporis vult illam appellationem prosequi, quam negauit quæritur, quid iuris? Respon. obtinuit, quòd non audiatur: argu. extr. de ꝓbat. per tuas. & patet in his, quæ not. in præ. versi. sed secundum. De prosecutione appellationis dixi s̄. §. prox. Item qđ si procurator rei condemnati appellās in curia, non vult appellationem prosequi, sed dicit se hoc velle domino fortè in Hispania, vel vltra mare absenti nunciare? dic, vt s̄. đ ꝓc. §. j. ver. sed pone: ꝓcu.[a] ¶† In summa nota, quòd prohibetur appellationem exercere, qui lata sentētia diem petiit ad soluendum: vel si pendēte appellatione pactum fecit, vel transegit: vel si ānus, vel ex causa biennium à tempore appellationis emissæ pteriit, vel mortuo appellatore, C. de re iu. absolutionem. ff. de pac. tale pactum. §. qui pactus est. in authent. de his, qui ingre. ad appel. §. j. & 2. Collat. v. C. si pendente ap. mors interuen. l. 3. Et not. quòd quandoque vnus appellat, & alius appellationem prosequitur: quod dic, secūdum B. Compo. vt extra. de elect. auditis. & ca. statuimus[b]. & s̄. §. j. versi. sed quid, si ille.

ADDITIONES.

Assignat certum tempus, putà mensem, ad iter arripiendū, c. j. de ele. nunquid p lapsum huius temporis appellatio habeatur ꝓ deserta? Lapus tenet, ꝙ sic, in cle. j. eo. titul. motus, quòd duplici pœna non est afficiendus, c. at si clerici. ext. de iu. & pōderat tex. in d. cle. quia illo non veniente ꝓceditur, vt contra contumacem. Quid autem, si tale tempus iuris assignatur ab homine, an idē erit? Old. consi. 2. tenet, quòd sic, & Lapus in d. cle. j. latiùs vide de hoc: quia aliqui contrà per episcopum Alex. in c. cùm sit Romana. ext. eo. ADDE tu pro opinione Spec. hîc, vt sufficiat intra terminum ad prosequendum dictum iter arripere: hoc tenet Rota in nouis decis. xciiij. & decis. clv. vbi facit mentionem de doctrina Speculatoris hîc.

a Procurator. ¶De hoc s̄. §. j. post prin. ver. illud autem.

b Statuimus. ¶lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quoties iterari possit.*
Bis posse appellari, qualiter intelligatur, & quòd nemini tertiò appellare licet.
2 *Parte vna duas sententias confirmatorias habente, & altera duas alias, quę potior dici debeat.*
3 *Duobus ex eiusdem serui noxa conuentis, cui dandus erit seruus.*
Duobus literas impetratorias pro eodem beneficio habentibus, primò offerenti venit obtinendum.
4 *Appellatio tertia licet sit prohibita, restitutio tamen in integrum peti potest, & supplicari contra res bis iudicatas permissum est.*
5 *Appellans & restitutionem petens diuersis iuribus vti dicuntur.*
6 *Appellatio quandoque semel tantum fieri potest.*

¶Quoties apppellandum sit.

8. §. Quoties appellandum, sit clarum est: quoniam regulariter sup quolibet articulo, vel grauamine, & qualibet interlocutoria ante sententiā, & etiam à sententia diffinitiua bis tantùm appellatur, & non tertiò; vt ext. đ ap. dilectę. C ne in vna & eadem cā lic. ter. ꝓuo. l. vnica, ext. de ap. sua & 2. quæst. 6. ca. si autem. §. post secundam. & l. si quis in quacunque. Vnde cùm multa sint capitula in causa ante litis contestationem, multoties potest appellari. nam sup quolibet potest bis appellari, vt dixi: post sententiam etiam tantùm bis. & secundū hoc intellige 2. q. 6. omnis oppressus. & c. ad Romanam. & c. quoties. & c. iō. ¶† Quod autem dixi, Bis posse appellari tantùm à sentētia, vel à quolibet grauamine, intellige verum ab eadem parte. nā altera pars poterit etiam super eodem c. vel sententia appellare. Si enim appellauero à sententia pro te contra me lata, & iudex appellationis sententiam confirmat, possum secundò appellare à confirmatione sententiæ. sed si hæc confirmatio confirmetur, non possum amplius appellare: quia non licet tertiò ꝓuocare. Si autem confirmatio infirmetur, tu poteris ab illa sententia appellare: quia hoc non est tertia appellatio, sed prima, quo ad te. & si iudex appellationis infirmationem sententię infirmet, poteris secundò appellare: vltrà tibi non licet. & sic sunt predicta iura intelligenda. Et secundum hoc sup quolibet articulo potest quartò appellari. Et sic obtinuit: licet audiuerim quendam contrarium sustinentem, vt tantùm bis appelletur, sicut iuris verba tenent. Idem etiam credo, si interpellatim fiant appellationes: vt si à sententia lata pro te contra me ego appello, & in causa appellationis obtineo: demum tu secundò appellas, & obtines: tertiò ego appello & obtineo: & quartò tu appellas & obtines: certè nulli nostrum licet vlterius appellare: quia nulli nostrum licet tertiò appellare: & sufficit sic scriptum esse, ff. qui, & à quibus ma. liber. non fi. prospexit. sexta. quæstione, tertia. scriptum est. Vbert. dicit, quòd non licet tertiò appellare: verum est continuè, vt in superiori exemplo: sed interpellatim bene licet, vt in proximo exemplo. Item non licet tertiò appellare, verum est in eod. c. sed in diuersis sic, etiam centies. Et docet talem cautelam, vt appellans appellādo & prosequendo dicat primam sententiam nullam: & si iudex appellationis dixerit eam aliquam, vel iustam, vel non iustam, statim poterit appellare, & cēties per hanc viam. quod dic, secundum eum, vt s̄. de except. §. viso. versiculo, item not. secundum.
2 ¶† Sed secundum pmissa pone, tu habuisti ꝓ te duas sentētias confirmatorias, & ego ꝓ me alias duas: quæritur, quis erit potior, cùm nulli nostrum liceat vlterius appellare. Et videtur, ꝙ originalis reus: quia promptiores sumus ad absoluendum, quàm ad condemnandum, ff. de act. & ob. Arrianus. extrà de probat. ex literis. in fin. extra de fid. instrum. inter dilectos. in fin. 26. quæsti. vlt. alligant. Imò videtur, quòd is, qui priùs sententiam obtinuit, siue sit reus, siue actor: quia pro sententia psumitur, vt extra. de re
3 nun. in psentia. ¶† Et iudices appellationum plerunque in peius reformant sententias, ff. de appel. l. j. sicut & aliàs, cùm quis à pluribus ex noxa eiusdē serui ꝯuenitur, dabit ei, qui priùs ad sententiam ꝯuenerit, ff. de noxal. si quis à multis. Sic & in actione de peculio, vt ff. de pecu. si verò adhuc. sicut & aliàs inter duos impetrātes, qui primò psentat literas, primò pbendam obtinet, vt extra de rescrip. c. capitulum. Hoc disputationi duximus relinquedū[a].
4 ¶† Licet autem tertiò non appelletur, tamen in integrum restitutio petitur, & supplicatur contra res bis iudicatas, ff. de min. minor[b], & l. seq. ext. de in integ. rest. tum ex literis. §. pe. extra. de re iu. cùm causa. Arg. tamen contra: quia quòd appellatio in maioribus, hoc restitutio in minoribus operatur, vt ff. de min. præses.
5 ¶† Sed dic[c], quòd petēs restitutionem vtitur iure speciali & singulari: appellans verò iure communi, vt 2. q. 6. omnis oppressus. Et ideo aliud ius est in vno. quàm in alio, ff. de vulg. & pup. sub. l. centurio. ext. de priuil. sanè. xxv. quæst. 2. non exemplo. Sed licet restitutio detur contra res bis iudicatas; non tamē ipsa, vel etiam supplicatio bis, sed solùm semel dantur, vt j. tit. prox. §. quis autē
6 ver. item sup eo. & j. de supplica. §. j. ¶† Item licet regulariter bis possit appellari, quandoque tamen tantum semel appellatur, vt C. de episc. aud. authentic. si quis litigantium. & C. de appel. iubemus. & l. in offerendis. in authen. de appel. §. illud. Collatio. 4. & 2. q. vj. anteriorum. & §. illud. & C. de assert. tol. l. §. i. & C. de precib. impe. offer. si quis verò. quandoque etiam non semel, vt s̄. §. videndum.

ADDITIONES.

a Relinquendum. ¶Hodie p cle. de re iu. c. 2. patet, ꝙ melior est ꝯditio actoris, quādo prima sententia fuit pro actore, vult enim illa decre. ꝙ si actor habet tres sententias pro se, omnino fiat executio, non obstante ꝙ aduersarius agere, vel excipere velit, vel vellet de nullitare aliarum, vel alicuius earum. consequitur ergo intentum, nam, prout ibi dixi, legendo p gl. 3. satis est actori, ꝙ tres sententias habuerit, dato ꝙ fuerint interpellatæ. actor enim, qui obtinuit primam in principali, si habuit primam & secundam cōfirmatorias, statim debet hodie executionem petere. Idem, si primam & tertiā. Si autem pro ipso est quarta, & vna de primis, nūc & nō prius, habet beneficium illius iuris. licet fatear, ꝙ maior est æquitas illius dec. quādo reus nullam, vel vnam solam pro se sētentiam habuisset: sed sufficit ita scriptum esse, ext. de fer. c. 2. cum concor. j. gl. ADDE, an contra tres sententias conformes possit opponi exceptio nullitatis ad impediendum executionem. Old. omnino cons. cvj. Bal. consi. 449. 4. lib. Abb. consi. xcvij. 2. li. Paul. de Cast. consi. 320. Alex. consi. 77. 2. lib.

b Minor. ¶autem magistratus. in ordine. xix. in §. denique. ibi, contra res bis iudicatas, &c.

c Sed dic, ¶Secūdum Vber. de Bob. super l. j. C. si sæp. in integ. rest. pe. ad literam.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, à quo appellatur, non faciens officium suum, qua pœna tenebitur.*
2 *Iudicare, an causa in appellatione expressa sit probabilis, & iusta in ipso actu appellandi, quis debeat.*
3 *Appellans consulere debet iudici, vt deliberet camperitis de admittenda appellatione.*
4 *Appellatio multipliciter consideratur.*
5 *Appellatio latens & frustratoria quæ sit, & an sit admittenda.*
Appellatio media, siue dubia, quæ sit.
6 *Iudice dubitante, an sit deferendum appellationi, vel non, in dubio potiùs deferatur appellationi, quàm sententiæ.*
7 *Appellatione per iudicem recepta, qualiter habeat cum appellāte procedere.*
8 *Appellatione pendente, siue sit recepta, siue non, iudex non debet in præiudicium appellantis aliquid innouare.*
9 *Appellationem non esse recipiendam, qualiter cognosci possit.*
10 *Appellatio debet porrigi iudici, à quo appellatur, si fieri potest, aliàs, ad quem appellatur.*

11 *Inſtrumento appellationis continente quòd iudex appellationis eam benignè re*
cepit, an per hoc probetur ipſum iudicem appellationi detuliſſe.
12 *Appellationem admittere cenſetur, qui contra eam nil attentat.*

¶ Officium eius à quo appellatur, quod ſit.

9. §. Nunc dicamus, quod ſit officium eius, à quo appellatur
Et quidem, recipiat appellationem, & reuerẽter
1 ei deferat, ſi ex cauſa legitima ſit interiecta. ¶† Quod ſi non fece
rit, ſecundum Legem punitur in xxx. ponde. auri: & officiales ei⁹
ſimili modo, vt C. de appel. quoniam iudices, & l. iudicibus. ſecun
dum Can. verò debet d̃poni, vt 2. quæſtio. vj. decreto. ſecundum
Decre. mittitur ad ſedem apoſtolicam pro meritis pœnam recep
turus, vt ext. de appe. c. de priore. & c. ſeq. nec nocebit appellanti,
ſi eius appellatio legitima non admittatur, vt 2. quæſt. vi. appella-
tione interpoſita. & extr. de ap. ſæpe. Quòd ſi appellatio talis eſt,
quòd iudex eam non debet recipere, non nocebit ei ſi eam non
recipiat: imò temere appellans puniri debet, ſecundum Legem, ĩ
quinquaginta libris argẽti, vel efficitur infamis, vt C. quorum ap.
non rec. ab executione. §. fi. & C. de appel. à proconſulibus. in fin.
ſecundum Cano. remittendus eſt ad eum, à quo appellauit con-
dẽnatus in expenſis, vt in c. vt debitus. in fi. ita vt ſumptus in qua-
druplum reſtituat, 2. q. v. omni modo. hodie in ſimplum, vt C. de
fru. & lit. expenſis. non ignoret. & l. terminato. vel fortè in triplũ.
3. q. 3. libellum. de his expenſis dicam j̃. de expen. Iudex quoque,
qui fruſtratoriam appellationem admittit, & appellans ſimiliter
eſt puniendus in xx. libris argẽti, vt 2. q. vj. §. ſunt etiam, quorum.
2 ver. ſi quis etiam. ¶† Sed quis iudicabit in ipſo actu appellandi,
an cã in appellatione expreſſa ſit probabilis, ſeu iuſta, vt dicit c. vt
debitus? Et certè appellans non: quia qualemcũque diceret pro
babilem. Item appellatus non: quia etiam expreſſam in iure non
diceret probabilem. Item nec iudex, arg l. diſtinct. ſi quis p̃poſte-
ra. ext. de off. dele. ſuſpicionis. ext. d̃ conſt. cùm oẽs. & de verb. ſig.
cùm olim. 3. q. 7. iudicet. xv. q. v. preſbyter. ſicut nec arbitrari po-
teſt, an offenſa ſit notoria, vel dubia. vt extr. de ver. ſig. cùm olim.
Quid ergo erit? Dic, ꝙ appellans hoc iudicabit, quantum ad appel
landum: appellatus, quantum ad recipiendum: iudex, quãtum ad
deferendum: in dubio tamen deferat, vt j̃. ſequitur: & ſic ab initio
3 ſpectatur vtriuſque iudicium. ¶† Conſulo tamen appellanti, ꝙ
ſupplicet iudici, vt deliberet cum peritis, an ſit admittẽda, vel nõ:
quòd ſi denegauerit, hoc ipſo grauat, ſecundum do. meum, niſi
fruſtratoria appareat euidenter. Ex pòſt facto iudicare, an bene,
vel malè ſit appellatum, ſpectat ad iudicem appellatiõis, vt j̃. ver.
a pe. Vin.[a] dicit ſimpliciter, ad opinionem iudicis referre huiuſmo
probabilitatem, ff. de arb. qualem. 2. q. vj. plerique. 3. q. 3. §. item in
criminali. verſ. j. ibi. iudicis motus. extra. de conſuetu. ad noſtram.
4 ¶† Circa hoc autem hîc not. ꝙ quædam eſt appellatio manife-
ſtè rationabilis & legitima, vt ea, quæ fit ex cauſa in iure expreſſa,
vt patet in exemplis poſitis s̃. e. §. in quib. verſ. ſed quam dices. ex-
trà de offi. dele. ſuper quæſtionum. in fi. & c. cùm olim. de teſt. ſig-
nificauerunt, de ap. ſolicitudinem. & c. nouit. de dilatio. dilecti. de
reſcript. ſuper literis. C. vt lite pen. l. 2. C. de epiſco. au. l. 2. & in ca-
ſibus, qui ſunt 2. q. vj. c. non ſolent. & huic debet iudex deferre. nã
& ius eam admittit, vt extr. e. poſtremò. & c. ſignificantibus. cum
multis ſimilibus. Quædam verò eſt manifeſtè fruſtratoria. vt e. t.
propoſuit. & c. ad noſtram. huic non debet deferre, vt ext. e. ti. pa
ſtoralis. quia nec ius eam admittit, vt eo. ti. cùm ſit Romana. in fi.
& c. peruenit. Et hoc allegabatur in quæſt. quæ coram nobis ver-
tebatur inter archiepiſcopum & capitulum Piſanum pro parte v
na, & cõmune Piſarum ciuitatis ex altera parte. nam cùm ipſe ar-
chiepiſcopus excommunicaſſet Poteſtatem & cõſilium Piſanũ,
pro eo quia moniti per eum non abraſerant de capitulariis ſuis
capitula illa, quæ Honorius Papa mandat per eum abradi in decr.
ext. de ſent. excom. grauamẽ. & propter alios eorum manifeſtos
exceſſus contra eccleſiaſticam libertatem commiſſos: ipſi ſentẽ-
tiam huiuſmodi ſuſtinuerunt animo indurato. & petebat archie
piſcopus & capitulum coram domino Hoſtienſi apoſtolicæ ſe-
dis legato dictam ſententiam aggrauari: Piſani verò reſponde-
bãt quòd ipſi à proceſſu archiepiſcopi ad ſedem apoſtolicam ap-
pellauerant: vnde non tenebantur corã dicto legato, ſiue coram
me reſpondere. Replicabatur ꝓ parte altera. & bene: quod appel
latio illa euidẽter fruſtratoria erat, & ex cauſis friuolis interiecta
cui ẽt archiep̃s non detulerat: quare nec dominus legatus ei de-
ferre debebat, vt in præ. concor. ſuper quo dic, vt s̃. de legato, §.
5 nunc oſtendendum. ver. 33. ¶† Quædam verò eſt latens fruſtra
toria: putà cùm cauſa ꝓpoſita eſt probabilis, ſed tamen eſt falſa.
Et hęc admittitur à iudice, vſquequo veritas patefiat: ſed à iure re
probatur, 8. diſ. veritate. & c. ſeq Quædam verò eſt media, ſiue du
b bia, quam Vinc. vocat neutralem[b]: vt quando appellatur ex cau-
ſa, quæ non eſt in iure ſcripta, videtur tamen rationabilis: vt ſi di-
co iudicem fore compatrem aduerſarij, vel patruum, vel quãdo
appellatur in caſu, vbi ſunt diuerſæ opiniones: putà quia me com
pellit reſpondere per literas poſteriùs impetratas, quæ tamen pri
mò fuerant præſentatæ: hæc cauſa probabilis eſt, cùm ſit dubia:
quia circa hoc ſunt opi. vt no. ext. de reſcri. capitulum. Item pone
exemplum in appellantẽ, qui ſe dicit nuncium præmiſiſſe, vt not.
j̃. de expenſis. §. nunc videndum. in prin. Et his caſibus, ſi ab ordi-
nario appelletur, tenetur deferre, quia ius eam admittit: ſed ſi ſit
delegatus, cui cauſa eſt appellatione remota commiſſa, non tene
tur iudex deferre: grauatus tamen poterit nihilominus appellare
& ſi ſuperior reputauerit appellantem grauatum, poterit remo-
uere grauamen, vt in præ. c. paſtoralis. verſicul. ſed ſi appellant. &
ſic erit in arbitrio ſuperioris, quam opi. in hoc dubio eligat & ſe
quatur: & an reputet huiuſmodi appellationem fruſtratoriam,
vel legitimam: & hoc proſequere, vt s̃. in §. quibus. verſicu. & ad
6 huius. & ſeq. ¶† Dicũt autem quidam, quòd oppoſita tali dubia
recuſatione, de qua præmiſſum eſt, iudex debet partibus dicere,
quòd eant ad arbitratores: qui ſi eam iuſtam ꝓnunciant, non ſta-
bit eorum dicto, niſi velit, ſed ſi pars ex hoc appellet: tũc deferre
tenetur. cùm poſſit meritò dubitare. Sed melius mihi videtur, ꝙ
ipſe, à quo appellatur, ſecum diligẽter deliberet, an ſit cauſa ſuffi-
ciens, vel non: quod dic, vt not. 2. quæſt. vj. c. ad Romanam. Vinc.
c dixit[c], ꝙ ſi iudex dubitat, an ſit deferendum appellationi, vel non,
in dubio potiùs deferetur appellationi, quàm ſententiæ, extrà de
appella. dilectis. in fin. & eſt expreſſum in præ. c. vt debitus. §. cùm
autem. & c. cum ſpeciali. §. exceſſu. de reſcr. cùm contingat. in fin.
& de ſenten. excom. c. ſacro. §. fin. & quære hoc, vt s̃. de citat. §. j.
7 verſiculo, item pone. ¶† Recepta autem appellatione debet da
re appellanti apoſtolos requiſitos, & offerre etiam non petenti.
de quibus, & de eorum forma dic, vt j̃. in tracta. libellorum, in tit.
de appella. §. ſequitur. Quo facto ſecundum locorum diſtantiam
& perſonarũ qualitatem, & negotij, indulgeat tempus appellan-
ti ad proſequendum appellationem, vt ext. de ap. cordi. §. j. vel ad
alia, vt s̃. §. proximo. verſiculo, & nota, Et ſcias, quòd hæc cogni-
tio, an ſit recipienda appellatio, necne, præcedit cognitionem il-
lam, vtrùm ſit iuſta, vel iniuſta cauſa appellationis: & poteſt fieri
hæc adminiſtratio, altera parte præſente, ff. de adminiſtr. tu. chiro
8 graphis. §. fi. ff. de ap. re. ſi cuius. ¶† Item appellatione pendente,
ſiue ſit recepta, ſiue nõ, iudex non debet aliquid in præiudicium
appellantis innouare, nec exeutionem facere, niſi in caſibus, qui
no. j̃. §. nouiſſimè. ver. j. & hoc ſi certũ eſt appellationẽ tenere: vel
ẽt, ſi dubium ſit de iure, vel de facto, ſit iuſta, vel non. ſic intelligiẗ
ff. de appella. recip. vel non, l. ſciendum. & alia iura dicentia, nil in-
nouari appellatione pendente, vt C. de app. à proconſulibus. &
l. quoniam iudices. Si autem non ſit dubium, ſed certum, appella
tionem eſſe iniuſtam, tunc ſententiam exequatur: putà ſi ſit con-
feſſus & conuictus de crimine, vel eſt inſignis latro, ſeditioſus, &
in aliis caſibus, in quibus prohibitum eſt appellare, vt s̃. §. in qui-
bus. vel etiam ante ſententiam nulla cauſa expreſſa, ff. de iniuſt.
rup. & irri. teſt. ſi quis, §. hi qui. & §. quid tamen. ff. de appel. conſti
tutiones C. quorum appel. non recip. per totum, in authentic. vt
9 nulli iu. §. illas. & §. ſuper hoc. † Sed cùm cognoſcere, vtrùm ap-
pellatio ſit recipienda, vel non, ſpectet ad iudicem appellationis
quomodo poteſt certum eſſe eam non eſſe recipiendam. vt ff. de
adminiſtr. tuto. chirographis. in final. C. de appel. apertiſſimè. ff.
nil. nouan. appel. penden. l. i. Reſpon. ſit notum non p̃ cauſæ co-
gnitionem, ſed per euidentiam facti, ſuper quo iudicatum eſt: vel
quia ibi prohibetur appellari à iure, vt dixi: vel quia cauſam in ap
pellatione non ante ſententiam aſſignauit: & ſic in omnibus ali-
is poteſt dici notorium iuris. hoc not. Papa extrà de offici. deleg.
c. paſtoralis. §. p̃terea. & vide s̃. verſiculo, ſed quis. Vtrùm autem
locum habeat delatio iudicis, vel approbatio partis, quando ap-
pellatur à diffinitiua, not. ſuprà. §. qualiter. verſiculo, porrò.
10 ¶† Et ſcias, quòd appellatio iudici, à quo appellatur, porrigi de
bet, ff. de appel. l. j. in fin. 2. quęſtio. vj. ſi quis libellos. & hoc, ſi fieri
poteſt: aliàs enim iudici, ad quem appellatur, vt ff. quando ap. ſit,
l. j. §. dies. & §. ſi quis, vel ſaltẽ fiat corã notario, & publicis perſo-
nis, vt infrà in tractatu libellorum, de appel. §. j. verſiculo, cæte-
11 rùm. & ſequentib. ¶† Quid ſi in inſtrumento appellationis ta-
bellio ita dicit: Quam appellationem iudex benignè recepit: nũ-
quid probatur per hoc ipſum iudicem appellationi detuliſſe? Nõ
videtur, quia ſæpe iudex appellationem manu propria reci-
pit, &

ADDITIONES.

a Vin. ¶ Dixit in decr. vt debitus. e. tit.
b Neutralem. ¶ In dec. paſtoralis. eo. ti. in ſua ſecunda gl. ex qua gl.
ſimul cum prima ſumptus fuit iſte ver. circa hoc.
c Vinc. dixit. ¶ in prædicta dec. vt debitus.

32 pit, & tamen ei non defert. ¶ † Item & quandoque recipere dicitur appellationē, qui contra eā nil attentat, vt s. §. qualiter. ver. porro. Dominus Clemens Papa IIII. dixit contrà, ar. pro eo, extrà. de appel. c. interposita. §. j. & 2. q. vj. appellatione interposita. sępe enim in hoc casu Recipere, & Deferre, pro eodem accipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, ad quem appellatur de sufficientia causę appellationis, qualiter procedere debeat in causa.*

2 *Appellari potest à sententia diffinitiua, etiam sine causæ expressione. Appellanti à diffinitiua sententia sufficit dicere, appello ab iniqua sententia.*

3 *Iudex appellationis an procedere & pronunciare possit altera parte contumaciter absente.*

4 *Iudex appellatus malè appellatum cognoscens, an pronunciare debeat super causa.*

5 *Fructus alicuius fundi post litem contestatam percepti, iudicis officio veniunt.*

6 *Iudex appellationis ex officio potest nō solùm sententiam iustam, vel iniustam pronunciare, sed etiam illi addere.*

7 *Iudex appellationis debet litigantium consuetudinem sequi.*

8 *Iudex appellationis an, & quando possit priori iudici inhibere, ne procedat in causa, vel ne sententiam exequatur.*

9 *Iudice appellationis priori iudici, ne prosequatur, inhibente, an debeant partes vocari.*

10 *Priuari sua possessione nemo debet propter alicuius appellationem. Appellatione extra iudicium facta, an iudex, qui de veritate appellationis cognoscere cœpit, possit aliquid inhibere ei, à quo, vel cōtra quem est appellatum*

11 *Appellatione iudici appellationis præsentata, debet notarius sub speciali forma eam in suo quaterno scribere.*

12 *Impeditus ne possit coram suo iudice appellare, si coram alio appellet, debet instrumentum speciale conficere.*

13 *Lite pendēte nō debet prodesse, aut nocere legis, aut alterius statuti innouatio.*

14 *Stilus Romanæ curiæ iuri communi innititur, & ideo, tanquam magister omnium, ab inferioribus est sequendus.*

15 *Appellatio à diuersis sententijs diuersimodè consideratur.*

16 *Conclusio diuersorum iudicum adinuicem discordātium qualiter fieri debeat.*

17 *Iudex si spernat appellationem à diffinitiua sententia, & excommunicet appellantem, qualiter sit concludendum.*

18 *Appellatione sententiam diffinitiuam præcedente, si sequatur sententia excommunicationis, quid iuris.*

19 *Appellans ante diffinitiuam, debet grauamē sufficiens exprimere, alioquin non tenet appellatio.*

20 *Appellatione facta à sententia in causa matrimoniali, qualiter sit concludendum.*

21 *Appellatione facta à sententia diuortij lata per iudices delegatos, si iudex appellationis in contumaciam partis latam sententiam confirmauerit, demum pars se excusauerit, quomodo concludetur.*

22 *Appellante à sententia delegati non prosequente intra tempus, quomodo sit concludendum.*

23 *Ordinario proferente diffinitiuam, & alio dato ad causam appellationis eam infirmante, qualiter sit concludendum.*

24 *Appellatio ante sententiam diffinitiuam ab interlocutoria, vel grauamine illato seu processu facta, multipliciter consideratur.*

25 *Grauamine illato super exceptionibus in causa appellationis non admissis, datur distinctio.*

26 *Exceptione peremptoria in vim dilatoriæ proposita, & non admissa, si appelletur, an super tali appellatione dandæ sint literæ.*

27 *Appellatione facta propter dilatoriam non admissam, vel propter grauamen iniustè illatum, & propter processum iniquum, &c. qualis fieri debeat conclusio.*

28 *Appellatione facta à delegato sedis apostolicæ, vel subdelegato ipsius, &c. vbi semel fuerint literæ impetratæ, super quibus sit appellatum, qualis debeat esse conclusio.*

29 *Appellatio à subdelegatis delegatorum apostolicæ sedis cuius conclusionis esse debeat.*

30 *Appellante intra tempus legitimum appellationem non prosequente, qualiter debeat appellatus suam narrationem facere.*

31 *Exceptio in causa appellationis multipliciter proponi potest.*

32 *Modus proponendi exceptionem in materia appellationis, quas considerationes requirat.*

33 *Literis super aliqua quæstione obtentis, si coram delegato processum est, & super eodem ad ordinarium trahatur, qualiter sit excipiendum.*

34 *Forma conclusionis in multis casibus, quibus excipitur contra literas, quibus contradicitur.*

35 *Exceptio excommunicationis si opponatur contra rescriptum, dicendo quòd tempore impetrationis impetrans erat excommunicatus, an sit per hoc rescriptum vitiosum.*

36 *Sententia excommunicati publicè non tenet.*

37 *Liti se offerens, vt processus contra se habitus reuocetur, si à iudice hoc denegante appellauerit, qualiter concludetur.*

38 *Clericus conuentus pro quadam summa pecuniæ, quam soluere nequit: si offert cessionem bonorum, nihilominus à iudice excommunicetur, quid sit de hoc concludendum.*

39 *Conclusio facienda, vbi appellatur, quia iudex admittit aliquem ad causam sine mādato: nec iudex vult apostolos cōcedere, sed appellātem excōmunicat.*

40 *Impetrare volens literas super appellatione quæ debeat considerare.*

41 *In literis, quæ super appellationibus impetrantur, non debent verba consueta in narrationibus omitti.*

42 *Conquerens de procuratore non admisso quæ debeat in narratione proponere.*

43 *Officiales curiæ cauere debent ab exceptionibus factis appellantium.*

44 *Vtraque parte à diuersis iudicibus appellāte, quibus verbis sit pronūciādum.*

45 *Duobus grauaminibus sese compatientibus, vel nō compatiētibus, in appellatione prolatis, quibus rescriptis vtendum sit.*

46 *Decano & priore datis executoribus, si vno absente, nec se excusante, alter procedat, propter quod appellatur qualiter concludendum erit.*

47 *Executore excedente fines mandati, & assignante stallum in choro &c. propter quod appellatur, quomodo concludetur.*

48 *Forma concludendi, vbi appellatur, quia procurator per errorem impetrat non super grauamine, sed super alio.*

¶ Officium eius ad quem appellatur, quod sit.

10. §. De officio quoque eius, ad quem appellatur, aliqua perstringamus. Et certè ad eius officium spectat appellationem sibi oblatam recipere, & diligenter eius formam inspicere, & videre, an fuerit intra decem dies appellatum, vel fuerit appellationi renunciatum tacitè, vel expresse, vt extr. de ap.
a Romana. §. si verò[a]. Postea debet videre, vbi ante sententiam appellatum est: ex qua causa fuerit appellatum, an videlicet fuerit talis, quæ probata, legitima esse, & an cā sufficiens sit ꝓposita, vt dixi s. §. prox. & §. in quibus. versi. sed quam dices & ad hoc debet partes citare, ext. de ap. per tuas. de constit. ecclesia, nisi quando appellatio recipiatur à iudice, & terminū præfixit ad prosequendā appellationem. nam terminus ille habetur loco peremptoriæ citationis, ext. e. sæpe. De citatione partis appellatæ no. s. de cit. §. vi
1 so, † Cognito igitur, an cā sit sufficiens, recipiat libellum, vt j. de lib. conc. §. nunc dicēdū. ver. si. & fiat litis cōtestatio. prout no. s. d lit. contest. §. 2, versicu. sed cùm in causa. & iuretur, & inquirat de
b veritate causæ, vt in præ. c. Romana, §. ꝙ si obiiciatur[b]. & si eam veram inuenerit, debet pronunciare illum iustè appellasse: & post ea debet de tota cā cognoscere, & eam mediante iustitia terminare. Et idē faciat subdelegat', vl delegat' ab ipso, s. ꝙ cognoscat de pricipali, ar. ext. de resc. sup literis, in fi. ext. de test. c. Raynutius. Si aūt nō probatur cā vera, tunc pronunciabitur appellatio iniusta, & debet appellantem in expensis condemnare, & ad eum, à quo appellauit, remittere, vt ille in causa procedat. hoc probatur ext. de ap. vt debitus. in fin. & c. cùm in ecclesia. ext. de off. deleg. insinuante. ext. de eo qui mit. in poss. cau. rei ser. cùm venisset. in fi. &
2 2. quæst. vi. in fi. ¶ † Si autem à sententia diffinitiua fuerit appellatum non habet laborare inquirendo, an ex cā fuerit appellatum. nam à diffinitiua etiam sine causæ expressione appellari potest: & sic sufficit dicere tunc, appello ab iniqua sententia, vt sæpe dictum est. Debet ergo tunc libellum recipere, vt j. de lib concep. §. nunc dicendum ver. sed nunquid. & negotium ipsum diligenter examinare, modis quibuscunque poterit, vt xxx. q. vlt. iudicantē. & debet sententiam prioris iudicis confirmare, vel infirmare, corrigere, seu emendare: & hoc in totum, seu in partem, vbi sententia plures continet articulos. quæ dic. vt s. de sententia. §. vt autē, vers. in iudice. Debet autem præmissa facere secundum allegata. Quinimo debet etiam rationes & testes audire, & recipere, quos partes volunt super nouis articulis inducere: quia in causa appellationis potest non oppositum opponi, & non probatum probari: sicque secundum causæ merita debet sentētiā proferre, hæc ꝓbantur C. de appel. eos §. si quis autem. ext. de testi. fraternitatis. & de fide inst. cùm Io. & dic, vt s. de teste, §. satis vtiliter. vers. illud autem. Debet etiā reuocare attentata post appellationē, vt j. §. ꝓxi.
3 ¶ † Sed qualiter se habebit iudex appellationis, si altera pars se contumaciter absentat? Dic, quòd nihilominus in causa procedat & pronunciet, C. de temp. appel. l. fin. sed hoc prosequere, vt ext. de app. per tuas. & c. interposita. §. fin. Vtrùm autem succumbens in causa appellationis siue sit appellans, siue appellatus, condemnabitur in ex pensis, notatur j. de expensis, §. nunc videndum.
4 ¶ † Item nota. quòd si iudex appellatus videt fuisse malè appellatum, & bene pronunciatum: videt etiam appellantem paratum plures exceptiones & cauillationes opponere, & appellare: consulunt quidam, quòd non pronunciet super causa appellationis, sed consulat, quòd sententia executioni mandetur, vt sic non valeat

ADDITIONES.

a §. si verò. ¶ lib. vj.
b Obiiciatur. ¶ lib. 6.

leat appellari ab eo.Sed contra hoc eſt remedium ĩ.§.prox.verſi.
5 & not.quod.¶†Sed pone:petij fundum à P.appellauit:pendente appellatione percepit fructus:nunquid iudex appellationis cõ
demnabit P.etiã ad fructus medij temporis?Dic,quòd ſic,vt ff.de
vſu.tutor.in prin.ff.de re iu.l.fin.ff.de neg. geſt.nã fructus poſt li-
tem conteſtatam percepti veniunt iudicis officio,vt de diſput.&
6 allegat.aduoca.in fin.§.quid de fructibus. ¶†Poteſt autem non
ſolùm pronunciare ſententiam iuſtã,vel iniuſtam,vt ſ.de ſentẽ.
§.vt autem.ver.in iudice.imò etiam põt illi addere,vt ext.de teſt.
Raynutiùs,prope finem,ibi,cenſuit,&c.Arg.tamen contrà,C.de
a appel.eos[a].¶† Debetque iudex appellationis litigatorum con-
7 ſuetudinem ſequi,vt præ.c.Raynutius.ext.de eo,qui mit.in poſſ.
cauſa rei ſeruan.cùm veniſſent.quod proſequere,ſecundum Pa-
pam,prout no.ext.de conſue.c.j.Item de officio eius,ad quem ſi-
8 ne appellatione cauſa remittitur,dixi ſ.de remiſ.§.fi.¶†Sed quę
ritur,quando iudex appellationis poſſit priori iudici inhibere,ne
procedat in cauſa,vel ne ſententiã exequatur?Reſpon.aut appel
latur poſt ſententiam diffinitiuam,aut antè.Si poſt,aut proponi-
tur coram iudice appellationis non eſſe appellatum,aut appella-
tionem eſſe nullam,vel alias ad ipſum iuriſdictionem non ptine-
re:& tunc non debet priori iudici aliquid inhibere,niſi priùs con
b ſtet appellatum eſſe,ext.de appel.Romana.§.ſi verò vocatis[b].&
niſi priùs cognoſcat,an ſua ſit iuriſdictio,ext.de reſc.ſuper literis.
etiam ſi appellans à iudice capiatur,vt in decre.Alex.eo.tit.vt ꝓ-
c batio[c].Poſtquam autem vocatis partibus cognouerit appellatũ
eſſe,vel ſuã iuriſdictionem eſſe,ſtatim poterit inhibere,vt in pręc.
§.ſi verò.& ſic itelligitur ext.de offi.deleg.paſtoralis.§. præterea.
ibi enim loquitur de appellatione à ſententia.Et hoc verum eſt,
quòd vbi conſtat appellatum eſſe,poteſt inhibere,niſi in quib.ap
pellatio inhibetur:putà à ſententia ſuper nototiocrimine,vel de
quo quis in iure conuictus & confeſſus eſt,& ſimilibus. tunc eñ
iudex appellationis non poteſt inhibere priori,ne ſententiam ex
equatur,niſi poſtquam cognoſcere cœperit,an appellatio,ſit re-
cipienda,vel non:& an ſit caſus. in quo potuerit appellari, vt in
præ.c.Romana.§.ſi autem poſt ſententiam.Si autem ante ſenten
tiam à grauamine appellaẽ,tunc non prohibebit priorem iudicẽ
procedere,niſi ſibi conſtet appellaſum eſſe,& ex cã legitima,& in
cipiat cognoſcere de veritate cauſæ appellationis:& tunc ſtatim
inhibeat.vt eo.c.§.quòd ſi obiiciatur.& ſic intelligitur ext.de re-
ſcri.dilectus filius.Id quando ſcilicet non negabatur appellatum,
non ex cã legitima,ſed appellationis cauſa, quia ſcilicet trahebatur
d vltra duas dietas, dicebatur eſſe falſa[d]. Alij dicunt quòd hæc
locũ habent,quando ad Metropolitanum appelletur, qui in ſub
ditis ſuffraganeorum iuriſdictionem non habet,niſi in certis caſi
e bus,ext.de off.or.paſtoralis.ix.q.3.§.i.Secus in delegato[e],qui (vt
dicunt)ſtatim cùm literas ſuper appellatione à grauamine inter-
poſita recipit,inhibere poteſt priori iudici,ne procedat.& ſic in-
telligunt præ.c.dilectus.& facit ext.de reſti.ſpo.audita.Sed prius
dictum verius eſt,& illud Papa approbat.& c.audita,nõ loquitur
in literis ſuper appellatiõe obtentis.vnde aliud ius eſt in eis, quã
9 ſi forent ſuper appellatione obtentæ.¶†Quid ſi iudex appella-
tionis non ſit Metropolitanus, nec delegatus, ſed eſt alius ſupe-
rior,putà epiſcopus,ad quem à ſententia ſui archidiaconi appel-
latur?Reſpon.niſi contraria ſit conſuetudo,poteſt, quandocun-
que voluerit,priori iudici inhibere, etiã ante quàm incipiat cog
noſcere:& forſitan etiam hoc poſſet,etiam ſi non fuiſſet appella
tum,ff.de iud.iudiciũ.ibi,vel etiã eo,qui maius imperium,&c.cũ
talibus talia competant ex delegatione epiſcopi.Alij tamen con
f trà[f].Sed nunquid in eo caſu,in quo dixi iudicem appellationis in
hibere poſſe,debent partes vocari?Reſpon.ſic,vt in præ.§.ſi verò
g vocatus.& C.ſi vt ſe ab hær.abſti.authen.ſi omnes[g].¶† Quid ſi
10 extrà iudicium appelleẽ,nunquid iudex,ex quo đ veritate appel
lationis cœpit cognoſcere, poteſt inhibere aliquid ei,à quo,vel
contra quem eſt appellatum?Reſp.non:quia propter appellatio
nem alicuius non debet quis ſua poſſeſſione priuari : & quia per
appellationem iuriſdictio tantùm ad ſuperiores transfertur,vt di
cam ĩ.§.proximo.An autem iudex,à quo appellatur,cui inhibitũ
eſt,ne procedat,dẽat ſuperſedere,& quando dicã ĩ.§.prox.& illa
iunge cum iſtis.Formam verò inhibitionis vide ſ.de cita.§.dicto
11 ver.porrò.& ſeq.¶†In ſumma not.quòd præſentata appellatio
ne iudici appellationis notarius eam in ſuo quaterno debet ſcri-
bere in hac forma:
¶FORMA.P.in præſentia talis iudicis conſtitutus, aſſerens ſe à
ſententia talis iudicis appellaſſe,libellum appellationis eidem p̄-
ſentauit continentiæ talis.demum ponat totum tenorẽ: & poſt
ea ſubiungat ſic:qui quidem libellus oblatus fuit ad eum.P.dicto
iudici,& ab eo receptus,anno, menſe, die, hora, & loco talibus.
Quòd ſi ſuperior recepta appellatione velit cognoſcere per ſe ꝓ
cedat,vt ſ. ſcriptum eſt:ſi autem velit alteri committere audienti
dam,notarius ſic ſcribat:

¶FORMA. Dominus talis cauſam appellationis interpoſitam
per talem,à ſententia,vel proceſſu talis, cõmiſit die tali viua vo-
ce,vel per talem curſorem audiendam,& fine debito terminan-
dam,Vel ſic:Talis curſor dixit tali,ex parte talis,&c.Qualiter au-
tem fiat ipſa cauſæ commiſſio,dic, vt ſ. de iudice deleg.§. ſequi-
12 tur.ver.cæterùm.¶†Porrò ſi quis non poteſt coram ſuo iudice
appellare,quia non poteſt habere eius copiam,vt 2.q.6.c.biduũ.
vel quia abſens eſt,fortè in curia Romana, & ideo appellat corã
alio iudice, putà coram auditore palatij, inſtrumentum poterit
confici in hac forma:
¶FORMA.Vniuerſis & ſingulis hoc publicum inſtrumẽtum in
ſpecturis,talis iudex,vel auditor ſalutem in domino.Nouerit vni
uerſitas veſtra, quòd talis in præſentia noſtra conſtitutus præſen
te notario & teſtibus ĩ.ſcriptis appellationem quãdam interpo-
ſuit in hoc verbo:Coram,&c.ponatur totus tenor:deinde ſic ſub
iiciatur:In cuius rei teſtimonium, in memoriam futurorum hoc
præſens publicum inſtrumentum,manu talis notarij noſtri con-
fectum,fecimus ſigilli noſtri munimine roborari.Et ego talis no
tarius,&c. Acta ſunt hæc anno,menſe,die tali,hora,loco,indicti-
one talib.præſentib.teſtib.rogatis adhibitis. Vel ipſe notarius in
ipſo inſtrumento loquatur:vel forma inſtrumẽtum,vt ĩ.in tract.
13 libellorum.in titu.de appel.§.j.ver.illud quoque.¶† Sed quid ſi
dum cauſa appellationis,vel etiam negotium principale diſcuti-
tur,fertur noua lex.nũquid iudex appellationis, vel etiam cauſæ
h principalis iudicabit ſecundum illam?Dic[h],quòd ſi facta eſt ad al
terius partis petitionem,non valet in hac cã:imò iudicabitur ſm
antiquã,vt in auth.Coll. 8.in med.litis non fieri ſacras iuſ.§.ſi ve-
rò dum cã.& in §.eã aũt.Idem etiam eſt,vbi proprio motu,nullo
petente,facta eſt,ſi ſit poſt latam ſententiam,ſiue poſtquam par-
tes allegationibus renunciauerint, & relatio facta eſt. non enim
valet tunc etiam ſi in ea dicatur,quòd ad præterita trahatur, vt in
authent.Coll.e.vt cùm de appel.cog.§.i.Et ſic intellige ext.de cõ
ſtit.cognoſcentes.& c.fin.& C.de legi.& conſtitu.leges.quia lite
i pendente nihil eſt innouandum,extra.vt lite pendente,ca.fin.[i]ff.
14 nil nouã. appell.pen.per totum.¶†Vt autem hoc membrum[k]
k plenius proſequamur,not.quòd cùm pars,quæ ſe grauari ſentit,
ad ſuperiorem appellat,ſuperior quãdoque ſuper ipsã appellatio
nẽ literas concedet,in quibus decens,clara,& aperta narratio fie-
ri debet & competens, & iuri conſona querelæ concluſio ſequi
debet,vt ĩ.verſiculo,inferuntur.& ſeq.Super quo,cùm plura ſint
negotia,quàm vocabula,vt ff.de præſcript.verb.natura.& extr.in
prooemio Decre.in principio,ibi,tot noua litigia,&c.certa regu-
la tradi non poteſt:tamen aliqua ſuper aliquibus, quæ frequentã
tur,etiam ſi non plenam de omnibus,tradamus doctrinam, extr.
vt lite non conteſt.quoniam frequenter in princ. ff. de legi.nam
ad ea.ſtilum Romanæ curiæ,qui iuri communi innititur, proſe-
l quentes[l],extr.de fide inſtrum.paſtoralis.ext.de confir.vti vel in-
uti.bonæ.§.fin.quæ,tanquam magiſtra omnium,ab inferioribus
eſt ſequenda.22.diſtinct.omnes.in fi.ext.de ſumma tri.dãnamus.
prope fin. Quid iuris autem ſit de aliis formis,diximus ſ.de reſcr.
15 præſent.§.ratione formæ.¶†Sciendum eſt itaque,quòd quãdo
que appellaẽ à diffinitiua: qñque ab interlocutoria,vel grauami-
ne,vel

ADDITIONES.

a Appel.eos.¶Vide,quod plenè dixi ſuper præ.ver.in iudice.prox.
allegato.
b Vocatis.¶lib.vj.
c Probatio.¶Quam hodie non habemus.
d Falſa.¶Et ſic,quod ibi dicitur,quòd ad iudicem appellationis pertinet cognoſcere,ad quos iuriſdictio debeat pertinere, exponiẽ,
id eſt,de veritate cauſæ appellationis:per quod patet,ad quos ſpe
ctet iuriſdictio.vide,quod ibi ſcripſi in vlt.gl.
e Delegato.¶Sup.Papæ.
f Contrà.¶Quod videtur verius:ar.de exceſ.præ.c.2.& in auhen.
de defen.ciui.§.nulla.facit, quod ſcripſi de off.ordi.paſtoralis.ſu-
per j.glo.
g Si omnes.¶Facit ĩ.§.pe.ante fi.ver.ſed.quæro.
h Dic.¶Sed Compoſt.cuius fuit iſte ver.in dec.2.de conſtit.vt ibi
dixi.Materiam autẽ huius ver. vide de ele.licet canon.lib.6.in gl.
ad futura.cum his,quæ ſuper ea ſcripſi,& remiſſiões alias ibi dedi
ADDE,vt per Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.
i C.fi.¶Vide,quod ibi ſcripſi ſuper j.gl.
k Membrum.¶Non loquitur de prox.ver.qui fuit additio.
l Proſequentes.¶Sic ad literã, quòd hic ver.præcedit,& ꝙ ſequitur præter allegationes iurium,habeo in ſtilo prædicto, parte ſe-
cunda reuocatoriarum:& ſub eodem ordine vſq;ad verſ.quòd ſi
in cauſa.& eius prima forma in ſtilo continuatur,verſ.nunc dica-
mus.media de diuerſis locis partis primæ recipit.

ne,vel processu.Si à diffinitiua à quocunque prolata appellatur, super appellatione literæ impetrentur, & sic in narratione dicat

¶FORMA.A. clericus nobis conquerẽdo monstrauit,quòd cũ inter ipsum & B.super hoc coram C. iudice quæstio verteretur, idẽ iudex perperam in causa procedens,iniquam tulit diffinitiuã sententiam contra eum,à qua ad nostram audientiam appellauit & cõclusio talis erit:Mandamus,quatenus in appellationis causa legitimè procedentes,sentiam ipsam confirmare, vel infirmare
a appellatione remota curetis,sicut de iure fuerit faciendum a. Veruntamem si episcopus de causa cognouit,tunc nõ ponitur Perperam. Item hæc conclusio datur, siue semel tantùm ab eadem parte,siue bis extiterit appellatum:putà,episcopus tulit diffinitiuam contra A.clericum,qui appellauit ad Metropolitanũ,& Metropolitanus in totum eandem sententiam confirmauit: à qua si denuò appelletur, præcedens conclusio non mutatur. Si verò appellatur ante sententiam,& etiam post.eadem erit conclusio,
16 sicut s.& idem est,si appellatio nõ sequat,vt j.ver.porrò.¶†Si verò in diuersis diffinitiuis à diuersis iudicib9 prolatis vtraq; pars appellat,putà vnus iudex condemnat.alter absoluit.vel vnus cõfirmat alter infirmat,vel aliàs fuerunt diuersi processus,vt ext.de re iu.c.fi.tunc conclusio talis erit:

¶FORMA.Mandamus,quatenus,si ita est, de vtroque processu legitimè cognoscentes,illũ,quem legitimum inueneritis,approbetis,reliquo,sicut iustum est,reprobato. Vel sic:de vtroque iudicum processu legitimè cognoscentes, quod iustum est,vel fue
17 rit,appellatione remota curetis, &c. ¶†Si autem vlterius processum fuerit, quia videlicet post appellationem à diffinitiua interposita iudex spreta appellatione excommunicauit appellantem,tunc conclusio talis erit.

¶FORMA.Mãdamus,quatenus, si dictam excommunicationis sententiam post appellationem ad nos legitimè interpositam inueneris esse latam,eam denuncians penitus non tenere diffinitiuam confirmare,vel infirmare,&c.vt extra.de relig.dom.cùm dilectus. Et prædicta determinatio, scilicet legitimè,refert ad hoc scilicet si appellatio interposita à diffinitiua excommunicationis
b sententiam subsequatur b. Si verò post latam diffinitiuam intra decendium purè & simpliciter excommunicat,postmodum condemnatus appellat intra idem decendium ab huiusmodi sententia,conclusio talis erit:

¶FORMA.Mandamus, quatenus excommunicationis sententia,sicut iustum fuerit,iuxta formam ecclesię relaxata,in causa appellationis procedens legitimè diffinitiuã ipsam confirmare,vel infirmare,&c.vt s.debet.n.relaxari excõicatio,cùm liget,ex quo purè latam appellationem præcessit,vt ext.de appel.ad præsentiam.ix.q.3.c.j.c Vel sic:Mandamus, quatenus eo priùs sufficientẽ
c cautionem præstãte,quòd ipsi diffinitiuæ sententiæ parebit,si etiam constiterit iustè latam,ext.de of. deleg.cùm contingat.de of. ord.ad reprimendam. vel eo sufficientem cautionem præstante, quòd ecclesiæ mandatis parebit,iuxta formam ecclesiæ sententiam excommunicationis relaxans, diffinitiuam confirmare,vel infirmare extrà de offic.deleg.prudentiam.§.sexta.Sed si post latam diffinitiuam excommunicatio sub conditione infligatur, scilicet nisi diffinitiuę intra certum tempus litigator pareat,& intra idem tempus,&intra decendium fuerit appellatum,tunc conclusio talis erit:

¶FORMA.Mandamus,quatenus,si est ita,prędictam excommunicationis sententiam denuncians non tenere diffinitiuam cõfirmare,vel infirmare,&c.vt s. nam tunc appellatio excommunicationem suspendit,vt ext.de appel. præterea.& etiam pronuncia-
18 tum,ff.ad Turp.l.j.fi.§.¶†Porrò si appellatio præcedit diffinitiuam, tunc non dabitur litera, sed de iniusta excommunicatione secuta conquereretur,nisi exprimat grauamen:&tunc formabitur litera super appellatione interposita à grauamine.Et conclusio erit talis,qualis in appellationibus interpositis ab aliis grauaminibus consueuit apponi:vt sic dicatur:

¶FORMA. Mandamus,quatenus,si est ita,reuocato,&c.audias cãm,vel in ipsa causa procedas,&c.quod dic,vt j.versi.nunc dicamus.& seq.Nec debet tunc poni in conclusione, quòd diffiniti-
d uam confirmare vel infirmare procuret.nam si à iusto d grauamine,quod exprimẽdum est,fuerit appellatum, totum reuocari debet, quod secutum est, & si diffinitiua etiam secuta dicatur:veruntamen si non fuerit ita,vt appellãs narrat,in cła illa, Aloquin non debet subiici,quòd fiat remissio ad iudicem,qui functus est officio suo,vt s.de remis.§.sequitur.in princ.sed poterit subiici, Alioquin sententiam ipsam,sicut est iusta, facias per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. sicut aliàs dicemus. Tamen cùm appellatio ante diffinitiuam interponitur,& diffinitiua subsequetur,dicunt quidam etiam non expresso grauamine literas concedendas,si hoc modo narretur:

¶FORMA.A. conqueritur, quòd cùm inter ipsum & P.coram tali iudice quæstio verteretur, idem iudex perperam in causa procedens,post appellationem ad nos legitimè interpositam,iniquã tulit diffinitiuam sententiam contra eum.& concluditur:Mandamus,quatenus,si ista,de appellationis causa legitimè cognoscen
19 tes,sententiam ipsam cõfirmetis,vel infirmetis,&c.vt suprà.†Sed certè cùm appellatur ante diffinitiuam, semper est grauamen sufficiens exprimendum:alioquin appellatio non tenet,extrà de appel.c.vt debitus.& c.cùm causam.quare hęc forma multùm non
e est approbanda e. Vel potest dici sic:Mandamus,quatenus sententiam post huiusmodi appellationem latam in eum denuncietis
20 penitus non tenere,vt ext.de appel.dilecti filij,prior. ¶† Quòd si in causa matrimoniali appellaturã sententia,siue petatur sentẽtia confirmari,siue appelletur ab ea,conclusio erit talis:

¶FORMA. Mandamus,quatenus,si ita est,de sententia ipsa legitimè cognoscentes,quòd canonicum fuerit, appellatione postposita, statuatis.Et si excommunicatio subsequatur,adiectiones, de quibus s diximus,in conclusione procedant: vel tunc sic narretur, & concludatur:

¶FORMA. A. sua nobis petitione monstrauit,quòd cùm inter ipsam & B. laicum diœcesis talis coram episcopo tali auctoritate ordinaria matrimonialis quæstio verteretur,idem episcopus iniquam sententiam tulit contra eam,à qua ipsa ad nostram audientiam appellauit: sed dictus episcopus, eius appellatione contempta,promulgauit excommunicationis sententiam in eandẽ. Mandamus, quatenus, si dictam excommunicationis sententiã post appellationem ad nos legitimè interiectam inueneris esse latam,denuncies penitus esse nullam ac de diffinitiua cognoscẽs legitimè,quod canonicum fuerit, &c. Et nota,quòd modus iste seruatur in causa matrimoniali : si verò in alia causa talis processus habeatur,omnia debent narrari vsque,denuncians nullam es
21 se.iunge,diffinitiuã confirmes,vel infirmes, &c. ¶† Item si appellatum est à sententia diuortij lata per iudices delegatos, & iudices appellationis in contumaciam partis latam sententiam cõfirmauerint, demum pars absens ad iudicum præsentiam veniẽs, & absentiam suam excusans intra decendium appellauit, sic concludas: Mandamus, quatenus,de causa prioris appellationis ordine iudiciario cognoscentes,confirmetis,vel infirmetis,sicut iustum fuerit,sententiam à primis iudicibus promulgatam, ext.de in integ.rest.ex literis.Sed & si diuersæ diffinitiuæ in causa matrimoniali latæ fuerint,tunc sic concludetur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus de vtroque processu legiti-
22 mè cognoscentes,quod canonicum fuerit,&c. † Quòd si appellans à sententia delegati non prosequatur appellationem intra tempus,tunc sic dicetur:

¶FORMA. Decanus & capitulum ecclesiæ Beluacensis sua nobis petitione monstrauerunt,quòd cùm inter ipsos ex parte vna, &B.ex altera super hoc coram tali auctoritate apostolica quęstio verteretur,idem iudex, cognitis causæ meritis, tulit diffinitiuam sententiam pro eisdem:à qua licet pars altera ad nostram audientiam appellasset, appellationem talem interpositam non est intra tempus legitimum prosecuta.Mandamus,quatenus,si ita est, appellatione huiusmodi non obstante, sententiam ipsam, sicut est iusta,&c.vsque,obseruari.Potiùs verò dicitur,à qua pars altera frustratoriè ad sedem apostolicã appellauit, & licet ipsi appellationi dicti iudices detulerint reuerenter, eã tamen nõ est intra tempus legitimum prosecuta,Mãdamus,quatenus,si ita est,in cã ipsa,&c.alioquin partes,&c.impetrãtem,&c.extr.de app.cùm sit Romana.& c.pastoralis.& 2.quæst.vj.ei qui.& vide s.§.nunc breuiter.& j.versi.quòd si appellãs.Vtrùm autem delatio locum habeat,quãdo à diffinitiua appellatur,vide s.§.qualiter autem. ver. porrò.Si verò appellatum sit ab ordinario,concluditur sic:

¶FORMA.Mandamus,quatenus reuocatis,&c.alioquin partes
23 &c.†Quòd si vnus iudex,putà ordinarius, profert diffinitiuam, & alius

ADDITIONES.

a Faciendum.¶Si duos libellos dederat actor,& iudex vno cõtextu,tñ diuisim,condemnauit super vtroque,an hæc forma sufficiat contra vtranque cùm singulariter de sententia dictum sit,vide in reg.pluralis.de reg.iur.lib.vj.

b Subsequatur.¶Quãdo dubitatur,quæ præcesserit,excommunicatio,vel appellatio,vide in regula,cùm sunt.de reg.iur.lib.vj.

c C.j.¶Concord.quod not.de sent.excom.venerabili.§.porrò.i gl.post diffinitiuam.lib.vj.& vide,quod super ea dixi.

d A iusto.¶Sic est est in stilo:& intellectus est,id est, à grauamine, quod iustificet appellationem.

e Approbãda.¶Dicitur in stilo,licet ab aliquibus tolleretur.quod statim sequitur,addit auctor.

& alius datus in causa appellationis eam infirmat, sic dicetur:

¶FORMA. A. sua nobis petitione monstrauit, quòd cùm inter ipsum & B. super hoc coram tali auctoritate apostolica quæstio verteretur, idem iudex, cognitis causæ meritis, pro eo diffinitiuã sententiam promulgauit, à qua pars altera ad nos vocem appellationis emittens, cognitionem ipsius causæ à nobis obtinuit delegari: qui delegatus sententiam ipsam perperam infirmauit: propter quod ipse duxit ad nostram audientiam appellandum. Mandamus igitur, quatenus de vtroque processu legitimè cognoscentes, illo, quem illegitimum inueneris, infirmato, reliquum, sublato appellationis obstaculo, firmare procurares. Iudex enim appellationis nonnunquam in peius sententiã reformat, ff. de appe. l. j. nec tunc ponitur clausula illa, testes autem, &c. Sed si in causa appellationis processus similis habeatur, concluditur sic:

¶FORMA. Mandamus, quatenus de vtroque processu legitimè cognoscens, quod canonicum, &c. vt s. ver. quòd si.

¶Quòd si diffinitiua lata fuerit contra n̄ citatũ, & etiam excommunicatio, sic dicetur:

¶FORMA. A. sua nobis petitione monstrauit, quòd cùm B. contra eum super hoc ad talem nostras literas impetrasset, idem iudex contra ipsum absentem, non per contumaciam, nec citatum iniquam tulit diffinitiuam: ac si diffinitiuæ non pareret, in eundẽ excommunicationis sententiam promulgauit: quod cùm ad ipsius peruenit notitiam, statim duxit ad sedem apostolicam appellãdum. Mandamus, quatenus in appellationis causa procedens legitimè diffinitiuam ipsam ꝯfirmetis, vel infirmetis, &c. Vel sic: Mandamus, quatenus, si ita est, eidem iuxta formam ecclesiæ beneficiũ absolutionis impendas, & in appellationis cã procedens, &c. vt s. prox. ¶Item si iudex in causa conuentionis & reconuentionis vicissim tractatis, fecit sententiam partim pro aliquo, & partim contra eum: & ille in eo, quòd lata est contra eum, appellat, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus reuocato, &c. vsque ad, attentatum. iunge, in causa, &c. alioquin partes, &c. appellantem, &c. Si verò post appellationem interpositam à diffinitiua, is à quo appellatum est, sententiam exequatur, sic dicetur:

¶FORMA. Cùm igitur, postquã B. lator præsentium ad sedem apostolicam à sententia iudicis talis appellauerit, sententiam ipsam duxerit executioni mandandam, in possessionem rerum, de quibus quæstio vertebatur, appellantis aduersarium inducendo volumus & mandamus, vt possessionem ipsam restituatis eidem alioquin noueritis nos tali mãdasse, vt vos ad id ecclesiastica censura compellat, vt extrà de iureiur. venientes. in fin. & vide infrà §. proxi. Conclusiones autem super reuocatoriis, quando appellatur à diffinitiuis secundum diuersitatem negotiorum diuersimodè variantur: vnde has exempli gratia sufficiat posuisse.

24 ¶† Nunc dicamus, quando ante sententiam diffinitiuam ab interlocutoria, vel grauamine illato, seu processu appellatur: quo casu aut est appellatum à delegato sedis apostolicæ, seu à subdelegato eius, aut ab ordinario, seu ab eo qui ex sua iurisdictione, vel non ex apostolica delegatione cognoscit. Item aut est appellationi delatum, aut non. Si quidem dicitur delatum appellationi, siue ab ordinario, siue à quoque appellatum fuerit, non est necesse grauamen exprimi, sed sufficit sic simpliciter in narratione poni:

¶FORMA. Cui appellationi iudex idem detulit reuerenter. & conclusio talis erit. Mandamus, quatenus, si est ita, partibus conuocatis audias causam, &c. alioquin partes ad ipsius iudicis, &c. extrà de appel. ex insinuatione. in fin. & hæc conclusio locum habet, cum ordinario iure procedetur. Sed si iure delegato, talis erit Mandamus, quatenus, si est ita, in causa ipsa procedatis iuxta priorum continentiam literarum. Si autem non sit appellationi delatum, exigitur, quòd sufficiens grauamẽ, & vnum solummodo, &
a non plura exprimantur[a]. ¶† Et quoniam consueuit super excep
25 tionibus non admissis grauamen inferri, distingue: quia aut impetrans super appellatione, conquæritur de pẽptoria, aut de dilatoria non admissa: super quo primò aliqua disputemus[b]. Si ergo
b dicatur peremptoriam coram iudice, à quo appellatum est, fuisse propositam, talis videlicet, quòd ea probata liqueret per consequens de toto negotio principali, si est de re transacta, vel iudicata, vel amicabili compositione sopita, cùm ipsa litera obiecta nõ fuerit necesse litis contestationem fieri, non est necesse, quòd impetrans de lite contestata faciat aliquam mentionem: imò sufficit sic narrari:

¶FORMA. Cùm inter A. & B. coram C. iudice quæstio verteretur, A. excipiendo proposuit coram eo, quòd cùm lis fuerit per amicabilem compositionem sopita, eius aduersarius non erat super eodem amplius audiendus. Et quia idem iudex exceptionem huiusmodi non admisit, nostram audiẽtiam appellauit: vide s. de rescr. præsent. §. ratione formę. versiculo, porrò licet. Idem etiam est, cùm impetratum fuerat rescriptum super beneficio, vel præbenda, & contra ipsum obiecta est exceptio statuti de certo canonicorum numero iuramento firmato, seu de indulgentia cocessa quòd non teneatur ad receptionem, de quibus non est facta mẽtio in rescripto: vel si impetrans beneficium dicatur indignus, expresso eius crimine, vel defectu: quæ omnes exceptiones sunt ꝑemptoriæ, cùm per eas quicquid in rescripto petitur, perimatur: dic vt s. de exce. §. dicto. in princi. & versicu. quæro. de exce. & relation. & in præ. versiculo, porrò. Si verò alia quæcunque exceptio peremptoria proposita fuerit, in eo casu etiam potest impetrans simpliciter conqueri, quòd post ipsius obiectum exceptionis iudex procedebat in causa, cùm ea obiecta etiam necessarium sit ad litis contestationem & causæ ipsius examinationem procedi. Et propter hoc est de litis ꝯtestatione mentio facienda, vt si eam proposuit post litem contestatam, dicatur sic:

¶FORMA. Lite contestata excipiendo proposuit coram eo, ꝙ cùm, &c. Et si ante litis contestationem obiecit eandem, nihilominus oportet, vt de litis contestatione mentio fiat, ne videatur in vim dilatoriæ & ad impediendum processum, vel litiscontestationem proponi. Vnde cùm dicit, talis excipiendo proposuit coram eo: adiiciat, prout erat litis contestationem probare paratus, extrà de appel. c. interposita. & quia iudex, &c. vt s. vsque, appellauit. Et in his omnibus casibus secundum vsum curiæ Romanæ mandatur, quòd post talem appellationem attentatum est, solũmodo reuocari. & conclusio talis erit:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocetis in statum debitum, quicquid post appellationẽ huius inueneritis temerè attentatum: alioquin partes ad priorum, &c. vt infrà versiculo, porro. si quæ determinatio huiusmodi apponitur, semper cùm
26 ab interlocutoriis, vel grauaminibus appellatur. ¶† Si autem peremptoria exceptio proponitur in vim dilatoriæ, & quia non admittitur, appellatur, super tali appellatione non dantur literæ, nisi fortè de sententia, vel transactione, vel compositione excipiatur. super quo vide s. de exce. §. nunc videndum. versicul. hoc quoque not. In casu verò, vbi aduersarius appellantis coram iudice, à quo appellatum est, super re ad se pertinente, vel in re sibi competente agebat, nec dependebat ex rescripto ius ipsum, licet ad prosecutionẽ illius literas impetrasset: & generaliter, vbi post obiectum peremptoriæ esset litis cõtestatio facienda, vel etiam post litem contestatam, non videtur satisfactum iuri, vel partibus consultum, si solùm mandatur reuocari, quod post appellationem attentatum fuerit contra eum. nam potest esse, quòd post appellationem etiam non admissam, non fuerit vltrà processum, nec aliquid temere attẽtatum: vnde nec partibus, nec iuri satisfactum est, si solummodo concluditur, reuoces, &c. Imò quicquid primus iudex, à quo appellatum est, debuisset facere, si exceptionem propositam admisisset, hoc debet facere iudex, qui de appellatione cognoscit. Vnde si coram primo proposita exceptione peremptoriæ, ante litis contestationem, vel post litem contestatam obiecta ad causæ examinationem & sententiæ prolationem debuisset procedi: cùm de qua re cognoscit, siue cognouit iudex, de ea sit pronunciare cogendus. vt ff. de iudiciis. l. de qua re. de causa pos. & propri. cùm super. ff. de arbi. l. item si vnus. §. principaliter. Eodem modo iudex appellationis procedere debet ad omnia suprà dicta, extrà de appell. vt debitus. in fi. 2. quæst. vj. in fin. quæsti. Videtur ergo secundum hoc in conclusione sic addendum:

¶FORMA: Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato, &c. vt suprà proxim. vsque ad, attentatum. iunge, in causa ipsa, præuia ratione procedens, quod istum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens, quod, &c. extrà de exceptio. dilectæ. seruata tamen distinctione, de qua tangitur infrà versiculo, proximo, vtrùm videlicet à delegato Papæ sit appellatum: & tunc dicatur, in causa ipsa procedas, vt in priorum continentia literarum. An verò ab eo, qui non ex apostolica delegatione cognoscit: & tunc si ante litis contestationem fuit appellatum, concluditur. reuocato, &c. si verò post litem contestatam, concluditur, vt suprà dixi, in causa ipsa præuia ratione procedens, quod iustum fuerit, &c. quamuis secus sit, vbi super beneficio obtinendo literæ fuerint impetratæ: quo casu sufficit, si concludatur solùm, reuoces, &c. vt superiùs expressum est, cùm hoc totam ius impetrã tis pen

ADDITIONES.

a Exprimantur. ¶vide infrà penul. col. in prin. versiculo, item cùm duo.

b Disputemus. ¶Dicitur in stilo, in quo doctrina breuior.

tis pendeat ex rescripto. Vnde sufficit appellanti, si solum reuocetur. qđ occasione literarum, & ex ipsis lr̃is fuerit attentatum: nec oportet, quòd tunc dicat, ꝙ erat litis contestationem legitimè ꝓbare paratus: quia ex scripto pendet totum ius eius. ¶† Porrò si
27 appellatur propter dilatoriam non admissam, quæ debuit admitti, vel propter aliud grauamen iniustè illatum, vel propter iniquum processum, & appellatur ab eo, qui ex sua iurisdictione, vel non ex apostolica delegatione cognoscebat, expresso in narratione grauamine tali, quo expresso, vel probato appellatio legitima censeretur, extrà eo. vt debitus. & ca. cùm causam. conclusio talis erit:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato in statum debitum, quicquid post huiusmodi appellationem inueneris temerè attentatum, audias causam, & eam appellatione remota debito fine decidas: faciens, quod decreueris, per censuram ecclesiasticã firmiter obseruari. alioquin causam ad illius iudicis, à quo appellatum est, remittas examen, appellantem in expensis legitimis condemnando. testes autem, &c. extrà de constitu. cum M. in
28 fin. de rescri. ex parte. ¶† Si verò appellatur à delegato sedis apostolicæ, vel à subdelegato ipsius, vel à delegatis legatorum missorum de latere, si semel super eodem negotio literæ impetratæ fuerunt ad iudices, à quibus postmodum extitit appellatum, talis erit conclusio:

FORMA. Mãdamus, quatenus, si ita est, reuocato, &c. vt s̃. prox. vsque, attentatum. iunge, in causa ipsa ratione præuia procedas iuxta priorum continentiam literarum, extrà de libell. oblat. c. 2. & de exce. c. dilectæ. de resc. ex parte decani. in fin. & tribus c. seq. de offi. deleg. insinuante. in fin. & c. significantibus. in fin. de ꝓcur. dilectus. de appel. significauit. de oper. no. nun. c. pe. alioquin partes ad priores iudices remittas, appellãtem, &c. testes autem, &c. Et si post talem appellationem ad excommunicationem processum fuerit, sic dicetur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si dictam excommunicatiõis sententiam, &c. vsque, attentatum. iunge, in causa ipsa appellatione remota præuia ratione procedatis iuxta priorum continentiã literarum: alioquin partes, &c. appellante, &c. testes. &c. vt ĩ. ver.
29 cæterùm. ¶† Quòd si à subdelegatus delegatorum apostolicæ sedis appelletur, tunc fit mentio in conclusione de literis, iuxta quarum tenorem procedendum, est, quæ fuerũt de delegatos directæ, hoc obseruato, vt si delegatus commisisset totaliter vices suas, & subdelegatus grauasset, & ab eo ad sedem apostolicam appelletur, sic concludatur:

¶FORMA. Mandamus quatenus, si est ita, reuocato, &c. ꝓcedas in causa iuxta directarum ad delegatum continentiam literarum alioquin causam ad ipsis subdelegati remittas examen, ext. de iu. quia V. Si autem totaliter non commisit, & subdelegatus grauauit, appellari debet ad delegatum, qui pro parte causam subdelegauit eandem: & si iterum delegatus appellantem grauauerit, & ideo appellatur ad sedem apostolicam, tunc proximè præcedens conclusio, vsque ad alioquin. non mutatur super quo vide §. nũc tractemus. ver. cæterùm. ¶ Si autem appellationis causa, siue exceptio non sit sufficiens, sic concludetur:

¶FORMA. Nos igitur appellationem huiusmodi friuolam reputantes, mandamus. quatenus, ea nequaquam obstante, in negotio ipso præuia ratione procedas iuxta priorum continẽtiam literarum, extrà de dilat. literæ. & de exce. significauerunt. in fine. Item si post inhibitionem iudicis, & post appellationem aliquid fit, sic concludetur:

FORMA. Mandamus, quatenus, si de inhibitione huiusmodi, & de præmissis causis appellationum, vel earum altera constiterit, reuocato in irritum, &c. vsque, attentatum. iunge, in iamdicto negotio iuxta priorum continentiam literarum, vt extrà de appel. significante. in fin. Ceterùm si remissio fieri debeat, remittendum est negotium ad delegatum, à quo fuit vltimò appellatum. quod
a prosequere, vt s̃. de remis. §. sequitur. & illa iunge hic[a]. ¶† Quòd
30 si appellans non prosequitur appellationem intra tempus legitimum appellatus sic narrabit:

¶FORMA. Et licet dicti iudices eius appellationi duxerint humiliter deferendum, ipse tamen eam intra tempus legitimum ꝓsequi non curauit. Mandamus, quatenus, si ita est, &c. vt s̃. Sed vbi ponitur ibi appellantem. dicas hîc, impetrantem. & vide s̃. ver
31 sículo, quòd si appellans. ¶† Verùm licet dixerimus, qualiter sit prout in pluribus concludendum, quando ante sententiam propter illatum grauamen appellatur: sunt tamen quidam speciales casus, qui speciales conclusiones etiam requirunt. Quandoque enim proponitur exceptio fori quandoque excipitur contra literas, quandoque contra personam litigatoris, vel iudicis excommunicationis exceptio opponitur: & hęc proponuntur, vt ꝯuentus se à iurisdictione iudicis subtrahat, vel litigatorem repellat. Si igitur exceptio fori proposita fuerit, putà cõuentus coram delegato allegauit rem feudalem esse, & propter hoc vult, & debet coram domino feudi respondere, vt extra de foro compet. verùm. & c. transmissa. de iu. cæterùm. vel rem esse fori secularis: & ipse coram ecclesiastico iudice conuenitur, vt extrà de iu. nouit. & de foro compet. si clericus. vel subditus suffraganei trahitur ꝑ simplicem querelam coram Metropolitano, cùm non sit ab episcopo appellatum, vel alio modo ab eo recessum, vt extrà de fo.
b compet. Romana[b]. extra de offici. or. pastoralis. in princ. ix. quæstione. 2. Lugdun. & eiusmodi: & tunc conclusio erit talis:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatum. iunge, negotium ad feudi dominum, vel ad illius iudicis remittas examen, cuius forum fuit allegatum. alioquin ad illos, à quibus extitit appellatum. Et si sit causa feudalis. iunge, iniuncto ei, quòd dicto tali exhiberi faciat iustitiæ complementũ.
32 alioquin. &c. hæc probantur in præ. concodan. ¶† Si autem obiectum fuerit coram iudice, à quo appellatum est, quòd negotium erat cœptum coram ordinario, vel delegato, de quo in illis literis mentio non fiebat, tunc causam eodem modo ad eum remitte, coram quo negotium erat cœptum: alioquin, vt dictum est, ad eum, à quo fuerat appellatum, extr. eodem, vt debitus. & c. ad hæc sicut. sed: in modo proponendi exceptionem est diligenter considerandum, vt si trahatur coram delegato per literas apostolicas, & excipit de quæstione accepta coram eo, qui ex sua iurisdictione, vel nõ, ex delegatione apostolica cognoscebat, exceptio sic formetur:

FORMA. Quòd cùm corã iudice suo scilicet tali, lis fuerit inchoata, cùm non esset ab eo per appellationem. vel alio modo legitimo recessum per literas apostolicas non facientes de hoc aliquã mentionem, conueniri non poterat, nec debebat: & quia, &c.
33 ¶† Si verò super quæstione aliqua obtentæ sunt literæ, & corã delegato processum, & tunc super eodem ad ordinarium trahitur, sic excipiet:

¶FORMA. Quòd cùm super ipso negotio ad talem literæ fuerint impetratæ, & coram ipso processum, lite coram eo pendente. super eodem coram isto ordinario respondere minimè tenebatur: nec est tunc necessarium, quòd adiiciat, nec fuerit tunc ab eo per appellationem, vel alio modo legitimè recessum. & concludetur, vt s̃. scriptum est. & vide s̃. de rescr. pręsen. §. ratione formę. ver. porrò licet. ¶ Si autem appellatum est quia iudex non faciebat copiam de sua iurisdictione, & post appellationem suspendit, vel excommunicauit, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, prenominati talis ꝓcessum, & quicquid ex eo secutum est, vel ipsum, sicut iustum fuerit, reuocantes, in negotio ipso appellatione remota ratione præuia procedatis iuxta priorum, &c. alioquin ad priores iudi-
34 ces remittatis eosdem. ¶† Si verò excipitur contra literas, quia conuentus dicit delegatum nullam in eo habere per eas iurisdictionem, vel dicit se alterius esse diœcesis ab his, quę in literis continentur, vt ext. de rescr. significante. & c. dilectus filius. j. vel quia impetratæ sunt ꝯ A. cum clausula, quidam alij super debitis & rebus aliis, & B. maior & dignior illo A. in literis expressis in iudicium per eos trahitur, vel super re maiori, quàm sit quæstio, quæ in literis est expressa, & excipitur ad se, vel ad rem, pro qua conuenitur, literas non extendi, vt eodem titu. c. sedes: vel si coram conseruatore trahatur in causa, q uæ iudicialem requirit indaginem,
c vt eodem tit. sedes. ext. de offi. dele. c. statuimus[c], & in his casibus & similibus conclusio erit talis:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuoces, &c. vsque, attentatum. iunge, causæ supersedeas eidem. alioquin partes, &c. non enim debent concludi, reuocato, &c. in causa procedas iuxta priorum continentiam literarum: cùm & si ita probatum fuerit, vt asseritur, secundum tenorem literarum, contra quas prædictis modis exceptum est, procedi non possit, cùm illarum continentia ad istam personam, vel rem, in causam nullatenus extendatur, vt in præ. ¶ Si autem obiiciatur contra literas, quòd sunt veritate tacita, vel falsitate suggesta impetratæ, siue sup re iudicata, siue super transactione, siue quia præuentus est ab aduersario impetratore, & huiusmodi, & ꝓpter hoc appelletur, hoc prosequere, vt s̃. de resc. præsent. §. ratione formæ. ver. porro licet. & seq.
35 ¶† Cæterùm si in personam actoris excommunicationis exceptio opponitur, quia fortè dicitur tẽpore impetrati rescripti fuisse excommunicatum, tunc quia hæc exceptio, licet sit in personam

ADDITIONES.

a Iunge hîc. ¶Meritò: quia sic sunt in stilo positæ.
b Romana. ¶lib vj.
c Satuimus. ¶lib. vj.

nam actoris, literas tamen afficit, ita quòd si hoc verum sit, nullæ sunt ipso iure, vt extrà de rescr. dilectus. j. extrà de procur. c. fi. sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus reuoces, &c. vsque, attentatũ. iunge, auditis hincinde propositis, quod iustum, &c. ¶Si verò obiiciatur simpliciter excommunicatio in personam actoris, & absque determinatione temporis dicatur ex alia causa excommunicatus, & quia non admittitur, appellatur, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus quatenus, si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatum. iunge, audias, quæ partes duxerint proponenda: & auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, &c. & facies, &c. alioquin, &c. extrà de exce. dilecti. Plerique tamen dicunt fore aliter concludendum, quando excommunicatio in personam actoris obiicitur. Dicunt enim, quòd aut obiicitur litigatori, quòd excommunicatus erat tempore impetrati rescripti: & tunc licet rescriptum non teneat, ex quadam tamen æquitate, vel legalitate Romanæ curiæ, quæ non solùm debet impetranti, verum etiam aduersario super negotio prouidere, est potius, quòd prouideat negotiis, quàm personis, vt extrà de offic. deleg. c. fi. sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatum. iunge, audias, quæ partes duxerint proponenda, auditis hincinde propositis, &c. ext. de ap. ex parte M. Nam & si probetur excommunicatus fuisse tempore impetrati rescripti, absolutione petita modo debito, & obtenta, super iure suo poterit litigare, prout no. ext. de excep. pia. in gl. sed mirum[a]. Si verò dicatur
a simpliciter excommunicatus fuisse, ita quòd exceptio ipsa tãgat personam, non rescriptum, cùm non adiiciatur, quòd excommunicatus fuerit tempore impetrati rescripti, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatum. iunge, in causa ipsa iuxta priorum continentiam literarum præuia ratione procedas: extrà de excep. c. dilectæ. & ideo adiiciunt, præuia ratione, cùm non debeat incontinenti procedi quamuis literæ valeant, quarum impetrationis tempore excommunicatus non fuit capax, nisi primò fuerit absolutus. Si autem excommunicatio procuratori agenti opponitur, conclusio erit talis, qualis est in aliis grauaminib. poni consueta. Licet enim ille postmodum absoluatur, non tamen agere postea poterit, vt extrà de prob. c. post cessionem. ¶Si autem quis non fuit admissus ad probandum, quòd actor esset excommunicatus, & ideo appellauerit, iudex verò nihilominus eum excommunicet, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si dictam excommunicationis sentẽtiam post appellationem huiusmodi inueneris in talem temerè esse latam, denuncians eam penitus non tenere, ac reuocãs in statum debitum, quicquid post appellationem huiusmodi inueneris temerè attentatum, audias, quæ partes coram te duxerit proponenda: & auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota decernas, faciens, quod decreueris, per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari: alioquin partes ad dicti talis remittas examen, appellantem in expensis legitimis condẽnando: testes autem, &c. extrà de excep. dilectæ. Et nota, quòd si quis appellat, pro eo quòd volens probare aduersarium suum excommunicatum literas impetrasse, non fuit auditus, debet in literis dici, Reuoces, sine clausula illa, processus, iuxta priorum continentiam literarum. ¶Item si appellat, quia iudex non vult audire reum volentem reconuenire actorem, sic dicetur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus reuocato, &c. vsque, attentatũ. iunge, in causa ipsa. alioquin partes, &c. appellãtem, &c. Quòd si in personam iudicis excipitur, quia fortè dicatur excommunicatus, quidam sic indistinctè concludunt:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatum. iunge, in causa, &c. Potest tamen distingui, vtrùm obiiciatur, quòd tempore impetrati rescripti fuerit excommunicatus ex tunc: quia hæc exceptio literas afficit, & tunc sic concludendum est:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuoces, &c. vsque, attentatum. Aut verò obiicitur simpliciter, quòd est excommunicatus, vel quòd post tempus impetrati rescripti iudicauerit, tunc sic concluditur:

FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato, &c. in causa
36 ipsa procedas, &c. alioquin, &c. †Sententia enim excommunicati publicè non tenet, vt extrà de re iud. ad probandum. quia in eũ non cadit iurisdictio, vt no. in præ. gl. sed mirum. Si autem solùm subdelegato delegati excommunicationis exceptio opponitur, & appellatum fuerit, conclusio talis erit:

FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita reuocato, &c. vsque, attentatum. iunge, in causa ipsa procedas iuxta directarum ad delegatum continentiam literarum: alioquin, &c. cùm literæ illæ va-
37 leant ad delegatum directæ. ¶† Et quoniam de excommunicatione mentionem fecimus, nota super hoc amplius, quòd si quis se liti offert, vt processus contra se habitus reuocetur: putà quia dicit contra se, tanquam contra contumacem ad missionem in possessionem, vel ad excommunicationem fuisse processum, & offerens intra annum de stando iuri coram iudice idoneam cautionem, ac parti alteri satisfactionem congruam expẽsarum pro contumacia, si qua fuit, petit humiliter excommunicationis sententiam iuxta formam ecclesiæ relaxari, vel in rei petitæ possessionem reponi, & iudex id facere denegat, propter quod appellatur, conclusio talis erit:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato, &c vsque, attentatum. iunge, eo faciente, quod offert. Vel meliùs, eo huiusmodi cautionem & satisfactionem præstante, sententiam ipsam iuxta formam ecclesiæ relaxantes, in causa ipsa, &c. vel, eo huiusmodi cautionem & satisfactionem præstante in pos. reducto in cã ipsa, &c. vel in negotio ipso rõe præuia procedatis iuxta directarum ad eosdem continentiam literarum: alioquin idem negotium remittatis ad ipsos ap. &c. testes autem, &c. vel audiatis causam, &c. alioquin, &c. hæc probantur extrà de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. c. j. 2. & 3. extrà de of. ord. pastoralis. ad finem, extr. vt lite non contest. quoniam. §. in aliis. Sed si econuerso conquerit aliquis, quòd excommunicatio in aduersarium eius iustè lata, sit in eius præiudicum contra iustitiam relaxata, nulla cautione, vel satisfactione recepta, tunc conclusio talis erit:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, dictos tales in pristinã excommunicationis sententiam reducentes ac reuocantes, &c. vsque, attentatum. iunge, in causa ipsa iuxta continentiam literarum ad dictum talem directarum appellantem procedas: alioquin partes ad ipsius, &c. appellantem, &c. Potest etiam dici, quòd cùm non debeat postulanti absolutio denegari, dummodo eam postulet, prout debet, vt xj. quæstione. 3. de illis. quòd non sit reducendus in excommunicationem, qui offert ea, quæ petens absolutionem consueuit offerre: & ideo secundum hoc erit talis conclusio facienda:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, dictos tales, nisi ab eis compentens pro manifestis præstetur satisfactio, & idonea cautio pro dubiis de parendo in pristinam excommunicationis sententiam, &c. vt s. Et hæc additio fit, cùm pro damnis, vel iniuriis irrogatis dicitur suum aduersarium excommunicatum fuisse. Si verò pro contumacia, tunc dicatur in conclusione sic:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si ita est, dictum talem, nisi ab eo idonea cautio de stando iuri præstetur. & congrua satisfactio pro expensis, in pristinam excommunicationis sententiam, &c. alioquin, &c. appellatum, &c. vt s. Si verò excommunicatio in aliquem lata fuerit diffinitiuæ parere nolentem, quamuis conqueratur contra iustitiam in suum preiudicium relaxatam, sic concludatur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, dictum talem, nisi ab eo sufficiens præstetur cautio de parendo diffinitiuæ, si eam iustè constiterit esse latam: vel, nisi ab eo sufficiens præstetur cautio, quòd ecclesiæ mandatis parebit, in pristinam excommunicationem reducens, in causa ipsa, &c. vt s. & vide ver. si verò post latam. & s. de
38 cont. ver. sed pone. & ver. sed nunquid. ¶†Quòd si clericus petit sibi subueniri super eo, quia cùm conuentus fuisset à quibusdam super quadam summa pecuniæ, & quia soluere non poterat obtulit cessionem omnium bonorum, tamen iudex ipsum excõmunicauit, sic concludatur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si vobis constiterit, quòd præfatus clericus pecuniam in totum, vel in partem non possit ob paupertatem soluere, s. dictam, recepta priùs ab eo sufficienti & idonea cautione, quòd quàm citò ad pinguiorem fortunam peruenerit, pecuniam ipsam soluet creditoribus memoratis, sententiam ipsam iuxta formam ecclesiæ relaxetis, ext. de solut. Odoardus. de restit. spolia. olim. 2. Sed si citatus super aliquo crimine coram ordinario excipit, quòd non ad eum, sed ad prepositum & capitulum hoc spectet cognoscere, & quia non auditur, appellat, ordinarius tamen nihilominus eum excommunicat, sic concludetur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si dictam excommunicationis sententiam inueneris post appellationem huiusmodi esse latam, denuncies eam penitus non tenere, ac reuocans in statum, &c. vsque, attentatum. iunge, alioquin sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra vsque ad satisfactionẽ condignam, appellatione remota, inuiolabiliter obseruari. Si autem

ADDITIO.

a Sed mirum. ¶Hoc est falsum, vt de rescr. c. j. lib. 6. & dic, vt ibi no. in gl. nunquid.

tem appellatur,quia iudex sine libello vult de causa cognoscere, quæ libellum requirit,& apostolos negat concedere,& appellãtem excommunicat,sic concluditur:

¶FORMA.Mandamus,quatenus,si dictam excommunicationis sñiam inueneris post appellationem ad nos legitimè interpositam esse latam,denuncies,&c.vt s.proxi. Quando quis iniustè se excommunicatum,& propter hoc damna grauia pertulisse asserens,eo absoluto de excommunicatione conqueritur: ille verò excipit,conquerentem excommunicatum fore, sed cùm huiusmodi exceptio non admittatur,appellatio sic concluditur:

¶FORMA.Mandamus,quatenus,si est ita,reuocato,&c. vsque, audias.iunge,quæ partes hincinde duxerint proponenda.& auditis hincinde propositis,quod iustum fuerit,&c.facientes,&c.appellantem,&c.¶Si verò delegatus sine causa excommunicat aliquem non confessum in iudicio,non conuictum, non se contumaciter absentantem, propter quod appellatur, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus,quatenus, si ita est, dictam sententiam nullam penitus nunciantes,reuocantes in statum debitum, quicquid post appellationem eandem vobis constiterit temerè attentatum in causa,&c.alioquin partes,&c.2.qu.j.nos in quenquam,

39 ext.de const.ecclesia.de maio.& ob.inter quatuor.¶†Si autem appelletur,quia index admittit aliquem ad causam sine mãdato, iudex verò non vult apostolos concedere,imò appellantem excommunicat,& suspendit,sic conclude:

¶FORMA.Mandamus,quatenus,si dictas excommunicationis & suspensionis sententias post huiusmodi appellationem inueneris esse latas,denuncies eas penitus non tenere, ac reuocans in statum debitum, quicquid post appellationem eandem tibi constiterit temerè attentatum: in eadem causa iuxta priorum continentiam literarũ,appellatione remota,præuia ratione procedas. alioquin partes ad prioris iudicis remittas examen,appellantem,

40 &c.extrà de procurator.c.j.¶†Inseruntur etiam & alia grauamina,propter quæ appellari consueuit. Vnde nota,quòd si aliquis vult super appellatione literas impetrare,considerandæ sunt personæ litigantium,& res,vel causæ,super quibus agebatur,& exceptionis,quæ proponebatur,qualitas,& quale sit,quod dicitur illatum grauamen:vt,his consideratis,sciri possit,vtrùm iustè,vel in

41 iustè appellans,vel impetrans conqueratur.¶†Item in literis, q̃ super appellationibus impetrantur, in narrationibus verba consueta nullatenus omittantur:putà si allegatum est à conuento tẽpus feriatum,adiici consueuit,cùm esset circa rusticam rem occupatus,vt C.de fer.l.omnes iudices.§.ruri.Item ad consideratione causæ additur,cùm nõ vrgeret necessitas, nec pietas suaderet,vt ext.de fer.c.fi. Aduertenda est etiam q.nam hæc exceptio feriarũ non potest in omni quæstione proponi, vt patet s.de fer. §. quid in eis. Itẽ si in quæstione criminali,vel alia,quæ exigit principalis

a personæ præsentiam,vt extrà de iud.iuris [a]. conqueratur aliquis, quòd eius procurator minimè sit admissus, literæ denegantur.

42 ¶†Et generaliter,cùm quis de procuratore nõ admisso conquæritur,debet sic in narratione proponi:

FORMA.Talis iudex ei⁹ procuratorem legitimum non admisit, mandatum sufficiens exhibentem,cùm causa rationabilis non subesset,propter quam deberet personaliter in iudicio comparere quod ideo ponitur,quia in illis quæstionibus, in quibus consueuit recipi procurator,potest aliqua causa mouere iudicem, vt,procuratore non admisso,præsentiam exigat principalis.Et sic in his, & similibus sunt ea,quæ dictat iuris ratio,& vsus Romanæ curiæ exigit aduertenda. Est.n.satis difficile conclusiones in reuocato-

43 riis formare,ar.extrà de testib.constitutis.¶†Caueant autem officiales curiæ,quia frequenter appellantes fingunt sibi exceptiones,vt iurisdictiones iudicum,&domini Papæ prouisiões eludãt. Verbi gratia:exceptio de loco non tuto,quæ plerunque ad fugã ab impetrante confingitur,non debet contra literas super prouisione obtentas indistinctè,ac sine determinatione concedi.Bene ficiis enim suis & prouisionibus impetrans plerũque propter huiusmodi subterfugia fraudaretur:quod esse non debet,extrà de ꝯ mo.c.j.& propter hoc petatur exprimi in literis,quid contra illũ qui literas super prouisione obtinuit,volebat proponere: ad qđ proponendum locum sibi petebat assignari securum:putà quòd dicat se priuilegium immunitatis habere, vel in rescripto fore adiectum,si pro alio non direximus scripta nostra,& ipsam ecclesiam,à qua prouisio petitur, esse super aliorum prouisione grauatam,vel similia,quæ in talibus consueuerunt repellere impetrantes:licet in aliis, quæ ex natura sui ab initio habent quæstionem, cùm super his impetratur rescriptum,& propter hoc impetratur vt quæstio cum causæ cognitione & ordine iudiciario terminetur simpliciter, impetrans consueuit admitti.Si conqueratur, ꝙ ad locum trahebatur non tutum,& alium iudex denegabat assignare securum,humiliter requisitus, extrà vt lite non contest. accedens.2.ff.de iud.si longiùs.extrà de ap. ex parte.& in his & aliis pluribus rigidus sit aliquis ad impediendas,aut facilis ad expediendas literas,prout ex personarum qualitate & causarum cognitione poterit pro sua industria cognoscere fraudem, vel iustitiam impetrantis.Si quis autẽ dicit,aduersarium suum aliam cãm in literis confinxisse,quàm ex qua appellauit coram iudicibus, ñ

44 est statim eis iurisdictio auferenda:quia fieret eis iniuria.¶†Illud quoque notandum est,quòd quando dicitur appellatum à diuersis iudicibus ab vtraque parte,tunc meliùs dicitur,impetrantem, quàm appellantem in expensis condemnandum.¶Item cùm dicitur appellatum ante sententiam,in fine debet sequi post appellationem huiusmodi.Si verò à sententia,tunc dicitur post appel-

b lationem,s.ver.in his.Item cùm appellans[b]dicit,suos iudices appellationis de appellatione non cognito partes remisisse ad suos iudices à quibus est appellatum:& ideo si dicit se appellasse, non

c valet[c]:quia si probare noluit de appellatione,quàm dixit se inter

45 posuisse,iudices bene fecerunt.¶†Item cùm duo grauamina se se compatientia proponuntur,& propter ea non admissa dicitur

d appellatum, dantur literæ vnicæ super eis[d]. Si verò se non compatiuntur,super altero tantùm dantur,nec aliæ super reliquo dãtur:quia si fortè vno non probato pronunciaret causam ad priorem iudicem remittendam,propter aliud vellet causam inchoare:& sic iudicium frustraretur.Item cùm in litera illatum grauamen exprimitur,non debet dici, idem sentiens indebitè se grauari.Item si appellans à diffinitiua,dicens,quòd iudex appellationis sæpe requisitus per annum,& amplius,causam tenuit in suspenso,petat,quòd si iudex ipse monitus non procedat intra tempus præfigendum, ex tunc alius in causa procedat iuxta traditam illi formam,literæ non dantur:quia cùm appellatiõis causa intra annum terminata non fuerit,rata manet sentẽtia, vnde subuenitur ei per exceptionem extrà de app.cùm sit Romana.2. q. vj. ei qui. Item cùm missus in possessionem non potuit anno iam elapso nancisci possessionem rerum,in quibus missio facta est, ne contumax melioris,quàm obediens,conditionis existat,sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus,quatenus,si est ita, dictum clericum in possessionem ipsam,sicut iustum fuerit,inducatis, & defendatis ĩ

46 ductum,contradictores,&c.extrà de do.& contu.contingit.¶† Quòd si Decano & priore datis executorib⁹, priore absente,nec se excusante,decanus procedat,propter quod prior absens appellet,sic concluditur:

¶FORMA.Mandamus,quatenus,si est ita,reuocato, &c. vsque, attentatum.iunge, in negotio ipso iuxta directarum ad Priorem & eundem decanum continentiam literarum appellatione remota ratione præuia procedas.Alioquin tu fili Prior,cum prædicto decano in negotio procedatis eodem, iuxta traditam vobis formam.¶Si verò duo,putà archiepiscop⁹ & archidiaconus tertio

ADDITIONES.

a Iuris.¶lib.6.

b Appellans.¶Hic auctor diuertit à stilo,in quo clarior est sermo, quam hîc:ibi enim sic dicit:Si appellauerit quis à iudice,qui đ appellatione cognoscere debebat,quia de appellatione non cognito in principali contra iustitiam procedebat:aut ille erat iudex sũ per appellatione interposita à diffinitiua,frustratoria est appellatio,& literæ denegantur.habet enim talis iudex super principali cognoscere.Aut erat datus super appellatione interposita à grauamine:quo casu si datus erat ad petitionem aduersarij eius, qui modò fortè nititur impetrare: vt ipse dicat, quòd aduersarius se appellasse confingens super appellatiõe sua ad tales literas impetrauit,& iudex de appellatione non cognito super principali cõtra iustitiam cognoscebat,& propter hoc se appellasse proponat literæ conceduntur.Si verò quis dicat iudicem à se super appellatione, q̃ ipse interposuit à grauamine impetratum in hoc ipsum grauasse,quòd de appellatione nõ cognito de principali cognoscebat,iste se grauatum innuit ex eo,quod perductum est ad effectum quod principaliter intendebat.Nam appellans à grauamine qui impetrat iudicem super appellatione,hoc principaliter intendit,vt nõ remittatur ad eum,à quo appellauit:sed iudex super appellatione sua datus de principali cognoscat,secundum dec.vt debitus.& ideo literæ non dabuntur.

c Non valet.¶Hoc esset malè dictum, nisi iustificarent sequentia, quæ huic verbo præmitti debuissent.

d Super eis.¶Contrarium dicit s.e.§.6.col. ver.si autem non sit æquum esset,quod hic dicitur:licet & contrarium habeat æquitatem,vt dixi eo.ti.cum causam.super vlt.gl.& no.in cle.eo.tit.appellanti.in vj.glos.

tioi udice, putà decano, absente irrequisito, & se non excusante, in causa ꝓcedant, propter quod impetrator appellat, & impetrat super hoc ad alium episcopum, & ipsum decanum, sic concluditur.

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatum. iunge, negotio ipso, iuxta tenorem literarum ad archiepiscopum, & ad te decanum & ad archidiaconum directarũ, eadem ratiõe præuia procedatis: alioquin, tu decane, cum archiepiscopo, & archidiacono s. dictis in negotio procedatis eodem
47 iuxta literarum continentiam earundem, appellantem, &c. ¶† Si autem executor excedens formam mandati assignat stallum ĩ choro, & locum in capitulo, propter quod appellatur, sic concluditur:

¶FORMA. Mãdamus, quatenus, si est ita, ipsius executores, sicut iustum fuerit, reuocato processu, in negocio ipso ratione præuia procedatis iuxta directarum ad præfatum Abbatem continentiã literarũ: alioquin processum ipsum, prout est canonicus, faciatis
48 auctoritate nostra appellatione remota firmiter obseruari. ¶† Item si procurator per errorem impetrat, non super grauamine, propter quod appellatum fuerit, sed super alio sic, quando oportuit appellatum ad curiam mittere: vnde lapsus est annus, qui datur ad prosequendam appellationem, & etiam duo menses vltrà fluxerunt: quare supplicat sibi super hoc misericorditer prouideri, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si de huiusmodi errore & prędicta causa appellationis tibi constiterit, dictas sententias nullas esse, penitus nuncies, ac reuoces, si quid aliud post appelllationẽ huiusmodi inueneris temerè attentatũ in causa, iuxta prioris mãdati nostri ad dictum talem directi tenorem, ratione præuia procedas: alioquin partes ad eiusdem iudicis remittens examẽ, appellãtem, &c. testes autem, &c. ¶Item si vir auctoritate propria vxore dimissa, impetrat contra eam ad iudices super impedimento ꝯsanguinitatis: ea verò petente coram eis ante omnia iuri restitutionem, ipsi solùm super principali cognoscere volunt, propter quod ipsa appellat, sic concluditur.

¶FORMA. Mãdamus, quatenus, si est ita, mulieri virum restitui faciatis, quę post eius appellationem acta sunt, in irritum reuocãtes: postmodum causam super matrimonio audiatis, & fine canonico terminetis, extrà de resti. spol. ex conquestione. Quòd si iudex delegatus propter contumaciam rei, res, de quibus agitur, sequestrat, in quibus tamen actor mittendus fuisset in possessionẽ causa rei seruandæ, & reo petente res huiusmodi sibi restitui, actor excipit iudicem non habere iurisdictionem, quia causa alij est commissa, licet in huiusmodi commissione nulla de primis literis mentio fiat, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus præscriptam causam secundũ formam priorum literarum, non obstantibus posterioribus, terminetis, expensas, quas propter hoc reus fecisse dignoscitur, & ab actore restitui facientes. ¶Si autem appellatum fuit, quia iudex ĩ causa matrimoniali non faciebat processum redigi in scriptis, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato in statum, &c. vsque, audias. iunge, & causam appellatione remota decidas, faciens, &c. alioquin partes ad prioris, &c. appellantem in expensis, &c. extrà de testib. Albericus. de prob. quoniam contra. ¶Sed & si appellãs ab ordinario, conficto aliquo grauamine, cui appellationi iudex detulit, iusto impedimento cessante non prosequitur appellationm intra tempus legitimum, sic concluditur:

¶FORMA Mandamus, quatenus, si est ita, partibus conuocatis, &c. vsque, obseruari, &c. alioquin, &c. appellatum, &c. ¶Quòd si iudex, contra quem causa suspicionis proponitur, requisitus non vult dare arbitros, qui de suspicione cognoscant, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato, &c. vsq;, attentatum. iunge, in causa ipsa, &c. alioquin partes, &c. extrà de offi. del. suspicionis. & de ap. cùm speciali. & c. legitima. ¶Quòd si cã committatur alicui prælato, vel alicui monacho simplici, qui tamen in litera apostolica Prior vocatur, & idem monachus causam alteri committit, corã quo subdelegato excipitur, quòd non potest per huiusmodi literas falsitate suggesta obtentas procedere: & quia exceptio non admittitur, appellatur, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocetis, &c. vsque, attentatum, &c. iunge, alioquin partes ad subdelegatum remittatis eundem, appellantem, &c. Sed & si subdelegatus committit alteri totaliter vices suas, propter quod is, contra quem literæ obtentæ fuerunt, appellat, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato, &c. vsque attentatum. iunge, in eodem procedatis negotio iuxta priorum continentiam literarum. alioquin partes remittatis ad illos, ad quos de iure videritis remittendos, appellantem, &c. C. de iud. à iudice. extr. de of. del. super quæstionum. §. j. ¶Si autem cùm quęstio inter aliquos verteretur, aliquis coram iudice se obtulit, & petit se admitti ad docendum de interesse & iure suo, & non fuit admissus, licet admitti debuerit, propter quod appellauit, extr. de testib. veniens. tunc sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato in statum d̄ebitum, quicquid post appellationem huiusmodi inueneris in ei⁹ præiudicium temerè attentatum, audias, quæ idem pro iure suo duxerit proponenda, & auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota decernas, faciẽs, &c. alioqui in negotio supersedeas memorato, appellantem, &c. Et nota, quòd cùm quis rem suam agi conspiciens, postulat à iudice delegato, vt paratus de iure suo docere audiatur, & quia non auditur, appellat, ñ debet poni clausula, Alioquin partes ad priorum iudicum, &c. ¶Sufficiat præmissa exempli gratia posuisse. quæ autem hìc desunt vide s. de rescr. præsent. §. ratione formæ. ¶Sed pone, quòd in cõmissione, quę fit super causa appellationis, non exprimitur nomẽ
a iudicis, à quo dicitur appellatum[a], nunquid valet talis commissio & videtur, quòd non: quia in appellatiõe debet contineri nomẽ eius, vt ff. de ap. l. j. §. finali, & etiam in apostolis, ff. de libellis dimissoriis, l. j. ad idem 2. q. 8. libellorum. Nam sunt quidam, à quorum sententiis appellari non potest, vt s. §. videndum. Idem etiam dicitur in rescriptis, xxv. qu. 2. si qua. & in instrumentis, C. de mand. prin. l. vnic, & in nominatione, vt 2. q. 6. nominationes. ff. de transact. cùm hi. Arg. contrà, quia ex quo de causa & de personis, inter quas sententia lata est, mentio fit in rescripto, satis videtur de iudice mentio esse facta, ff. de rei vend. in rem. ff. de cond. inst. nominatim. ff. de hæred. instituen. quoties. §. si quis nomen. nam & si nomen fundi non dicatur, sufficit ponere fines, ff. de censi. forma. licet enim aliquid omissum sit, tamen omnia presumuntur solenniter acta, ff. de vent. inspic. l. j. & ad hoc facit ff. de verb. oblig. cùm seruus. ff. de app. l. 3. §. fi. & l. appellari. ff. de suspec. tut. scire. ff. de cond. & demonst. cùm tale. §. penul. Et hoc tenet Vber. dicens quòd delegatus poterit procedere. ¶Item quæritur, si constat ꝑ testes, vel confessionem aduersarij, me appellasse à sententia contra me lata, nunquid sufficit hoc, vt videar etiam probasse, quòd intra decendium appellauerim? Et videtur, quòd sic: quia intelligor legitimè appellasse, ex quo appellatio probatur, argum. C. de contrahend. & commit. stip. l. j. Verba enim cum effectu intelligenda sunt, ext. de cleric. non resi. relatum. Sed dic contrà. oportet enim probare, quòd intra tempus legitimum appellauerim, extr. de app. Romana. §. si verò. extrà de testibus, significauerunt, qui enim solennitatem substantialem, allegat, eam probare debet, ff. de Publicia. quæcunque. §. quæ à pupillo. ¶Vtrùm iudex appellationis pronunciabit secundum ius commune, vel secundum consuetudinem, & secundum quam, notatur, secundum Papam, extrà de consuet. super rub. & vide suprà de feriis, §. 1. versi. sed pone.

ADDITIO.

a Appellatum. ¶De nomine appellati si non exprimitur in appellatione, s. §. qualiter. ver. hoc etiam no.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente quibus casibus liceat aliquid innouare.*
2 *Appellatione pendente nil innouandum, qualiter intelligatur.*
3 *Ordinarius potest post appellationem possessionem turbatam reformare.*
4 *Iudex, à quo appellatum est, qualiter debeat appellatione pendente supersedere.*
5 *Facta per priorem iudicem appellatione pendente tenent, si non fiat inhibitio.*
6 *Causa appellationis quare maior dicatur, quàm principalis.*
7 *Primo iudice qualitercunque appellatione pendente procedente, si veritas causæ approbetur, reuocantur quæcunque fecerit, & nu. 10.*
Lis, seu appellatio, non debet aliquem sua possessione priuare.
8 *Officium, vel possessio, vel aliud ius, an per appellationem transferantur ad iudicem appellationis.*
9 *Iudice appellationis iniustam esse appellationem proferente, ratũ manet, quicquid primus fecerit post appellationem.*
11 *Appellatione extraiudiciali facta, quo pacto post talem appellationem per iudicem acta reuocari debeant.*
12 *Facta medio tempore inter sentẽtiam & appellationem, an per appellationem extinguantur.*
13 *Appellatio in electionibus quid operetur.*
14 *Reuocatio attentatorum an causa appellationis cognita fieri possit: & sub qua forma.*
15 *Cognoscere & diffinire de appellationis iustitia, vel iniustitia, ad quem spectet.*

16 *Collatio beneficij per aliquod capitulum quibus casibus veniat reuocanda.*
17 *Vitium contractus litigiosi in quo casu locum habere dicatur.*
18 *Motio litis personalis an faciat rem litigiosam.*
19 *Prohibitio de re litigiosa non alienanda quibus tantùm fieri debeat.*
20 *Commodo suæ possessionis nemo sine causæ cognitione priuari debet.*
21 *Ad auxilium extraordinarium recurrendum non est, quandiu superest ordinarium.*
22 *Reuocato in causa appellationis vno articula libelli prætextu appellationis, an cæteri omnes reuocati censeantur.*

¶ Appellationis effectus quis sit.

II. §. Nouissime de effectu appellationis est videndum. Et quidem effectus is est, vt ea pendēte nil innouetur, sed omnia in eo statu permaneant, in quo erant tempore appellationis emissæ, 2.q.6. appellatione interposita. ff. nil inno. app. pend. l. vnica, ext. de ap. bonæ. & c. secundò re-
1 quiris. C. eodem, l. 3. ¶ † Excipiuntur tamen quidam casus, in quibus aliquid innouatur. ¶ Primus, cùm reus suspectus est de dilapidatione fructuum rei actori adiudicatæ. nam tunc fructus sequestrantur, 2. quæstio. vj. c. quoties. primo, C. quorum ap. non recip. ab executione. extrà de seque. possess. c. fin. ff. de ap. Imperatores. ¶ Secundus est, cùm hæres conuictus super legato appellat. non enim defertur appellationi: imò cauere debet de eo restituendo, ff. vt leg. vel fideicom. nom. caue. l. postquam. §. Imperator. ¶ Tertius, si condemnatus de crimine appellat, nec potest dare fideiussores: quoniam erit in custodia, vsque dum veniat ad eum, ad quem appellauit, argumen. 2. quæstio. vj. c. arguta. & C. de ap. eos qui. §. super his. ¶ Quartus in illis casibus, in quibus appellatio nō admittitur, vt s. in quibus. de hoc 2. quæ. 1. appellatione. ¶ Quintus est, nam si excommunicatus appellat à sententia excommunicationis, post appellationem potest denunciari excommunicatus, extrà de ap. pastoralis. de hoc, vt s. §. in quibus. & versic. xxvij. ¶ Sextus, secundum Innoc. quia si agatur personali actione, vt ex empto, vel simili, & res petita alienetur, tenet alienatio. Sed contrà ff. nil. nouan. appel pend. l. 1. C. de ap. appellatione. 2. quæstio. 6. c. appellatione. vbi dicitur, quòd status causæ mutari non debet appellatione pendente. Sed dic, quòd non mutatur, nec præiudicatur appellationi: quia ita condemnabitur persona, si res petita alienetur, ac si non alienasset. quod dic, vt suprà. de interrogat. §. fin. versicul. verùm quia. Item contrà in authen. vt nulli iud. §. super hoc. vbi prohibetur iudex transferre possessionem rei petitæ ab vno litigantium in alterum. Sed dic, quòd ibi non prohibetur
2 pars transferre in extraneum. ¶ † Quòd ergo dicitur, Appellatione pendente nil esse innouandum, supple Per iudicem. nam pars, non obstante appellatione alterius, potest de iure suo. quod dic, vt infrà, versic. verùm. Si verò agitur reali actione, putà de dominio, tunc fateor, quòd non tenet alienatio: nō ea ratione, quia facta est appellatione pendente: sed quia res est litigiosa, infrà versic. verùm. & suprà de accusat. §. j. ver. vt autem. ¶ Septimus, quia tenet sententia lata post appellationem, nec reuocatur in casu, quem habes infrà de not. crim. §. j. versicu. quid si auditis. ¶ Octauus in casu, qui est suprà §. in quibus. vers. xvij. ibi, dicitur etiam. ¶ Nonus, quia iudex, à quo appellatum est, quandoque interponit suam iurisdictionem propter periculum animarum, & in fauorē matrimonij, vt extrà de matri. contra interdi. ecclesiæ contracto, c. 2. Quidam tamen illud intelligunt solùm in ordinario. ¶ Decimus, quia licet iudex detulerit appellationi, tamen intromittit se de iurisdictione, absoluendo ab excommunicatione, & cautionē nomine ecclesiæ recipiendo, vt extrà eo. qua fronte. vbi de hoc,
a secundum Papam[a]. ¶ † Vndecimus, quia ordinarius potest post
3 appellationem possessionem turbatam reformare, vt extrà e. cū teneamur. ¶ Duodecimus, quia vbi ordinarius ignorat appellatū fuisse ad superiorem, tenet sententia contra appellantem per eū lata, extrà eo. si duobus. ¶ Decimustertius, quia potest appellantem notoriè delinquentem punire, vt eodem ti. proposuit. in fi. ¶ Decimusquartus, quia potest tempus legis moderari, vt eodē ti. cùm sit. resp. primo. ¶ Decimusquintus, quia potest appellantem cogere propriam appellationem prosequi, vt eodem ti. consuluit. primo, in fi. & c. reprehensibilis. §. j. ¶ Decimussextus, quia si præfixus sit à iudice terminus ad prosequendam appellationē, & appellans intra illud non prosequitur, iudex poterit sententiā exequi, vel in causa procedere, vt eodem ti. cùm sit Romana. versicul. quòd si is. & c. ad hoc. & infrà, & c. ad aures. Quidam tamen dicunt, quòd non manet sententia diffinitiua rata, licet huiusmodi terminus sit elapsus, nisi lapsum fuerit tempus iuris: quod non
b placet. quod dic, secundum Papam, vt no. eodem ti. personas.[b] ¶
4 † Sed cùm suprà prox. §. de inhibitione iudicis appellationis dixerimus. vtile est, hîc vt inseramus, qualiter iudex, à quo appellatū est, debeat appellatione pendente supersedere: & de reuocatione eorum. quæ fiunt post appellationem. Quæritur ergo, an primus iudex debet supersedere, an verò in causa procedere, quām citò scit iudicem appellationis de veritate causæ appellatiōis cognoscere, licet hoc ei à iudice appellationis non mandetur? & an tene-
c at, quod agit, si postea procedit[c]? Respon. dicunt quidam, quòd tenet, quod fecit ante inhibitionem super negotio in principali: quia illud non tangit processum iudicis appellationis, argum. extrà. de
d appel. Romana. §. quòd si obiiciatur[d]. vbi dicitur, quòd iudex appellationis, postquam incepit cognoscere de veritate causæ ap-
5 pellationis. potest inhibere priori iudici, ne procedat. ¶ † Cùm igitur illud sit nouum beneficium, datum iudici appellationis, videtur, quòd teneat. quod fit per priorem iudicem, si non fiat inhibitio, vel priusquam ad illum inhibitio perueniat, argumentum. extrà de rest. spol. audita. Aliàs enim sequi potuisset magnum inconueniens, vt si quis in curia Romana prosequatur causam appellationis per procuratorem, & in prouincia causam principalē per se coram primo, qui non detulit appellationi, & qui nihil scit de prosecutione appellatiōis. Iniustum enim esset, si propter hoc solum, quòd superior cognoscit de veritate appellatiōis, licet postea constet quòd non sit vera, cassaretur processus primi, qui in nullo peccauit, cùm nihil sciret. Alij tamen dicunt contrà, quod non valet. postquam secundus incipit cognoscere de veritate cā appellationis, licet sibi non fuerit inhibitum: quia satis intelligitur parti inhibitum, quæ præsens est in prosecutione appellatiōis Sed & si non esset præsens, sed contumax, non debet sibi contumacia sua prodesse, vt extrà. de postul. prælat. c. primo, prope fin. imò contumacia repræsentat eum præsentem, ff. de re iudic. contumacia. extrà de dolo & contum. veritatis. & ex quo ius concedit iudici appellationis, quòd cognoscat de veritate causæ appellationis, vt extrà de rescri. dilectus filius Io. in fi. videtur abstulisse priori per consequens potestatem cognoscendi de prinicipali. Argumen. extrà de offic. delegat. pastoralis. §. præterea. ff. de iudi. cùm prætor. in principio. Item dicit lex, quòd per minorem causam non debet præiudicari maioris causæ cognitioni, ff. eodem,
6 qui minorem. ¶ † Et certum est, quòd maior est causa appellationis, quàm principalis: tum propter auctoritatē maioris iudicis, vt extrà. de offic. deleg. sanè. & c. pastoralis. §. quia verò. tum quia de pluribus cognoscit, scilicet de appellatione: & etiam quandoq; de principali, vt s §. de officio. Et ad hoc etiam facit decre. vt debitus. vbi dicit, ad priorem iudicem remittat. Sed primi his omnibus respondent, & dicunt prædictum §. quòd si. loqui, postquam priori denunciatum est: vel ipse aliàs nouit, quòd secundus cœpit co-
7 gnoscere de veritate causæ appellationis. ¶ † Illud autem certū est. quòd siue ante inhibitionem, siue post, siue ante sententiam iudicis appellationis, siue post, primus processerit, probata veritate causæ appellationis, reuocabitur, quicquid fecerit, extrà. de ap. ex parte. Et hæc vera sunt, cùm in iudicio appellatur: si verò extr. quamuis superior incipiat cognoscere de appellatione, seu de prīcipali, siue alio modo, non ideo debet impediri ius primi, vel alterius hominis, quin illud exequatur, vt prius: nam lis, seu appellatio non debet aliquem sua possessione priuare, extrà vt lit. pend. per totum, ext. de re iudic. cùm super. & de hoc, secundum Papā,
e extrà de maio. & obedien. dilecti[e]. quamuis & hoc ipsum sit in iu
8 dicio. Et est ratio: † quia officium, vel possessio, vel aliud ius, non transfertur ad iudicem appellationis, sed solùm iurisdictio: qua ratione etiam dici potest, quòd si appello, ne quis instituatur in aliqua ecclesia, sed prælatus nihilominus instituit, si pendente causa huiusmodi appellationis iterum imminet institutio facienda, iudex appellationis non prohibebit prælatum instituere: sed si prælatus me excommunicet, quia illum non habeo pro instituto, non tenet sententia: quia iurisdictio, cuius pars est excommunicatio, ad superiorem est deuoluta, vt dixi.

Et hoc

ADDITIONES.

a Secundum Papam. ¶ Ibi scripsi in gl. no. secundum Inn.
b Personas. ¶ Ibi scripsi super verbo, sententiæ. & ca. ex ratione. super i. glos.
c Procedit. ¶ De hoc, de quo tractauit Innocent. in §. quòd si obiicitur. statim allegato. scripsi in decretalem. non solùm. de appell. lib. 6. super ver. post inhibitionem. vbi quod plus est, teneo, quòd etiam insinuatio iudicis appellationis sine inhibitione non sufficeret: ibi vide.
d Obiiciatur. ¶ lib. 6.
e Dilecti. ¶ Vbi scripsi in gl. sed quod prodest.

Et hoc verum est, postquam superior cœperit de principali cog noscere, s. an ad prælatum pertineat institutio. nam in appellationibus, quæ fiunt extra iudicium, non quæritur aliter de veritate, vel iustitia causæ appellationis: sed de ipso principali solùm, cùm sint procurationes ad causam, vt extr. de ap. cùm sit Romana. Ar-
a gumentum tamen cõtrà, eodem titulo, vt nostrum[a]. & iunge hîc
9 quod habetur j. ver. verùm. ¶† Porrò si cognoscens de principa li, à quo appellatur, non defert appellationi, quia eam dicit inter positam post decem dies, vel nulla causa expressa, vel iniusta, vel falsa, sed procedit ad sententiam, iudex quoque appellationis pro cedit, & pronunciat bene, vel ex iusta causa appellatum esse, cassando processum prioris iudicis, & consequenter pronunciando super principali, siue bene, siue malè, tenet sentẽtia iudicis appellationis lata contra ius litigatoris: nec reuocabitur, nisi fuerit appellatum: cùm constet eum habere iudicem, vt 2. q. 6. §. diffinitiua. ext. de reg. iur. cùm inter vos. Nec obstat quòd lata est contra res priùs iudicatas: quia prima non tenuit, vt pote post appellatio nem latam, ff. quæ sent. sine ap. rescin. l. j. Si verò iudex appellatio nis pronunciet appellationem iniustam ex præmissis causis, tunc ratum manet quicquid primus facit post appellationem, cui non detulit, nisi appellans obtulisset se probaturum coram eo veritatem causæ, nec fuisset admissus: quo casu tenet appellatio, etiam si falsa sit causa: nec est necesse cognosci de veritate ipsi⁹, vt j. ver. prox. & ideo cassabit iudex appellationis quicquid inuenerit factum post appellationem, nisi notorium esset, causam appellationis esse falsam, extrà eo. cùm sit Romana. Et idem dicunt quidam de eo, quod factum est post inhibitionem legitimam, vt s. arg. ff. nil no. ap. penden. l. j. Alij contrà: & dicunt, quòd præd. lex loquitur in appellationibus post sententiam interpositis, vel post decretum cum causæ cognitione interpositum: quia tunc reuocabitur, quicquid factum est post appellationem, priusquam de ipsa cognoscatur, vt ibi, & not. extr. de exceptio. dilectę. secundum
b Papam[b], nisi patens sit sententiam fore iniustam. Quod dic, vt
c no. ext. de of. del. c. pastoralis. §. quia verò. ibi no. secundum Inn.[c] quid iuris sit de his, quæ fiunt post appellationem à sententia interpositam. Præmissa autem obtinent in appellationibus ante sẽtentiam. ¶ Regulariter autem tenendum est, quòd ea quæ appellatione interposita attentantur, reuocantur, 2. qu. 6. c. appellatio-
d ne interposita. Quod dic, vt s. ti. prox. §. est autem. & s. e. §. i prin.[d] vel post nuncij missionem, ext. de of. del. cùm causa. vel post iter arreptum, ext. de ap. dilecti filij. vel lite pendente, extr. vt lite pen.
10 per totum. ¶† Illud quoque certum est ꝙ cùm in iudicio appel latur, probata veritate probabilis causæ, vel saltẽ probato, quòd se obtulit probaturum, nec fuit admissus, reuocabitur quicquid factum est post appellationem, vt ext. de ap. ex parte. & c. interposita. in prin. & s. §. qualiter. ver. sunt quoque. & s. ver. prox. sicut & in nunciatiõe noui operis sufficit probare, quòd obtulit quis cautionem de demoliendo opus, vt ext. de no. ope. nunc. c. fi. versi. 2.
11 & ver. sed cùm. ¶† Vbi verò extra iudicium appellatur, non sufficit allegare causam similiter, quo ad reuocationem eorum, quę fiunt post appellationem, quæ fuerit interposita ex causa probabili, nisi doceatur vera: sed ea probata vera, reuocabuntur quæ facta sunt post eam, vt ext. de app. constitutus. nisi in causa, quæ est ext. de iure pa. c. pastoralis. Nec etiam sufficit probare, quòd se obtulit probaturum, nisi priùs doceatur de veritate causæ, vt probatur ext. de elect. cùm inter canonicos. prope fi. ibi, confirmetis ipsius, &c. vbi dicitur, quòd electio facta post appellationem probabilem debet cassari. Ratio diuersitatis est: quia cùm quis appellat extra iudicium, nõ est coram quo se offerat probaturum, nisi fortè coram confirmatore electionis, vel coram consecratore. Sed cùm in iudicio appellatur, potest appellans coram eo, à quo appellat, offerre se paratum probare suam exceptionem. quæ dic, se-
e cundum Papam, vt in præd. c. cùm inter[e]. & ext. de despon. impu.
f ad dissoluendum[f]. & tetigi s. de actio. seu pet. §. super actionibus. ad fi. ver. sed quid si antequam. Quod autem dixi, quòd in appellatione extra iudicium non sufficit, quo ad reuocationem attentatorum, probare appellatum esse ex causa probabili, nisi sit vera verum est, cùm appellatur propter exceptionem non admissam, vt in præd. c. cùm inter canonicos vbi non fuit admissa exceptio illa de morbo epileptico. Secus autem est, si extra ius appelletur propter grauamen, quod sibi quis timet inferri. nam tunc sufficit probare appellatum esse ex causa probabili, vt ext. de ap. bonæ. se-
12 cundum P. ¶† Et no. quòd hodie iudex appellationis ante omnia, etiam priusquam incipiat cognoscere de appellatione, debet reuocare quod fit post appellationem à diffinitiua interpositam, ext. de iure i. venientes. in fi. ext. de exce. dilectæ. & de ap. ex parte M. in auth. vt nulli iud. in prin. Col. ix. & C. & ff. nil no. ap. pen. per totum, nisi in casu, quem habes j. de no. crimine. §. j. ver. quid si audit is. Idem etiam dicendum est de his, quæ fiunt medio tempore inter sententiam & appellationem, quia per appellationem extĩguuntur, ff. ad Turpil. l. j. §. fi. Idem etiam est, cum ante sententiam appellatur de his, quæ fiũt post inhibitionem legitimam: de qua dixi s. §. prox. ver. sed quæritur. ibi, si autem, &c. quamuis fortè cã appellationis non sit vera. Si autem non fiat inhibitio, nihil reuocabitur, donec constet de veritate causæ appellationis, vt in dec. Alex. iiij. de ap. vt probatio. §. fi. quæ decr. sufficiens est circa hanc
g materiam[g], & ext. e. ti. sæpe. vbi dicitur. cùm constiterit legitimè prouocatum. & extr. de dila. c. j. & ext. de eo, qui mit. in poss. causa
13 rei ser. c. fi. ¶† Quid operetur appellatio in electione, no. secun-
h dum Papam, ext. de elec. cùm inter canonicos. & c. statuimus[h]. Item an electio, quæ fit post appellationem, sit nulla, vel annullãda, e. ti. considerandum. Item si fiat aliquid post appellationem in electione interpositam, an cassabitur solùm id, quod fit contra appellationem, an etiam alia, quæ postea in electione fiunt, eodem
14 ti. cùm nobis. ¶† Vtrùm autem attentatorum reuocatio fiat causa cognita, not. j. ver. sed quæro. Appellãs autẽ sic formabit suam petitionem:

¶ FORMA. Peto, domine iudex, reuocari per vos, quicquid factum est post sententiam iudicis, à quo appellaui: & quòd interdicatis ei, ne deinceps aliquid contra appellationẽ attentet, quan diu mihi competit prosecutio ipsius. non enim iudex ex officio suo tenetur hoc facere, vt in præ. dec. dilectæ. & vide j. in tractatu lib. in ti. de ap. §. nunc dicendum. ver. si verò. in vlt. forma, & vers. seq. Contrà: nam ad iudicem appellationis non pertinet iudicare nisi solùm, vtrùm bene, vel malè pronunciatum sit, vt C. de app. eos. ij. q. 6. in fi. quæstionis. quomodo ergo admittet hanc petitionem? Item si ipse reuocaret, quæ attentata dicuntur, & pòst appellans non prosequeretur appellationem, fingeretur non fuisse appellatum: sicque restaurandum esset, quod reuocasset: quod esset iniquum: & sic esset quædam absurditas. Item lex dicit, quòd tunc reuocatur, quod fit post appellationem, cùm meliorem in-
15 uenerit sententiam appellans, ff. eod. cùm ex causa. ¶† Sed dic quòd ad iudicem appellationis principaliter spectat, cognoscere, & diffinire de appellatione, an sit iusta, vel iniusta: sed ratione accessorij ad eius spectat officium huiusmodi petitionem admittere, & exaudire, vt probatur in concor. quæ sunt j. in tractatu lib.[d] ap. §. fi. ver. in summa. Item non est absurditas, si id, quod malè actum est, reuocetur, & postea idem legitimè fiat, vt xii. q. 1. certè. de pœn. dist. 1. nouit. Item licet prædicta lex dicat reuocari, cùm meliorem, &c. non negat, quin & ante quàm appellans obtinuerit sententiam, reuocari possit, vt s. probatum est. & hoc no. Papa
i in præd. c. dilectæ[i]. Vbi autem appellatur extra iudicium, tunc improbabitur reuocatio attentatorum post appellationem officio iudicis, petendo reduci ad statum, in quo erant tempore appellationis emissæ: cùm aliàs si non appellasset, oporteret eum intentare interdictum recuperandæ possessionis: ar. ext. de ap. bonæ. in quo interdicto necesse est probare se possedisse, & spoliatum, fuisse: sed hîc non habet necesse probare hoc, sed statum duntaxat, in quo erat tempore appellationis emissæ. Item potest hoc peti, etiam contra non spoliantem, vel rem scienter à spoliatore non recipientem, vt præ. c. bonæ. contra quos tamen non habet locum interdictum, vt ext. de restit. spoliat. sæpe. & c. cùm ad sedem. Quidam

ADDITIONES.

a Nostrum. ¶ Vbi traditio sigilli facta post secundum mandatum, directè respiciebat negotium principale.
b Secundum Papam. ¶ Vbi scripsi super ver. reuocato.
c Secundum Inn. ¶ vbi vide in gl. mirabilis.
d In prin. ¶ Vide, quod ibi dixi super ver. offerens. & quod sequitur facit pro opi. quam ibi teneo: & dixi s. §. qualiter. ver. sunt quoq;. non enim in casu, qui sequitur, sufficit verbalis obligatio cautionis: imò realis requiritur, vt probant illa iura, quæ tamen procedunt post tresmenses, non priùs, inuito denũciante, vt ext. de no. operis nuncia. c. vl. intendo, quòd sicut offertur cautio, vt sequit, sic sit offerenda probatio illo casu.
e Cùm inter. ¶ Vbi vide in gl. quid si coram.
f Dissoluendum. ¶ In gl. quid si crimen.
g Materiam. ¶ Quam tamen hodie non habemus, sed omnia superiora patent hodie in dec. non solum. e. ti. li. vj.
h Statuimus. ¶ lib. 6.
ADDITIO. An appellans, qui in electione fuit contẽtus, teneat ad obseruantiam, c. vt circa. de ele. lib. 6. vide Old. cons. clxxxviij. incip. quod prosequens. Henr. Ferran.
i C. dilectæ. ¶ Ibi scripsi in gl. no. Tan. hîc, Inno. & Host. vide, quod no. in decr. præ. non solùm. in 4 gl. & in vlt. in fi.

dam tamen dicunt hanc petitionem non admittendam.ficut nec interdictum,hoc profequere,vt no.in præd.c.bonæ.fecundũ Papam,ext.de maio.& obed.c.dilecti.B. Qualiter autem iudex pronunciabit fuper attentatis,& quando,& fuper quibus,& de multiplici effectu appellationis extraiudicialis,not.plenè,fecundum
a Inn.IIII.ext.de ap.dilecti filij,prior[a]. Item vtrùm citatione facta iudex poffit fuper attentatis quicquam facere,no.§.de off.iud. §.deferuit.ver.fed quæritur,quando. Vtrùm cùm §. diximus in verficulo,illud autem.ibi,& hæc vera,&c.quòd lis,vel appellatio non debet quenquam fua poffeffione priuare,adhuc circa hoc q
16 ritur?¶†Pone,quòd cùm effem canonicus Parifienfis expectãs, & fine præbenda,vacante ibi quadam præbenda,egi fuper ea contra capitulum coram iudice competenti:lite conteftata capitulũ illam confert:vel pone,quòd peterem contra capitulum electionem de me factam in canonicum,vel archidiaconum confirmari poft litem conteftatam capitulum contulit præbendam, vel dignitatem illam alij:nunc quæritur, vtrùm ante omnia fit collatio capituli reuocanda,prius quam de meo iure conftet? Et videtur, quòd fic,§.ver.& nota,quòd.& ar.ext.de conftit.cùm M.in fin.& de arbitris,ex parte.& de iure patro.ex literis.nam & lite pendente nil eft innouandum,xj.q.j.quia res.ext.vt lite pend. & C. e.per totum.Argumentum contrà ext.de in integ.reftit. c. cùm venif-
17 fent.¶†Item quia vitium contractus litigiofi locum nõ habet, nifi vbi lis de dominio mouetur,vt C.de litig.auth.litigiofa.At iura,ficut eft præbenda & fimilia,non funt in bonis noftris,ff. de vfufruct.l.I.23.q.7.c.quod autem.prope fi.ext.de donat.c.2.ergo de dominio eorum lis effe non poteft.Sol.Generaliter verum ẽ, quòd quandocũque dicit quis rem aliquam fibi deberi, fiue corporalem,fiue incorporalem,vt ius præbendæ,fiue prębendam,ñ autem dicit fuam effe,vel quafi,femper is,à quo petitur,poteft illam alienare fine vitio litigiofi.Item fimile eft,fi petitur confirmatio electionis,aut præbendæ,vel dignitatis.nam ille,cõtra quem petitur confirmatio,vel quicunque alius habens ius conferendi eam,poteft eam conferre,fiue alienare fine periculo litigiofi, ẽt fi ante alienationem fuiffet appellatũ ad Papam. Et fi dicis,quòd cùm iam per appellationem effet ad Papam de lata caufa ergo caffandum eft quicquid poft eam extiterit attentatum,vt ext.de ap. ad præfentiam,& c.dilectus.& de exce.dilectæ.de of.leg.licet. ad hoc refp. quòd per appellationem caufa defertur ad Papam, & non poteftas prouidendi,§.ver.illud autem.& ibi, & hæc vera.Illud autem,quod regulariter dicitur,quòd caffandum eft quicqd fit poft appellationem,vt §.ver.porro.& feq.& in concor.§. hoc eo.ver.pofitis,intelligitur de his,quæ ad iudicium, vel caufæ proceffum pertinent:quia fi poft appellationem talem recepiffet teftes,vel fententiam tuliffet,illa bene caffarentur, fi appellatio legitima appareret:collatio autem non, quia nõ pertinet ad caufæ proceffum.non enim confert præbẽdam,quafi litigatus, fed qua fi alius.Hoc autem bñ fateor,quòd pendẽte caufa,prefertim appellationis,poffeffio non debet alteri parti auferri:quia poffeffionem auferre,eft de proceffu caufę,ar.ext.de ap.cùm teneamur.in auth.vt nulli iud.§.illas.& fic intelligitur dec. cùm M. de conftit, in fi.Item non obftat præ.dec.ex parte.nam ibi lis mota non impediuit electionem vltimò à capitulo factam,fed electio præcedens,vt ibi dicitur.Item non obftat præd.decr.ex literis.nam vbi dicitur ibi,ante quàm controuerfia effet,&c.fupplet,maximè.Itẽ non obftat illud generale,quòd lite pendente nil eft innouandũ
18 nam intelligitur,vbi lis de dominio pendet,vel quafi,vt dixi.¶† Motio autem litis perfonalis non facit rem litigiofam,vt in præ. auth.litigiofa.& §.ver.excipiuntur,ibi, fextò fciendum.Hinc eft, quòd fi epifcopus agit cõtra M.vt amoueatur à fua ecclefia cum cura,quam retinuit poft alterius curæ receptionem, & hac lite pendente epifcopus confert alij ipfam ecclefiam, lis mota non impediet collationem epifcopi:quia de dominio,vel quafi,dictę ecclefiæ non agebatur.Si verò de dominio,vel quafi,ipfius rei ageretur, vt fi quis agat ad aliquam præbendam , vel aliam rem,q̃ alius tenet,quam dicit effe fuam,vel ius fe habere in illa per collationem canonicam,vel inueftituram,non autem dicit,eam fibi deberi,tunc fi is,à quo petitur, eam alienet, incidit in vitium liti-
19 giofi contractus.¶†Nec obftat, quòd iura in bonis noftris non funt:vnde de ipforum dominio agi non poteft: ergo contractus litigiofi in eis locum non habent,vt §.Ad hoc etiam refpondeo, quòd & fi iura non fint in bonis noftris, funt tamen quafi in bonis:ficut & quafi poffidentur,vt ff.de acqui.re.do.feruus.§. incorporales.Sed & licet quando præbendam, vel aliam rem peto, dicens eam effe meam, vel quafi,non poffit per aliquem litigantiũ alienari,fiue conferri,tamen à tertio bene poteft alienari, licitè, etiam fine vitio litigiofi,cùm prohibitio de re litigiofa non alie-
b nanda fiat tantùm litigantibus actori,f.vtC.de litigiofis,l.2.&reo
c vt e.tit.l.fi.de hoc.fecundum Papam,de elec.dudum.2.[b]& de ap.
20 Romana[c].¶†Sed quæro,vtrùm,quando Papa ita fcribit, reuocetis,&c. vt patet ext.de confti.cùm M.in fi.debet iudex procedere cum caufæ cognitione?Refp.fic:quia non debet quis commodo fuæ poffeffionis fine caufæ cognitione priuari,xvj.q.4.volumus. Quicquid enim dicat refcriptum Principis, iudex tamen debet feruare leges,authen.de iud. §.omnes. extr.de refcript.c.fuper li-
d teris[d].Sed nunquid in caufa appellationis poteft obiici compenfatio? putà debebas mihi centum ex caufa venditionis, & ego tibi alia centum ex caufa mutui, in quibus tibi fui condemnatus:appellaui,& in caufa appellationis obiicio compenfationẽ quæritur,an poffim? Et videtur, quòd non:quia hæc eft prorfus noua exceptio,non dependens ex veteri,C.de temp.ap.per hanc in prin.ext.de tefti.fraternitatis.Dic contrà,vt ff.quæ fen.fine ap. refcin.l.j.§.fi.& ext.de fide inftr. cùm Ioannes.nam & conuentus ex caufa iudicati eam opponit,C.de compenf.l.2.Sed in caufa prĩcipali poteft pronunciari compenfationem effe faciendam, quæ fuit facta in caufa propofita in modum exceptionis, vt in præal-
21 legato capitulo,cùm Ioannes.¶†Sed pone petij in libello fententiam,tanquam iniuftam,reuocari, & attenta poft appellationem emiffam ante omnia retractari:lite verò fuper hoc conteftata,peto reuocari ex officio attentata,ficut petieram in libello:refpondet reus,frater, ego negaui petita in libello : vnde nil debet ex officio reuocari, nifi cùm ordine iudiciario fuerit hoc probatum,ar.ext.de ap.fignificante. Item petẽdo in libello ante omnia reuocari,& conteftando litem,& alia faciendo videris à dicta petitione receffiffe,& viam ordinariam elegiffe: ideoq́;illa eft profequenda.nam & quamdiu fupereft ordinarium auxilium, nõ eft ad extraordinarium recurrendum,ff.de mino.in caufæ.j.& fic ob
e tinuit[e].ar.ad hoc,vt leg.vel fidei.nomi.ca.l.j.§.non folùm.¶†V-
22 trùm autem reuocato in caufa appellationis vno articulo libelli,prætextu appellationis,cæteri omnes reuocati intelligantur,& vtrùm iuuetur aliquis ex appellatione,non folùm profequendo eam,fed etiã excipiendo ex ea,vide.fecundum Inn.IIII.extr.de
f ap.dilecti[f].& j̃.de expenfis,§.nec videndum.in fi.Item vtrùm reuocari debeant,quę fiunt poft iter arreptum,f.poft nuncij miffionẽ, no:ext.eodem,dilecti.2.&,fecundum Vinc.& Papam,e.tit.vt de-
g bitus[g].Item an poffit quis appellationi renunciare,no.j̃.de lib.ↄcep.§.nunc oftendendum.ver.porro.& dicam in conftit. Gre.X.
h de elect.quamuis[h].

ADDITIONES.

a Prior.¶2.Quia primum c.& in ti.etiam fic incipit: ibi vide in glo. dicit Inno.
b Dudum.2.¶In gl.nunquid in hoc.fuper ver.difpenfatur.
c Romana ¶lib.6.
ADDITIO.Adde verf.feq.ibi:fed quæro,an attentata pendente appellatione innouata à parte reuocentur de plano & fine libello,ex folo iudicis officio?vide Bal.in l.appellatione,col.2. verfic. quæro,vtrum.C.de ap.& Old.conf.ccvj.inci. in caufa. in prin.vbi qualiter attentata lite pendente,vel poft prohibitionem iudicis, veniant reuocanda& an attentata poft appellationem poffint peti reuocari litis conteftatione fuper principali non obftante? vide do.de Ro.decif.clxxxv.incip.fi pars.in nouis decif. Henricus Ferran.
d Super literis.¶Facit,quod no.§.§.de officio. verfic. fed nunquid in eo.
e Obtinuit.¶Supple,& malè,ex quo petebat ĩ libello, ante omnia fieri reuocationem:fuper quo vide,quod plenè fcripfi e. ti.nõ folùm. lib.6.poft prin.
f Ap.dilecti.¶2.in gl.dicit Inn.
g Vt debitus.¶Vtriufque.quod dictum ibi vide in gl.dixit Inn.
h Quamuis.¶lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio qualiter impugnetur.*
2 *Pactum inter partes de non appellando,multipliciter confideratur.*
3 *Pactum de non appellando poft litem conteftatam,& ante fententiam factam, an fit validum.*

¶Appellatio qualiter impugnetur.

a 12.§.Qualiter autem appellatio ĩ iudicio exhibita impugnetur,facilè colligitur ex præmiffis Si igitur ex præmiffis inftrumentum appellationis in iudicio exhibetur,excipe contra illud,vt fuprà.de edi.inftrumen. §. poftremò. Si inftrumentum legitimum fit, conuerte ad formam ap-

ADDITIO.

a Qualiter.¶Allegatur ifte §.pro vltimo:qa habetur alter §.§. e.tit. qui etiam incipit,qualiter autem ap.quod auctor non aduertit.

pellationis,& ad alia:& oppone, quod appellans non potuit appellare:quod dic,vt s̃.§.j.¶Item oppone,quòd nõ est talis casus, vel causa,in quo,vel in qua potuerit appellari.¶Item quòd ẽ appellatio frustratoria, vel quòd appellatio in rescripto fuerat remota:quæ dic,vt s̃.e.§.in quibus.¶Itẽ quòd à tali est appellatum, à quo non potest appellari de iure.quod dic,vt s̃.§. videndum.¶ Item quòd non est appellatum ad eum, ad quem debebat appellari,vel quòd ex forma appellationis is,qui aditus est,non potest de appellatione cognoscere.quę dic,vt s̃.§.nunc tractemus.¶Itẽ quòd nõ est appellatum intra tempus competens.quæ dic, vt s̃.§.restat.¶Item quòd appellatio nõ est legitima in sui forma,nec appellans seruauit,quæ debuit obseruare.quæ dic,vt s̃.§.qualiter ¶Item quòd non fuit eam intra tempus legitimum prosecutus appellans.quæ dic,vt s̃.§.nunc breuiter.¶Item quòd est vltra bis appellatum,vt s̃.§.quoties. ¶Item quòd appellans mortuus est: & ideo in causa appellationis nõ proceditur,etiam quo ad bona vbi condemnatus est de tali crimine, quod non adimebat bona, vt C.si pen.ap.mors inter.l.3.¶Item quòd non fuit à iudice recepta,vel à parte approbata,nec recipi debuit,vel approbari,vt s̃.§. nunc dicamus.& §.qualiter.¶Itẽ quòd appellans non detulit suę propriæ appellationi,nec de ea mentionem fecit,vt ext.de rescriptis,ex parte s.¶Item ꝙ non detulit appellationi aduersarij: quare sententia non valet,nec ei deferendum est,vt ext.de ele.bonæ
1 j.prope prin.& de ap.an sit.¶†Et nota,quòd non semper verum est,ꝙ si non detuli appellationi tuæ contra me interpositæ,quòd non tenearis meæ contra te interpositæ deferre.Sed quod dicit̃ ĩ præd.c.bonæ.obtinet,quando super eodem negotio appellatur hincinde:vt quia tu primò legitimè appellasti, ne aliquid in tuũ præiudicium facerem : ego verò tuę appellationi deferens facio illud,contra quod appellasti,& appello ad tuitionem eius, quod contra tuam appellationem feci:certè non teneris appellationi meæ deferre,vt in c.bonæ.Et sic potest intelligi præd.c.ex parte. & c.an sit,& potest hoc intelligi ff.de dolo, si duo.Sed si ego in alio negotio,putà electionis,appellationi tuæ nõ detuli,& in alio negotio,putà super vinea, cõtra te appello legitimè bene debes appellationi meæ deferre:aliàs cassabitur,quod contra eam feceris.Item quòd appellans renunciauit appellationi, procedendo postea coram eo,à quo appellauit,vel aliquid faciendo,vel petẽdo coram eo,vel fortè transegit,ext.de of.del.gratum. & de test. cùm venissent.ff.de mino.si filius.ff.ad Mace.si filius.vel recipiendo terminum ad soluendum iudicatũ. quæ dic, vt s̃.§.in quibus. ver.xxix.vel expresè appellationi renũciando,vt C.de tem.ap.l. fi.§.fi.ff.à quibus ap.non lic.l.j.§.si quis.ext.de pac.c.j.2.q.1.si quis
a libellos.& in dec.Alex.III.de ap.& prob.in prin.[a] Idem etiam
b operatur tacitũ pactũ secundum T.[b]C.de iureiu.l.generaliter.§.
c sin autem.& iam dixi[c].¶†Et nota, quòd cùm fit pactum de non
2 appellando inter partes,aut fit ante litiscontestationem,aut post Si post,aut fit ante sententiam,aut post sententiam. Si ante litem contestatam,dicunt quidam,non valere,nisi factum sit de omnibus causis,quas habent adinuicem:sicut aliàs dicitur de pacto : ꝙ si vnus posset in aliquo decipere alium,quòd non possit decept⁹
3 conqueri.¶†Quid si quisita dixerit,si obtinuero,nolo,quòd mihi tenearis:reus verò dicit iudici,domine iudex,non condemnetis me:quia & si facta esset condemnatio,nil posset à me exigi,iuxta præmissum pactum.actor contradicit,imò es condemnandus, quia ita demum feci pactum,si obtinerem,& non obtinui. Hanc
d quæstionem Scholasticis iuris relinquimus disputandam[d]:vł dic valere,si fiat super lite certa mota,vel mouenda,C.de temp. ap.l. fi.§.fi.Si verò pactum fiat post litẽ contestatam ante sententiam, non videtur valere: quia renunciatur iuri, quod sibi competere quis ignorat,s̃.de conclus.& renun.ver.cessat autem.Sed dic contrà.Nec obstat,quod dixi. non enim ignorabat hoc ius sibi competere,licet ignoraret contra quem sententia ferretur. Quòd si post sententiam fiat,non est dubium, quin valeat,vt in præd.l.fi. C.de tem.ap.

ADDITIONES.

a In prin.¶Quam hodie non habemus.
b Secundum T.¶Dum exponit versus,de quibus s̃.ver.37.dixi in §.in quibus.
c Iam dixi.¶no.casus,quos s̃.prox.posuit ante vltimum.
d Disputandã.¶Similis est quęstio magistri Protagorę oratoris,& discipuli Euathli,quam poni Aulus Gellius li.v.c.x.& in Speculo Historia.lib.4.c.lv.quæ talis fuit:Discipulus, qui promiserat magistro grande pretium die,quo primam causam apud iudices orasset,& vicisset : cùm valde prouectus esset,causas non recipiebat: ob hoc magister litem cum ipso ingressus,& contestatus est: cõcludebatq; ꝯ eũ,quòd si vinceret, ille necesse habebat pp sñiam soluere:si verò vinceret ille,debebat ex vi pacti ꝓdicti:hæc æquè discipulus reuoluebat in ipsum.Iudices vidẽtes hoc inexplicabile,cãm iniudicatã reliquerũt. Videbat̃ tñ diffiniri posse ꝑ regulã, cùm non stat.de reg.iur.lib.6.quæ habetur ff.eodem titulo,in iure ciuili.& per regulam, in omnibus causis.j̃.e.titulo.
ADDE,vt per Ang.consi.clxxxvij.inci.A.& B.vbi de Spec.hîc facit mentionem.

¶Bald.de Appellationibus.

¶AN in causa appellatiõis sit necessarius libell⁹:&,an appellatio interposita habeatur loco libelli,vide j̃.de libelli ꝯce. §. nũc vidẽdum.versiculo antepenultimo,& ĩ titulo de ap.§.de of. ver.cognito igitur.& de litis contest.§.2.ver.sed cùm in causa. G.¶Si appellatur ab interlocutoria,non est necessarius libellus,quia appelatio facta in scriptis cum expressione causæ,habet vim libelli:sed si appellatur à diffinitiua,& quæstio sit ordinaria,requiritur libellus.G.vide j̃.eodem,§.iudicium dicitur inchoari. vbi omnino vide.¶Non sufficit reseruationem alicuius beneficij,vel inhibitionẽ, vel decretũ peruenire ad notitiam generalis procuratoris capituli,§.post princ.G.¶Ratihabitio debet interuenire,quid & in quo operet̃,aliàs non valet:putà post terminũ perimentem id,ꝙ ratificatur,ff.de ap.recip.l.j.in gl.ord.versiculo,porro.G.nam terminus iuri quærendo appellationi appositus,idem,vel plus, quã renunciatio,operatur:idem,quo ad se:vt no. ff.de neg. gest.l. sed si ego.plus,quo ad aliud,ff.ad Trebellia.l.facto. §. si quis bonorũ. & ibi per Iac.Debet etiam id,quod ratificatur,esse in potentia recipiendi substantiam,vel qualitatem à confirmante,vt no.ff. de lega.j.l.talis scriptura.G.¶Quo ad appellationẽ interponendam in capitali,omnis persona est legitima,etiam si vna non intersit,ver. & præmissa.¶Causa subiectorum tangit dominum & prælatum eorum,de ap.constitutus.versiculo,item episcopus.G. ¶A præcepto potest appellari,si interest:aliàs non,ff.de min.l.ait prætor. §.permittitur.in §.in quibus. ver.sed vnde quid.Gul.etiam si fiat ĩ confessum,vt no.ff.de appellationibus,l.creditor.§.iussus.in glo. ord.Bal.Non tamen à præcepto guarentigiæ: quia inhæret cõtractui.nam & pars eius est,& habet executionem paratam, vt j̃.eodem,§.minori.versiculo,item illud præceptum.j̃.eodem,§.dicũt quidam.¶Potestas condemnatus in syndicatu,vel alius officialis non appellat.etiam de iure canonico,versiculo 3.Gul.¶A pronunciatione de exequendo appellatur, qa iudex,qui pronunciat assumit partes iudicis,sed ab executione facti non appellatur: qa tunc iudex assumit partes executoris, nisi excedatur forma iuris, versiculo,verò.Gul.vide s̃.de sententia,§.pronunciatio. ¶A decreto alimẽtorum,quod officio iudicis interponitur,non appellatur:sed à sententia sic,si petatur per actionem,versiculo, sed nũquid,quando.Gul.¶A sententia arbitri non appellatur,etiam ex conuentione,versiculo,quid si conuenit.Gul.Dyn.contrà l.con sensu.ff.de ap.Prima verior:quia non erit propriè appellatio : qa debet fieri gradatim.sed arbiter nõ est in gradu iurisdictionis: sed erit querela,& reductio quædam,vt ff.qui satis.cogantur, l.arbitrio.secundum vnam lectur.& ff.de arbi.non distinguemus.§.cũ quidam.Bald.vide j̃.eodem,§.sed pone quæstionem de facto. ¶ Quæ differentia est inter appellationem & simplicem querelam à sententia excommunicationis,versiculo, si dices. Gul. quidam pe.¶Vbi alicui denegatur audientia,appellatio interdicta videt̃, versiculo 32.G. ff.ex quibus causis ma.l.sed & si per prætorẽ. ver siculo,sed si dubitetur.¶An possit quis inhærere appellationi aduersarij:&,an propter iniustitiam expensarum litis possit appellari,ver.34.& sequenti quæstione:de expensis intellige, s.ab omissione,sed à condemnatione,vel cassatione sic:extrà quod me.cã, c.super eo.per Inn ¶Casus,in quibus appelletur ab interlocutoria,& à grauamine,& de iure ciuili, versiculo, porro.per G.Dic, aut interlocutoria fertur ante litem contestatam, aut post litem contestatam,aut post sententiam.Primo casu aut pertinet ad ordinationem processus,aut ad legitimationem personarum, si ad ordinationem causæ,vt quia mandat iudex reo,quò respondeat, an sit hæres, vel possideat: vel statuit nimis breuem dilationem ad respondendum libello:& tũc non potest appellari:& hoc per regulam,quæ dicit, quòd ante litem contestatam non habet locum appellatio,C.de sent.& interloc.om.l.fi.Si verò interlocutoria pertinet ad legitimationem personarum,tũc potest appellari, vt si iudex pronunciat se iudicem,vt C.ne fil.pro pat.auth.habita. per gl.vel si pronunciat aliquem legitimum principalem,ff.d̃ minor.l.ait prætor.§.permittitur.extrà de app.c.ex parte M.&hoc ꝑ regulam,quę dicit,quòd ab interlocutoria appelletur,vbi grauamen eis non potest tolli per appellationem à diffinitiua:sed istud est huiusmodi,C.de procur.l.ita demum.ergo, &c.¶Secundo casu,s.post litem contestatam,tunc datur secunda,quæ dicit, quòd in medio non est locus remedio appellationis.C. de episc. aud.l. secunda. Hoc fallit,si iudex interloquitur super exceptione perẽpto

ptoria,vel super aliquo capitulo præiudiciali:quia tunc cùm trahat secum præiudicium in principali,potest appellari,ff.de mino.l.intra vtile.¶Sed an à breuitate dilationis appelletur?Respōdet gl.C.de dilat.l.à procedente,quòd non.Non obst.ff.de accusat.l.Titia.quia ibi post interlocutoriam,quæ absoluebat ab obseruatione iudicij,nec post dilationem ad agendum expectatur alia sētentia diffinitiua.Item illa interlocutoria trahit secum suam executionem,ff.quod met.cau.metum.§.sed licet.Et datur doctrina quòd istis casibus potest appellari de iure ciuili,vbi interlocutoria trahit secum suum effectum:qua ratione ab interlocutoria,q̃ pronunciatur libellum ineptum,possit appellare de iure ciuili:& ab interlocutoria,qua pronunciatur appellatiōem esse desertam ¶Item cùm iudex pronunciat aliquem esse torquendum,vel cōminatur,vel ad torquēdum se parat,vel excedit modum torturę ff.de ap.reci.l.ante.¶Tertio casu,quando post sententiam iudex interloquitur:tunc si quidam exequendo,an appelletur tunc,dictum est superiùs.Si verò aliter interloquendo, tūc videtur,quòd possit appellari:quia non speratur alibi reparari.Bal.vide s̃. ti. proximo mediato de multis interlocutoriis,& in titulo de sent.in prīcipio.¶Interlocutoria suspenditur per appellationem interpositam,non per interponendam,l.intra vtile.ff.de minoribus,ver.fi. G.¶Si iudex quotidie grauat,semper tēpus appellandi est in initio:vt si cogit partes ire ad locum non tutum. Si autem pronunciat',tunc à die sententiæ currit tp̄s appellandi ab interlocutoria vel à diffinitiua,ar.ad prin.ff.de vsufr.accre.l.j.in fi. G.Alij dicunt, quòd à die,quo editur sententia,aliàs quo modo scit formare appellationem:sed hoc non placet,secundum G.¶Sed qualiter ꝓsequitur appellationem,si non potest docere de sententia? Dic, vt no.de fide instr.c.G.ꝑpetuus.ꝑ Inn.¶Si quis dicat, si me grauabis,vel ne me graues,appello,præpostera appellatio est,& nō valet:sed debet repeti illato grauamine. Si autē dico sic,peto reuocari grauamen,aliàs appello,bene valet appellatio:quia est à grauamine iam illato.Bal.¶Clausula,appellatione remota, ita operatur,quo ad iudicem à quo,vt non teneatur deferre appellationi:non autem parti adimit ius appellandi. B vide,quod plenè notatur in auth.de iud.ver.penul.Colla.6.in gl.ord.G.& j̃.eodem,§.quid operetur.Hāc clausulam,vt deroget iuri,nullus apponit,nisi princeps,sed vt deseruiat iuri,ipsam apponit omnis ordinarius, C.de sen.l.fi.Bal.

¶Incipiunt quædam dicta extrauagantia, conferentia ad materiam appellationis.

CONFESSVS in tormentis, vigore confessionis est condēnatus:quæritur,an sit necessaria appellatio? & videtur, ꝙ non: quia non fuit ordo seruatus.nam talem confessionem debent p̄cedere legitima indicia,&debent subsequi perseuerantiæ,ff.de q.l.maritus.& no.C.de custo.reo.l.2.C.de confessis,l.j.Solutio.Dic quòd valet sententia,nisi appelletur.Casus est notabilis in d.l.maritus.vide s̃.ti.prox.§.ad mortem.& s̃.de confessis.§.3.¶Sed quęritur,an credatur instrumento,quo cauetur, quòd talis fuit sponte confessus?Respondeo,de confessione bene statur instrumento:sed quòd sponte,hoc non probatur per instrumentum,sed sola iuris præsumptione.facit,quod no.Inn. in c.super hoc.de renūciatione.¶Minori xxv.annis factum est præceptum guarētigię sine auctoritate curatoris:quæritur:an sit ipso iure nullum , an verò per appellationem rescindendum,an verò per restitutionem in integrum?Et videtur,quòd sit nullum ipso iure,sicut in filiofamiliàs:vt no.in l.finali,§.necessitatem.C.de bonis,quæ lib.In contrarium videtur:quia contractus valet:ergo & præceptum ei additum ad robur & executionem contractus.nec enim hoc est figura iudiciorum,ar.ff.de bonis paternis,l.seruus.& idem in filiofamiliàs ar.notatur in l.j.C.qui admit.ad bon.pos.Item valet confessio minoris,licet detur restitutio:secus in sententia.Et ratio differentiæ est,quia confitendo consentit,secundum Dy.Item illud præceptum est in interlocutoria,vt no.in auth.de litig.§.ad excludendas.C.commi.vel epist.l.interlocutio.licet habeat executionem paratam,vt no.Cyn.C.de confes.l.j.Sed minor patitur interlocutoriam,maximè voluntariæ iurisdictionis,vt est tex. ff.de minoribus,l.ait prætor.§.permittitur.quod verum credo, quòd valeat,si carebat minor,id est adult',curatore.Nec habet locum appellatio:quia est præceptum conuentionale. Restitutio tamen ī integrum implorari potest,& obtineri probata læsione, ff.de minoribus,l.ait prætor.vide s̃.eo.tit.§.accepto.& j̃.§.sed nūquid ex. G.¶Tutori tutorio nomine est factum præceptum guarentigiæ quæritur,an contra pupillum executioni mandetur? Et videtur, quòd non:quia confessio tutoris,cui adhæret præceptum , non nocet pupillo,ff.de adminìst.tut.l.Lucius.§.tútelæ.C.de donat.l.non abstulit.Nam quando tutor confitetur per modum contractus,& proprio motu,non nocet pupillo: sed tantùm cùm in iudicio cogente & mandante iudice,vt no.Cy.in d.l.j.C.de confes.In contrarium videtur,quòd tutor nomine pupilli rectè contrahit, ff.de euict.l.3.Sol.Aut præceptum opponitur promissioni,aut ꝯfessioni.Primo casu valet præceptum:quia ex promissione tutoris pupillus obligatur, si concernat administrationem. Secundo casu secus,ff.si cert.pet.l.ciuitas.Sed in generali procuratore maioris videtur vtrunque valere,ff.de inst.l.fi.Bal.¶Sed nunquid ex præcepto guarentigiæ oriatur actio?Videtur,quòd sic,vt l. fin.§.necessitate.C.de bonis,quæ lib.in gl.ord.In contrarium videtur, quòd non oriatur,nec officium iudicis, C.comminat.vel epist.l.iudex.Solutio.Aut illud præceptum est factum formiter,& tunc illa actione debet agi.ff.de iureiur.l.si duo patroni.§.penul.Aut informiter:&sine causa:& tunc non valet præceptum,vt no.Dy.ff.de leg.j.l.filiusfamiliàs.§.diui.nam causa soluendi præcedere deberet præceptum,& non subsequi,vt l.iudex.Vel dic,quòd ista p̄cepta tabellionum,qui sunt etiam iudices chartularij ,non habēt executionem de iure communi:quia isti sunt iudices sine executione,& sine administratione:nisi fiat prorogatio in vero iudicio ff.de iudic.l.j.& ideo præcepta eorum non habent executionem paratam:sed per statuta locorum mandantur executioni officio iudicis:à qua executione potest appellari, quia non est executio rei iudicatę:imò inchoatur ab executione mandati:si tamen īstrumentum non esset liquidū,priùs debet liquidari,quàm executioni mandari,C.de sen.quæ sine cert. quan.l.fi.& l.j.C.de com.l.fi.q̃ liquidatio poterit peti officio iudicis:quia est pars præābula executionis:vide s̃.eodem,§.minor. Bald. ¶An contra præceptum guarentigiæ potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ?videtur,quòd non:quia l.in contractibus.loquitur in confessione contractus,non in confessione iudicij:& ista confessio fit coram iudice,& sic in iudicio,vt no.C.de confes.l.vnica:nec potest infrīgi,quia non sederit pro tribunali notarius:quia hoc non requiritur,cùm fiat de plano,ff.de interrogat.actio.l.voluit.§.j.in princi. quia propriè nō fit in iudicio,quod fit coram notario absente iudice,de lib.causa.l.iubemus.& de iure fis.l.instar.lib.x. Sed ad hoc respondeo:quia iste notarius duplex publicum gerit officium,C. de sacrosan.eccl.l.iubemus.§.his tabellionibus.Solutio:Dico , ꝙ cùm de iure communi hæc exceptio opponitur , & omnes aliæ, cùm nunquam fit de his discussum,similiter vbicunque res incipit à præcepto.nam causæ disceptatio subsequi debet, ff.de noui oper.nun.l.de pupillo.§.meminisse.& ibi no.Bal. & j̃.de re mil.§.idem iudex debet.¶Sed quid si iudex fecit executionem guarentigiæ,reiecta exceptione non tanquam falsa,sed tanquam exigēte longiorem tractatum:an postea poterit retractari executio, si exceptio vera iudicetur?videtur,quòd sic,vt ff. ne vis fiat ei , l.j.§.hæc verba.ext.de pur.vul.c.2.ff.si mul.ven.no.l.j.§.j.ext.d̃ iur.c.d̃bitores.ff.de ap.l.cùm ex causa.In contrarium ff. mand. si fideiussor.§.in omnibus.Sol.sed ibi in diffinitiua,quæ transiuit in rem iudicatam.Cognitio summaria non derogat veritati,ff.de re iud.l.à diuo Pio.§.quòd si super rebus.& l.penul.ff.de his,qui sunt sui,vł alieni iuris.Bal.Sed nūquid à tali interlocutoria,qua exceptio repellitur,potest appellari?Respondeo,sic,cum causa, & in scriptis C.quorum ap.ab executore.§.fi.& patet in c.dilecto.de ap.& notatur in c.cupientes.de elec.lib.6.in gl.Guil.Bal.¶Nota,quòd iudex appellationis non debet iudicare,nisi visis actis primi iudicis, nec valet sententia,non visis,nec productis actis,C.de edendo, l.ij.per Acc.¶Ego ago contra te Vti possidetis : pendente iudicio expello te:vis me accusare criminaliter de vi:an potes?Dic,quòd non:& si iudex te audit,vel pronunciat super accusatione procedendo,vel me interim condemnat,rectè appello,C.de ap l.j.secūdum secundam lecturam.quod est notabile.Bald.& sic possessorium ciuiliter motū facit supersedere iudiciū criminale.Sed Ioannes ponit ibi casum per l.2.ff.vi bo.rap.s.quòd agens ciuiliter interim non potest agere criminaliter, n̄ ꝙ processus sit nullus,sed quia potest annullari per appellationem:quod etiam est no.sc.ꝙ exceptio dilatoria pręposterationis obiecta & reiecta non reddit processum nullum,sed in causa appellationis de nouo ventilatur Item si non opponitur,processus non vitiatur,vt no.ff.de euict.si mancipium.§.si communi.Bal.¶Quidam appellat ex pluribꝰ causis,non protestans,quòd non adstringit se ad omnes probandas: tandem non probat,vel n̄ prosequitur nisi vnā:quæritur,an videatur appellationem deseruisse propter alias causas desertas , vel non probatas?Dic,quòd non:quia vna bona causa sufficit , ff. de appellat.l.appellari.§.non solent.secundum Accurs.Illa ergo protestatio non distinguēs se, &c.non est necessaria,vt notatur Inst. de execu

de excus.tu.§.si plures.nisi quando quis videtur se adstringere,vt quia vnum illorum veniat qualificandum ad aliud,argum.ff.de instit.l.habebat.secundum Bar. Quandoque etiam non videtur qs se adstringere,quin possit qualitatem detrahere,ff.de noxal.l. in delictis.§. si detracta. ¶Sed quid si quis appellando allegat vnam causam tantū,& probat aliam,an sufficiat?videtur,quòd nō,C.de petit.hæred.l.hæreditas materteræ.Sed dic,ꝙ contrarium loquitur in appellatione à diffinitiua,ff.de appe.scio.Et idem dico, si in libello appellatorio quid simile fiat:secus in libello causæ primæ: quia est de substantia illius libelli,vt not.in l.j. ff. de edendo, vide in clemen. appellanti. de appel. ¶Sed an est necesse, ꝙ appellans offerat libellum conuentionalē appellato coram iudice ad quē? Videtur,ꝙ nō.nam si actor appellat,sufficit sibi libellus,quem obtulit iudici à quo:si autem appellat reus, tunc reus non debet offerre libellum,sed recipere,argum.ff.de eden.l.iij.& l.si quis ex argentariis.§.fin.argum.ff.iud.sol.cū apud.&hoc tenet Innocen.de offi.deleg.cū contingat.Alii hoc fatētur,si in causa prima non desideratur libellus:quia appellatio non mutat naturam litis:sed cōsuetudo seruat,quòd offeratur libellus, super quo fundatur processus causæ.Bald.vide j.eod.§.iudicium dicitur inchoari.¶Et nota,quòd si ī libello,vel ī ipsa appellatiōe erretur,error potest corrigi,C.de appel.si quis libellos.scilicet si tempora largiuntur,ff.de adul.l.accusaturus.&l.edita.C.de eden.¶Et nota,quòd lex vocat appellationem libellum appellatorium,C.de appe.l.eos.§.pen.& l.si quis libellos. Aliquando vocat appellationem vocem appellantis,eo.tit.l. litig. & l.locati. B. ¶Sed pone, quòd quis appellat bis ab eadem sententia intra decem dies,putà statim viua voce,& sequenti die in scriptis,sicut quotidie fit:tandem prosequitur appellationem secundam, & non primam: elapso anno à tempore primæ appellationis dicit appellatus appellationem esse desertā, & non prosecutam:appellans dicit se prosecutum secundam,&licuisse sibi geminare appellationem,& eligere secundam:& annū à die secundæ computari: quæritur, quid iuris? Et videtur, quod appellatio prima sit deserta,quia eam non est prosecutus,argum. ff.de fideiusso.l.stipulatus es opus.ff.de collat. bonor. l. nonnunquam.quo facto videtur sententia confirmari. In contrarium videtur, quia bis appellans duo iura habere videtur : & obtinendo vnum,non perdit reliquum,quod est longioris vitę,ff.de serui.vrban.prædiorum,l.si domus.ff.mand.l.si mandato. §. interdum. ff. de castren.pec.l.pater.Sed ad hoc respōdetur,ꝙ illæ non sunt duę appellationes,sed est vna in substantia.nam per primam rescinditur sententia,non per secundam: vnde secunda nō est secunda in virtute appellationis,sed est magis prosecutio & approbatio primæ appellationis:& ideo tempora primæ computanda sunt.Et si decimum debet mitti ex forma statuti intra xx. dies, computatur tempus à die primæ appellationis: bene tamen fateor, quòd non nocet geminare appellationem:sed frustra fit per posterius,quod potest per prius,nisi fortè secunda appellatio esset plenior prima argum.ff.de hæred.instit.si ita scriptum fuerit.& ff.de vulg.substi. l.fin.§ j.vel nisi appellaret denuò emendando,vel mutando,C.de appel.l.si quis libellos.de hoc in cle.j.de do.& contu. Bald. ¶Sed pone,statutum dicit,quòd illæ,qui appellat,debeat mittere in cōmuni sex denarios pro libra intra decem dies:& proceditur in appellatione:modò quidam per errorem calculi soluit aliquantulū minus: item non processit ad alium actum, quàm ad citationem: quæritur,an sufficiat?Et videtur,quantum ad primum, quòd modicus error non vitiet,ff.de cond.& demon.l.quamuis.& argum. ff.de ædil.edic.cui dens abest.Quo ad secūdum,videtur,quòd sufficiat citatio,qa citatio ē de ꝓcessu iudicii,vt Inst.de poe.te.l.t.§.fi. Item in causa appellationis idem operatur citatio,quod in prima causa contestatio litis,vt not.C.de temp.appel.l.fi.§.illud.In contrarium videtur,quo ad primum,ꝙ error vitiet,ff.de appell.recip. l. semper. Item ad secundum, ꝙ nō videtur sufficiens prosecutio simplex citatio,facit in authen.de litigiosis,§.omnem.¶Nam citatio dicitur esse præludium iudicii,non principium,vt not. in authen.in medio lit.non si.sa.for.aliàs,iussiones,§.si.collat.viii. Sol. Quo ad primum passum, dico, quòd decimum non est sufficienter solutum nam debuit integraliter à principio solui;vel suppleri,donec tempora suffragabuntur.Quo ad secundum,dico,quòd sola citatio sufficit,nisi sit circunducta:quia citatio est de processu facit quod no.in l.j.ff.de in ius vo.& de actio.&oblig.l.constat.& C.de præscrip.lon.temp.l.j.de præscrip.xxx.annorum,l. sicut. per Gul.Item attende bene,quid verba dicant,& ad quid terminus assignetur,vt ff.de contrahen.empt.l.qui fundum.quæ est multùm not.sed videtur, ꝙ non sufficiat citatio,nisi libellus appellatorius fuerit oblatus iudici:quia lex dat hunc ordinem,ꝙ primo offerat libellus conuentionalis iudici:deinde emanat citatio super libello porrecto,non super porrigendo,C.de præscrip.xxx.annorum, l.sicut.C.de annnali exceptione,l.fin. Ad quod ego respondeo,ꝙ nulla lex dicit, quòd de substantia citationis sit, ꝙ libellus primo offeratur iudici,sed solū est de bene esse,de dilat.c.ij. per Bernar. glossatorem:facit in auth.de litigiosis,§.ad excludendas.sola autē libelli oblatio facta iudici,non sufficit,secundum Bar. C. de in ius voc.super rubrica.Bal.¶Sed pone quæstionem de facto:quidam petiit rescissionem laudi,dicendo,peto rescindi remedio appellationis:an ponetur pro nomine reductionis ad arbitrium boni viri?Respondeo , satis imperitè loquitur ille : tamen libellus debet exponi congruè,arg ff.de iureiur.l. sed & possessori. §. ij. & quod not.ff.familiæ erciscundæ,l.j.§ & puto.nam hæc verba ex toto repugnant,ff.de hæred.inst.l.talem.§.fina. quia reductio species est appellationis,ff.de arbitris,l.non distinguemus.§.cùm quidam.in fi.Bal.vide s.de arbi.§.an processus.& s.eod.ti.§. sententia arbitri. ¶Sed quid econtrà:ille,qui verè appellat,nō fuit vsus verbo Appello,sed dixit Reclamo ad superiorem?Dic,ꝙ sufficit mente cōsiderata,secundum Speculator.arg.C.de testamen.l.quoniam indignum.Simile no.C.familiæ erciscundæ,l.quoties. Item si dixit, Conqueror,arg.l.si ab arbitro.ff.qui satisdare cog. Bal.¶Sed pone quæstionem de facto:dicit statutum,ꝙ cōdemnatus de homicidio non possit appellare : modò Titius commisit homicidium, Cui Seius ad euadendum de manibus curiæ præstitit opem, & inde damnatus est:quæritur,an possit appellare?Hic videndum est, quis dicatur cōdemnatus pro homicidio:& videtur,ꝙ omnis particeps delicti,siue participet consensu, siue consilio, siue facto & opere,& qui accommodat ensem ad hoc faciendum,siue operā, vt qui præstat auxilium,vel fauorem in ipso actu,vel postea,ff.de minor.l.auxilium.§.in delictis.in verbo,pro adulterio.Hoc enim verbum Pro homicidio,non solùm significat veritatem, sed paritatem,ff.de sicariis,l.j.§.diuus.& similitudinem,vt not.ff. de verb. sig.l.mentis.& facit C.de confessis,l.j.in verbo,præiudicatis.& C. de interdic.l.si tutor.Sed mihi videtur, ꝙ condemnatus ex isto capite scilicet ꝙ præstiterit auxilium fugæ,non condemnetur ex eadem specie criminis,vt ff.de poen. l. Metrodorum. nam & dictio Pro,causam immediatam significare consueuit:& ita consului in simili quæstione Aegidii domini Sabinensis,cuius constitutio dicit, ꝙ omnes banniti admittantur ad gratiam præter condemnatos pro homicidio.Bal.¶Ad priores,siue antiquos pertinet quædam electio ad præsidium illius ciuitatis,id est ad potestatem , vt C.de præscrip.lon.temp.l.fi.pertinent confirmatio:modo pone, ꝙ Potestas committit prioribus vices suas,qui ratione proprii officii eligunt,&ratione commissionis confirmant,à qua cōfirmatione iste electus & confirmatus vult appellare: quæritur, an debeat appellare ad potestatem, an ad superiorem? itē quæritur,an Potestas poterit committere priorib.vices suas?nam si non poterit,appellatio ab impossibili non est necessaria,ff.de ap.l. si cōstat. & videtur casus, ꝙ valeat commissio, & ꝙ ad ipsum committentem sit appellandum,ff.qn̄ app.sit,l.j.§.solent.Sed certè ille §.hoc non dicit.nam ibi n̄ fuit commissio præsidis: quia ibi decuriones illud per se fortè fecerunt ex consuetudine loci,vt notatur in authen.de defen.ciui.§. interim. sed ibi fuit nudum cōsilium cadens super certo. Vnde ad consulentem appellatur , non obstante , ꝙ consuluerit,& non obstante etiam, ꝙ interfuerit,vt consiliarius, non vt vocem habens,vt ibi dicitur. Quòd ergo non valuerit cōmissio, & remissio facta in priores , probatur: quia videtur electa probitas & industria personæ:ergo delegari non potest,ff.de off. eius,cui man.est iurisd.l.j.in principio.Nec potest quis committere animi sui motum,vt notatur ff. de arbitris, l. sicuti. Nec potest quodlibet officium delegari,vt no.in auth.de tabel.§.nos autem. Non obstat l.item eorū.§.si decuriones. quod cuius. vniuer. quia ibi concessio facta decurionib à iure,fit eis generaliter, & in rem, non in personā.Item fit intuitu eorum,quib.conceditur, non intuitu tertii:& ideo alteri committere nō possunt.Sol. Aut ista cōmissio cadit super certo,putà ꝙ confirment Titium:& valet:quia ipse propriè facit, qui committit, ff. de manumis. vind. l. pater ex prouidentia. Aut super incerto , quòd eligant , quem volunt , & confirment:& tunc est dubium,an ista vaga remissio valeat: & videtur valere,quia remittens habet ordinariam potestatem à lege non delegatum,ar.ff.de iuris.om.iud.l.more maiorum.quod verum credo:quia confirmatio est actus iurisdictionis,quam Potestas potest delegare,C.de senten.ex breuic.recit.l.fin.in glos. Item requirit modicam industriam,non exactam peritiam,sicut requireret officium prædicandi,arg.not.per Innocen.de offic.deleg. c. quoniam apostolicis.Itē quia hoc expedit publicæ vtilitati,ꝙ possit alii cōmitti,C.vbi,& apud quos,l.fi.in ratione sui:si cōmissio fuit limitata ad certā personam,ipse cōmittens grauatur,ideo ad alium appelletur:si aūt in genere,tūc ad cōmittentem.similē distinctionē facit ff.loca.l.cùm in plures.§.seruus.& not.ff.de neg.gest.

l.si pupilli.§.j.¶Et nota, quòd electi à superiore, vel domino, vel ciuitate ad aliqua regimina, tenentur ea acceptare, vt not. in d. §. interim.& ff.de muner.& hon.l. si quis magistratus. & si grauantur, debent appellare, ff.de appel. l. hi qui ad ciuilia. Vnde iudices communis Perusii & potestas extracti ad regimen castri huius ciuitatis, non possunt renunciare. Idem in eo, quem ciuitas deputat in causa vertente inter se & suum ciuem: de quibus habetur C.de sententiis, l.cùm sententiam.in glos.& C.de senten.quæ sine certa quant.l.ij.in fin.gloss.ordi.Bald.¶In feruore tempore rebelliū fuit ordinatum per consilia cōmunis, quòd eorum vxores essent & intelligantur exbannitæ communis: pro eorum parte dicit, ꝙ illud statutum est nullum, & petitur declarari tanquam nullum: & si esset aliquod, appellatur: quæritur, quid iuris? Et videtur, ꝙ statutum sit nullum, ff.qui,& à quibus.l.& si priuatus ff.de appel.l. si constat.ff.de pollicit.per totum: vel saltem sit iniquum, & obstet exceptio doli, argumen.ff.de excep.doli, l.j. in fin. quia nec debet fieri lex post factum, sed ante factum, C.de decu.l.penul.lib.x.nec debet alius pro alio banniri, vt nota.in auth.vt nulli iudic.§. quoniam verò. In contrarium videtur, quòd non possit appellari: quia ab iniquitate statuti non appellatur, ff.de appel.recipien.l.fi. Nec debet dici iniquum, cùm publicæ vtilitati expediat, & contra publicam vtilitatem non procedit appellatio, ff.de appe.recipien.l. constitutiones. Item valet statutum post factum, emanans etiam contra certam personam ex causa, ff.de capi. dimi. l. amissionem. §.j.secundum vnam expositionem: & lex quandoque fit super vna persona, ff.de capti.l.v.§.fin.& lex, etiam dura seruanda est, vt l. prospexit.ff.qui,& à quibus: quod verum est, si publicè expediat. Bald.¶Verus contumax appellauit: iudex ob reuerentiam superioris, vel iuris imperitiam detulit appellationi: quæritur, vtrum nō obstante, quòd detulerit, suam sentētiam exequi possit: an videatur à se suam iurisdictionem abdicasse? Circa quam materiam nota casus quatuor. nam interdum appellationi defert lex & iudex: & tunc nihil innouari potest. Interdum lex, & non iudex: & tunc aut ratio impediens est manifesta, & potest exequi, vt hîc not. in. l.j.ff.nil no.ap.pen. Aut ratio est occulta, putà quia erat verus contumax, tamen hoc non apparebat iudici: & tunc dicit Ioan. Andr. licet nouum videatur, quòd iudex à quo, non in figura iudicii informet se de veritate, & sic postea exequatur, vt ipse notat in cle. j.de dolo & cont. quod verum credo: quia in hoc procedit, vt executor: ideo nō est iste actus de processu causæ, nec citatio requiritur, argumen.no.ff.de bonor.possess.l.ij.§.penul.& per Innocen. de appel.c.ex ratione. Interdum non defert lex, sed iudex à quo: & tunc aut est certum, quòd non debet deferri, aut est dubium. Primo casu aut appellatio est prohibita fauore publico: tunc debet fieri executio, C.quorum appel.non recip.l.nulli. Idem fortè, si appellantis odio, vt in verò contumace. nam & hoc casu contempta maiestas prætoris iudicatur, ff.de iurisd.om.iud.l.si familia. Idem, si propter litis naturam, vt in possessorio: quia factum prætoris iuri derogare non potest, ff.de feriis, lege i. Si verò est dubiū tunc, qui detulit appellationi, omnem iurisdictionem à se abdicare videtur: facit C.de relat.l.i.ff.de appel.l.ad principem.& l.ad Imperatorem. Imò leges istæ nil faciunt, quia loquuntur in remissione, quæ fit ante sententiam, non in dimissione & absolutione nā iudex, qui dat apostolos dimissorios super appellatione à diffinitiua, videtur absoluere interim ab obseruatione suæ iurisdictionis, argu.ff.de minoribus, l.intra vtile. ideoque dimissorii vocātur apostoli. Item quid aliud est dicere Defero appellationi, nisi superiori iudici cedo locum? Vnde qui cedit, hoc actu legitimò & solenni abdicat à se iurisdictionem & interdictionem, quæ transfertur in superiorem, tanq̄ in suum succedaneum, l.pe.ff.iud.sol.& facit in ratione sententiæ, ca.cū appellationibus.§ si vero iudex. de ap.lib.vj.Bald. Et ex hoc collige vnum notabile dignum, quòd & si aliquando non valet appellatio iure appellationis, tamen valet iure dilationis, vt ibi per Archidiac.Bald. ¶Qui appellat quadam quasi præsumptione, presumitur habere malā causam, ff.de euict. l.Herennius.§.Caia. ī gl. ¶An testes examinati in prima causa, nō tamē publicati, possunt aperiri in causa appellationis, an verò pereunt. nā quia idē videtur iudicium, videtur valere: sed quia diuersa est instantia, videtur contrarium, vt l.gesta.C.de re iud.& ff.quę in fraud.cred.l.iij. Sed non videtur, ꝙ hæc quæstio procedat: quia sententia videtur ipso iure nulla, si iudex ñ publicauit processum, vt not.in l.prolatam.C. de sententiis, nisi loquaris non de testib' productis in principali, sed super incidenti, argum.ff. de compensa.l.quod in diem.§.si rationi. Credo, ꝙ iudex appellationis possit publicare & emendare vitiū in hoc actu, sicut & in aliis: argumen. legis, per hanc.C.de temp.appel.Bald.¶Quidam promisit repræsentare Titium domino Potestati: Potestas condemnauit Titiū: ille Titius appellat: iudex appellatiōis vult cogere promissorem, vt sistat eum: quæritur, an possit? dic, quòd non, l. penultim. ff. iud.sol. Sed si non est appellatum, an potestas possit cogere ad sistendum? Dico etiam, quòd non, ff.de fideius.l.Græcè.§.post litē. quod est no.Bal. ¶An in causa appellationis veniant expensæ reficiendæ? dic, quòd sic, vt l.à proconsulibus.in fi.C.de ap. Si autem succumbat appellatus, tunc dicit Acc. C.d re.cre.l.generaliter.§.si iudex. quòd non condemnatur in expensis. quod verum est in cōtrariis sententiis: quia sententia dabat ei titulum litigandi, nisi esset euidenter iniqua, vt no. Archid.in c.cordi.ad fi.de ap.libr.vj.& ibi vide per eum. Ergo ex primis actis & persona perpendendum ex quib. patet, qualis sit iniquitas. ¶Per appellationem ab interlocutoria transfertur cognitio ad iudicē ad quem: & iudici à quo est impositum silentium adprocedendum ipso iure, quando talis est interlocutoria, quæ præiudicat in principali negatio, ff. de mino.l.intra vtile. Si autem interlocutoria esset alterius naturæ, tūc potest procedere iudex à quo, super aliis capitulis, C.de reb.cre.l. generaliter.§.si iudex. donec ei inhibeatur per iudicem ad quem: quam inhibitionem non potest facere ante quàm appellatio coram eo introducatur & citetur appellatus: quo facto etiam si dubitetur. an sit appellatio recipienda, vel non, debet fieri inhibitio, de off.deleg.c.pastoralis.per Innoc.& not.in c.Romana. de ap.li. vj. vbi per Achi.& probatur C.de appel.l.iij. Bal. ¶ Non admissus ad opponendum, eo ipso est grauatus, arg.ff.de re militari.l.iii.§.si ad idem. Item si admissus est ad opponendum, & non admissus ad probandum, cùm se obtulisset probaturum, eo ipso est grauatus: quia mos ei geri debuerit.ff.de probatio. l.circa. Vnde quia in eo iuris ciuilis obseruantia defuit, meritò appellat: & iudex appellationis ex hoc grauamine debet pronunciare eum iustè appellasse & tollere grauamen de medio, faciendo id, quod si iudex primus fecisset, non grauasset, scilicet admittere exceptiones, & recipere probationes. sed si postea ex receptis apparet, quòd appellans in causa principali careat iustitia, pronunciabit contra eum in facto principali: & sic idem vincet, & vincetur, de ap. Romana. per Archid. Hostien. Bal. ¶Appellans à diffinitiua vigore confessionis, condemnatus non tenetur exprimere causam, quo ad substantiā appellationis, sed quo ad hoc, vt iudex à quo, teneatur ei deferre, sic, vt in c.Romana.per Archid. Et quòd possit appellare, probat, tripliciter. ¶Primò, quia lex dicit, quòd error confessionis potest reuocari in causa appellationis: ergo supponit, quòd possit appellari, C.de error.aduo.l.fi. ¶Secundò, quia lex dicit, quòd confess' & conuictus non appellat: ergo secus in confesso tantū, C. quorum appel. non recip.l.fin.& l. obseruare. ¶Tertiò hoc expresse legitur & not.ff.de ap.l.creditor.§.iussus. Sed hoc videtur falsum. nam à confessione non appellatur. Item certum est, quòd à confessione oritur actio: ergo non tollitur per appellationem, licet ex alio genere probationis non oriatur actio, ff.de iureiur. sed & si possessori.§.pen. Sol. Dico, actionem natam, sed reuocabiliter: vel fortè fingitur non nata ex confessione postea secuta sententia, arg.ff.iud.sol.l.cū quærebatur. vide ī.eo.§. quæstio talis est. & §.penult.& s̄.de confessis, §.ꝯfessus potest. & s̄.tit.prox.§.iiij.ver. sententia verò præcepti. vide ī.eo.§.dicunt quidam.& ī.de reg.iuris, §.item nota, quòd in confessis. ¶Appellatio debet interponi coram iudice à quo: si autem eius copia haberi non potest, debet appellari coram iudice ad quem, vel coram viris honestis, vt in c. appellatio, eo.tit.lib.vj.per Arch. Si verò tantus est horror, quòd loqui non audeat, habetur pro appellante, C.de relat.l.j.secundū vnam lecturam. ¶In dubio potius statur appellationi, quàm sententiæ, vt in c. si à iudice. de appel. lib. vj. per Archid. & facit ff. de excusat.tut.l.diximus.in ratione sui. Et nota, quòd appellatio est fauorabilior, quàm sententia, in principio litis: in medio est par: in fine autem est fauendum sententiæ, si acta patiuntur, ff.de euict.l. Herennius.§.Caia. ¶Capitulum expensarum venietium ex interlocutoria non refricatur per appellationem à diffinitiua: quia prosecutio expensarum nil facit ad negotium principale, vt in c. fin. de appellat.lib.vj.per Archid. ¶Postquam iudex à quo, dedit appellanti apostolos dimissorios, non potest reuocare interlocutoriam: idem per Archid.Bald. ¶An & quando appellatur ab interlocutoria, q̄ habet vim diffinitiuæ, vel eius vigorē, possit appellari illico, viua voce, & sine expressione causæ grauaminis? videtur, ꝙ sic, vt notatur in cap.peruenit.extrà de appel.in Nouella: & sic debet intelligi, quod notatur ff.de appel.l.scio. vide ī.eod.§.si iudex pronunciat. ¶Dubitatum fuit, an sufficiat petere apostolos sæpius in eodem instanti? & videtur, quòd non: vt notatur in simili ff. de pigno.actio.l.si conuenerit. Nam & qui semel petit, semper insistere videtur, ff.de vsuris.l.mora. Ergo non sufficit semel, sed ter diuersis vicibus petere debet, argumen. ff.de verb.oblig.l.qui Romæ.§.cohæredes. Sed contrarium est verum. Bal. ¶Dubitatum fuit, an sufficiat porrigere scriptam & non lectam sententiam appellationis coram iudice ad quem, ar. quòd non, ff.de leg.3.l.fideicō. §.j.C.de senten.ex breuic.recit.l.j. Contrà ff.de excus.tut.l.scire oportet. §. pen. hæc vera. Tamen de productione huius scripturæ debet constare per publicum instrumentum, vel testes, secūdum

Archidiaco. ¶Dubitatũ fuit, an valeat ista appellatio, appello ex nunc, prout ex tunc, si non admiseris exceptiones meas. Et dic, ꝙ non: quia tempore incongruo factum nõ trahitur ad tempus cõgruum, l. fi. C. qui admit. ad bonor. possess. Item hîc non fuit ordo seruatus, quia grauamen præcedere debet, secundum Archidiac. ¶Dubitatũ fuit, an si dico Appello, & tu notari scribas, an sit appellatio in scriptis? Dic, ꝙ non: quia appellatio est priùs consignata, quàm scripta. nam ista scriptura est de re facta, nõ de re fienda. Simile dicimus in sententia, vt not. in l. prolatam. C. de sententiis, lege ij. C. de senten. ex breuic. recitan. ¶Iudex appellationis, si sententiam nullam, pronunciat nullam, vt lege, quædã mulier: ff. familiæ erciscundæ, sed nõ pronunciat super principali libello, quãdo appellatur ab ordinario, remitte causam ad primũ iudicem ordinarium. ita dicit glos. C. de appellat. l. eos. huic consentit Iacob. de Aret. nisi sit nulla propter intolerabilem iniquitatem primi iudicis: quia tunc ad eum non debet fieri remissio: argum. l. eos. & hoc per l. absentem. C. de accusat. Bar. dicit, quòd nõ habet necesse remittere: sed potest pronunciare per l. quedam mulier. familię erciscun. & per l. Camelia Pia. de iure par. & ff. de mino. l. verum. §. ex facto. Bal. ¶Ille, qui comparuit, non debet recedere inexpeditus, vel illicentiatus, c. j. de iud. in atiq. hoc verum, nisi superueniat impedimentum. tunc enim si est præcisum, vt febris, nõ erit contumax, vt l. quæsitum. ff. de re iudic. Si autem sit causatum, vt periculum rei familiaris, tunc erit contumax, vt no. Archid. in c. postquam. de elect. lib. vj. & ibi per Ioannem Andr. in Nouella. Contra quos est, quod not Accursius ff. de appel. l. ex consensu. §. fina. vbi colligitur, quòd ille non est verus contumax, sed quasi contumax: & idem not. ff. si quis ius dicen. non obtemp. l. j. in fin. & ad hoc l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus causis in possess. ea. & hoc est verius. Bal. vide infrà de expen. §. penult. s̃. & duobus §. pen. & infrà eod. §. veniens. & suprà de dilat. §. ij. & de posit. §. an quis. ¶Qui casu impeditur appellationem prosequi, deserere nõ videtur, C. de appel. l. præses. C. qui pet. tut. l. cùm à matribus. de pignorib. c. significante. Et dicitur appellationem deserere, qui non petit apostolos. Item qui petit, sed in termino statuto non comparet ad eos recipiendos. Item qui comparuit, & recepit apostolos, tamen intra terminum sibi præfixum non comparuit coram iudice ad quem. nam potuit ei statui terminus ad appellationem introducendam coram superiore, vt not. in d. l. præses. sed non ad eam finiendam, vt not. eodem tit. l. iij. Hunc autem terminum appellationis introducẽdæ tres personæ præfigere possunt, scilicet appellans sibiipsi: item appellans appellanti, scilicet cum eo iudice motus concurrat, arg. l. qui de die. ff. qui satisda cogantur: item ipse iudex. & adde, quod no. in c. cordi. in verbo, principis. per Archi. de ap. lib. vj. & in c. secundo, de ap. in Cle. Bald. De termino ad prosequendum, vide ỹ. eodem, §. an appellans possit. ¶Lata est sẽtentia de consilio sapientis electi de partium voluntate, quęritur an possit appellari? & dic, ꝙ sic, C. de ap. l. ij. secundũ lecturam secũdam. nam in causa appellationis poterunt noua produci & probari, C. de ap. eos. §. j. & l. per hanc. C. de temp. ap. A consilio autem ñ appellatur, sed bene contradicitur. C. de relat. l. ij. Si autem contra dicitur, debet dari terminus ad iustificandum suam contradictionem: & si non potest eam iustificare, proceditur ad remissionem puncti ad cõsilium sapiẽtis, C. de rela. l. ij. in fi. Et eodem modo ꝓceditur, qñ quis vult exemplificare acta, vel instrumentum cum auctoritate iudicis, & extat contradictor. nam debet sibi terminus dari ad suam contradictionem iustificandam, per d. l. ij. quę hoc expressè dicit, coniuncta l. fin. eo. ti. Bal. vide s̃. de arbit. §. præceptũ. & s̃. de arbit. §. arbiter facit. ¶Nota, quod dicit Inno. in c. cùm in iure peritus. de offi. deleg. quòd si sententia est lata presentibus & non contradicentibus partibus, & in ea continetur, ꝙ lis sit contestata, & c. ꝙ credatur iudici, ex quo pars nõ contradixit, nec appellauit. & videtur casus in l. fi. quando ap. sit, & gl. ord. in l. j. C. de relat. Sed contrà tenet Ber. in c. quoniam contra. de proba. & videt casus C. de relatio. l. fi. vbi dicit, quòd per originalia debet fieri fides, id est per sumptum ex actis authenticis iudicis, C. de ap. l. eos. §. super his. in verbo, exempla. vt ibi per Bar. & non per nudam assertionem iudicis: & hoc verum in his, quæ desiderant figuram iudicii, vt sunt decreta iudicum, & arbitramenta arbitratorum: in q̃bus omnia præsumuntur solenniter acta, quasi sint iudicialia, vt not. C. de fid. instrumen. & iure hastæ fisc. l. j. lib. x. & per Innocen. extrà de eo. qui fur. ord. susc. ep. c. innotuit. & per Dyn. in consilio, quod incipit Ptolemæus Manentis. & in laudo arbitratorum fuit iudicatum, quòd presumeretur pro eo, & ꝙ probatio contrarii incumbat petẽti reductionem. Sed in vera appellatione dic, vt no. C. de ap. l. hi qui ad ciuilia. Bald. vide s̃. de senten. §. vbi apparet lata. & ỹ. de reg. iur. §. item no. ꝙ dec. Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio, in quæstione, quæ incipit, quæro, vtrùm arbitramẽtum. Bal. s̃. de arb. §. de emologatione. ver. ego verò. ¶Queritur, quis restituat minorem lęsum in appellatiõe? Dic ꝙ in appellatione interponenda iudex à quo, restituet, ff. de in integ. rest. l. pe. & fi. ff. de mino. l. si fine. §. fi. sed in appellatione interposita iudex ad quem: quia in eum fuit transfusa iurisdictio, C. quomo. & quando iud. l. si pręses quasi desertam. Sed contra hoc est: quia deserta appellatione statim sine aliqua pronunciatione redit iurisdictio ad primum iudicem: & not. C. de ap. l. eos. in prin. Sed respondeo, quòd restitutio in integrum hoc facit: quia est de appendititiis appellationis, arg: ff. de procur. l. qui proprio. §. item quæritur. Item adhuc durat iudex in pronunciando super desertione, vt in c. fi. de ap. in Cle. & hoc tenet Iac. Bu. in l. fi. C. vt intra cer. tem. vbi est casus, secundum Iac. per gl. facit C. de ap. l. quoniam in verbo, mox. & l. si contra. in verbo, rector. Primus tamẽ iudex animaduertit. vnde videtur, quòd primò iudici sufficiat hoc perpendere ex gestis, vide ỹ. eo. §. appellatio potest corrigi. & §. quando quis pronunciat. Bal. ¶An libellus primæ causæ possit emendari in causa appellationis? Dic, ꝙ non: quia sumitur post litem contestatam in veteri, vt no. C. de ap. l. iii. nam appellatio non rescindit litem contestatam: imò auget, C. de procur. l. ita demum. nec tollit effectus, quos secum trahit litis contestatio: imò auget, ff. de admin. tuto. l. chirographis. §. vltimo. Bal. ¶Pendente appellatione nihil potest innouari contra appellationem, sed vigore appellationis sic. vnde in causa appellationis fit sequestrum, vbi in prima sufficisset sola descriptio fructuum, vt notatur C. de ap. l. iij. Item quod poterat fieri personaliter appellatione pendente, nec fit per iudicem, vt ff. vt leg. no. l. postquam. §. Imperator. secundum Dyn. Itẽ extrà, seu circa appellationem bene potest aliquid fieri, vt notatur ff. mandati, l. creditor. in princip. B. ¶Item an datio possessionis possit fieri pendẽte appellatione? Determinatum fuit Paduæ, quòd non: quia ipsa datio possessionis est de substantia processus, vt notatur in c. cùm M Ferrariensis. de constit. per Ioan. Andr. in Nouella: vide ỹ. e. tit. proximò, §. an appellatione pendente. ¶Casus talis est: Habebam licentiam capi faciendi Titium debitorem meum: ab hac licentia Titius appellauit, & non fuit prosecutus intra tempus præfixum à statuto: elapso termino primus iudex vigore illius licentiæ facit eum capi ad instãtiam meam ante quàm iudex appellationis pronunciaret appellationem esse desertam: queritur, an valeat captura? nam licet captura non sit executio, est tamen ei similis: ideo videtur, quòd non possit pendente appellatione fieri, vt not. C. de ap. l. iij. in gl. parua. Sed videtur dicendum, quòd valeat captura, vt no. C. de ap. l. eos. in prin. scilicet si tempus erit præfixum iudici, & causæ appellationis, vt C. vt omnes tam ci. quàm cri. l. j. §. fin. facit de ap. l. si contra. vide s̃. eod. §. condemnandus ad mortem. & ỹ. de solut. §. ij. quòd non sit incipiendum à captura debitoris, sed primò debeat moneri, vt s̃. de citatione, §. citatio rei per capturam. & alia multa ad carcerationem permissa & prohibita, vide in remissionibus infrà scriptis, videlicet s̃. de contumacia, §. an excommunicationis. & de renunc. & conclu. §. pen. & de sententiis, §. sed an captura. & §. an possit quis capi. & §. Titius fideiussit. & s̃. tit. prox. §. creditur. ¶Nota, quòd sententia non debet formari nisi inter appellantem & appellatum: quia solus appellans & appellatus sunt partes: licet alii preiudicetur, secundum compost. el. de electione, statuimus, in verbo, appellari. Bald. ¶Dicit statutum, quòd homicida condemnetur in mille, & expellatur perpetuò de ciuitate: modò Titius fuit detentus, & tandem condemnatus de homicidio: à qua ꝯdemnatione appellat, & vult dare fideiussores, vt relaxetur: quæritur, nunquid possit? Et videtur, quòd non: tum quia in prima lite non dedit fideiussorem, & appellatione pendente nihil est innouandum: tum quia est pœna corporalis, vbi non interuenit fideiussor. Sed tu dic, fideiussorem admitti. C. de ap. l. eos. §. super his. & quod ibi not. per Cy. secus si venerit pœna imponenda in corpus, vt fustigatio, mutilatio, vel mors: quia tunc non recipitur fideiussor: quia non potest fieri executio, nisi in præsentem. Bald. ¶Quæritur, quis debeat probare in causa appellationis? Respon. aut de iure communi est fundata intentio appellati: & tunc appellans debet probare, C. de ap. l. hi qui ad ciuilia. & l. ciues. Aut est fundata de iure communi intentio appellantis: & tunc appellatus debet probare: quia iuris pręsumptio transfert onus probandi in aduersarium: secus in præsumptione iudicis, quia non transfert onus probandi, nisi in ætate, vt not. ff. de mino. l. de ætate. Aut de iure communi neuter habet intentionem fundatam: & tunc aut vterque prosequitur appellationem aut altera pars tantùm: aut neutra pars. Si vtraque pars, ille probabit in cã appellationis, qui & in prima causa: quia nullo iure cauetur, quòd interpositio appellationis transferat onus probandi, seu probationis: & prohabitur per acta primæ causæ, ff. de proba. l. quoties. in fi. C. de ap. l. ampliorem. Item & per actitanda de nouo, vt l. eos. §. j. & l. per hanc. C. de temp. ap. Si verò vna pars prosequitur, altera nõ, tunc prosequẽs debet in se assumere onus probandi: aliàs nõ posset ferri diffinitiua, vt notat C. quomodo & quãdo iudex, auth. qui semel. sed currerẽt fatalia, sicut in casu sequenti. aut

ti. Aut nemo prosequitur: & tunc videtur deseri appellatio. Deseri dico, scilicet ab appellante, non ab appellato, vt lata fuit sententia temporibus decursis, C.eo.l.si contra.& l. quandoque. secundum Bar. in l.j.ff.si tut.vel cur.ap. ¶Dicit statutum, quòd iudex appellationis debeat diffinire causam intra duos menses: modò appellatio est deserta: quæritur, vtrùm teneatur pronunciare? Resp. non, vt no.C.de appellat. l.eos.in gloss.not.forma Bald. ¶Si procurator est verus contumax in non veniendo, dominus non priuatur iure appellationis, extrà vt lite non contestat.capit.j.per Innoc. Si autem procurator est contumax in non opponendo, distinguitur, aut procurator est soluendo: & tunc scientia & mora procuratoris noceret domino, nisi esset absens ex iusta causa: quia tunc potest petere restitutionem in integrum. Aut procurator non est soluendo: & tunc non nocet domino, saltem ope restitionis, vt. l.j.in fi.ff.quando ap.sit: & no.C.de ap. auth. hodie. & ibi Bald. ¶Negligentiam procuratoris dominus recuperare potest, C.de app.l.dominus litis. Contrà si procurator per malitiam appellauit, ipse procurator de malitia punitur extra ordinem, vt d.l.eos.§.pen. ¶Condemnatus ad mortem appellat: cùm detineatur in carcere, quomodo poterit prosequi appellationem? Resp. per procuratorem. nam hæc ipsa necessitas, facit esse probabile, C.eod.l.eos.§. super his.& ibi per Guli. Non obstat §. ad crimen. quia ibi loquitur in prima causa, non in causa appellationis, secundum Spec. in hoc titulo: vel est specalis, in causa carceratoris, secundum Bart. C.de appel.l.minimè. Ipsi enim non sunt pro quolibet actu de carcere trahendi, & apud acta ducendi, arg.ff.ad Turp. l.Domitianus. sed tantùm, vt respondeant libello, & vt torqueantur, & vt audiant sententiam, C.de custodia reorum, l.ij.Bal. ¶Sed ad cuius petitionem debeant recommẽdari in carcere? Dic, ꝙ ad petitionem iudicis à quo, & iudicis ad quem: & sic vtriusque interim: sed lata sententia, tunc, si absoluitur, debet dimitti de carceribus: si autem condemnatur, tunc exequitur iudex ad quem, nisi fortè velit remittere executionem ad primum iudicem, vel ex forma statuti ipse non habeat facti executionem, arg. in auth.de sancti.episco. §. si verò crimen. Si verò appellatio pronuncietur deserta, tunc primus iudex exequetur statim lapso tempore prosecutionis, C.de ap.l.si contra legem, quoniam.& ita fit in terris ecclesiæ, secundum Bar. vide s̃.de procu.§.in criminalibus. ¶Quæro, quando dicatur appellari incõtinenti, vt sic sufficiat viua vox dicentis, appello? Quidam dicunt, quòd tota eadem die: quia dicitur incontinenti fieri, quod fit ea die, ff.de re iudic.l.Paulus. sed illud, quod ad supplendum, non quo ad contradicendum, vt C. de relatio.l.j.in fin. Dico ergo, quòd ante quàm recedat, arg.ff. de in integr.restit.l.diuus.& contra prædictos habes tex.& gl.or. in l.eos.§.penul.C.eo.tit. ¶Nota, quòd illa regula, quòd ab interlocutoria non appellatur, habet locum in causis criminalibus, & in causis detentorum in carcere, C.de appel.l.eos. §. super his. & habes ibi casum ad literam Bald. ¶Nota, quòd secundum ius ciuile apertura testium in principali causa nihil impedimẽti operatur in causa appellationis, C.de ap.l.eos.§.j.&l.per hanc.C.de temp.ap.nam idem præstat maioribus appellatio, quod minoribus restitutio: ergo, &c.ff.de mino.l.præses.coniuncta l. minor xxv. annis omissa. & ita teneas de iure ciuili, quod est seruandum in foro terrarum Cæsaris: sed de iure canonico dic, vt in c.fraternitatis.de testi.eo.tit.Bald. ¶Nota, quòd procedit libellus per circunstantias nõ declaratas, vt l.si præses.ff.de pœ.& l.quid ergo, §.pœna grauior. de infa.per Gul.& Cy. ¶Quæstio talis est: Titius dicebat coram iudice, quòd ego debebam sibi dare centum: nec causam adiecit: ego confessus fui: vnde iudex præcepit mihi, vt soluerem ab hoc præcepto ego appellaui: non possum vincere, nisi probem me errasse in facto: quomodo ergo vincam, cùm me non debere, sit absoluta negatiua, nullis limitibus, vel circũstantiis, vel circumlocutionibus coarctata? imò & si causa fuisset incerta, vt mutui, idem esset nam nullo teste potest probari negatiua simpliciter. Respondeo, confessio valuit, & præceptum, C.de anna.excep.l.fin. Item & appellatio tenet, ff.de app.l.creditor.§.iussus. Quomodo autem fiat probatio, vide C.de erro.aduoc.l.ii.in gl.& ibi per Cyn. ¶Sed pone cùm indiscretè petitum & confessatum fuerit solui: postea iteratò conuenior causa adiecta: ego solutionem allego: aduersarius dicit, non fuit hæc causa, sed alia: an iteratò ego cogar? Bart.dicit, quòd non & est casus pro eo extrà de fide inst.c.cùm Ioannes. ¶Iuxta hoc nota, quòd interdum petitur incertum causa & quantitate: interdum causa, & non quantitate: interdum quantitate, & non causa: sic quòd etiam tribus modis quis citatur super incerto peto, quod debes: incertum peto causa & quantitate, sic si facio te citari, quòd venias responsurus de iure super eo, quod mihi debes, incertam quæstionem continet citatio: tamen habet effectũ quia interrumpit præsumptiõem in omni eo, quod me scripsisse declarabo: & si me non adstringo declarãdo, est interruptio generalis: & sic indefinita petitio æquipollet vniuersali. ¶Itẽ peto decem, quę mihi debes: est certum in quantitate, non in causa. tamẽ est notandum, quòd indefinita decem est apta comprehendere illa locutio, & citatur, ꝙ veniat responsurus de iure super decem, amodò non prescribetur in aliqua summa, quę constat ex decem. Item petò, quod mihi debes ex causa mutui: certum peto causa, ñ q̃titate: tamen hîc nota, ꝙ non in omni mutuo est facta interruptio, si citatio eadem forma subsequitur: & sic comprehendit plures casus numero, qui sunt eiusdem speciei, seu tituli: non autẽ genere & forma: quia non sunt passibiles sub verbis includi. vt not. C.de anna.excep.l.fin.& facit ff.de actio.empt. l. non est nouum. ¶Sed quid si dico sic: peto, quòd cogatis talem ad respondendũ de iure mihi: & citetur reus, ꝙ veniat ad respondendum de iure, nunquid fit interruptio? Et videtur, ꝙ non: quia hîc non fit mentio debiti, nec alicuius causæ generalis, id est obligationis in genere. vnde iste non est libellus, nec citatio generalis, licet magis videatur sine causa. facit quod no.ff.de exce.do.l.ij.§.circa. secundũ Bart. Vbi autem libellus & citatio cadunt super certo, circa illud operatur, & etiam circa eius accessorium, quando idem est finalis exitus controuersiæ, vt in personali & hypothecaria, vt d.l.fin.& not ff.de iudiciis, l.solemus. Sed ꝙ prædictus libellus, non procedat, & causa generalis, sic probatur: sentẽtia debet esse conformis libello, vt l.fin.C.de fideicomm.lib. sed sententia nõn conformis erit nulla, vt hîc erit, vt l.hæc sententia.C.de senten.quæ sine certa quant.ergo, &c. Sed respondeo: imò nõ erit nulla, si ex aliis post sit reddi certa. Item non est verum, ꝙ sententia debeat esse cõformis libello in certitudine, vt dicimus, quando petitur interesse, de inutil.stipul.l.iij.iñ fi.& not.in l.j.C.de senten. quæ sine certa quãti. Item quandoque libellus excedit sententiam, vt l.j. C. si plures vna senten.fuerint condem.& de fructib.& lit.expen. l. terminato. ¶Quandoque sententia adiicit petitionem, vel modum, vel ꝯditionem, C.de senten.l.cùm iudex & l.cũ eorum. vel reseruationem, vt adiudico rem, saluo quod infrà dicam: & postea adiicio, quòd seruitutem reseruo, ff.fami.ercifcun.l.item Labeo.§.ij. Quãdoque deseruit libello: quia debet esse de re petita, ff.de arbit. l. ñ distinguemus.§.de officio. Illud nota, ꝙ licet sit petita condemnatio, sufficit, si iudex pronunciat per verba ęquipollentia, de app.l. eos.in prin.C.de sententiis, l.iij.ff.de verb.oblig.l.qui Romæ.§.Se ia. & de arbitris, l.quid tamen.§.j. vide suprà tit.proximò, §.an valeat præceptum. versi.his apparet.& infrà eo. §. Titius appellauit à banno. ¶Sed quæro, q̃d si generaliter fecit citari Titium, cùm duo forent Titii? Dic, ꝙ ille arctatur, cui est præsentata citatio. Si autem non est præsentata alicui, quia fortè est facta per preconẽ, tunc dic, ꝙ non arctat.ff.de iudiciis, l.eum quem temerè. scilicet si possit tangere vtrunque Sed si vnum tantum, vt quia vnus tantũ contraxit, vel aliquid fecit, tũc ille intelligitur citari, qui de se cogitare debuit, cùm sciret se deliquisse, vel se defendere: nam & de hoc etiam iudex sensit, ff.de except.rei iu.l.si ex testamento.& sic inuestigato crimine ille intelligitur positus in banno, qui meruit in banno poni, ff.de leg.ii.l.si quis seruum.§.inter duos. & ita Florentiæ fuit iudicatum. ¶Sed quæro, cùm libellus generalis non natura actionis, sed temeritate petitoris non concludat: quomodo super eo potest procedi? Respondet Iac.Bu.in l.edita. ꝙ libellus generalis concludit iudici, sed non parti: quod falsum videtur. nam aut petitur specificari, & tunc nõ ꝯcludit iudici, C.de impub. & ali.substit.l.precibus.C.de transac.l.vt responsum, C.de vetera. l.j.lib.xij. Nec etiam parti, cui non debuit ius de liberationis aufferri, vt no.ff.de rei vendi.l.si in rem.§.fi. Aut non opponitur: & tũc vtriq; cõcludit, q̃ñ ꝓceditur ꝑ viã ꝯtentiosæ iurisdictionis: sed si de plano, vt q̃ñ petit̃ decretũ interponi, ñ valet petitio informis, vt l.j.C.de ꝑd.decu.lib.x.ibi, dũ dicit causas, q̃b.strangulatur, nominatim exponet. Idem fortè, vbicunque iudicium imploratur contra ius commune, ff.de minor.l. minor autem magistratus. ¶Sed hîc quæro, quomodo est ita fatuus reus, qui nõ opponit de incertitudine? Respon. quia scit se nil debere: vnde de iustitia sua confisus non vult opponere dilationem, sed venire ad conflictum in causa principali. Item fortè reus habet testes, qui sunt affuturi. nã si opponeret hanc exceptionem, quæ impedit litem contestari, se impediret in productione testiũ. Non obstat ff.de test.l.curent. q̃a hîc re⁹ est in culpa opponẽdo dilatoriã iudicii: si verò vult eos posse ꝓducere, statĩ litẽ ꝯtestet̃. ita dicit gl.ĩ dicta l.fi.C.đ anna.excep. q̃d no. ¶Sed q̃ro, nũq̃d illa lex vltima, C.đ an. exc. habeat locũ in ꝑscriptiõe statutaria? Dic, ꝙ sic, q̃a habet locũ in omni ꝑscriptione lõgi tẽporis.& lõgissimi, vt ibi patet. Nec obstat finis illi⁹ legis, q̃ videt̃ loq soliũ in ꝑscriptiõib. odiosis: cũ nõ omnis præscriptio sit odiosa, sed q̃dã est fauorabilis, vt vsucapio, ĩ quo fauor possessoris ponderat̃; & non interrumpitur ciuiliter per aliquem actum in effectu, vt l.si post.ff.de rei vẽdic. ¶Quędam est media, seu mista, in qua ex parte præscribentis fauor inducitur: quia integratur ex tri

Sed ex parte negligentis est odium.nam negligẽtes sunt legibus odiosi,ff.ex quibus causis maio.l. non enim, quandiu negligant. & de vsufru. §. fundi.¶Quædam tantùm odiosa,scilicet xxx. vel xl. annorum: quæ non fauore præscribentis,sed mero odio non petentis in causa proceditur.nõ enim fauet lex furi,& tamen præscribit,licet assiduæ furetur continuando,C.de anna.except.l.j.§. ad hæc.Quædam est sua natura currens,vt redhibitoria, & Quanto minoris,quæ interrumpitur litis contestatione.vel quasi,ff.de eo,per quem factum est,l.fi.&ibi per Guliel.& Cynum in additionibus.¶Præscriptio verò statutaria est anomala.nã si succedit loco præscriptionis xxx. annorum,est odiosa tantùm, & interrumpitur missione executoris:nõ autem perpetuatur in quadraginta annis,nisi lite contestata,vt no.C.de præscri.xxx.an.l.sicut.secundum Richar. Vnde si statutum dicit,quòd debitum non possit peti vltra decem annos,ista præscriptio,quę nõ tuetur possessorem sed impugnat petitorem in actione personali, vel officio iudicis, est merè odiosa:quia nõ mutatur natura, sed tempus: sic notatur in simili ff.de cond.indeb.l.qui exceptionem.Item si statutum dicit,quòd immobilia præscribantur biennio, rationabile est statutum,vt l.i.post princ.C.de vsucap.transfor.tamẽ talis præscriptio est mista:quia succedit loco mistæ,quæ erat de iure communi decem annorum,vel viginti:&non interrumpitur,nisi per litis contestationem,vel quasi:vel moram litis contestandæ,l.ij. C. vbi in rem act.ff.si quis cau.l.si eum. §. qui iniuriarum. Item si statutum dicat, quòd nobilia præscribantur anno, est præscriptio merè fauorabilis.Itẽ si statutũ dicit, quòd in redhibitoria duret per mensem tantùm, est præscriptio sui natura currens: quia temporalis est actio.Item si statutum dicit, quòd executio instrumenti non possit peti post decem annos,odiosa est pscriptio ex mera negligentia non petentis,cùm officiũ iudicis duraret xxx.annis,vt no. C.de præscrip.xxx.annor.l.fi.C.de anna.exce.l.j.§.ad hæc. ¶Dico igitur, legem vltimam C.de anna. excep. generalem esse in præscriptione cuiuslibet temporis. & nota: & hoc est contra Iac.But. qui dicit,quòd lex illa non loquitur de processu causæ,sed de processu ipsius citationis tantùm : quod falsum est, quia præscriptio longi temporis desiderat processum ad litem contestatam, & de ea ibi apertè dicit.Item ibi addit de perpetuatione,quæ requirit litis contestationem.Item expressè ibi loquitur de libello conuentionali,non solùm de citatorio.¶Sed quæro,nunquid illa lex vltima habeat locum in ilis casibus,in quibus per solam libelli oblationem factam iudici,vel per protestationem ad domũ interrumpitur præscriptio:qui casus in l. vt perfectius.e.tit.sunt in absente, in infante,mente carente,& magistratu indefensis,qui citari non possunt?Respondeo sic,per rationem dictæ l.fin.quæ dicit, quòd actor omne ius suum videtur in iudiciũ deduxisse. Quæ ratio habet etiam locum, vbi per solum libellum fit interruptio in omni actione reali,personali,& mista:nam lex,vt perfectiùs.C.de an.exce.est generalis quo ad actiones & præscriptiones,vt patet in fine legis,licet sit specialis,quo ad eas personas,quæ in ius vocari non possunt,ff.de in ius voc.l.neque Bal.¶Et sic procedit libellus: dic libellus informis:sic & iuramentum,ff.de iureiu.l.si duo patroni. §.pe.Item & confessio facta in iudicio:sed extra iudicium confessio informis valet ad liberandum, ff.de pactis, l. tale pactum. non ad obligandum:sed est ipso iure talis confessio nulla,licet promissio informis,id est sine causa,esset aliqua,sed obstaret exceptio,vt not.Azo in corpore auth.de fi.instru.in summa.Et est ratio differentiæ:quia natura confessionis est probare, ff.depositi,l. Publia. in fi.& probatio debet esse clara,vt not.ff.de pos.l.j.§.si quis argentum.non sic in promissione.Bal.¶Et no.quòd in dubiis condemnatio ad minimum redigenda est,vt not.in l.fin. ff.de præt. stipul. facit l.interpretare.& l.si præses. ff.de poen.¶Item not.ꝙ in causa appellationis potest declarari quantitas non declarata in prima instantia.C.de sen.quæ sine certa quantit.l.fi.secundum vnam lecturam.¶Item not.quòd processus super libello in certo non est ipso iure nullus,sed est appellandum à contradicente,ext.de libelli oblatione.c.significantibus.Bal.¶Sed quid dices:ego appellaui contra minorem, vel vniuersitatem indefensam: minor non curat habere curatorem, nec vniuersitas syndicum: vnde ego non possum procedere, C.quomodo & quando iud.l.si præses. quasi desertam.& sic elapso termino opponunt mihi appellationem esse desertam:quæritur,quæ erunt partes iudicis? & quid,si appellatus est furiosus? Respon. iudex coget minorem petere curatorem,C.qui pet.tut.l.j.& vniuersitatem coget facere syndicum,C. de fideicommis.lib.l.libertati.Ergo furiosum non coget,sed monebit iudicem furiosi,& mandabit eidẽ,quòd ordinet curatorem quod est notandum,C.de admi.tut.l.fi.§.j.& ibi est casus.Bal.¶Si iudex pronunciat aliquid esse probatum,vel non esse,ab ista interlocutoria potest appellari.Item si iudex pronunciat terminum iuris esse elapsum:ista enim est interlocutoria:tamen potest appellari,ff.de accus.l.Titia.Item post terminum iuris non appellatur: post terminum iudicis, sic: quia terminus iuris est quædam sententia legis:& à lege non appellatur.Item terminus iuris statutus in prima causa, afficit in causa appellationis: secus in termino iudicis.Item licet interlocutoria habeat vim diffinitiuæ,tamen causa est allegand a in appellatione, de appellationib. dilecto. omnia ista dicit Speculator in c.cupientes.de electione,lib. vj. in suo apparatu.Bal.vide s.eod.§.quando appellatur.Item lex,per hanc.C. de temp.appel. non habet locum in appellatione ab interlocutoria.Idem Gulielmus. Vult etiam Speculator, quòd sententia lata super appellatione ab interlocutoria,sit interlocutoria. vide in l. cùm & vos minores.C.si aduersus rem iudicat.& ibi Bal.¶Nota, quòd habens priuilegium reuocationis, vel immunitatis, vel libertatis,vel alterius exemptionis,debet ipsum allegare, & allegatum probare: & si reiicitur, debet appellare: & hoc est verum in priuilegio extrauaganti, quod non est clausum in corpore iuris, C.de app.l.hi qui ad ciuilia. Item est verum,etiam si priuilegium sit manifestum:secus si notorium, nam notoriũ probatione non indiget,licet clara,prompta,& facilis sit,vt l.ciues & incolæ,C. de appel.in tex. Vnde si quis allegaret aliquem vsurarium manifestum,debet probare:arg.dictæ legis.¶An autem sit manifestus,habet iudex arbitrari ex additis cohærentiis: putà qa publicè fœnerabatur,& vsurarius putabatur:vel ꝙ aliàs fuerit declaratus vsurarius, & similia. Esse enim manifestum, est quædam qualitas.facit c.quanquam.de vsuris,lib.vj.Notoria autem licet non indigeant probatione,quia sunt luce clariora,indigent tamẽ propositione, quia oportet dicere,quòd quis velit vti notorio, vt notatur in c. appellanti.de appel.in Cle.& adde ad prædicta, quod not. Innoc. in c.j.de sepul.in Clem.& facit C.de senten.& interloc.om.iud.l. cùm sententiam.C.de appel.l.nominationes.ff.quando appellandum sit,l.j.§.adeundi super verbo,in publico.cum similibus: vide infrà de notoriis criminibus.§.citatis.& de citatione,§.citatio est nulla.& vide ad materiam,vt lite non contest.accedens.Bald.

¶Incipiunt notabilia Codicis super Rub. de Appellationibus.

PROCVRATOR ad vnam speciem cõstitutus potest appellare,sed non prosequi appellationem,C.de procur.lege, tutor malè.Bal.¶Appellatio non debet esse causa carcerationis,C. de appellatio.l.minimè.¶Priuilegium impetratum circa conclusionem causæ,vel in causa appellationis,non valet,l.ex illo tempore.de appellatio. Bald.¶Causa,quæ est in curia per appellationem,vel alia deuolutione,debet remitti plenè instructa cum omnibus actis & monumentis causę.l.nec causas.C.de appella.Bald. ¶Dicit Imperator,ꝙ vbi debet à sententia appellari,sufficit appellare à capitulo principali sententiæ,C.si pendente appel. mors interuenerit.l.iij.Bald.¶Si aliquis est impeditus,vt non possit appellare,nõ currit sibi tempus,quia est vtile à principio: imò habetur pro appellante,vt notat Cy.in l.ij.de his,qui per met.iudic.nõ appel.¶Interpositio appellationis elidit vim executionis,vt l.quoniam.C.de appel. Tamen vt non detur appellantibus materia differendi,si non petunt apostolos, videntur appellationem deseruisse,vt dicta l.quoniam.Hæc est ratio:quia lex habet appellationem pro deserta,ne dilatandi materia præbeatur.facit lex secũda, C.de temp.appel.in prin.Bal.¶Appellatur à vicario præfecti prætorio ad ipsum præfectum,C.de app.l.à proconsulibus.Regulariter contra,C.de app.l.præcipimus.in prin. & ĩ c.secundo,de consuetudine, lib. vj. Bald. ¶Apostoli sunt dandi intra triginta dies à die sententiæ,non à die appellationis numerandos,C. de appel. l.iudicib.Bal.¶Causa remittit̃ ad partes,ne litigãtes nimis grauentur,C.de ap.l.cũ post sententiã.Bal. ¶In ↄsilio publico debẽt creari & publicari officiales: aliàs non valet,C. de ap. nominationes. Bal.¶Appellatio pt corrigi & emẽdari,si tẽpora suffragant̃.C. de appel.l.si qs libellos.vid Gul.ff.q satisdare cog.l.arbitrio.Bal.vide ĩ.eodẽ §.qñdoq; quis re.& s.§.qñ cã est in curia.& ĩ.§.petii à te boue.& §. qualis est libellus.in fi.¶Tortus,vel verberatus illicitè appellando pp stud grauamẽ eximitur in totũ à potestate torquentis,& tota causa ad superiorẽ deuoluit̃,C.de ap.l.si qs prouocatione.¶Nõ est iniustũ,ꝙ appellet̃ à grauamine.nã idẽ,si ab interlocutoria,cũ appellatio est iusta,C.de rebus cre. l.generaliter §. si iudex.¶Item nota,ꝙ licet præpostérum sit priùs appellare,quã grauetur,illud est verum,nisi grauamẽ esset irreparabile: qa tũc posset dicere,appello,ne grauer,vt d.l.si quis prouocatione.& de ap. recip.l.antepenult.& C.eodẽ,l.antepe.Bal ¶Ab executione non appellatur, sed ab excessu executionis sic: & excedit̃ re & tẽpore, l.si quis prouocatione.& l.quoniã iudicis.de app. Nam executio nil decidit:& ab eo,qđ nil decidit,nõ appellatur. Ratio colligitur ibi.Baldus.¶Quãdoq; qs renũciat appellationi factę,non tamen simpliciter,sed emẽdãdo,vel mutãdo,vel nouam appellationem geminãdo,& ipsã solã prosequẽdo: quandoq; simpliciter renunciando.Primo casu renũciat appellatiõi,sed nõ iuri appellandi.Secundo

cundo casu in totũ renunciare videtur. vtrunque probatur C. de ap.l.si quis libellos. secundum diuersas lecturas. Ergo apparet, quod non semper est idem renunciare appellationi, & renunciare iuri appellandi.quod est notãdum.vide supra §.appellatio potest corrigi.Bald. Appellationem potest prosequi non solùm appellans, sed etiam appellatus,C.de ap.l.ampliorem.in princ.Bald.Et sic ex appellatione quæritur ius tam appellanti,quàm appellato. quod est notandum.Et vterque potest eam introducere,C.eod.tit.l. in offerendis.ff.de bo.pos.contra tab.l.si post mortem. in fine.Bald. ¶Dicit statutum, quòd appellans debeat soluere à principio duos denarios pro libra eius,quod estimatur lis:modò pone:æstimatores estimauerunt litem centum:postea in calculo sententiæ apparet,quòd lis est ducentorum:vnde dicit appellatus, se non posse succumbere,nisi in centum, quia pro aliis non est solutum optimum duorum denariorum pro libra, (quod Purusii corrupto vocabulo Decimum appellatur) quærit, quid iuris? Respon.ista æstimatio rectè facta à principio, non restringit ius partis,nec auget,nec ergo impedit,quin iudex sequendo veritatẽ de toto pronunciet,C.de ap.l.fin.in fi.Bal.vide ĩ.de reg.iur.§. vbi non proceditur. post medium.¶Dicit statutum,quòd reportans sententiam condemnatoriam contra reum,soluet intra decem dies à die sententiæ duos denarios pro libra:aliàs sententia ñ valeat: modò ponamus, quòd sententia est lata sine certa quantitate in expensis,vel in generali,vel in vniuersali iudicio:quæro,quando incipiat tempus decem dierum?Respondeo,à die taxationis expensarum,& à die declarationis in iudicio vniuersali.nã antè non est certa quantitas:tunc enim sententia inspicitur,quando ex eius tenore quantitas est liquida:aliàs si non est liquida, oportet quòd primò liquidetur,C.de ap.l. in offerendis.ibi,dum dicit,si sententia iudicis discernenda.qui textus est ad hoc multum notabilis,& l.fin.eodem tit.Bald.¶Magis dignum trahit ad se minus dignum,C. de appel. l.præcipimus.§.pen.& sic est arg.quòd si in eodem collegio sunt clerici,& laici,episcopus sit iudex totius collegii, & non iudex secularis:&de hoc no.extrà de locat.c.primo.Bal.¶Quidam est episcopus,& dux:fert sententiam in temporalibus, vt dux:an appelletur ad archiepiscopum,an verò ad regem?Videtur,quod ad regem quia non iudicat vt eps, sed vt dux. nam inspicitur qualitas iurisdictionis,non qualitas dignitatis:argu.ff.de off.eius,l.&si prætor. & videtur ibi casus,& ibi per Gul.C.de appel.l.pe. In contrarium facit:quia ista iurisdictio facta est ecclesiastica & episcopalis,vt in c.Romana.de ap.li.vj.Non obstat lex,si quando.quia ibi erat dignitas sine iurisdictione,quæ non considerãtur:hîc verò ipsi sedi& dignitati erat annexa iurisdictio.Baldus.¶Dicit statutum,quòd à laudo mercatoris non possit haberi recursus: modò compromisimus in Titium,qui nõ erat mercator tempore compromissi, sed postea est mercator tempore laudi:quæritur,an poterit haberi recursus?Videtur,quòd non:quia ad auctoritatem sẽtẽtiæ firmandam inspicitur tempus sententiæ,C.de appel.præcipimus.§.sanè. vide ibi per Bart. ¶Tempus currit absenti à die notitiæ, præsenti statim à principio,C.de temp.appe.l.prima.¶Quæ differentia est inter hos sermones:appellatio suspendit pronunciatum.C.de appel.l.præcipimus.§.in offerendis.&,appellatio rescindit pronunciatum,ff.de infam.l.fur.§.fi.ff.ad Turpi.l.j.in fine.Respond.aliud est Suspendere,aliud est Perimere,vt no. ff.de pactis.l.si vnus.§.j. de consuetudine,ca.cùm inter.per Innocen.Nam si suspenditur, tunc finita appellatione resumit vires prima sẽtẽtia inspecta veritate,&meretur executionem:si perimitur,non potest reassumere vires,nisi per fictionem:&lex non fingit,nisi in casu,quo appellatio deseritur:quod est in quatuor fatalibus.¶Primũ fatale est,si non petuntur apostoli intra xxx.dies,C.de appel.l.quoniam.¶Secundum fatale est, si appellatio nõ introducitur intra terminum præfixum,C.de ap.l.præses.¶Tertium fatale est, si non fit prosecutio intra annum,C.de temp.ap.auth.ei qui.de quo anno eximitur tempus compromissi,C.de temp.ap.authen.si tamẽ.quod est notabile.¶Quartum fatale est conuentionale,ff. de pactis, l. tale pactũ.§.qui prouocauit. & ibi plenè per me in repetitione. Ergo per confirmationem expressam nõ reassumit vires prima sententia:quod mirum videtur,vt confirmatio non tribuat confirmato robur,contra l. Aurelius.§.testamento.ff.de lib. legat. Si enim affert robur,ergo & executionem meretur.Sed respondeo per legem,si quis priore.ff.ad Trebel.secundum Iacob.Butr.vide ĩ.eo. §.qui compromittit.Bal. ¶Quãdo causa est in curia Romana per appellationem,omnia denuò possunt actitari,suppleri, &emendari,C.de appel.l.in offerendis.§.fi.& l.ampliorem.§.primo:secus si sit in curia per relationem,C.de dilation.l.cùm à nobis.C.de appellat.l.ne causas.Bald.¶An appellans possit sibi decernere & statuere tempus & terminum appellationis prosequendæ,C. ne lic. in vna eademque cau.l.j.vide ĩ.eod.§.qui casu.¶Officium iudicis appellationis est magis latum,quàm officium iudicis causæ principalis:quia iudex appellationis potest pronunciare ex cã nõ intentata in libello appellatorio,ff.de app.l. scio. secus in iudice primæ causæ.¶Secundò quia iudex appellationis supplet vltra id,quod petitum est:quod non potest iudex primæ causæ,Inst. de act. §. si minus.verbi gratia:Petii à Titio centũ:iudex condemnauit eum in quinquaginta,in aliis absoluit: Titius dixit, appello, quatenus sententia est contra me: & prosecutus est Titius me absente: iudex appellationis potest emendare sententiam, & condemnare eum in centum:& sic condemnat me non petente,C.de appel. l. fin.in principio.¶Hoc etiam nota,quòd appellatus potest in causa appellationis prosequi omne ius suum: etiam absque libello. Et quia licet appellans dicat,appello,quatenus sum læsus, tamen tota causa deuoluitur ad iudicem appellationis: quia appellatio est communis:ergo non potest ei renũciare appellans inuito appellato,argum.ff.de bo.pos.contra tab.l.si post mortem.§. fin. Et hoc est verum, postquam est introducta coram iudice ad quem: sed antè sic,C.de appe.l.si quis libello.& facit,quòd licet quis dicat,produco instrumentum, quatenus facit pro me, tamen inde possit se iuuare aduersarius suus.de hoc no.ff.de eden.l.j.§.j. C. de fide instru.auth.ad hoc.& de censibus,cũ olim.per Innoc.¶Item in causa appellationis valet confessio facta iudici absente parte: quia iudex supplet,vt d.l.ampliorem.§. j. & potest supplere stando &sedendo.C.de temp.ap.l.ij.in fi.secundum naturam actionis quam explicat:vide Ber.extrà de postul.prælat.c.bonæ.& ff.de interrog.actio.l.voluit.§.j.vide s.de senten.pas.per totum,& ĩ.titu. proximo,§.egi ad centum.& ĩ.e.§.iudicium dicitur inchoari.ver. & ratione.& §.petii à te decem.& §.an inuito appellato.¶Quando tempus præfigitur instantiæ, computantur etiam dies feriati: nec differtur terminus,si vltima dies est feriata,C.de temp.ap.l.ij. §.fin.Et si potestas debet expedire processum intra mẽsem ex forma statuti, si vltima dies est feriata, expediat die præcedenti non feriata: aliàs incidit in pœnam statuti:nec enim fit prorogatio termini dati à iure,seu constitutione,licet feriæ incidant:not.Bal. Et hęc facit pro intellectu capituli,de causis.de officio delegati,vide ĩ.eo.§.quando terminus. ¶An inuito appellato possit appellans appellationi renunciare?Dicit Cynus,quòd non:C. quando prouoc.non est necess.l.omnem honorem.§.fi.sed ibi loquitur in differente, non in renunciante: sed ad idem facit, quia ius est quæsitum appellato,C.de tem.ap.l.ampliorem.& de bo.pos.cõtra tab. l.si post mortem.§.fi.In hoc dicit Specul. quòd re integra potest: secus re non integra,C.de appel.l.si quis libellos.idem notat ipse in c.quamuis.de elect.lib.vj.in suo apparatu:dic,vt ibi.Bal. vide s. §.officium iudicis.&ĩ.ti.seq.§.ille,qui acquisiuit.& ĩ.de libel.concep. §. actor non potest. Interrogatio & positio semel facta, non debet iteratò fieri,nec parti,nec testi,C.de appel.l. ampliorem. §. fin.Bal.¶In dubio præsumitur &statur pro iurisdictione,C.de appel.l.ampliorem.§.fi.Bald. ¶Quando ius commune imploratur, vt reparatio,non est necesse partem citare,C.de tem.ap.l.ij.ibi, admoneri. Bald. ¶Terminus legalis non est alicui necessariò notificandus:quia notum est,vel esse debet,d.l.ij.vt ibi no.Bal. ¶Dilationes non sunt inculcandæ:&ideo vna post aliam cedit,nec conceduntur,eadem l.in gl.si reparationis.vide s.de dilatio.§.vna dilatio.¶Bald.¶Prorogatio dilationis non est necesse quòd allegetur in termino prorogato,sed sufficit in termino prorogãte:ibidem: Si appellatio deseritur post tps quadrimestre,nullæ dãt reo induciæ,dicta l.ij.§.quòd si ab.in glossa,sed nonne.Bal.¶Si nemo prosequitur appellationẽ, ea deserta potest primũ iudiciũ exequi,licet nõ sit declarata appellatio deserta,in eadẽ gl. quæ dicit, quòd non est opus pronunciatione:&subdit,rationem,quia non venerat pars ad iudicem qđ est no.dignum. Bald.vide supra e.§.casus talis est.& ĩ.eodem,statim.§.iudex.&in §.si iudex appellonis & s.§. qñ tẽpus.¶Qñ terminus est statutus ad finiẽdũ processũ, iste terminus non prorogatur pp dies feriatos,vt dicta l.feriatos.&dicta l.ij.ver.pe.Bal.¶Iudex ex officio suo potest opponere: & renunciare instãtiã & appellationẽ desertã,vt d.l.2.§.fi.qđ no. bene: vide supra,px.§.si nemo.Bal.¶In culpa est, q patit sibi labi dimidiã partẽ termini,&nil fecit:videt eũ se arctasse,C.de tẽp.ap.l.nemo. Bal. ¶Possũt repelli instrumẽta, q̃ pducũt nimis in fine tẽporis, vt dicta l.nemo.in fine:qđ no. Baldus.¶In cã appellationis contumax et victor,pdẽnat in expẽsis, C.de tẽp.ap.auth.ei qui. ¶Quatuor sunt casus:qñq; psequitur appellationẽ vterque: qñque appellans tantũ:quandoque appellatus tantùm: qñq; neuter.idem Bal.¶Ille qui cõpromittit,non videtur renunciare liti, vel instantiæ:& pendente compromisso non currit tẽpus iudicio,nec partibus ad procedendũ,nec iudici ad expediendum processum,C. de tem.ap.authen.si tamen.&extrà de app.& c.quamdiu.in clemen. vide s.quæ differẽtia est.& s.de legato,§.tempus. Bald. ¶Coram principe nõ perit tẽpus instantiæ,C.de tem.ap.auth.sed lis.quod nota.Mora iudicis nõ nocet parti, nec inducit desertionem appellationis,C.de tem.ap.authen.si tamen. Idem in tempore statutorum.Bal.quia procedenti & diligenti non imputatur lapsus temporis:&

poris:& vt de diligētia appareat,protestetur.not.Bal.¶Id,in quo prima sententia non efficit,secuta appellatio non deuoluit,C. de tem.app.l.per hanc.secundum Iaco.But.& Cyn. & in hoc stat vir tus illius legis:quia illud dicitur nouū,ad quod sententia non extendit suum vigorem:& illud dicitur annexum,quod excluditur per rem iudicatā,vt sunt exceptiones,replicationes,& similia,secundum Iaco.But.& Iacob.de Rauen.vide s.de excep.§. Vincentius. ¶Positiones factæ post litis contestationem in causa principali,possunt mutari in causa appellatiōis,& admittitur variatio vt si egi rei vendicatiōe,& in prima causa nolui probare dominiū per sentētiam, vel per traditionem,nunc per præscriptionem,vt no.in d.l.per hanc.sufficit.n.sub libello includi,vt no. in l.per hāc. in gl.& Iaco.de ista materia habemus quinque.ff.quod cum eo.l. fina.C.de ap.l.eos.§.j.& in l.in offerendis.§. fina. & l. ampliorem. §.j. l.per hanc. Iaco. ¶Etiam si ab interlocutoria appellatur, potest appellans de iure ciuili vti nouis probationibus,l. per hanc.p Cynum in iij.q.de iure Canonico dic,vt in c.appellanti.de app.in cle.vide s.eo.§.nota, quòd secundum ius ciuile. ¶Ille qui appellat,habet necesse producere sententiam,l.per hanc.C.de tem.ap. & ibi per Cyn.q.iiij.de fide instrumen.c.G.perpetuus.per Innoc. Vtrùm in causa appellationis procedat renūciatio,dicta l.per hāc per Cynum. ¶Vtrùm appellatio in causa conuentionis retardet processum reconuentionis.in l.per hanc per Cynum.Quid est dicere quòd ille,qui generaliter sine vlla coarctatione coegit,videatur deducere omne ius suum,C.de anna.excep.l.fi.respon.j.præsens & futurum,de re iudi.c.abbate sanè.libro vj.& not.per Azo. C.de temp.appel.l.per hanc.Sed tu dic,quòd non videtur intentare,nisi ius,quod habet de præsenti,ff.de act.emp.l.non est nouū. non autem futurum,nisi sit præsenti coniunctum, vel à præsenti originem trahat,ff.de pign.act.l.si rem.§.fina.& per Dyn. Institut. de act. §.j.& hoc verum in actore.Sed reus videtur intentasse etiam futurum:quia reo prodest etiam exceptio quandocunque oriens,ff.de condict. sine causa, l. si fullo. Sed ego dico, quòd sicut non prodest actori talem causam allegare,licet postea superueniat vera sic nec reo,sed debet de nouo allegari.Vnde si reus allegauit exceptionem pacti nōdum facti,& postea fiat pactum,denuò excipi oportet,sicut & agi. nam exceptio obiecta fuit falsa, & super causa falsa nō potest fundari victoria rationalis,ff.de peculio, l.eo tempore.Bal.vide infrà eo.§.incidentia omnia.& §.petii à te decem.Bal.¶Casus talis est:Egi contra Titium ad mille certi con dictione ex mutuo:produxi contra eum decem testes ad probandum:publicato processu apparet,quòd vnus tantùm probauit:iudex propter inopiam probationis absoluit reum: ego appellaui: & in causa appellationis volo producere vnum alium testem ad habendum plenam probationem:quæritur,an possim?Item quęritur:agebam ex testamento per sex testes iudex absoluit reum ,p pter inopiam probationum, C.de testibus,l.si vnus. appellaui, & in causa appellationis volo probare per septem testes: quæritur, an possim?Et videtur,quòd non,tribus rationibus.¶Primò,quia post didicita testificata timetur subornatio,in auth.de test.§.quia verò.& ista suspicio n̄ remouetur per appellationem:ergo durat prohibitio.¶Secundò,quia causa appellationis & causa principalis sunt circa idem: & appellatio tollit pronunciationem de medio:ergo quod non licebat ante sententiam,nec nunc licet,ff. ad Turpil.leg.j. in fine. ¶ Tertiò, quia ridiculum esset prohibere in prima causa,si permitteres in causa appellationis. nā ob istud cōmodum semper victus appellaret. Iusti' esset ergo permittere in prima,quàm dare occasionem nouæ liti,argum.C. de fruc. & lit. expen.l.terminato.in fin.¶Quartò hoc dicit in textu in c.fraternitatis.extrà de testibus,&in clem.de testibus.eodem titu. In contrarium probatur sic: ille, qui nullos producit testes, & sit in latiori negligentia,potest in causa appellationis eos producere, & nihil probans totum probare:ergo multò magis aliquid probans supplere,quod deficit:vel saltem ista debent,vt paria,iudicari,nil probasse, vel insufficienter,C.de ap.l.ampliorem.§. j. Nam si maior negligentia nō officit:ergo nec minor. hoc probatur in l. per hanc.¶Secundò sic: cā appellationis est diuersa à prima,accipiēdo causam pro processu,prout diffinitur C.de transact.l.causas.& l.penul.ff.iudic.sol.Sed probationes sunt de processu causæ:&nouus processus desiderat nouas probationes: ergo sic, q probauit in ciuili per testes, iteratò probat in criminali: & qui probauit in personali,iteratò probat in hypothecaria,vt not.C.ad l. Aquil. l. ex morte.& de probat.l.ante omnia.¶Tertiò sic:sicut se habet ,p cessus arbitri ad processum iudicis.sic se habet processus primi iudicis ad processum alterius iudicis, id est iudicis appellationis. ergo,&c.vt leg.penul.de arbitris,& C.de temp.appel.l.fin.¶Quartò videtur casus C.de appel.l.eos.§.j.& l.in offerendis.§.fi.& l. ampliorem.§.j.C.de temp.appel.l.per hanc.Solutio.In foro Iustiniani est vera ista secunda opinio,sed in foro ecclesiastico prima.Tamen opinio Legistarum ratione prævalet:quia testes in causa appellationis producuntur ad nouum effectum:scilicet ad cōfirmādum sententiam,vel infirmandum. nam magnus est iste effectus vltra terminos primę obligationis ascendens:patet exemplum ff. de excep.rei iudic.l.duobus.C.si plures vna sententia, leg. j. nam alterato effectu recipitur noua probatio,ff.de excep.l.sed si exceptio.Nam & decre.dicit hîc,quòd testes ante litem recepti, vt aliquis admittatur ad contradicendum,postea repetuntur,vt admissus vincat:quia variatur effectus,extrà de testibus,c. veniens. lib. vj Sic & testis receptus super inquisitione informanda iteratò est producendus super formata.Sed potest responderi, quòd ante litis contestationem non recipitur in figura iudicii,ff.de bon. poss. l.iiij.§.penult.& ideo non dicitur ritè receptus,quod ad negotiū principale.facit quod notatur in l.j.C.quorum bon.Bal.¶Sed pone:Titius accusatus de homicidio,confessus est homicidium,sed excusando se visus est probare,quòd fecit ad suam defensionem: & quia hoc non probauit nisi per vnum testem, condemnādus fuit:in causa appellationis vult per vnum alium testem defensionem probare,vt sic ex coniunctione duorum testium habeat probationem:nunquid potest secundum ius ciuile, quod est æquissimum,vt pleniori lumine subueniat̄ veritati? sed dico, quòd licet non possit pars,tamen iudex ex officio potest & debet,vt no. Innoc.de test.c.cùm clamor.quod est notabile.Et hæc est notabilis limitatio ad c.fraternitatis.de testi.Bal. ¶Sed nunquid iudex, qui condemnauit ex inquisitione,potest defendere suam in causa appellationis?Respondeo, sic: quia lex eum vocat aduersarium, C. de ap.l. si appellatus. Hoc est verum: tamen ex gestis coram se in prima causa,non ex aliis:quia ex illis tantùm debuit se fundare,vt no.in l.illicitas.§.veritas.ff.de of.præsi.Nam iudex,qui malè condemnauit,pretendit interesse,cùm teneatur ad interesse,vt l.seueriter.C.de excu.tut.Bal. Non propositum & non oppositum proponam & opponam: proponam ego actor : opponam ego reus, si ex eadem lite sit:secus si sit nouū capitulum,vt l.per hanc.Quid est dictum nouum capitulum?dixit Ioannes,id est nouum ius: dixit Azo,id est noua res:tertii dixerunt,id est noua causa non orta, sed intentione,Bald.¶Sed an sufficit aliquid probare, licet nō op posuerit?Dic,vt not ff.de pactis,l.si vnus.§.pactus.Bal. vide j. statim §.petii à te bouem.Petii à te decem actione ex mutuo:lite cō testata mutuaui:debet iudex condemnare te,ff.de pignor.act.l. si rem.§.fin.sed si appellaui, & præcedente appellatione mutuo nō prodest,secundum Ioannem: quia est nouum ius, non inclusum sub primò processu.Glo.dicit, quòd etiam in primo iudicio non prodest,ff.de iud.l.non potest.Distinctio ergo de primo & secundo iudicio est falsa:tamen verum est, quòd ad iudicem appellationis hoc non pertinet capitulum : & hoc ex parte actoris : sed ex parte rei sufficit ius superueniens, ff. de condiction. indebit. l. eleganter. §. si quis tamen. Interdum nec reo sufficit, ff. de rei vend.l.si post.& de condi.furtiua,l.& ideo.& tunc nec reus potest introducere hoc in causa appellationis : quia ex hoc non consequitur defensionem:& adde quod not.Cyn.in l.j.C.de ali.iu.mu. causa fact.vide s.eodem,§.quid est dicere. ¶Petii à te bouem, es absolutus:appellaui,&in causa appellationis volo probare,quòd debes ęstimationem,vel asinum:non possum:quia est nouum capitulum impertinens:nec potest mutari libellus in causa appellationis,secundum Azo.Sic & defensio rei debet esse de re,quæ petitur,non de alia re:facit ff.de arbitris,l.non distinguemus.§.de officio.& hoc verum dicit Azo.Bal.Sed si mutatur causa circa eandem rem,hoc potest fieri in causa appellationis: verbi gratia: Egi rei vendicatione,& sum prosecutus titulum emptionis in prima causa: in causa appellatiōis possum prosequi alium titulum: quia generaliter egerā.& sic includebatur sub libello: & licet fecerim malam positionem in prima causa,possum eam emendare in causa appellationis:quod no.secus,si non includebatur in libello, vt dixi.Sufficit ergo eam includi sub primis actis petitoriis,licet non includatur in probatoriis in prima causa factis, secundum Azo. Nouum enim capitulū dicitur,cùm res, vel causa mutatur, quod non corroborat ius actoris,vel rei circa idem, quod in iudicio est deductum:nouum capitulum non dicitur,quod oritur ex eadem causa,vel circa eandem causam incidit.Bal.vide j.statim §.egi cōtra colonū.& suprà,appellatio potest porrigi:aliàs corrigi.& omnino.j.eod. §. qualis est libellus opposuit. ¶Illud quod excluditur per aperturam processus,& didicita testificata,non potest postea probari: sed si excluditur per sententiam, sed non excluditur per processum testium,sic: & hoc de probatione testium: sed per instrumenta omnis probatio pertinens ad causam admittitur: impertinens verò non admittitur. ¶Et not. quòd sufficit intentari dominium & illud simpliciter probare per præscriptionē, vt no. in d.l.per hanc.ff.de except.rei iud.l.si mater. §. eandem per gloss. & Dynum,& Iacob. Butrig. Institut. de actionib. §. primo. Bald.

¶Egi

illud. §. j. & l. quòd si speciali. & datur ad hoc vtilis. actio in rem, ff.
p e. in causæ. & l. planè [p].

ADDITIONES.

a In libello. ¶Quando sit necessarius, dixit & remisit s̄. §. prox. versiculo, penultimo. quòd congruentius fuisset hoc præmissum sub isto §. qualiter.
b In fine. ¶Per hanc legem dicit ipse Vber. in l. ibi seq. ꝙ beneficiū restitutionis personale est: & sic exprimenda est causa in libello: faciunt no. ext. de lib. oblat. c. 2. in j. gl. ADDE, an minor debeat probare lęsionem, & qualiter illa probetur, Alex. cons. 21. j. lib. & contrarium eius, quod hîc tenet Spe. tenet ipse in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur.
c Alij contrà. ¶Scilicet Vber. prædictus, vbi s̄ & hoc post litem cō test. per no. C. de eden. l. edita. Ad l. scio. est responsum s̄. prox. sequen. Solue, vt ibi no. in fine. j. gl.
d Restitutionem. ¶Ac si dicat, potest, si nō est collatum: quod placet Hostiensi, si ecclesiæ & animabus expedit, vt ibi dixi. ADDE, vt per Ang. consil. 187. & 311.
e Inter cætera. ¶Ipse tamen Vincentius præ. decre. ex parte. tenuit cum Io. & Ber.
f Exdentata. ¶Sine dentibus: verbum Vin. in decre. constitutus. in prin. eo. tit.
g Nunquam. ¶ vide, quod scripsi de regula. cùm virum. super fi. 2. gl. vbi inuenies, qui doctores, & quæ gl. concord. huic dicto.
h Nostram. ¶Illa decr. dicit de tribus tantùm. & tene, quod habes de regul. constit. in fi. lib. vi.
i Secundum Vinc. ¶qui hoc not. eodem tit. cùm ex literis. & ibi etiam, quod statim sequitur.
k Secundum Vinc. ¶Hoc respon. not. & aliàs additur in prę. c. similiter. & vide, quod not. ea. causa, & quæstione iiij. c. j. item adde gl. & ibi Scribentes in cle. vnica. de restit. in integr. quam Doctores communiter adiiciebant.
l Iudex. ¶Solue per id, quod statim sequitur: & vltra id renunciat ibi ipso facto nolendo vti restitutione concessa.
m Iudex. ¶Et est hoc vltimum verbum Azon. in Summa, & idem Mar. de Fa. in vj. quæstione.
n Iudex. ¶Salua auctoris pace, Vin. ibi. loquit̄ expresè de rest. iam impetrata: & sic ēt loquitur l. vt s̄. patet. Vnde Mar. de Fa. vbi s̄. q. 7. tenet in futura restitutione contrarium, cùm ex tali renunciati one eo ipso pateat ecclesiam, vel minorem esse deceptam: & sic contra id etiam sæpiùs posset restitui, ff. de minor. & si sine. §. restitutus autem. & l. interdum. circa prin.
ADDE, ꝙ Ang. cons. 187. circa fi. tenet minorem & episcopum non posse renunciare futuræ restitutioni, per d. l. si iudex. & idem tenet Pano. in c. j. ext. e. etiam si iurauit episcopus: secus si minor: alleg. gl. singularem in c. j. e. ti. lib. vj.
o Secundum Vin. ¶Vbi s̄ sed in dec. plerunque de resc. in fin. dixit hoc sub dubio fortè, vt ibi scripsi in gl. quid erit.
p Planè. ¶Ad literam posuit hîc Io. de Deo in cauil. vltra medium vers. item hoc no. idem Mar. de Fa. vbi s̄. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Minori in tempore decepto quantum tempus in restitutione sibi facienda sit concedendum.*
2 *Ecclesiæ quantum tempus sit ad restitutionem sibi faciendam determinatum.*
3 *Ecclesia respublica æquiparantur.*
4 *Maior xxv. annis læsus in eius præsentia, intra quantum tēpus restitui debeat*
5 *Absens non debet plus iuris habere, quam si fuisset præsens.*
6 *Restitutione ex misericordia petita, non est tempus ad eam faciendā præfixū.*

¶Restitutio intra quod tempus danda sit.

a 4.§. Intra quod[a] tempus restitutio dāda sit, breuiter tangamus, licet cunctis hæc materia sit nota, & ab omnib

ADDITIO.

a Intra quod. ¶Dixi in Sum. de temp. in integ. restit. post prī. & hoc eius dictum posuit Tanc. vbi s̄. ver. intra quod tempus. vbi etiam continuat ver. seq.

omnib. tacta. Scias ergo, ꝙ minor xxv. ānis eā pt petere toto tempore minoris ætatis, etiam post completum 25. annum, secundū antiqua iura, intra annum vtilem: hodie verò vsque ad quadriennium à prima die xxvj. āni continuè numerādum, i. vsq; ad finem 29. anni, vt C. đ tem. in integ. rest. l. fin. & hoc cùm læditur ꝑ factū suum, siue per alienum, siue per suam, vel alienam negligentiam.

1 ¶† Sed si minor in tempore decipiatur, videlicet ꝙ patiatur tempus sibi labi in præiudicium rei, vel actionis suæ, & est in cā restitutionis, dicunt quidā, semper quadriennium sibi concedendum post 25. annum ad obtinendā restitutionem, per præ. l. Azo dixit quòd si lædatur tractu temporis; s. quadriēnij, vel maiori tempore, habebit quatuor annos ad restitutionem obtinendam, postꝗ peruenerit ad legitimā ætatem. Si verò minori tempore læditur potest eā petere toto tēpore minoris ætatis: & tanto tēpore post xxv. annum, quāto tempore fuit læsus, arg. ff. qñ acti. de pecu. est an. cùm post mortē. ff. de minor. interdum. §. planè si defunctus. & 47. distinct. omnes. in fin. & C. libr. x. de his, qui in exil. dati, vel

a or. mo. sunt, l. j. & de pœ. dist. j. vide[a]. ¶† In restitutione autem ec-

2 clesiæ ꝯcedēda, variāt Sapientes. dicūt. n. Ala. & G. Nat. eius discipulus, semper sine temporis ꝓfinitione eā sup eadē lęsione sibi ꝯcēdedā: quia ecclesia iure minoris semp debet illæsa seruari, extr. e. c. j. & exponunt Semp, quasi Quandocūque Sed ꝯ eos est expsè decr. Greg. extrauag. quæ incipit, ecclesia. e. tit.[b] Et quia si hoc

b verū esset, nulla ꝑscriptio, etiā quadragenaria, ꝯ ecclesiā curreret sed semp deberet seruari illæsa: qđ tamen falsum est, vt 16. q. 4. §. potest. ver. quas actiones. ext. de ꝑsc. de quarta, & ꝑ totū. Item sequeref ex hoc absurditas, vt melioris ꝯditionis esset, qui rem ecclesiæ, ꝑ xl. annos possideret nullo, vel iniusto titulo, ꝗ qui legitimo: cùm ibi tantùm restitutio locum habeat, vbi contractus tenet, & cùm nullum aliud superest remedium, vt s̃. §. 2. versi. & scias. Sic enim res posset vendicari post xl. annos per in integrum restitutionem ab eo, qui iusto titulo possidet: & ille, qui iniusto titulo per quadraginta annos possidet, post xl. annos tutus esset ꝑscriptione. Et ideo alij dicunt, ꝙ vsque ad 29. annos à die lęsionis factæ numerandos, ponentes ecclesiam in primo die natiuitatis minoris, arg. præ. dec. vbi dicitur, ecclesia iure minoris. & c. Tertij ponunt ecclesiam in 14. anno: ideo quia contra pupillum non currit præscriptio, sed cōtra ecclesiam sic, vt xvj. quæst. 3. placuit. sicut contra adolescentē: ideoque dicunt eam restituendam vsq;

c ad xv. annos à die læsionis[c]. Sed contra præmissas duas opi. opponitur, quòd nullo iure speciali fulciuntur: pp quod dicunt Laur. & T. eius discipulus, & B. discipulus T. & Vin. & dom. meus Host. & Iac. de Al. magister suus, & Innoc. IIII. & alij ferè omnes, standum esse legi, quæ dicit, ꝙ oīs restitutio fisci, rei publicæ, vel priuatæ, intra quadriennium limitatur, nec vltrà extenditur: & intra id tempus debet causa restitutionis tractari, & terminari, vt C. de tem. in integ. rest. l. fin. Ex quo patet restitutionem ecclesiæ faciēdam vsque ad quatuor annos, & non vltrà. Quod dicitur in præ. decr. Semper. exponunt, i. in omni contractu, vbicunque læditur enormiter, vt notet sempiternitatem contractuum, non temporum, vt ꝓbatur extr. eo. c. j. in fin. vbi fit restitutio ad ostendendū priuilegium contra sententiam, & capit. auditis. vbi fit ad allegationes omissas, & c. tum ex literis. vbi fit contra sententiam domini Papæ, & c. suscitata. & c. coram. vbi fit ad causæ instructionem, & similia. Patet ergo, quomodo fit semper, i. in omni contractu. Ponitur igitur ecclesia in xxv. anno: in quo qui est, minor est, ff. đ minor. l. denique. §. minorem. & habet quadriennium ad restitu-

3 endum, vt dixi. ¶† Hoc idem obtinet circa restitutionem reipublicæ: quia ecclesia & respublica comparantur, 23. quæst. 4. quid

4 ergo. & not. C. quib. ex cau. ma. in integ. rest. l. 3. ¶† Cæterùm in restitutione maiorum dico, quòd si maior xxv. annis in eius præsentia lædatur, restituendus est iusta de causa, cōputabiturq; quadriennium à die læsionis. Si verò in absentia læsus sit, computabitur ei tempus à die reuersionis, ita quòd tantum tempus sibi concedetur ad restitutionē, postulandam, quāto tpe fuit absens: vt s̃. dictum est de restitutione minorum, cùm decipiuntur in tempore, ſm Azo. ar. ff. ex qui. cau. ma. sed & si. §. sed cùm feriæ. & §. quoties. intra qđ tempus cā debuerat tractari & terminari. Quid si absens tantùm sit pvnam diem? Res. vnam tantùm diem habebit ad

5 restitutionem obtinendam, vt in præ. §. quoties. ¶† Sed quomodo intra diem illam ꝓbare poterit læsiones, seu læsionem, & sententiam obtinere? Res. sibi imputet, qui in tantum se arctauit, vt ff. si quis caut. l. ii. §. si quis tamen. non enim debet plus absens ha-

d bere ꝗ præsens habuisset[d]. ¶† Porrò vbi restitutio ex misericor-

6 dia petitur, vt s̃. §. quis autem. ver. in summa. ibi non est tempus ꝑfixum: imò quandocunque superiori visum fuerit, dabit eam: qa ecclesia nunquam claudit gremium redeunti, C. de sum. trinit. liquet. & xj. q. 3. de illis. 23. quę. 4. duo. Misericordiæ enim Dei nec terminum, nec mensuras ponere possumus, nec tempora diffinire, de pœ. dist. j. c. multiplex.

ADDITIONES.

a Vide. ¶ Dic, vt in cle. e. ti. ab ecclesia. quæ distinguit tempus intra quod, à tempore ad quod fit restitutio.

b Tit. ¶ Et habetur hodie libr. 6. ꝑ quā expedium est, ꝙ quadriēnij lapsus nocet ecclesiæ. ita quòd pòst non auditur nisi est causa: & per hanc exceptionem soluitur vlt. quæstio Mart. de Fa. vbi s̃.

c Læsionis. ¶ Adiungi posset noua opi. ꝙ ponatur ecclesia in fi. xij. anni: vt sic fauor ipsius augeatur: quia restituetur vsq; ad 17. annū & sic pubertatis fœmineæ, non virilis consideratio habeatur, ex quo fœmineum est eius nomen, & declinatur, vt tale: Io. de Deo dixit, vbi s̃. in Cauil. l. in fi. quòd ecclesia restituitur vsque ad ꝑscriptionem completam, dicens. pecus esse, qui tenebat contrarium: charitatiuus erat cognomen suum aliis tribuendo.

d Habuisset. ¶ Quæstio & solutio ista cessat hodie, & iustificat đ terminationem clem. superiùs alleg. distinguentis tempus ad quod & tempus intra quod: & responsiones ad contraria ibi vide in gl. hæc erant.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus ab eo, qui non habet propriam iurisdictionē, vel administrationem, an possit restituere, vel de restitutione cognoscere.*
2 *Ordinarius non habens administrationem, an possit de restitutione in integrum cognoscere.*
3 *Causa restitutionis in quo foro tractanda sit.*
4 *Ordinarius in quibus habeat de restitutione in integrum cognoscere, & disponere.*
5 *Legatus dicitur contra sententiam delegati posse restituere.*
6 *Appellans censetur iudicem iniquè pronunciasse fateri.*
7 *Iudex ecclesiasticus potest aliquem ad famam restituere.*

¶ Restituere in integrum quis possit.

5. §. Videndum restat, quis possit restituere. Et qdem qlibet iudex, tam ordinarius, ꝗ delegatus, siue sit delegatus à Principe, siue ab alio ordinario admini-

a strationē[a] habēte: & hoc, siue principaliter, siue incidēter. ¶† Sed

1 si delegatus est ab eo, q ñ habet ꝓpriā iurisdictionē, seu administrationem, ille restituere, vel đ hoc cognoscere ñ pt: nec etiā arbiter com ꝓmissarius, nisi incidenter: sed delegatus restituere pt, si hoc sibi specialiter demandetur, ext. e. ti. cā. & c. j. & c. tum ex literis. C. vbi, & apud quos, l. fi. ff. de minor. in causæ. & duabus legib[9] sequentib. & l. præses. Et ꝙ arbiter possit incidenter de in integrū restitutione cognoscere, habetur in præ. c. cùm ex literis. & pro-

2 batur C. de or. iu. l. j. C. de iu. quoties. ¶† Sed nunquid ipse ordinarius non habens administrationē, de hoc pt principaliter cognoscere? Dic, ꝙ non, arg. in præ. decr. causa. in principio, à contra-

b rio sensu[b] & in præ. tit. vbi, & apud quos, l. fin. vbi dicitur, ꝙ illi soli, qui ibi connumerantur, possunt de hoc cognoscere: sed iste ibi non enumeratur, vt & ibi not. Ergo, & c. Item vicarius alicuius iudicis cognoscet de restitutione, vt C. de offic. eius, qui vic. alic. iu.

3 obti. l. j. ¶† Tractabitur autem causa restitutionis in foro eius, ꝯ quem petitur, C. vbi, & apud quos in integ. restitutio. post. l. ij.

4 ¶† Et nota, ꝙ ordinarius cognoscit de restitutione, restituendo tam in contractibus, quàm in aliis, & etiam contra sententiam à seipso latam, vel à prædecessore, seu à suo inferiore, sed ñ contra sententiam à maiore latam: licet sit arg. contrà l. distinction. acce-

c dens[c]. veruntamen solus Princeps restituit in iure contra sententiam sui procuratoris, vel iudicis, quem ipse delegauit, vel contra res bis iudicatas, vel contra sententiam suam, licet rarò, vt hęc leguntur & not. C. eo. titu. l. j. C. si adersus rem iudicatam, si aduersus ff. de minoribus, in causæ. §. fin. & l. præfecti. & l. minor xxv. q. ix. quod quis. & xxj. distinct. inferior. ext. de in integ. restit. tum ex

5 literis. extrà de elect. innotuit. ibi, par in parem, & c. ¶† Nunc legatus restituit contra sententiam delegati, nisi habeat speciale mandatum, extrà de offic. deleg. studuisti. ¶ Itē is, q tulit sñiam, pt đ in integrū restitutiōe ꝯ suā sētētiā cognoscere, vt ff. đ minor. ī causæ. §. fi. & l. præfecti. Secus in eo, à cuius sententia appellatur, qui non potest de eius appellatione cognoscere, vt C. de appellat. eos. prope prin. extrà. de appel. vt debitus. & de mat. contra in-

6 terdictum ecclesiæ contracto. capitul. j. ¶† Sed quæ est ratio diuersitatis? Respond. qui appellat, dicit iudicem iniquè pronunciasse: ideoque iudex propter vereeundiam non de facili suam sententiam reuocaret, argument. extrà de cler. coniuga. diuersis. extrà de accu. qualiter. j. At qui petit restitui, non dicit iudicem bñ vel malè ꝓnūciasse, sed dicit se sui facilitate, vel aduersarij calliditate deceptum: & ideo supplicat iudici, vt ei p restitutionem subuen

ADDITIONES.

a Administrationem. ¶ Cui iurisdictio adhæreat, vt dicit l. j. alleg.
b Sensu. ¶ Et scripsi e. ti §. j. in prin.
c Accedens. ¶ Solue, vt no. xxiij. q. ij. latorem. in vlt. gl.

7 subueniat. ¶ † Itē iudex ecclesiasticus restituit aliquem ad famā, vt videtur arg. extrà de simo. c. ex diligenti. xvj. q. 6. auctoritate. & extrà de re iud. cùm te, secundum Ioan. & Vin. Tu dic, ꝙ in præd. dec. non restituit, sed dicit ibi, illum ipso iure nō teneri, cùm nulla, vel modica fuerit iniuria, vt & ibi no. in gl. qa non, &c. sed Papa hoc potest, vt s̄. de sent. §. vt autem. ver. item no. & vide s̄. de legato, §. postremò. ver. hoc etiam not. Vtrùm Papa, vel Princeps, vel senatus, vel episcop⁹, vel collegium Cardinalium, vel Reges possint restituere in integrum ad famam, & ad honores, & ad quos, & quando, not. in præ. c. cùm te, & s̄. de legato, §. sunt quoque. §. fi. Vtrùm autem Potestas, vel prælatus dabunt restitutionem contra ciuitatem, vel ecclesiam, dixi s̄. §. j. vers. sed nunquid prælatus.

SVMMARIVM.

1 *Res, super qua postulatur, alienari non debet: nec aliquid in præiudicium postulantis fieri, donec restitutio fuerit expedita.*
2 *Restitutio in integrum an per litis contestationem perpetuetur.*
3 *Testibus per minores, vel ecclesiam in eorum causam inductis, nil pro eis dicentibus, vel causam dicti sui requisiti non reddentibus, quid sit agendum.*
4 *Læsio, à qua petitur restitutio, qualiter sit probanda.*
5 *Minor, vel quasi minor, ex lubrico ætatis, vel dolo aduersarij deceptus, qualiter sit restituendus.*
6 *Minor fundum paternum vendens, & super hoc fideiussores dans, an si conueniatur, debeat restitui.*
7 *Duobus minoribus cum aliquo contrahentibus, si ambo, lędantur, vnus autem tantùm petit restitui, an prosit alteri.*
8 *Priuilegia singulorum communem legem non faciunt.*

¶ Effectus restitutionis in integrum quis sit.

6. §. Vltimo videndum restat de effectu restitutionis in integrum. Et quidem is est, vt ea postulata & obtenta, omnia, sint in eo statu, in quo erant prius quàm postu-
1 laretur, seu cùm postulari cœpit. ¶ † Nec enim res, super qua postulatur, alienari debet, nec sententia executioni mandari, nec aliquid fieri in præiudicium postulantis, donec restitutio fuerit expedita, C. in integ. rest. postul. ne quid noui fiat, l. j. Sed videtur, ꝙ ea pendente fiat executio sententiæ, vt extra eo. ca. suscitata. Dic, quòd ibi non pendebat: imò etiam data erat: sed quia ibi contra petentem eam valde præsumit: idcirco sententia executioni mādatur præstita cautione, vt ibi dicitur. Vel dic, quòd illud fuit pro-
8 uisio Papę: vel dic, vt ibi [a]. Restitutione autem cōcessa contra sententiam, vel causæ processum, auditur restitutus ex integro, sicut ante sententiam: vel admittitur ad id, ad quod petiit se restitui, extr. eo. auditis. & c. ex literis. Si verò restitutio concessa est super aliquo contractu, vnusquisq; recepit, quod dedit: & quod suum est, vel ex suo peruenit, vt C. de reputationib. l. vnica, ff. de minor. minor. §. restitutio. extr. eo. c. j. quoniam nemo debet cum aliena iactura locupletari, vt ff. de transact. cùm hi. §. sanè. ff. de cond. inde. nam hoc natura. extrà. de pœnis, suam. liiij. distinct. generalis. in fi.
2 ¶ † Sed nunquid in integrum restitutio perpetuatur per litis cōtestationem? Dic, quòd non: imò quadriennio clauditur, ff. de minor. Papinianus. in fin. & s̄. §. j. fortè cùm mouetur in consistorio principis, secundum do. meum. vel si non perpetuatur, saltem interrumpitur, extr. eod. tum ex literis. & c. suscitata. Non enim debet iure proprio sine sui culpa priuari pars, per quā non stat, sed fortè per iudicem, vel aduersarium, quò minus cā fuerit expedita, lvj. dist. satis peruersum. extr. de consti. cognoscētes. de hoc extr. de off iud. c. ij. Quod de rescissoria dicunt quidam, non perpetuari per litis contestationem: sed Io. contrà, cùm nulla lege sit ꝓ-
b hibitum, & de hac [b] vide j̄. in tractatu libellor. eod. tit. ¶ † Quid si
3 in causa minoris, vel ecclesiæ, testes per eos inducti nihil pro eis dicunt, vel causam dicti sui requisiti non reddunt? Resp. tunc petant se restitui in integrum ad inducēdos nouos testes, ff. de min. ait prætor. § nō solùm. & l. minor. Sed dicet pars aduersa: Non debes restitui, nisi priùs probes læsionem, & personam, & locum aptum ad hoc, ff. eo. verùm. §. item no. & ff. de iureiu. nam & postea.
c §. si minor. ff. de integ. rest. minor [c]. omnis. ¶ † Quomodo autem
4 probabitur læsio? Et quidem videtur necessarium, quòd hoc modo, vt isti testes noui producantur, & dicant in dicto suo, quòd si ante aperturam testium ꝓducti fuissent, hoc idem dixissent: & tunc iudex auditis eorum dictis cognoscet, an fuerit expediens minori, vel ecclesiæ, eos ꝓduxisse: & tunc si viderit faciendum, restituet ad producendum eos. Sed dices: Nónne semel testificati sunt in hac causa? quomodo ergo amplius in ea testificabuntur contra illud 4. q. 3. §. item in criminali. in prin. & ff. de testi. producti. Respon. testificati sunt in causa restitutionis, siue incidenti q̄stione: nunc testificabuntur in principali. Sed dicet pars altera, ꝙ eadem videtur quæstio, vt ff. de procur. qui proprio. Præterea si nunc dicant aliud & aliter, quàm primò dixerint, sequitur magnū inconueniēs: & ideo dixit Vbert. de Bo. quòd detur electio parti, contra quam producuntur, vel quòd approbet dicta istorum, vel quòd iterum iuret, C. de testi. l. fi. & extr. eo. tit. præsentata. vel, vt vitentur prædictæ oppositiones, dici potest, quòd eo ipso, quòd producunt nouas personas, quas ab initio non induxerunt, satis videntur læsi: & sic recipientur sine alia probatione, vel productione, vt ff. de minor. l. & si sine. §. item. & s̄. §. j. versic. illud quoque. Sed non videtur hęc restitutio danda minori, vel ecclesię, cùm iā didicerint testificata priorum. Vnde etiam per rescriptum Principis non possunt ampli⁹ testes producere: ergo multò minus per edictum, in auth. de testi. §. quoniam Sed respon. per instantiam:
d quæ responsio in causa debet admitti [d], vt ff. de acqui. pos. l. j. §. si
e filius [e]. nam minor, vel ecclesia venit per edictum contra contractū, contra sententiam, contra vēditionem, contra transactionē, & similia, vt C. si aduersus transact. & si aduersus vendition. & similib. & tamen per rescriptum Principis non potest venire contrà, C. de preci. Imper. offer. quoties. C. de transact. l. causas. C. sen. rescin. non posse, l. fi. Sed dicet is, contra quem producuntur, hęc instantia nō est vera: quia & per rescriptum venit quis cōtra prædicta, vt not. in præ. l. quoties. & C. de rei vend. ratas. Ad quod respondeat volens producere: Bene fateor, quòd venit contra pręmissa per rescriptum Principis, si dicatur in eo, non obstante tali lege, ff. ne quid in loco pu. fiat, l. ij. §. si quis à principe. ff. de lega. 3. si quis in principio. in auth. de testa. imperfect. & extrà de offi. de-
f leg. ex parte. & not. s̄. de instrum. edi. §. nunc autem. ver. & scias [f]. Et concedo, quòd si dominus Imperator dicit, non obstante constitutione, de testibus. producat testes, is, qui didicit testificata, valebit rescriptum, vt in prędict. l. & ff. de constit. prin. l. j. ¶ Item adhuc instabit aduersarius: Non debes restitui ad producendos te-
5 stes. † minor enim, vel quasi minor, debet restitui, si ex lubrico ætatis, vel dolo aduersarij sit deceptus, vt C. de minor. l. 4. & C. & ff. de dolo, per totum. At dolo meo factum non fuit, quò minus produceres, nec etiam lubrico ætatis: quia pro parte tuu præmissa fuit diligens inquisitio pro quærendis omnibus testibus, quos erat verisimile veritatem scire. Si igitur factum fuit, quod à diligentissimo patrefamilias factum fuisset, licet nunc aliqui dicant se scire veritatem, non ideo debes restitui ad producendum eos quia non fuisti lęsus in eis, C. de in integrum restitutione, minor. l. fi. ff. de minor. verum. §. item si locupleti. Sit igitur iudex cautus & iustus. nec nimis in dando promptus, nec in negando durus, iuxta illud Catonis:

Constans & lenis, cùm res expostulat, esto:

xlv. distinctione, vera. & c. omnis. & c. disciplina. extrà de pur. can. inter solicitudines. ver. attendentes. nam & si vix videatur danda restitutio, tn̄ datur, ff. eodem, intra vtile. §. vno. Sed si litigator nō sit minor, vel quasi minor, nec probat per testes, tunc aduocatus miser à limine iudiciorum excludetur, & condemnabitur in expensis, extrà de raptor. c. fi. de pœnis, c. calumniam. de elec. c. statu
g imus. §. adiiciamus. & de excep. pia. §. si quis [g]. C. de iud. l. properā
6 dum. ¶ † Hoc quoque sciendum est, ꝙ si minor, qui fundū paternum vendidit, & super hoc fideiussores dedit, cōueniatur, potest restitui ad rem, vel etiam ꝯ emptorem, si conueniatur de duplo, adeò vt postea ad eum periculum euictionis non spectet: verumē hoc fideiussoribus n̄ prodest, vt ff. de fideiussorib. l. j. Sed ꝯtrà: nam per restitutionem tollitur principalis obligatio: ergo & fideiussoria per consequens, ff. de reg. iur. l. cùm principalis. ext. de cēsi. c. grauis. Resp. dico, quòd ciuilis tantùm per restitutionem eliditur, sicut per rem iudicatam, vt ff. de condi. indeb. Iulianus. & l. credit. ergo naturalis remanet. cui potest accedere fideiussor, vt
7 ff. de fideius. fideiussor. ¶ † Quid si duo minores contrahunt cum aliquo, & ambo læsi sunt, vnus verò tantùm petit restitui in integrum,

ADDITIONES.

a Ibi. ¶ in gl. penul. & quod super ea dixi.
b Hac. ¶ Nota, quia dicit De hac, non dicit de hoc. ego autem de hoc ibi dicam super rubrica.
c Minor. ¶ An autem tunc aduersari⁹ testes producere possit, vide s̄. de dilat. §. vidēdum. ver. in summa. & ibi vide hoc omissum, quo modo restituto minore, vel ecclesia, aduersarius etiam maior intelligitur restitutus.
d Admitti. ¶ j. q. i. sicut vrgeri. vbi de hoc.
e Filius. ¶ Non est ibi iste §. bene est Offidius. qui non facit, nec est. probatur tamen ibi per eum, & §. per procuratorem. versicul. alioquin.
f Scias. ¶ Circa quod vide plenam remissionem, quam ibi dedi.
g Quis. ¶ lib. vj.

grum, nunquid proderit alteri? Videtur quòd sic, sicut in appellatione, vt 2.q.6.§.sunt etiam, quorum.ver.quandoq; vnam.& no. ext.de ap.c.penul. quia id facit restitutio minorib. quod appellatio maioribus, ff.de minor.preses.secundum.Alb.Pap.Ar.tamen contrà, ff.e.ti.l.3.§.sed & vtrùm.ibi, non fuit propositum prætoris denegare restitutionem minori, sed maiori. Item quia hoc beneficium est personale, & singulare, ext.de priuil.sanè. & de inst.
8 cùm venissent.† priuilegia enim singulorum communem legẽ non faciũt, xxvj.q.2.c.non exemplo. Item in cõtrarium est illud generale, res inter alios acta, &c.ext.de præben.dilecto.in fi.& ea quæ ibi no.expressè C.si in com.eademque causa in integ. restit.
a postul.l.vnica, in fi.[a]

ADDITIO.

a In fi.¶Gl.ibi tenet hoc secundum in indiuiduo: primam partem in diuiduo. sed Cy.post Pe.ibi contrà, quòd etiam in indiuido nõ prosit fratri: loquitur tamen in maiore. ibi vide.

¶Baldus de Restitutione in integrum.

VBI restitutio datur ad appellandum, non cassantur acta priùs habita: secus, si detur contra sententiam. Secundum Vin. loquitur in restitutione petita & obtenta: & primo casu restitutionis concessio habet vim interlocutoriæ, secundo diffinitiuæ. Bal.§.j.ver. itẽ sup.& seq.G.¶Ex noua causa restitutio denegata iterum impetratur. Et quæ dicatur noua causa, ver.sed quam vocas. G.¶Nec ecclesia, nec minor, restituitur ad opponẽda crimina, vel defectus, vers.sed pone, ecclesia. G.¶Per instrumentum matrimonij probatur ætas prolis: sed non per instrumentum dotis, si dos est promissa pro matrimonio ꝯtõ. Si autem pro ꝯhendo, probatur ętas præsumptiuè, ver.sed cuiusmodi. G. Sed vnde sumitur ista præsũptio? Respõ. per locum à cõmuniter accidentibus, vt no. in simili C.de prob.l.neq;. quod est notabile. Sic & ꝑ instrumẽtũ dotis ꝓbatur matrimoniũ, in auth.vt fratrũ filij, in prin.s.per locũ à communiter accidentibus: quia non cõsueuit fieri instrumẽtũ dotis, nisi inter veros, & nõ simulatos cõiuges. Bal.¶Qui iurauit se maiorem in contractu, reputatur maior etiam in iudicio, quod inde sequitur. vñ debet ꝑ se, tanquã maior, litigare, nõ cũ curatore: qđ ẽ notabile. Gul.¶Castrũ & villa habẽt priuilegia ciuitatũ, vt no. Azo. in Summa de magist.munic. non tñ habet locum in castris, l.vlt.C.de sacrosan.ecc. sed bene habet locũ in eis beneficium restitutionis. & facit ff.de mu.pet.l.ædiles. non tñ poterit hoc petere corã suo Potestate: quia Potestas in hoc reputatur pars esse, ñ iudex cõpetens, ver.idẽ quoq;.& ver.sed nunquid. Guil.¶Legitimi & publici administratores possunt petere restitutionem in integrũ sine speciali mãdato: secus in procuratore, nisi incidenter emergat, ver.prælatus aũt.& seq. Gul.¶Quæ præscriptiones currãt minori & ecclesię, & quæ non currant, ver.hoc aũt no.&ver. sequenti. G.¶Præscriptio statutaria currit cuilibet minori, extr. eodem, constitutus. quia statutũ & consuetudo ligat minores.¶Item generalis cõsuetudo facit ẽt ecclesiis præiudiciũ ipso iure, ibidem, & vers.vt autem. G.¶Papa Clemẽs ꝓnunciauit pro mercatoribus ꝯ Treuerensem, ꝙ post bienniũ non posset eis opponi exceptio non numeratæ pecuniæ: secus in minore, ver. hoc autẽ G.C.de curato.furio.l.ij.in gl.& sic ecclesia non gaudet iure minoris, per l.fi.C.in quib.cau.in integ. resti.nõ est nec. Et est ratio, quia ecclesia semper est ecclesia: sed minor non semper erit minor: sic ff.de tut.& ratio.distrah.l.nisi.§.fi.Bal.¶Nunquid absens occasione Potestariæ, quã acceptauit, dicatur ex publica cã absẽs? ver.quid si is, qui. Gul.¶Restitutio alia nititur iustitiæ, & est necessariæ iurisdictionis: alia misericordiæ, vt restitutio famæ, ff.de postu.l.j.§.de qua.vers.in summa no.B.& ĵ.§.videndum. ante fin. Guliel. Si petitur restitutio ad obtinendam dilationem, vel tẽpus ad probandum, vel excipiendum, læsio probatur ex solo lapsu tẽporis, si exceptio, vel positio, quæ probari intẽditur, sit iusta, ver. illud quoq;. Si aũt post didicita testificata petitur restitutio ad testes producẽdos, summatim debet probare ꝓ habẽda restitutione de læsione, & de interesse petẽtis restitui, ĵ.§.vltimò. ver. quid si in causa. Si autem ꝯ sententiã, vel ꝯ ꝯtũ petatur restitutio, plenè probãda est læsio: ibidem quæ verba not. G.¶Quid si minor post sentẽtiã petit restitutionẽ ad opponẽdũ peremptoriã exceptionẽ? dico, quòd non impedit executionẽ sententiæ, quia non petitur contra sententiam: nam sententia valet, & meretur executionem, licet exceptio speretur opponi, vt C.de iur.& fa.igno. l.j.& ideo quia restitutio desiderat altiorẽ indaginem, non impedit executionẽ, ff.de iurei.l.nam & postea. in prin. & ita loquitur c.suscitata.e.ti. Sed vbi petitur restitutio ꝯ sententiã, putà quia lata fuit per dolũ, tũc cessat interim executio, ff.de iud.l.si prætor.§. Marcellus, C.de in integ.rest.ꝑ l.j.C.de transl.l.si causa.ff. de inoffi. test.l.Papinianus.§.si filius.arg.de excu.tut.l.diximus. nisi petatur per malitia: sed hoc arbitrio iudicis relinquitur, C.de ord.cognit. l.fi. facit ad prædicta C.de fal.l.satis apertè. C.si ex fal.instr.l.fi.& vide ibi per Bar.& vide ĵ.§.finali, in prin. G.¶Ecclesia non restituitur contra ꝯfessionem, nisi probato errore: tũc restituitur etiam post sñiam, ver.sed nunquid ecclesia. G. Imò idẽ, si ex certa scientia, ff.de minorib.l.si ex causa.§.nunc videndũ. Sufficit ergo probare rẽ aliter se habere, ff.de interrog.act.l.de ætate.§.fi.& ita ĩtelligitur l.si filius. eodem tit.¶Itẽ no.ꝙ error negantis probatur solaꝯfessione, in d.§.nunc videndũ. Sed error confitentis nõ probatur sola negatione, sed probatione contrarij, C.de iur.& fac.ign.l.nisi post diui.B.¶In causa restitutionis in integrũ proceditur lite nõ contestata, si reus abest, vel præsens nõ vult litẽ contestari, C.de tem.ap.l.fi.§.illud. quia aliter potest consuli petitori: cùm restitutio in integrũ non perpetuetur, nisi per sententiã diffinitiuã.¶Itẽ concedere restitutionem, est potiùs decretũ, quàm sententia: ergo, &c.de bo.pos.l.3.§.pen.ver.quid ergo, si is.& ar.ff.de mino. præses.no.G.¶Petitio restitutionis debet ꝯtinere qualitatem & causam læsionis: secus in appellatione, ĵ.in §.qualiter.ver.j.&seq. G. Hoc tenet gl.ff.de min.l.verũ.§.sciendum.&probatur e.ti.l.minor aũt magistratus. Bal.¶Minor & ecclesia possunt renunciare beneficio restitutionis obtento, ff.de minor.l.si iudex nõ obtinẽdo.ff.de noua.l.doli mali.in §.qualiter. vers.sed nunquid. G. ff.de verb.obl.l.sciendum.in gl.ord.¶Ecclesia censetur iure minoris, quo ad acquirẽdum beneficiũ restitutionis, nõ quo ad restituendũ, ne quadrienniũ currat: sed statim cùm natum est, currit ecclesiæ, vel maiori, in §.in quod. G.¶Imputet sibi, qui se arctat ad vnũ diem, in quo probare non potest, ver.fi.G.C.de temp.ap.l.3. & l.fi.§.j.Bal.¶Singulare ius restitutionis non porrigitur ad socium eiusdem litis, C.si vnus.ex plu.per l.fi.in §.fi.ver.fi.G.¶Item singulare ius restitutionis non porrigitur ad accessoria specificè causa non deducta, ff.de cond.indeb.l.fi.§.fi.in gl. ord. Non obstat §.itẽ sciendũ. quia extensio nõ habet locũ in iudicio rest.in integrum, quod valde stricti iuris est. Bal.¶Mater ratione minoris ætatis excusatur, si filio tutorem non petiit. Et sufficit fuisse minorẽ à principio, quo indiguit minor filius tutore, in §.j.ver.sed quid ipsa.G. Nam principium temporis spectamus, ff.de infa.l.quid ergo.& đ excus.tut.l.ij.§.ætas.& ita no.C.in quib.cau.in integ.resti.non est necess.l.j.in gl.ord.nã ista immunitas perpetua esse debet. Sed ꝯ, ff. de leg.2.l.Titia.§.vsuras. nam vbi ętas est immediata cã beneficij, cessante ætate cessat beneficium. Sed illud loquitur in beneficio successiuo, hîc in instante liberatione. Itẽ illud non est priuilegiũ quia est secũdum ius naturale, quod est ius commune: innititur enim ætatis imbecillati, C.de leg.tut.l.fi.Bal.¶Restitutio in integrũ ꝑt implorari incidenter super emergenti, vel incidenti, nõ super principali, s.ad fundandam originem petitionis. Nã præpostere rum eẽt priùs rescissoria, quàm officio iudicis, ff.de excep.l.exceptio, & l.ꝗ personæ.§.fi.sed ad fundandã exceptionem, vel replicationem ꝑt incidẽter peti restitutio. Tamen ordo verborum est vt primò petatur restitutio, & exinde excipiatur, vel replicetur, l. nã & postea.§.si minor.ff. de iurei.& Inst.de actio.§.rursus. ꝑ Dy. ¶Minor, qui commisit dolum inficiãdo verũ, restituitur, ff.de minor.l.si ex cã.§.ij. Quomodo est hoc? Resp. mendacium est delictũ verbi: secus in delicto facti. Itẽ mendacium negãtis potest purgari per confessionem, vt no. Inst.de actio.§.itẽ mista est actio de eo. ideo speciale est.¶Aetas probatur testibus, scripturis, & ꝯiecturis, ff.de excus.tut.l.2.§.ætas.C.si minor se maio.dix.l.si alterius C.de his, ꝗ ven.ætat.imp.l.omnes.ff.de prob.l.cùm de ætate. Et ẽ spãle in ætate ꝓbãda, ꝙ iudex ꝑt imponere probationẽ, cui vult s.ex aspectu, vt no.ff.de minor.l.de ætate. Est & aliud speciale: quia sententia lata super ætate ex aspectu, nunquam transit in rem iudicatam: quia oculus officialium sæpe fallitur: & quia est interlocutoria lata ex præsumptione iudicis tãtùm: sed transfert onus ꝓbandi, ff.de minor.l.minor xxv.annis, ex aspectu. Quod intelligo si sit lata citata parte: aliàs non transfert onus probandi, ar. notatorum C.quo bon.l.j.ff.de bo.pos.l.3.§.pen.& facit, quod not.ff.de interrog.act.l.de ætate.in prin.& C.de iur.calum.l.2.§. quod obseruari.& ff.de mino.l.etiam.§.fi.Bal.

ADDITIONES NOVAE.

So Nota ꝙ restitutio est restringenda, quia est iuri cõmuni cõtraria, no. in l.fi.ff.de condit.indeb. Inn. in c.ex transmissa. de præsc.

Ciuitas non restituitur in integrum, Inn. in c.cum venissent. de in integ.resti.

Nota ꝙ restituitur minor si potuit cum aduersario trãsigere, & non transegit: restituitur enim ad ipsam transactionem faciendã. notat gl. in l.ex causa.§.nunc videndum.ff.de minor.

Nota ꝙ beneficium restitutionis potest cedi per minorẽ, no. in l.quòd si minor. in prin. de minor. & l.si ex pluribus. de admi.tut.

Nota ꝙ in cã quæ reiteratur remedio restitutionis in integrum

non productum in prima causa producere possum,& non proba tum probare ad hoc allegatur l.in fraudem. §.neq; instrumenta. de iure fisci.

An beneficiũ restitutionis possit opponi p viã exceptiõis. Gl.ĩ l.nam & postea.§.si minor.de iurei.& dicit q nõ.idem no.in l.nec non §.exemplo ff.ex qui.cau.matri.& in l.penul.ff.de auct.tu.

An minor possit petere restitutionẽ in integrũ de ɔtibus cele bratis in tempore quadriennij quod dať ad petendũ restitutionẽ in integrũ.casus q sic,aliàs non,in l.fi.§.sin autem.C.de repu.her.

An res minoris obligenť in casib⁹,in qbus induciť tacita hypotheca,Bal.in l.conditionibus.de condi.& dem.& l.si constante.in prin.sol.mat.& l.item quia.de pac.gl.in l.fi.C.de leg.tu.& l.certi. C.loca.per Cy.

Statuto cauetur quòd pro datiis&gabellis sint bona cuiuslibet obligata:an bona minoris erunt obligata.Bal.vbi s.& Bar. in dic. l.conditionibus.

Si adultus fecit testamentum,an possit petere beneficium resti tutionis in integrum,si dicatur ipsum inconsultè testatum. Bar.ĩ l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad Trebel.

Nota q ista impediunt restitutionẽ,renũciatio,ext.de rest.spo. accepta.res iudicata,c.ti.c.audita.2.q.vij.§.diffinitiua.aliàs 3.q.1. dilapidatio.3.qu.3.quia contumacia.2.qu.ix.decernimus.vitatio scandali,3.q.6.hæc quæ.Criminis enormitas,2.q.5.sicut excõica tio.2.qu.3.placuit.Præcedens compositio,ff.si quis cau.l.2.§.j.& c.audita.de resti.spol.& alia ratio per Bal.in c.j.ext.de in inte.rest.

Nota q iudicium restitutionis in integrum restringitur ad peti ta:vnde ext.petita etiam accessoria non veniũt. Item q exceptio compensationis non potest opponi in restitutione in integrum postulanda,Bal.ad hoc allegat l.stichus.§.fi.de cond.indeb.

An iudex qui cognoscit de restitutione,si videat sententiam ñ valere,possit pronunciare ipsam non valere, sicut iudex appellationis,no.in c.cum R.& c.cum contingat.& c.coram.de of.del.

An restitutio in integrum & nullitas possint eodem libello intentari conditionaliter,Inn.in c.constitutus.de in inte.resti.

Quid differunt restitui contra sententiam & restitui ad appellã dum,Inn.in c.fi.de in integ.restit.

In l.j.C.de repu.quæ fiunt in iud.Bal.quærit.quid si minor allegat dolũ in vẽditiõe.& dum petit restitutionẽ ad rẽ,dicit aduersa rius,redde mihi preciũ,dicit minor nolo ratione doli tui,quia nõ teneor,an possit allegari hoc,Bal.ibi non decidit.sed dicit,cogita.

In l.si duo patroni.§.idem Iulianus.de iurei.& l.sciendũ.de ver. obl.Bal.tenet ɔ Dy.in q.de minore,qui iurauit se nõ venturũ cõ tra cõtractũ.nã dicit.Dy.q pt petere restitutionem in integrũ,ni si de cã fuerit certioratus.Bar.q sufficit minorẽ certioratũ sup facto vel sup ɔctu.tũc eñ tolliť omne ius qđ posset sibi ɔpetere ad veniẽdũ ɔ factũ ipsum. fa.aut.sacramẽta.C.si aduer.ven.q dicit su p ɔctibus rerũ suarũ non renunciandis,&c. non autem super restitutione non petenda.sufficit ergo quòd iuret non venire con tra,& sic super facto.

An restitutio in integrũ possit peti coram arbitro.not.in l.fi.C. vbi & apud quem.Item an corã arbitratore,& Bar.ibid. quòd sic.

In l.verũ.§.sciendũ.de min.gl.quæ incipit oportet,nota istã gl. quia aduocati debent eam scire,vt sciant capitulare,quia cum de ipsis nõ inueniretur copulatiuè probatũ,obtinuit in ea.Bal.vbi s.

An restitutio in integrũ peti possit pẽdẽte appellatiõe,Bal.in l. ab eo.C.quomo.&quan.in gl.in l.in rẽ C.si aduer.rem iud.fac.l.si minoris.de admi.tut.Bal.in l.si præses.de ap.& in l.si causa cogni. de transac.& in l.j.C.in inte.rest.post.Bar.in l.defen.de aucto.tu.l. eos.C.de exec.rei iu.& aut.quæ supplicatio.de pre.im.of.& l.j.ne lice.in vna cau.tertiò prouoc.

In l.nam & postea.§.si minor.de iurei.ex hoc tex.dicit Bar.q mi nor qui nõ appellauit nõ diciť læsus eo ipso q nõ appellauit,nisi doceat se aliqd habere pp quod in causa appellatiõis debeat vincere,nec obstat l.si minor.§.i.de mi.qa ibi ante sñiam latã minor renũciauit appellatiõi.vñ eo ipso q renũciat decipiť,quia possibi le est sñiam iniustam sequi. & sic constat ipsum statim decipi, nisi appareat ipsum fouere iniustam cãm, vt hic. Item per hoc habes q si minor nõ probauit ĩ.terminũ,nõ statim tãquam læsus debet restitui ad terminũ nisi ostendat se habere probationes vt hic & eodem modo si petat se restitui ad allegationem omissam, nõ re stituiť,nisi doceat illam allegationẽ habere.ita intelligiť l. minor xx.annis omissam.de mino.ita intelligiť Inn.in c.auditis.& c.felicis.de in inte.rest.fiet tñ in hoc iudicio,quo qriť an minor sit læs⁹ facilior probatio,an haberet vel nõ: sufficit eñ q ostẽdat iudici præsumptiuè,q minor potuisset pbare,arg.l.in l.Aquil.si deletũ. ad l.Aquil.& istæ probationes quæ fiunt hic, non facerent plenã fidem in causa principali,vt c.veniens ext.de rest.Bar.

In aut.si captiuj.de epis.& de Bel.quærit,pone,q tempore quo carceratus fuit pater alicuius,filius erat minor xviij.annis: tamen pater diu stetit in carcere,ita q filius est effectus maior, & pater ĩ carcere decessit:quæriť quid iuris,an inspiciť initiũ, an processus ipsius temporis,an finis totius temporis.Bal.ibi hoc examinat,& l.j.C.in quib.ca.in integ.rest.non est nec.& l.j.C.si aduer.delic.

An minor qui restituitur ad legata repudiata dicatur etiam resti tui ad ius accrescendi.Bal.in l.mulieri.ff.de cond.& demon.

An minor possit restitui contra sententiam interlocutoriã,Inno.in c.coram felicis.de rest in integ.Bar.in l.si finita.§.si forte.de dam.infec.Bal.in l.fi.de rest.in inte.

Nota q legis doctor non potest prætendere errorem iuris,no. in l.j.per Cy.qui & à quibus.

Quid si statutũ dicat q ɔtra instrumentũ non possit opponi ali qua exceptio,an poterit opponi restitutiõis auxiliũ? & dicitur q nõ ad hoc allegať qdã gl.in l.in causas.§.j.in prin. de mino. q gl.di cit q p restitutionẽ parať exceptio,ñ obligatiõis extĩctio:& sic cũ p restitutionẽ veniať ad exceptionẽ,obstabit statutũ:& sic dicit ibi Bal.q no.fa.ad statutũ Mediolani, qđ vult q à sentẽtia interlo cutoria non possit appellari,nec qrelari,nec supplicari, nec de ali quo grauamine agi,nec excipi, nec ɔqri, vt nec possit in integrũ restitutio peti. & ita determinatũ fuit p do.Machariũ de Bernadi gio anno M.cccxxviij.mense octo.in quæstione hospitalium san cti Petri.extra portam Romanam, & Iacobi in porta Verceliana. ex vna parte,& Dionisium de Binuo ex altera.

Nota q dolus aduocati probatus,est sufficiens causa ad faciendum concedi restitutionem,absque eo quòd dolus aduersarij allegetur no.in l.minor.§.j.de min.ibi,vel adiu.

In l.quamuis de iuris & fac.ign. obreptio solius libelli vel petitiõis ñ inducit restitutionẽ,l.cum putarem. famil.erc.nisi forsan ĩ criminali per l.si quis obrepsit.de fal.tamen glo.intelligit illud in obreptione probationis, quo casu conceditur restitutio ministerio iudicis, l.seruo inuito.§.cum prætor.de mino.

Quid de anno q dať cẽsitorib.ad ɔqrẽdũ de æstimo male facto p æstimatores,an currat minori, vel absenti cã reipub. dic q ipso iure nõ currit,l.q grauatos.de cẽsito.li.x.Idẽ dř in tpe dato ad soluendũ canonem fisco pro fundo patrimoniali l.ij.de fun. patri.li. xj.licet sit secus in vectigali præstando,l.imperatores.de publica.

Quid de præscriptiõe inducta à statuto,an currat minori? dic q sic,vt c.ɔstitutus de rest.in inte.Bar.de hoc in l.et.de mino.& dic vt ibi p ipsum q qõ stat in hoc, vtrũ statuta q dicũt præscriptiõẽ currere,simpliciter restringãtur nisi ɔ minores & recipiãt interptationem restrictiuã,vt aliqs nõ lucretur sed si minor pateretur damnum tunc secus,Bar.& Bal.in l.omnes populi.de iusti.& iur.

An papa possit restituere laicum non subditum,Inn.ponit in c. cum te.de re iud.

An si minor ɔmittat ɔ statutum propter hoc incidat in pœnã, an poterit petere restitutionem in integrum.no.in l.si ex causa.de mino.& Albri.in materia statutorum.in prima parte q.32.

Quando testes sunt recepti qui recipi non debuerant, datur ab senti restitutio.Inn.in c.ex parte ade.de testi.

In l.cum hij.§. si cum lis.fac. q si statutum dicit q minores non possint aduersus sententiam restitui qui assumũtur ex forma statuti quod est verum, nisi lis fingatur, vt hic ad quod fa.quod no. Inn.in c.grauis.de depo.Bar.

In l.quãuis.de iur.& fac.ign.vtrũ ista habeant locũ in replicatione, videlicet q miles possit replicare post sentẽtiã absolutoriam aduersarij,sicut pt post sñiam ɔdẽnatoriã sui.Gl.dicit q ñ, & ideo exponit ageres idest defenderes.& in alia gl.similiter dř q iste mi les erat re⁹ ñ actor:alij ɔ:vñ si miles intẽrauit ɔgruã actiõẽ & ad uersarius opponit exceptionẽ pacti deñ petẽdo, & eẽt absolut⁹: & miles de nouo agit,& opponitur sibi de re iudicata,poterit replicare de alio pacto de petẽdo,vt §. pact⁹ ne peteret. qđ verũ eẽ credo,qa replicatio habet in se naturalẽ æqtatẽ, quia eadẽ est ratio quæ in exceptiõe, scilicet naturalis æquitas,& militiæ priuilegiũ,& error iuris,pbat.& hoc tẽer Bar.Quid ergo si miles omisisset opponere ex certa sciã iuris vř facti?certe tũc sibi ñ subuenitur p hãc legẽ:qa sicut restitutio debet fundari ratiõabili cã,ita & restitutio hui⁹ legis.& hoc ẽ notabile pp hoc.nã si pp militẽ exci plẽrẽ vř replicãtẽ pbetur sciẽtia iuris,vt qa ɔsuluit peritiores,vel ipse habebat peritiã iuris,qa ipse audiuerat iura in scholis,tũc nõ esset audiẽdus fac.quod no.de mune.patr.l.professus.lib.x.Bal.

In l.fi.de in integ.rest.dicit Bal.aut erat cã mota & vtriq; imputatur,nec est differentia hoc casu:aut non erat mota,nec moueri sperabatur,& idem:quia tũc neutri imputatur cur procuratorẽ ñ dimisit:aut sperabatur moueri de proximo,& loquitur gl.l.sed & si per prætorem.ex quib.cau.maio.quia imputatur absenti ex necessaria causa,non autem absenti ex probabili.

An castrum & villa restituere possint,sicut ciuitas,ipsa gl.in l.re spub.ex qui.cau.maio.tenet q non. Iac.de Are.tenet ɔrium.Bal. in ipsa l.respublica.dicit q ẽ opinio communis & eam tenet Dy. sed fran.Acc.tenet gl.& eam defendit.quia restitutio est priuilegium contra ius commune,& sic non debet trahi ad ɔsequentiã.

Inn.

Inn.in c.fi.de in inte.rest.

An excommunicatus possit petere restitutionem contra senteтiam à qua non appellauit.Host.& Io.An.in nouella. in c. significauit.de exce.& quid si excommunicatus conqueritur de sententia censuræ,ibi per eundem.

In l.si minoris.de admi.tuto.ista l.facit ad quęstionē de facto pone lata fuit sňia ꝯ pupillum:tutor appellauit:lite contestata super causa appellationis,vult petere tutor ex persona minoris restitutionem in integrū:dicens sibi potius expedire restitui quā causā appellationis prosequi,vtpote cum plus cōsequatur ꝑ restitutionem in integrum,quam per appellationem.vt l.fi.de resti.in inte. hanc quæstionem ponit Bal.in l.rem pupil.C.si aduer.rem iud.

In l.2.C.si aduer.rem iudica.dicit Bal.aut minor petit restitui aduersus factum alienum, vtputa tutoris,curatoris,iudicis,vel alterius,& non est necesse quòd asserat de sui facilitate , vel de dolo aduersarij : sed vbi petit aduersus factum suum,tunc bene est necesse.fac.l.3.rem pupilli.ĵ.e.Bal.in l.in minoribus.C.de in inte.resti.min.

In l.de ætate.de mino.quidam minor iurauit se maiorem ad sācta dei euangelia:postea dū esse in aliquo contractu deceptus petebat restitutiōem in integrū:obiiciebať sibi ꝙ iurauerat se eē maiorem vnde nō poterat restitui:hic est ar.ꝙ non possit,quia in aliis contractibus debet sibi nocere.ar.contrà in l.certum. §.penul. de conf.Albric.Pap.

Quando ex contumacia partis post litem contestatam possint recipi testes in causa restitutionis in integrū,Inn.& Host. in c.accedens.vt lite non contest.

An restitutio in integrū impediat executionē sňiæ,Bal.in l.eos C.de exe.rei iud ꝙ sic,& no.š.de exec.sent.no.in c.suscitata.de in integ.rest.& l.j.C.in integ.rest.postu.Bal.in l.si causa cognita.C.đ transf.no.in l.si prætor.§.Marcellus.de iud.per Bar.in l.defendente.de aucto.tu.

An in ista restitutione procedatur summariè, an plenariè , vide c.j.de of.iud.per do.Io.de Casti.Bal.in l.præses.de ap. & aut.quæ supplicatio.de præ.imp.of.& in l.penul.C.si aduer.rem iud.Ang. in l.iudicati.C.si ex fal.instr.

An petēs restitutionē debeat exprimere in libello,an dolo aduersarij,an sui facilitate sit lęsus.Bal.in l.minoribus.C.de in integ. rest.mino.dicit ꝙ si nō opponatur , bene procedit libellus.sed si opponatur,non procedit,tanquam minus generalis.allegat ff. e. l.minor.& in Spec.

Si sententia feratur contra minorem sub conditione,à quo tpe incipient currere tempora petendi restitutionem, vel à die sňiæ latæ,vel à die euentus conditionis,vel à tempore celebrati contractus?Bar.in l.j.§.biduum.quan.ap.sit.

Nota ꝙ vbi agitur de rescindenda venditione,vt quia deceptio facta est vltra dimidium iusti precij, l.ij.de resc.ven.vel vbi agitur actione ex ꝯtractu,quia decept⁹ in precio,vt l.Iulianus.§.vēditor. de actio.emp.ꝙ tunc ꝑt agi vsq; ad xxx.annos,nō autem vsque ad quadragesimum:tamen vt in aliis restitutionibus.ita no.in l.in ꝯ ctibus.ex qui.cau.ma.

In l.cum lege Iul.de arbi.nota ꝙ partes ñ possunt dispensare su ꝑ ætate:secus in principe,l.quidam ꝯsulebant.de re iu.Itē minor potest restitui aduersus acceptationē officij. Item nota ex hac.l. ꝙ si statutū dicit ꝙ charta à maiori xx.annis facta valeat,&teneat, sed non facta à minore: modo quærıť an maior xx.ann.& minor xxv.possit restitui,& videť ꝙ sic,arg.istius l.tñ contrariū est verū, quia licet statutū limitet ætatem,tamē nō stat in hoc solo,imo limitat causam,& firmat contractum,ergo nō dať restitutio : vt in aut.si captiui.de epi.& cle.&hoc tenet Iac.de Bel.non obst.l.ista: quia hîc lex litmitat ætatem:tamen non vltra procedit confirmādo.fac.quod no.l.j.C.de his qui ven.æta.impet.

An per statutū possit ꝯcedi minoribus administrato rerū suarū Bal.& qđ no.idē ī l.j.C.si de momē.po.fue.ap.& l.2.de eo qđ certo loco.Bar.in l.denique.de min.dicit ꝙ nō,nisi sit ciuitas ꝙ recognoscit superiorē.Item dicit ꝙ iudex in defectū tutoris & curatoris ꝑt iterponere authoritatē in vno actu vel plurib⁹ singulariter vt l.si infāti.C.de iure delib.& l.bonorū.C.q admi.ad bo.po. pos.

In l.causæ.§.cā cognita.de mino.an in causa restitutiōis ī itegrū possit perueniri ad sententiā lite nō ꝯtestata?dicit ꝙ sic.sufficit. n. ꝙ pars sit contumax.Cy.& Alb.in aut.si omnes.C.si vt ab hær.se absti.in vltima q.Io.An.in addi.Spec.in ti.de resti.in integ.

Quod si aliquis fuit bannitus per tyrannū,demū ꝑ eūdē fuit restitutus,an stabitur sacramento de perditione rerum suarū,Inno. quòd sic in c.super eo.de his quæ vi me.cau.fi.

citur adhuc contumax,nisi post peremptorium tantùm,xxiiij.q.
iij.de illicita.& 74.dist.honoratus.prope fin.vbi de hoc, & extra.
de do.ꝙ contu. cùm dilecti.in fi.& de sequest.poss.ca.j.in fin.vbi
condemnatur quis in expensis factis à tempore peremptoriæ ci
tationis,licet pluries ibi citatus fuisset:potest tamen agi contra ꝯ
tumacem ex illo edicto,si quis ius di.non obt.vt ff.si quis i' dic.ñ
obt.l.vnica.de hoc ext.de prob.qm ꝯ.in gl.q incipit, ꝯtinere,&c.
f & vide s.de contu.§.nunc dicamus. vers.sed nunquid[f]. ¶†Quid
7 si talis causa sit,in qua lite non contestata,pt super principali non
ob rei absentiam procedi:quod fit in plerisque casibus, vt s.de te
sti.§.nunc tractemus. nunquid post terminum veniens audietur
non refusis aduersario expensis? Videtur,quòd sic:quia non in-
terest actoris eum venisse.cùm eo absente potuerit in causa pro
cedi.Dici tamẽ potest,quòd refert,vtrùm ille citat' fuerit ab ho-
mine,vel à iure. Si ab homine, tunc licet non debeat aduersario
expensas reficere propter rationem præmissam,vt dicunt quidã,
tamen quia iudicem contempsit non veniendo,eius arbitrio cõ
demnabitur,arg.ff.si quis ius di.non obtem.l.vnic.ff.si quis in ius
voc.non ier.l.ij.extr.de clandest.despon. c.fi.§.si.cum suis cõcor.
extr.de ma.contra interdict.ecclesi.contract.c.j.Alij dicunt, quòd
etiam parti restituere debet sumptus:nec priùs pãdi debet ei adi-
tus iudiciorum,arg.C.de iud.sancimus.quæ loquitur indistinctè.
interest enim partis: quia fortè si venisset, sic lis finem habuisset.
Si autem citatus fuerit à iure,putà in casu illius cõst. extrà de ele
g ctio. statuimus [g]. tunc nec puniendus est à iudice:nec cogendus
h est sumptus aduersario reficere [h].Cùm enim teneant,quæ cõtra
eum acta sunt,est admittendus solùm in eo statu, in quo causam
inuenit,vt not.s.de appel.§.qualiter.vers.sed pone,quòd.& seq.
non est duplici pœna afficiendus,vt extr.de iudi.at si clerici.in fi.
quia mitiùs agitur cum lege , quàm cum ministro legis , vt ff. de
8 arbi.l.Celsus. ¶†Sed quid si tres termini in vna citatione inserã
tur,nunquid fit condemnatio in expensis,si non veniat in primo
vel in secundo?dic,vt s.de cit.§.viso.ver.sed quid si.Nec est omit-
tendum , quòd licet iudex ab initio non condemnet contuma-
cem ad expensas,tamen post litem contestatam,& semper vsque
ad sententiam,& etiam in sententia poterit condemnare,& si sen
tentiam ferat pro contumace,tunc non tantùm tempore senten
tiæ,sed etiam ante.Nam cùm iudicis officium semper duret à pri
ma citatione vsque ad finem litis,meritò semper & ante litis cõ-
testationem,& pòst poterit condemnare. Imò etiam videtur, ꝙ
si ante litis contestationem pronunciauerit procuratorem non
obstante exceptione militiæ admittendum, vel non obstãte spo
liationis,vel excommunicationis exceptione.in causa procedẽ-
dum esse,non dicens de expensis,adhuc lite pendente, vel in fine
litis in eis poterit condemnari:nec,vt dicunt quidam,his casibus
poterit appellare à condemnatione huiusmodi,cum decem dies
effluxerint à die primæ sententiæ: & hæc sententia expensatum
sit executio sententiæ prioris,ff.quod met.causa,si cùm.§.aliquã
do.ff.de dol.arbitrio.nisi excederet in taxatione expensarum:vel
nisi opponens exceptionem excusari possit. ꝙ eam probabiliter
proposuerit,licet succubuerit,ff.de leg.ij.qui solidum.§.ij.& 2.q.
i 3.Paulum.ext.de elect.statuimus.§.j.[i] & j.§.nunc videndum.ver.
dic ergo. Quando autem principalis persona debet expensas sol
uere,& quando procurator de bursa sua,no.s.de sen.exc.§.sequi
9 tur.¶†Sunt autem multi casus in iure expressi,in quibus ante li
tis contestationem fit condemnatio in expensis.¶Primò,si quis
aduersarium malitiosè laborare cogit per literas dolo,vel fraude
contra eundem impetratas, ext.de rescri.cæterum.& c.quia non
nulli.¶Secundò,cum passus missionẽ vult rem recuperare, & in
causa procedere.debet enim priùs satisfacere de expensis, ext.vt
lit.non contest.quoniã.§.in aliis.& de sequest.c.j.¶Tertiò oppo
nens crimen,& nõ probans,vt quis ab obtinẽdo beneficio repel
latur.extr.de accus.accedens.¶Quartò, is,qui opponit in forma
electionis,vel postulationis,vel ꝓuisionis aliquid,& nõ probat,
k extr.de elect.statuim'.§.adiicimus [k].sed illud ẽt post litis cõtesta-
tionẽ.¶Quintò, si appellãs appellationẽ sufficiẽter ñ prosequa-
tur ap

ADDITIONES.

a Quare.¶Idem Guido de Suza.in l.properãdum.C.de iud.qui ẽt
ibi tenet,ꝙ petentur cõdictione ex ipsa lege,ff.de cond.ex lege.l.
vna:nisi essent promissæ per stipulationẽ.nam tunc agetur ex sti
pulatu.& subdit,quòd non credit iudicem peccare,si condemnat
in expensis litis factis ante litis contestationem,etiam si non fue
rint petitæ,per §. si autem alteruter. vbi hoc notatur. pro quo fa-
cit,quod dictum est suprà.
ADDE,quòd Pau.de Cast.conf.377.dicit,quòd si sunt promissæ,
petuntur iure actionis:aliàs officio iudicis.
b §.proxi.¶Ergo non est medius ad primum.
c Pia.¶lib.vj.
d De hoc.¶Et vide,quod ibi scripsi super gloss.si enim.& s.de cita.
§.viso.ver.sed quid si tres.qui allegantur.
e Actor.¶lib.vj.
f Nunquid.¶Et j.§.vlt.ver.hoc quoque.
g Statuimus.¶Lib.vj.ibi no.de hoc gl.hanc pœnam.& vide quod
super ea dixi,& de do.& contum.finem.super glos. sed nunquid.
post princip.
h Reficere.¶Statim:reficiet autem illos in fine litis,si fuerit victus
non obst.quod j.dicitur de duplici pœna quia condemnatio re-
spectu recipientis non est pœna, sed interesse,vt scripsi de rescri.
c.vlt.in fi.
i §.j.¶Lib.vj.
k Adiicimus.¶Lib.vj.

tur appellato prosequente, ext. de rescr. ex parte. de renunc. veni-
ens. de appel. reprehensibilis. & tenetur tunc quis ad expensas à
tempore appellationis factas. e. ti. Nicolao, vel si ante terminum
impetrat literas tacita veritate, e. tit. sæpe. vel si super appellatio-
ne iniusta impetrat, eo. tit. vt debitus honor. ¶Sextò, is, qui iniu-
stè appellauit, remittitur condemnatus in expẽsis ad priorem, iu-
dicem extr. de app. vt debitus. in fi. & de eo, qui mit. in pos. cau. rei
ser. cùm venissent. de testa. significauit. ¶Septimò, is, qui appellat
contra formã illius constitutionis, cordi. de appel. vel facit in ali
quo contra eam, tunc remittitur ad primum iudicem in expensis
a ꝯdemnandus, vt in ea. const. §. ꝙ si.[a] Hoc enim casu reputatur nõ
appellans, vt ibi: & ideo iudex appellationis, tanquam iurisdictio
ne carens, non cõdemnat, sed remittit ad priorem iudicem, vt il-
le condemnet, ĩ. versi. sed quis tunc. in præ. verò casu appellãs ex
probabili causa reputatur appellans, quamuis ex post facto causa
falsa appareat: & ideo ibi iudex appellationis condemnat. Quidã
tamen exponunt in c. cordi. condemnandus, id est, condemnat⁹,
b vt concordet cum illa, vt debitus. Sed prius dictum verius est[b].
¶Octauò, si appellans petit remitti ad eum, à quo appellauit: qđ
potest, vt extr. e. interposita. §. ille. ¶Nonò, in certis casib. positis
10 ext. de rescri. c. fi. in quibus iniquè impetrans punitur. † Sed quis
tunc impetrantem puniet? non enim videtur, quòd, is qui impe-
tratus est, cùm non habeat iurisdictionem per tales literas, s̃. vers.
7. & argum. ad hoc extr. de do. & cont. ex literis. vbi primi iudices
c ꝯdemnant, & non secũdi: ideoq; ordinarius id faciet. Ber. ꝯ: dicit
enim[c], ꝙ impetrat⁹ in hoc habet iurisdõnem, vt cognoscat de ve
ritate precum, & pœnam expensarum per consequens imponat,
arg. 25. q. 2. & si non cognitio. ext. de rescr. c. fi. in fi. & c. super lite
ris. in fi. & c. cæterùm. vbi secundi iudices condemnant, & de ap.
vt debitus. in fin. Idem dicit G. Naz. quia de qua re cognoscit iu-
dex, & c. ext. de causa pos. cùm super. quòd si requisitus non fece-
rit, cogetur per ordinarium illud de bursa propria resarcire. Nec
ob. præ. c. ex literis. nam ibi exceptio de secundis literis fuit pro-
posita coram primis iudicibus: & illi papam consuluerunt. Si au-
tem fuisset opposita coram secundis, illi debuissent cõdemnare:
arg. ad hoc ext. de rescr. dilectus filius Ioan. in fi. Caueat tamen si-
bi taliter impetrans, qualiter procedet. nam si primò pronunciat
literas non valere, non potest deinceps condemnare, cùm nõ ha
beat iurisdictionem, extra. de iu. at si clerici. Caute igitur faciet, si
d priùs in expensis condemnat, & postea super literis ꝑnunciet[d].
Licet autem aliàs possit in sumptibus condemnare, non tamen
potest, secundum Vin. mulctare: nec sententia excommunicatio
nis per eum lata tenet in veritate, licet seruanda sit, vt not. plenè,
e secundum eum, ext. de offi. deleg. significantibus[e]. ¶ † Decimò
11 condemnatur in expensis citatus contumaciter se absentans, li-
cet non sit missio in possessionem secuta, vt ext. de maio. & obe.
c. fin. de proc. querelam. C. de iu. sancimus. & de dol. & contuma.
cùm dilecti. nã & pro prima & secunda citatione fit cõdemnatio.
vt præmisi. ¶Vndecimò, reuocans mandatum procuratoris in ꝯ
temptum iudicis, & ad partis præiudicium, ext. de procur. c. j. & c.
auditis. ¶Duodecimò, generaliter reus exceptionem opponens
gratia differendæ litis, fundata intẽtione actoris, punitur in expẽ-
sis factis à tpe propositæ exceptionis, si deficiat in probãdo, vt ex
tra. de dol. & cont. finem sed hoc locum habet post litem conte-
statam. ¶Decimotertiò, is, qui minùs sufficientem procuratorẽ
dimittit, vel constituit: putà reus, qui procuratorem constituit ad
agendum tantùm, extr. de procur. constitutis. ¶Decimoquartò,
reus cõuentus asserens se spoliatum, nisi id intra 15. dies probet.
f extr. de rest. spol. frequens[f]. ¶Decimoquintò, opponens excep-
tionem excommunicationis in quacunque parte litis, & eam in
g tra spatium octo dierum non probans. extr. de except. pia[g]. ¶De
cimosextò, excommunicans contra formam illius constitutio-
h nis de sen. excommu. cum medicinalis. §. superior[h]. vt ibi dicitur
Decimoseptimò, iniustè excommunicans tenetur excõmunica-
to ad interesse, eo. titu. sacro. Decimooctauò, reum trahens corã
diuersis iudicibus super pluribus personalibus actionib. ext. đ re-
i script. c. fi. & c. dispendia[i]. ¶Decimononò, non veniens in termi-
k no, ad quem citari fecit reum, extr. de dol. & contu. actor[k]. ¶Vi-
gesimò, generaliter quilibet alium in iudicio temerè vocans, ff. đ
iu. eum, quem temerè. ¶Vigesimoprimò, q cœpto negotio, vel
quasi, rescriptum impetrat, per quod primum minimè reuocat,
extra. de dol. & contuma. ex literis. ¶ Vigesimosecundò plus pe-
tens re, vel causa, ext. de plus pet. c. vnico. ¶Vigesimotertiò, qui
litem intra duos menses non contestatur, 3. q. 4. c. libellum. ¶Vi-
gesimoquartò, generaliter vbicunque processus iudicis malitio
sè impeditur, C. de fruc. & lit. expen. non ignoret. C. de iud. sanci-
mus. ¶Vigesimoquintò, generaliter vbicunque literæ per exce-
ptionem legitimam reprobantur, extr. de rescrip. cæterùm. ¶Vi-
gesimosextò, pars procurans iudicis absentiam. ext. de offi. deleg.
pastoralis. §. fi. ¶Vigesimoseptimò, appellans, quia quarta produ

ctio testium denegatur, & non probans, extr. de test. significaue-
runt. ¶Vigesimooctauò, generaliter, quãcũque exceptionem di
latoriam proponens, & non probans: quod dic, vt s̃. eod. §. versi.
nunquid. ¶Vigesimononò, generaliter alium malitiosè fatigans
l extr. de rescr. dispendia. §. qui verò[l]. cum suis similibus. ¶Trigesi
mò emendans libellum malè conceptum, vt not. ĩ. de lib. conce.
§. nunc ostendamus. vers. sed & si. His igitur casibus & similibus ĩ
iure expressis condemnatur quis ante litis contestationem, & eti
12 am post ante sententiam, in expensis. ¶ † Quid si suspenso petito
rio quis recursum habet ad possessorium, vt extr. de cau. pos. & ꝓ
prie. c. pastoralis. nunquid condemnabitur aduersario in expensis
factis in iudicio petitorio? Videtur, ꝙ sic, arg. eius, quod iam dixi:
quia temerè videtur petitorium intentasse, ff. de iu. eum, quem te
merè. ext. de pœn. calumniam. Dic, quòd secundum eos, vel illos
Legistas, qui dicunt vtrunque simul intentari non posse, nec de
vno ad alium recursum haberi, nisi priùs ex toto renuncietur, be
ne est condemnandus: secundum alios verò, & secundum Cano
nistas, secundum quos vtrunque potest simul intentari. postquã
intentata sunt, alterum suspendi, & illo pendente ad aliud recur-
m sum haberi, vt s̃. de petit. & pos. §. j. versicu. vt autem[m]. non est cõ
demnandus. non enim videtur temerè vocasse, nec facit alicui in
iuriam, qui vtitur iure suo, extrà de elect. cùm ecclesia Vulterana
& beneficium iuris nemini est auferendum. 28. distinctione. de
his. nec iuris beneficium debet esse occasio damni, vt C. de leg.
& constitut. quod fauore. Cùm ergo ius hoc fieri posse conce-
dat, non condemnabitur in expensis, qui de petitorio recursum
habet ad possessorium: quia nõdum victus est in causa. Primò er-
go super

ADDITIONES.

a Quòd si. ¶Lib. vj.
b Verius est. ¶Vide quod ibi not. in gloss. not. dixit. & quod super
ea dixi.
c Enim. ¶In præ. c. vlt. in vlt. gl.
d Pronunciet. ¶Hoc fuit consilium Pet. de Samp. vt ibi scripsi in fi.
e Significantibus. ¶Vt ibi propter ipsius inuolutionem omissum,
hìc suppleatur, scire debes, ꝙ Vinc. ibi super verbo, pronũciarũt.
dixit, ꝙ illi delegati super expensis, si petitæ fuissent, pronunciare
poterant, priùs q̃ se exonerassent, de rescr. cæterum. Nam vt dicit
citatus venire debet etiam ad non suum iudicem, priuilegium, su
um allegaturus, ff. de iu. si quis ex aliena. & non veniens puniri po
test à iudice, qui saltem ex contumacia iurisdictionis nascitur, ff. si
quis in ius voc. non ier. l. 2. de app. si duobus. quod fatetur in ex-
pensis, ff. de iu. eum quem temerè. mulctare tamen nõ posset: qa
licet id lex concedat, canon tamen non, ex quo iustitia non peri
clitatur, de do. & ꝯt. c. j. Dicit demum, ꝙ si ad iudicis, qui citauit, no
titiam peruenit appellatio citati, vel impedimentum, quare sua ñ
sit iurisdictio, licet non perfectè, ꝑdit potestatem puniẽdi illum,
vt præ. c. si duobus. quasi non intersit facientis illum citari: sicut ĩ
citatione ad diem feriatum dicitur, ff. si quis in ius voca. non ier. l.
2. in fine. Si autem tale quid non peruenit ad illius notitiã, & cita
tus non veniat, si excommunicat illum, licet in veritate nõ sit iu-
dex in principali, dicit, ꝙ, secũdum quosdã, tenet excõmunicatiõ:
arg. de offi. dele. audientiam. Sibi tamen videtur ꝙ in veritate sen
tentia excommunicationis non teneat lata ab illo, qui in verita-
te ius vocandi non habet, quantumcunque seruanda videatur. Se
cus dicit in sententia condemnationis: forsan intelligit expẽsarũ,
de qua primò dixerat, quæ litigatorem lædere potest, ex quo est
iudex in opinione, licet nõ in veritate, ff. de offic. præt. Barbarius.
Vnde dicit, ꝙ diffinitiua Barbarij tenuisset excõmunicatio tamen
non, propter ipsius specialitatem, ext. de re iu. ad probandum. de
excep. exceptione. Sed dicit, ꝙ sustineri posset ꝯtrarium, subdens,
dici posse, ꝙ licet in veritate non teneat excommunicatio, tamẽ
iste in veritate vitandus est, nec audiendus volens litigare de iuri
bus excommunicatiõis ex persona iudicis. Vnde dicit, ꝙ si episco
pus ĩ veritate excommunicatus citat subditũ, quẽ qa ñ ꝯparet, ex
communicat, vitandus est, nec audietᷣ propter contumaciam suã
volens dicere excommunicationem nõ tenere, qa lata per excõ-
municatum: hanc gloss. auctori reseruaui. qui eam commendat
ADDE, vt per episcopum Alex. in d. c. si duobus. & cautelam Spe.
reprobat Abb. Sic. consi. xlviij. illud afferam. libr. j.
f Frequens. ¶Lib. vj.
g Pia. ¶Lib. vj.
h Superior. ¶Lib. vj.
i Dispendia. ¶Lib. vj.
k Actor. ¶Lib. vj.
l Verò. ¶Lib. vj.
m Autem. Quod hodie in causis bñficialibus deuolutis per appella
tionem ad curiam, ampliatum est, vt liceat in illis appellanti, vel
appellato suspẽdere petitorium à se, vel ab aduersario inchoatũ,
in solo possessorio procedendo, vt in cle. vnica, de causa possess.

go super possessorio proceditur, & post super proprietate, extrà de testi. significauerunt, & si succumbat in possessorio, tunc con-
a demnabitur in expensis [a]: quia tunc demum apparebit, an temerè litigauerit, vel non. Et sic respondi domino Clem. papæ IIII. de hoc à me in collatione præsentibus suis capellanis quærenti.
3 ¶ † In summa not. φ si expēsæ fuerint factæ in iudicio, & quæris de expensis factis ante litis cōtestationem occasione rei? dic, vt s. in prin. ver. ex his. Si verò de facti ante litis contestationē occasione iudicii, puta qa exceptio, seu recusatio malitiosè fuit ꝓposita & non probata, vel rescriptum malitiosè impetratum, iudex officio suo iuxta suū arbitrium debet malitiosum ex officio condēnare, ex quo de malitia sibi cōstat per testes, vel per violentam ꝑsumptionem. hæc omnia probātur extrà d̄ do. & contum. c. 2. de rescr. cæterùm. & c. ex tenore. & c. fi. de maio. & obe. c. fi. de accu. accedens. in fi. Dic ēt per dec. d̄ do. & cont finē. φ si iudex verisimiliter præsumat exceptionem malitiosè ꝓponi, non dabit dilationem, nisi sub hac cōdōne, vt si in probatione defecerit, puniat̄ in expensis: arg. in præ, ꝯcor. & Inst. de off. iu. §. j. & ext. de rest. spo,
b frequens. §. sed in ciuilibus [b]. & de exces. prælat. c. pia. § si qs igit̄ [c].
c in quibus dilatione purè data deficiens in probatione punitur in expensis. Multò fortiùs ergo, si sub hac cōditione data existat, ar. extrà de elec̄t. significasti. vel iudex recipiat ab excipiente iuramētum, φ hoc malitiosè non proponat, ext. de elec. cùm dilecti. §. 2. de rest. spol. literas. §. præterea. de testi. præsentiū. & c. veniēs. & c. pen. cum simili. & tūc expresśè venient iudicis officio, C. de reb⁹ cre. generaliter. §. his de præsentia & sic arbitrarium est, vtrùm de
34 tur dilatio, vel nō, ff. de pet. hær. si quis libertatē. §. planè. ¶ † Cæterùm si expensæ ratione contumaciæ petantur, iudex debet priùs condemnare, quàm in causa procedat, vt s. vers. sed quæritur. Refert tamen an reus petat ab actore expensas, hac ratione scilicet, quia vocatus reus ad instantiam actoris venit ipse verò actor non venit: & tunc locum habet C. quomodo & quando iu. auth. qui semel. C. de fruc. & lit. expen. non ignoret, extr. de procu. con
d stitutus. extr. de dol. & cont. actor [d], an actor à reo; & tunc locum habet ext. vt lit. non contest. quoniam. §. in aliis, ext. de do. & cōt. cùm dilecti. C. de bo. auctor. iu. poss. authent. & qui iurat. & de se-
35 quest. pos. ca. j. & de proc. constitutus. ¶ † Sed pone: reus citatus ad certam diem, non venit: iudex etiam impeditus venire ipse nō potuit: quæritur, an reus punietur in expensis? Respondeo, non;
e quod dic, vt j. §. fi. [e]

ADDITIONES.

a In expensis. ¶ Factis in iudicio possessorio: sed de his non quærit quæstio, sed de factis ī iudicio petitorio suspenso: & si itellexisset quòd eo ipso, φ in possessorio succubuit, condēnatur ad illas malè dixisset. Teneas ergo, quod plenè scripsi in ca. pastoralis. sup gl. pen. in prin. & in distinctione, quam ibi formaui: per quę patet, expensarum factarum per reum in petitorio: in tribus casibus condemnationem sibi fieri, quando actor non suspendit petitorium sed illi renunciat: vel quando illo suspenso, ad illud reuertitur & succumbit: vel quando reus instās absoluitur ab instātia ibi vide,
b Ciuilibus. ¶ Lib. vj.
c Igitur. ¶ Lib. vj.
d Actor. ¶ Lib. vj.
e §. fi. ¶ Sub ver. tu autem. ver. si autem.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ post litem contestatam factæ officio iudicis peti possunt.*
2 *Lite finita debet regulariter victus victori in expensis condemnari.*
3 *Expensæ post litem contestatam, & ante sententiam factæ, in quo differant.*
4 *Exceptionem in causa spirituali non probans, præsumitur malè excepisse.*
5 *Victum victorij in expensis debere condemnari, qualiter intelligatur.*
6 *Expensæ in iudicio post litem contestatam factæ, multipliciter considerantur.*
7 *Actore vincente, etiam absente, an veniat reus sibi in expensis condemnandus.*
8 *Sententia absolutoria lata, præsumptio iuris est contra actorem.*
9 *In expensis, quæ ante sententiam præstantur, non attenditur, an eas præstans iustam causam habuerit litigandi in principali.*

¶ De expensis, quæ fiunt post litis contestationem.

1 4. §. Nunc de expensis, quæ fiunt post litem contestatā, & in fine litis, aliqua in subditis pstringamus, ¶ † Scias igitur, φ illæ iudicis officio petuntur. nam q̄ post litem ꝯtestatam accidunt, valdè spectant ad officiū iudicis, vt j. ver. hoc quoque. & dic, vt s. §. prox. versi. ex his. & nisi iudex tempore sententiæ condemnet ad eas, veniūt iudicis officio postmodum peti non possunt, vt C. de fruc. & lit. expen. terminato. in fin. in causa appellationis, C. quando prouoc. non est nec. l. fi. & suprà de app. §. in quibus, versiculo, 34. & cùm petes sententiam, cōsulo, quòd semper de expensis protesteris, & eas petas, vt dixi suprà de peti.
2 sententiæ, & s. §. j. versiculo, & not. ¶ † In fine autem litis victus victori debet regulariter in expensis condemnari, C. de iu. prope randum. §. fin autem alterutra. Institu. de pœn. tem. litig. in princ. extra. de pœn. calumniam. extra. de maio. & obe. ca. fina. in authē. de iu. §. oportet. Col. vj. C. de episcop. & cler. authen. generaliter.
3 ¶ † In hoc autem est differentia inter has expensas, & illas quæ ꝑstantur ante sententiam: de quibus dixi s. §. prox. versicul. hoc autem certum. & per totum §. nam in his distinguitur, sicut B. distinguit in dilatoriis exceptionibus, vt ibi in versiculo, sed nunquid. videlicet an habuerit probabilem causam litigandi, vel non: & an sit iuratum, vel non: vt si habuerit causam probabilem litigandi, non condemnetur quis in expensis, licet deficiat in probatione exceptionis. argument. extr. de eo, qui mit. in poss. causa rei seruā. cùm venissent. de sent. excommun. sacro. §. forsan. ff. de leg. 2. qui solidum. §. etiam. versiculo, nec aliud. & in authenti. de iu. §. opor-
a tet. extrà de electio. statuimus. §. fi. [a] & 2. quæst. 3. §. Paulum. & j. §. proximo, prope prin. ibi, quidam autem, &c. & hoc tenet papa, vt j. versiculo, hoc etiam. vel etiam si iurauit de calumnia: quia post ea præsumitur iustam causam fouere, secundum Ioan. non enim præsumitur, quòd sit immemor propriæ salutis, vt j. quæst. 7. sancimus. Idem quoque est in exceptionibus post iuramentum calumniæ propositis: quia iuramentum de calumnia extenditur ad oīa, quæ incidunt, vel emergunt in causa post litem contestatam C. de iur. calum. authent. hoc sacramentum. Si enim indistinctè fieret condemnatio expensarum, hoc metu sæpe quis suum ius relinqueret indefensum, vt ff. de pet. hæredi. illud. & quæ dixi, vera sunt, nisi constet de calumnia, seu malitia. Nam tunc non obstante causa probabili, vel iuramento, condemnabitur in expensis: qa
b prima præsumptio tollitur per sequentem [b], extra. de præsumpt. literas. extra. de elect. cùm inter R. nam præmissa præsumptio nō
c est iuris & de iure, s. de præsumptionibus. [c] alioquin temerè litigans quandoque non condemnaretur in expensis: quod esse nō debet, vt in præ. ca. calumniam & in præ. l. eum quem temerè. Si autem non fuit iuratum de calumnia, tunc fit condemnatio, vt
4 in ca. finem. extra. de ma. & obed. c. fina. ¶ † Quid si est talis causa in qua non iuratur de calumnia, putà spiritualis, in qua non de calumnia, sed de veritate iuratur, extra. de iur. calumn. ca. 2. Dicit T. quòd tunc debet condemnari in expensis deficiens in probatione exceptionis, fundara intentione actoris. & sic intelligitur ext. de dol. & contuma. finem. quia eo ipso quòd non probat, præsumitur malitiosè excepisse: & quod ibi dicitur, præsertim in spiritualibus, exponitur, id est, tātùm. & idem est, si succubuit in causa principali, vt possit de probabili errore docere, Vinc. autem dicit quòd per c. finem. aliquid additur, vt videlicet ex quo fundaui intentionem meā, si tu opponis de exceptione, q̄ tu non vis statim probare, debeas condemnari in expensis, siue sit iuratum de calūnia, siue non: argum. pro eo ext. de offic. delega. prudentiam. §. vj. Posset tamen hoc exigi iuramentum, quòd malitiosè exceptio non proponitur: arg. extr. de elect. cùm dilecti. extra. de resti. spol.
d c. literas. Do. meus dicit [d], φ in omni genere litis locum habet regula illa, victus victori, &c. & intelligit c. finem. etiam, quando de calumnia iuratur, locum habere: & exponit ibi Præsertim, id est Maximè: quia idem, quando quęstio nō spiritualis est, vt dicit. nā semper victus victori. &c. nisi de probabili constet errore. Alij verò, vt Pla. Ia. & Bal. dicunt, φ nulla distinctio est in præmissis faciēda. nam eo ipso, quòd quis succumbit, intelligitur malam causam fouisse, ar. C. de episc. & cler. authen. generaliter. ibi, si victus fuerit, creditur iniustè litem mouisse, &c. sicut & in causa criminali ꝑsumitur calumniari, qui non probat. C. de aduoc. diuer. iu. l. j. ext. de iur. calum. c. j. 2. qu. 3. qui non probauerit. 2. & sic, idem dicunt esse in ciuili. Sed benignius est, si exponas illud verbum Victus,
e scilicet ab aduersario, arg. C. e. [e] omnis. in fi. & nos in curia Roma
f na indistinctè victū in expēsis condēnam⁹, nisi iussus domini pa
5 pæ, vel alia euidēs rō impediat [f]. ¶ † Qd̄ aūt dixi, φ regulariter victus per

ADDITIONES.

a §. fin. ¶ Lib. vj.
b Sequen. ¶ Et sic præsumptio, quæ ex iuramento oritur per contrariam sententiam.
c Præsump. ¶ §. 2. ver. necessaria.
d Dicit. ¶ In Summa, vbi s. & in decr. finem. ver. super j. gl. quatuor ipsius rationes posuit.
e Arg. C. e. ¶ scilicet de episc. & cler.
f Imped. ¶ Et hinc patet, quod scripsi in decr. finē. super gl. sed nūquid. vbi vide: & de pœ. calumnian. super gl. 2. &, vt ibi dixi, fit potissima ratio: quia & si fateamur per iuramētum calumniæ exclu di calumniam, nō tamen temeritatem, ex qua etiam procedit cōdemnatio expensarum: ibi vide.
ADDE Abb. in d. c. finem. vbi dicit dictum Spec. vbique seruari.

ctus per sententiam diffinitiuam debet victori condemnari in expensis, verum est, nisi sententia pro absente feratur, vt C. de iudi. properandum. §. & si quidem. ver. sin autem ex gestis. extr. de poe.
a calumniam [a]. nisi iusta ignorantia victū excuset: purà quia habuerit probabilem cām litigandi, vt s. vel quia reus habet legitimam
b causam absentię, vt in prę. l. properandum. §. sin autem alterutra [b].
6 ¶†Hoc quoque notandum est, secundum M. quòd aut petūtur expensæ factæ in iudicio post litem cōtestatam occasione rei, aut factæ occasione iudicii. Si occasione iudicii, aut sunt factæ quia deficit pars in probatione, aut ratione contumaciæ. Si ratione contumaciæ factæ sint, aut reus petit eas ab actore, aut auctor à reo: aut petuntur expensæ ab eo, qui in causa succubuit. Si quidem expensæ petuntur factæ in iudicio post litem contestatam occasione rei, veniunt in condemnatione officio iudicis. Idem in fructibus & in accessionibus post litem cōtestatam perceptis, ff. de ædi. edic. ædiles. §. item sciendum. & l. item serui. §. j. & ff. de aqua plu. arc. Atteius. §. fi. C. de rei ven. certum. ff. de eo, quod cer. lo. da. op. in bonæ. in princ. huius §. per quam l. in bonæ: & per alias probat, quòd si intentetur actio bonæ fidei iure actionis propositæ, veniunt præmissa: si stricti iuris, iudicis officio. quod dic, vt s. §. si ante litis. versic. ex his. Et hæc condemnatio fiet tempore sententiæ, & eadem die poterit suppleri, j. §. fin. versi. illud etiam. Si autem quæritur de expensis post litem contestatam occasione iudicii factis, fortè ea ratione, quia obiiciens exceptionem succubuit, si is contra quem obiicitur, nondum suam intentionem fundauit, seu probauit, dic, vt s. §. prox. ver. in summa. Si autem cùm obiicitur, iam eam fundauerat, præsumptio iuris est, quòd malitiosè proposita sit, arg. extra. de rest. spol. literas. §. propterea. Vnde non obtinebit dilationem, nisi sub hac conditione, quòd cōdemnetur in expensis, si forsan deficit in probando, vt extra. de testi. significauerunt. & sic loquitur præd. decr. finem. secundum eum ibi, cùm acceptis induciis, &c. id est, sub hac conditione inducias excipias, vt si forsan, & c. etiam quòd ius præsumit post fundatam intentionem ab aduersario. Item potest pręsumere iudex, quando ante litis contestationem, vel post, ante quàm sit fundata partis alterius intentio exceptio proponitur: & debet suum motum informare ex probabilibus coniecturis, extra. de test. præterea. & c. in præsentia. & de accus. qualiter. ij. extra. de renunc. in præsentia. & dixi in præd. ver.
7 in summa. ¶†Porrò si petuntur expensę occasione iudicii post litem contestatam propter contumaciam partis, & reus petit ab actore non veniente, locum habet C. de iudic. properandum. §. & si quidem pars. & §. si autem ex gestis. quia fertur sententia diffiniti
c ua, siue pro actore, si ius habet, siue pro reo: sed in vtroque casu [c] absens condemnabitur in expensis: & hoc, si liqueat de causa. Si verò actor petit à reo, qui nullo modo venit, locum habet ea. lex §. si autem reus. quia tunc fertur sententia super expensis cū principali: & hoc, si liquet de causa: aliàs fit absolutio ab obseruatione iudicii, & fit condemnatio in expēsis. vt ea. l. §. cùm autem eremodicium. Sed si actor contumax, siue reus, postmodum veniat, non procedetur in causa, donec expensas restituerit, C. eo. sancimus. quę loquitur indistinctè in actore & reo ante litis cōtestationem
d & post, extr. de dol. & contum. actor [d]. Cæterùm si expensæ iudiciales petūtur ab eo, qui succubuit, dicit do. meus, quòd iure communi victus victori condemnatur, iuxta præmissam regulam, subtractis expensis, quas alterutra partium pro cōtumacia soluit: vel quia in probatione deficit, de quibus suprà dixi. Illas enim non recuperabit, cùm propter suam contumaciam soluerit, vel soluere
8 debuit, secundum do. meum. ¶†Hoc vult dicere: pone, condemnaris mihi victori in expensis, quas feci in lite: ego verò propter contumaciam meam, vel quia defeceram in probatione alicuius
e exceptionis, in processu causæ solueram decem [e], nunquid ergo illa decem veniunt in condemnatione, & ea reparabo, cùm occasione litis expenderim? Certè nō: imò subtrahuntur de condemnatione mihi facta, cùm per contumaciam & culpam meam soluerim illa, arg. extra. de procur. auditis. & de dol. & cont. c. finem. ff. de admi. tut. si plures. in fi. arg. extr. de resc. c. fi. verś. quique illos. vbi impetrans contra eum, cōtra quem nil quæstionis habet, condemnari debet ei in expēsis. Sed cùm hæc negatiua sit, dicit quòd non potest probari, nisi per euentum causæ, C. de iudic. rem non nouam. §. fi. extr. de frig. & mal. fraternitatis. in fi. Vnde lata sententia absolutoria, præsumptio iuris est contra actorem, arg. extr. de elect. innotuit. §. præsentes. qui ex quo deficit in probatione, calumniari præsumit, nisi innocentiam suam probet: vnde & puni-
f tur, extr. de elect. statuimus. in fi. [f] hoc not. do. meus. in Summa de do. & contu. §. qua pœna. quę tamen satis tacta erant in præmissis. Papa verò extr. de appel. sæpe. quòd expensæ, quæ fiunt extra iudicium, petuntur iure actionis: pro factis verò in iudicio nulla competit actio, nisi iudex de illis pronunciet, C. de fru. & lit. expen. ter
9 minato. C. de postul. l. iiij. ¶†Hoc etiam satis, secundum Papam [g],
g quòd in expensis, quæ ante sententiam præstantur, non attenditur, an eas præstans iustam causam habuerit litigandi in principali, vel non: sed solùm in exceptione, vel alio articulo, de quo agitur, & cuius occasione petūtur, vt c. finem. & de sequest. poss. c. j. ad fi. & de testi. significauerunt. & de appe. sæpe. iij. quæst. iij. §. spatium. ad fi. extrà de procur. auditis. & c. constitutus. sed in illis, quæ in fine litis præstantur, attenditur, an succumbēs habuerit iustam causam litigandi, vel probabilem tantùm: & sic non fit condemnatio in expensis, extrà de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. c. ij. & s. versi. in hoc. vt infrà §. prox. dicetur. Quando autem debeat quis aduersario suo in expensis prouidere, not. infrà de inquisitione, §. fi. ad
h fi. [h] Item vtrùm arbiter possit in expensis condemnare, dixi suprà de arbit. §. fi. versi. sed cùm s. in forma. & seq. Item qualiter fit condemnatio in expensis, not. suprà de excep. §. viso. versi. quòd si reus probat. Item vtrùm iudex possit supplere de sumptibus, & fructibus, si fuit in sententia omissum: & quid iuris, si nolit supplere, suprà de disput. & alleg. §. fin. versic. quid si de. & seq.

ADDITIONES.

a Calumniam. ¶Vltra ea, quæ scripsi super vlt. gl. quæ omnino videas, est sciendum, quòd Sim. Vinc. scripsit super l. pe. §. sin autem iij. vbi gl. etiam decidit hos duos casus, & quosdam tenere, ꝙ iste primus casus non congruè excipitur à condemnatione: nec hoc intendit. §. si autem ex gestis. eadem l. nam, vt dicit, victus præsens actori absenti & vincenti bene condemnatur in expensis: sed de ꝯdemnatiōe excipitur summa, ꝙ victus præsens expēdit: est ergo exceptio non à condemnatione, sed ab integra condemnatione, vt dixi super prædicta vlt. gl. vel forsan à solutiōe, si intelligas textum de condemnatione facta, illas detrahēdas, quasi compensando, vel, vt primò dixi, ab integra condemnatione: in terminis condemnādus erat reus actori, si fuisset præsens, in xx. pro sorte & expensis: dicit Simon cum Accur. reus in lite expendit v. condemnandus est in expensis propter malam causam: & quia victus propter actoris contumaciam factam per sacramentum fide e. de illo v. expenderit, condemnabitur solùm in xv. de sorte & expensis: puto dixisse Accurs. vbi s & Simon: quia facilior est computatio in personali: quod patet etiam in casu cōuerso. nam absoluto reo absente, actor sibi debebat condemnari in expēsis: detrahetur autem de condemnatione expensarum, quod ipse actor præsens expendit. Sed & in reali idem est: vēdicat actor domum à reo: fertur sententia pro actore contumace reo præsente: vel econuerso fiet, vt s. & per vtrunque dictum impugnatur opin. Plac. Esset autem dare, ꝙ verificatur, seu verificaretur in totū exceptio, de qua opponebam primò, scilicet quia tantū, vel plus expendit pręsens victus, vt absens victor: tunc enim nulla fiet condēnatio: & quod dicit lex de detractione, intelligitur, si fieri potest.
b Alterutra. ¶Vtrùm minor, cui⁹ nomine calumniosam litem mouit curator, & sumptus restituet, not. suprà de sent. execu §. sequitur. versi. sed quid si. In summa distingue tempus, vt cōcordes variantia iura, vt ij. q. j. si peccauerit. xxix. dist. c. j. & ij. Primò enim statutum fuit in laicis, quòd condemnantur in expensis, vt ff. de iud. eum quem. Secundò, in ecclesiis, seu clericis, vt C. de episcop. & cler. omnes. in fi. Tertio fuit generaliter statutum, quòd victus victori, & c. vt in præ. §. sin autem alterutra. Quartò, vt actor promitteret decimam partem litis in libello comprehensæ, si apparuerit eum iniustè litem mouisse, C. de episc. & cler. authen. generaliter. Quintò correctum fuit, quod dicitur in præd. §. sin autē. nam non debet iudex in expensis condemnare victum, nisi viderit eum iniustè contradixisse, vt in præd. §. oportet. Hodie de consuetudine multorum locorum non condēnatur victus victori, nisi expressè ꝓmissæ fuerint, vel nisi in cā appellatiōis. Sed de hoc dic, vt ꝑdixi.
c Casu. ¶Hoc non fateor: imò vincente actore absente condemnabitur sibi præsens victus, vt dixi super versi. quod autem.
d Actor. ¶Lib. vj.
e Solueram decem. ¶Siue in prosequendo exceptionem, siue in soluendo expēsas pp id factas ab illo, qui in principali succubuit.
f In fi. ¶Lib. vj.
g Secundum Papam. ¶In c. finem. quod ponit etiam glo.
h Ad fi. ¶Et ibi ver. qd si canonicus. tractat de venereali. xx. an canonic⁹ q obtinuit platū priuari, repetat expēsas ab ecclesia. Itē an minor, quia citatus non comparuit, passus missionem, vel bannitus, teneatur ad expensas recuperando tenutā, vel petens bannū cancellari? vide, quod plenè dixi suprà de j. decreto, §. restat. versi. sed pone, quòd pupilli. & versi. seq.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio quare aliter fiat in causa appellationis, & aliter in principali.*
2 *Appellans quo pacto veniat in expensis condemnandus, vel non. & num. 5.*
3 *Regula Victus victori, &c. an locum habeat in causa appellationis.*
4 *Calumniari contra salutem propriam nemo præsumitur.*
6 *Expēsæ factæ in causa appellōnis in iudicio emissæ, & c. veniunt iudicis officio.*
7 *Iudex appellationis succedere dicitur iudici causæ principalis.*

8 *App*

8 *Appellatus succumbens in causa appellationis, an veniat in expensis condemnandus.*
9 *Sententia lata semper præsumitur iusta, donec contrarium probetur.*
10 *Appellatione extra iudicium facta, bene potest appellatus condemnari in expensis in lite factis.*
11 *Appellatus absens semper venit condemnandus.*
12 *Iudice appellationis pronunciante malè appellatum ab interlocutoria, vel grauamine, & remittente ad priorem iudicem, qualiter fiet condemnatio.*
13 *Expensarum petitio in quibus causis locum habere dicatur.*
14 *Executor quo casu expensas mereatur, vel non.*
15 *Appellans ex vna iusta causa, licet multæ friuolæ illi iungantur, tantum consequitur per istam solam, quantum si cæteræ essent iustæ.*
16 *Condemnatio non debet ex diuersis causis friuolis fieri, si vna inter eas bona probetur.*

¶ De expensis in causa appellationis factis.

5.§.Nunc vidēdum restat, quid iuris sit de expensis in causa appellationis factis. Et certè tunc, secundum Ioan. T. Vin. & B. nulla est distinctio faciēda, an iustam causam habuerit appellandi, vel non: siue appelletur ante sententiam, siue post: nam semper condemnabitur appellans in causa appellationis succumbens, ij.q.vj. omnino, & extra. de ap. vt debitus. & c. sæpe. & c. reprehensibilis. & c. Nicolao. C. eo. eos. §. ne temere. extra. de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. cum venissent. C. quo. app. non recip. ab executore. & s̃. si ante lit. contest. ver. v & ver. vj. & vers. vij. & versi. viij.
1 ¶†Est ratio. quare aliud in causa appellationis, & aliud in principali, vbi non fit condemnatio indistinctè. nā in principali inducūtur probationes facti. in quo probabilis est ignorantia, saltem quo ad factum alienū, ff. de iur. & fac. ignor. plurimum, ij.q.iij. Paulum. sed in causa appellationis, quæ habet per acta prioris iudicii expediri, vt s̃. de sen. §. iuxta. ver. sed si causa. vbi frequentiùs non inducuntur probationes facti, sed tantum iuris allegationes, extrà. de ap. sæpe. ad princ. in quibus ignorantia probabilis non est. vt ff. de iur. & fact. ignor. regula. cùm potuerit consuluisse peritos, vt s̃. de aduoc. §. nunc tractemus. ver. habito. & satis per ea instrui potuit, quid per ea futurum esset in causa appellationis: ergo si inducantur probationes facti, secundū hoc videtur, quòd
a non fiet indistinctè, vt iam dicam [a]. Tamen, secundum Vinc. vbi quis calumniosè appellat, magis punitur, ff. quo. ap. non re. ab executore. In criminali autem causa lite perdita notatus abscedat. C.
2 de ap. à proconsulibus. ¶†Quidam autem, quos Pet. de Samp. sequitur, dicunt, quòd præmissa obtinent, vbi quis calumniosè appellauit: sed si possit ostēdere, ꝙ iustam causam habuerit appellandi, vel ꝙ appellando probabiliter errauerit, non condemnabitur in expensis, sed pronunciabitur non bene appellatum esse, arg. in præ. c. cùm venissent. tam in tex. quàm in gl. cum cōcor. quæ sunt s̃. §. prox. ver. hoc autem in. & not. ij.q.vi. §. patet. verbi gratia, con uenis me coram ordinario: appello, ne ille in causa procedat, quia super eadem causa misi nuncium ad sedem Apostolicam: secutus opinionem Doctorum dicentiū hanc appellationem esse iustam per decret. de appel. meminimus. & c. ad hęc sicut. iudex autem secutus aliam opin. quæ probatur per decret. eodem titulo, vt debitus. pronunciat me minus rationabiliter appellasse, certè hoc ca-
b su in expensis condemnandus [b], arg. in præd. concor. quæ sunt in præd. ver. in hoc autem. aliàs quilibet ius suum dimittet indefensum, vt dixi in præ. ver. in hoc. Ibi etiam dixi, quando præsumatur non calumniosè appellatum: putà quia iuratum est de calumnia. Error etiam probabilis dici potest propter negotii varietatē, vel si successit alteri, ff. de reg. iur. qui in alterius. vel pone exempla, vt
3 extra. de iureiur. mulieri. extra. de noui oper. nunc. c. ij. ¶†Dic ergo, ꝙ in causa appellationis locū habet regula, victus victori, &c, sed non semper, putà si iudex videat victum errore probabili victum, qui debet illud in sua sententia declarare, vt C. de iudi. auth.
c post iusiurandum [c]. ¶†Nam cùm & in causa appellationis de ca-
4 lumnia iuretur, vt extr. de testa. Raynutius. & c. Raynaldus [d]. non
d est præsumptio, quòd calumnietur contra salutem propriam: sicut s̃. §. prox. in casu principali dictum est. Item potest esse, quòd propter acta prioris iudicii sententia ritè lata fuit, & tamen propter exceptionē in causa appellationis propositam, & probatam, retractatur, vt extra. de fide instru. cùm Io. & de priuil. cùm olim. Non ergo imputabitur appellato, si non diuinauit: vnde non potest dici indistinctè condemnationem expensarum in causa appellationis faciendam: sicut ferè omnes dicunt. Igitur & in principali & in causa appellationis bonus iudex arbitrabitur, vt in præd. §. oportet. & in concord. quæ sunt in præ. ver. in hoc autem. & ff. de admi. tut. quoties. §. sicut. extr. de priuil. cùm olim. ij. §. j. & §. fi. vbi pronunciatur super expensis per quadriennium factis, nō potest dici, quòd causa appellationis, in qua fortè hoc speciale diceres, tantùm durasset, cum ibi non exprimatur causa, propter quam etiam biennium dandum foret, extra. de app. cùm sit Romana. & c.
e oblatæ. extra. de elect. statuimus. in fi. [e] secundum do. meum. Sed & si appellans in congruo tempore appellationi legitimę renunciet, non cōdemnabitur in expensis, vt patet extra. de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. c. pen. arg. ij.q.vj. si quis libellos. extra. de offi. deleg. gratum. secus, si appellatio non esset legitima, vel si iam interesset appellantis: arg. in his. quæ no. s̃. de excep. §. viso. ver. sed nunquid iudex. putà quia aduersarius fecit propter hoc expensas. illas enim debet restituere: vel si causa alteri sit commissa, extra. de
5 app. interposita. §. ille. ¶†Non solùm autem victus in causa appellationis debet condemnari in sumptibus. verùm etiam appellans, qui nunquam comparuit coram iudice appellationis, debet satis facere de expensis, vt extra. de appel. sæpe. ver. vnde licet. extr. de rescrip. ex parte. s̃. in fin. etiam si appellatus non comparuit, sed aliàs propter appellationem expensas fecit. tenetur enim appellans ad illas actione de dolo, si dolosè appellauit: vel actiōe in factum, si temerè appellauit: quia iustum est, quòd puniatur in huiusmodi expensis: vel officio iudicis. Cùm enim aliæ actiones non sint, iustum est has dari, ar. in præ. c. ex parte. in fi. & ff. đ dolo, l. j. in prin.
6 & §. j. ff. de præscri. ver. quoties. ¶†Et nota, ꝙ expensæ, quæ fiunt in causa appellationis in iudicio emissæ, & etiā omnes, quæ fiunt in principali causa, à qua appellatum est, veniunt iudicis officio,
7 ff. de vsuris, tutor. †nam iudex appellationis succedit iudici principalis causæ: & ei licet addere & minuere, vt extr. de testa. Raynutius. ver. fi. C. de senten. quæ sine certa. quan. profer. l. j. & in præ. l. tutor. & ei licet reuocare condemnationem expensarum factam in
8 principali, & eadem ratione supplere. ¶†Quid de appellato, qui succumbit in causa appellationis, nūquid debet in expensis condemnari, sicut & appellans, nisi in prædictis casibus? Videtur, quòd sic: quia in vtroque litigatorum seruari debet æqualitas in sumptibus & in expensis, vt C. lib. xij. de prox. sacr. scrin. in sacris. prope fin. ver. & quoniam. & quia satis potuit instrui per acta prioris iudicii, quid futurum esset in causa appellationis, vt suprà, & arg. ff. de re iud. cùm apud. & ff. de pact. tale pactum. & hoc tenent quidam. Sed dic contrà, arg. C. de ap. eos. respon. j. in fi. & arg. extrà de pœn. calumniam. & in concor. quæ sunt in præd. versicul. in hoc autem est. Rationabilem enim causam habet litigādi & defendendi
9 sententiam pro se latam: †pro qua semper præsumitur, donec ꝯrium ostēdatur, extrà de re iudi. sicut. C. de reb. cred. gñaliter. extrà de renū. in ꝑsentia. & ēt post appōnē ꝑsumitur pro ea, donec aliqđ ꝯ eam ꝓbeť, vt no. extrà de ap. cùm speciali. in gl. & sic videtur, &c. nec iniquitas, vel imperitia iudicis malè iudicantis debet sibi imputari, si ipse in hoc non peccauerit, argu. extra de his, quæ fiunt

ADDITIONES.

a Iam dicam. ¶Et no. de reg. iur. ignorantia. lib. vj.
b Condemnandus. ¶Faciunt, quę scripsi de pœ. calumniam. in gl. ij. ADDE, quòd propter consilium egregii doctoris quis excusetur ab expensis, Pet. de Anch. consi. ccxxiiii. in fi. & quādo expensæ debeantur per victum victori, & quando excusetur ab eis, vide Bal. consi. lxxxiiij. ante finem, & consi. ccxxi. j. lib. Et quando expensæ taxantur, an sit citandus fideiussor, per eundem consi. ccxliiij. eo. j. lib. Et an expensæ litis debeantur per hæredem cum beneficio inuentarii vltra vires hæreditarias, per eundem consi. cclxxi. eo. lib. Et an propter omissionem expensarum victor possit appellari, vide Ang. consi. cix.
ADDITIO. Adde tu, quòd si appellans habet opinionem vnius famosi doctoris, excusatur ab expensis, vt cōcludit post Pe. Ioan. An. in c. vt debitus. de appella. quia ita limitat illum tex. & similes. idem tenet Bal. in c. veniens. el j. circa fi. de testi. & sequitur etiam Inno. in d. c. vt debitus. nisi talis opinio fuerit communiter reprobata. nam in consulendo & iudicando nō est recedendum à communi opinione: & tradit Phil. Corn. consi. clxxxj. incip. visa copia. col. pen. versi. ex quibus. in iij. vol. Et adde, quòd appellatione omnium & singularum expensarum veniunt solùm expensæ legitimæ, iustæ & moderatæ, vt per Alex. in consi. lxxiiij. incip. & si tantorum. col. fin. versi. præterea. in iiij. vol. Et an appellatione damnorum veniant expensæ, vide singul. Lud. Rom. sin. cccxlij. incip. nunquid appellatione. & vide per Gu. Pap. ccccl viij. incip. appellatione. vbi dicit, quòd expensarum appellatione continentur tam solutæ, quàm soluendæ, per gl. quam dicit esse no. in l. quibus diebus. §. j. ff. de cond. & demon. Et adde, quòd vbi quis in articulo iuris succumbit, opin. Doctorum nec iuramentum calumniæ excusant ab expensis, secundum Bal. consi. cccclxxij. incip. statuto communis Papiæ. col. fi. versi. & est no. in j. volum. Henr. Fer.
c Iusiurandum. ¶Aliàs incip. pono, iure.
d Raynaldus. ¶De iur. calum c. ij. lib. vj.
e In fin. ¶Lib. vj.

fiunt à ma.parte ea.quæ fuit.ff.de dolo,l.j.C.de in offi.testa.si quis suo.& quia ipse non agit,sed patitur,vt iam dixi suprà in versicul.
10 quid ergo.Et hoc in appellatione in iudicio.¶† Si verò extra iudicium appelletur, bene condemnabitur appellatus in expẽsis in lite factis,vt C.lib.x.de sump.recuperat.l.vnica, cum suis concor.
a & extrà de elect.statuimus [a].quia tales appellationes sunt prouocationes ad causam,vt extrà.de app.cùm sit Romana.Inuenio tamen vnum casum,in quo contrarium obtinet,vt extr.de app.cor
b di.§.pen.[b] quæ loquitur,cùm in iudicio,vel extra appellatur,vt i-
c bi in prin.sed ibi punitur alia ratione [c].Quidam verò dicunt, quod sicut iudex punitur,qui appellationem non recepit:sic & iste,qui eam non approbat:quod dic, vt in Summa domini mei de appel.
bent plurimum iuris & plurimum facti, vt traditio ex causa emptionis, ff. de vsuris, l. si stipulatus. Adeo nanque ius continet, vt si agatur, ne ius transferatur, non est emptio: quia & si non actualiter, tamen potentialiter debet interuenire iuris trãslatio, vt ff. de ɔtrahen. em. l. cùm manu sata. §. fi. ¶In habentibus plurimum iuris, id est, in quibus tota forma obligationis in iure ɔsistit, licet in executione obligationis factum versetur, vt l. traditionibus. C. de pact. & de leg. 2. l. Mæuius. §. fundo. non venit interesse iure actionis, nec est in petitione, sed in executione, Insti. de leg. §. si res. ff. de leg. 2. l. ñ dubium. Tamen hoc interesse taxatur, & eius ɔdemnatio moderatur ꝑ dictam l. j. licet veniat officio iudicis. In mistis venit interesse iure ɔtus, & iure optimo id est, iure actionis debetur: & itidem taxatur in puris factum. Glo. dicit ñ taxari per legẽ, sed per facti contingentiam, vt l. quatenus. ff. de regulis iuris. Sed hoc videtur falsum: quia in cõtractu locationis locator tenetur ad purum factum, id est ad penitẽtiam, & tamẽ taxatur interesse. Sed respon. ꝙ potius patientia est in executione obligationis, magis propter aliud, id est, propter fructus rei. qui habent certam quãtitatem, vel naturam, quàm propter se, ff. de furt. l. si seruus. §. locaui. & hoc in locatione rei. Sed ista solutio non ɔcludit in locatione operæ, vel rei & operæ, vt ff. locat. l. sed addes. §. item cũ quidam. & ideo dic, secundum Pet. & Bar. quòd etiam iste dicitur certus propter mercedem conuentam: quę conuentio mercedis cadit super certo & incerto: & in correlatiuis vnum propter aliud redditur certum & intelligibile, l. j. ff. de reb⁹ dub. Præsumitur ergo, quòd illud factum tantum valeat, quantum locatũ fuit, ff. đ do. causa mortis, l. mortis causa. §. Titia. & ideo duplum huius, tãquam interesse communis, vel conuenti, excedi nõ potest. & idẽ sentit Iacob. Butrig. & sic ex adiuncto aliquid certificatur, & coarctatur, ff. de vino, tri. & oleo leg. l. fi. §. cui dulcia. Bal. ¶Item nota, quòd quoddam est interesse rei, quoddam circa rem quoddã extra rem. Interesse rei est bonitas rei. vt pretiũ, vt l. vinum. ff. si cert. petatur, & l. cùm quid. & l. in hac. ff. de tritic. de act. emp. rem. §. fi. Interesse circa rem est, quod rei accedit, vt hæreditas seruo relicta: & istud etiam venit tanquam cohærens & cõnexum, ff. ad leg. Aquil. proinde. §. item causæ corpori cohærentis. ff. de euict. l. vẽditor hominis. Et bene dico Circa rem. nam dictio Circa, apposita super rebus, accessionem significat, non principalitatem, vt l. Rutilia. ff. de contrahen. emp. & ff. de ser. rust. præd. l. qui duo prædia. Officium enim istius dictionis mercenarium est & nobile: & interesse istud circa rẽ cognoscitur hoc modo, quia sequitur rẽ, quocunque vadat: & in rem, non in personam propositum est. Item nota, ꝙ ĩteresse intra rem, seu circa rem, est quando ipsa res, quæ fuit deducta in contractu, æstimatur, vel fructus eius: interesse extra rem est, quando alia res est, quæ ñ fuit in contractu deducta: quod nunq̃ venit ex mera natura contractus, qa nõ fuit de hoc cogitatum, sed venit interdum ex natura alterata ratione doli, vel culpæ latæ, ff. de act. emp. l. Iulianus. vel ratione delicti, vt lege Aquilia, quia sapit pœnalitatem, ff. ad l. Aquil. l. proinde. Interesse extra rem omnino separatur à re conuenta, & est id quod nõ accedit rei, sed peririæ, ff. ad l. Aquil. 3. ff. de admi. tut. l. Titium & Mæuium. § altero. Hic tamen qñq; venit, qñq; succedit pretium loco rei, ff. de rei vend. l. mater. ff. de distra. pig. l. j. de verb. sig. l. Labeo. damnum enim & commodum eius esse debet, qui suo periculo negotiatur, ff. de rei vend. l. si nauis. §. j. Item est extrinsecum quod accedit ratione fortunę, vt si famila fame petit. ñ em̃ mora erat ad hoc ordinata: qa mora ñ excedit fines eius, quod debetur vt l. si sterilis. §. cùm per vẽditorẽ. Et hoc dico de interesse dãni & lucri. nam lucrum, qđ est in re, venit: vt emi pro quinque, qđ valet octo, l. j. ff. đ act. em. ff. de min. l. in causę. la 2. §. j. lucrum extr. rẽ nõ venit: vt si habuissem equum, vicissem hostem: vidissem facta mea, & similia: sic ff. man. l. idemq;. §. idẽ Labeo. Lucrum circa rẽ est, vt hæreditas delata, vt d. l. venditor hominis. Item prodesse lucrum, lucrum radicatum est quasi damnum, vt ff. de bonis, quæ liber. l. liberto octuaginta. Lucrum Mercaturæ solitæ venit, l. 3. in fi. ff. de eo, quod cer. lo. insolitæ non venit, l. fi. C. de peric. & commo. rei ven. & ff. de neg. ge. l. si quis negotia. & similia. in lucro em̃ attenditur aptitudo & ɔsuetudo, in damno attẽditur actio, vt no. in l. 3. in fi. ff. de eo, qđ cer. lo. Item no. interesse lucri: ꝙ aut lucrũ erat bonũ, sed nõ æquum, & ñ cõsideratur, vt l. sciẽdũ. ff. ex quib⁹ cau. ma. ɔiuncta l. j. ff. de iust. & iu. aut bonũ & ęquum: & tunc aut fundatur super ɔtractu, vel quasi, delicto, vel quasi: & venit: aut non habet fundamentum, & non venit, vt l. Proculus. ff. de dam. infe. Satis tamen est pro fundamento ius commune, ff. ne quid in loco publico, l. j. §. meritò. ¶Affectio duplex: quædam æstimabilis commodo pecuniario: quędam, quę nummario pretio ęstimari ñ pt. Item ñ est ɔsiderãda affectio qualis est, sed qualis esse debet cũ moderamine. regulari enim debet affectio. Item interesse singulare, qđ limitatur ad duplum, est interesse singularis vtilitatis, vel affectionis causatæ à singulari vtilitate. ñ nuda cũ cogitatione: & vtilitas ista bñ cadit in sensum & in notitiam. Bald. ¶Opponitur, ꝙ ĩteresse veniat vltra duplum, vt l. rõ. §. fi. ff. de act. emp. Solutio. Ibi nõ loqtur de interesse singulari, sed de rei ęstimatione, vt l. vinum. ff. si certum pet. & ff. de verb. oblig. l. quoties in diem. Secundò opponitur, ꝙ veniat vltrà, ff. de actio. emp. l. Iulian⁹. Solutio. Ibi fuit dolus in contrahendo. secundum Placent. vel in tradendo, secundum glo. vel ibi loquitur de interesse communi, secundum gl. Oppono ad idem ff. ad l. Aqui. l. proinde. ff. de incẽ. rui. & naufra. l j. §. senatus. Sol. Ibi loquitĩ maleficiis & pœnalib⁹ actionibus: vel, ibi est simplum interesse cõmune, ñ duplũ: vt no. Dy. Inst. đ act. §. omnes. Oppono ad idem de l. venditor hominis. ff. de euict. Sol. Ibi est interesse commune, & accessorium rei, qđ rem sequitur: & pt peti totum: quia ĩteresse commune est paruũ interesse hincinde, sed singulare ĩteresse ẽ respectu petẽtis, & pœna respectu ɔuenti: ìõq; arctatur, vt d. l. j. ne qs eum. & l. pe. §. oppono. ad idem. ff. de in litẽ iuran. l. videam⁹. §. iurare. Sol. Hìc interesse veritatis, ibi affectionis: in quo casu dico, ꝙ poterit esse minus duplo, non plus, per hãc legẽ, secundũ Iac. de Are. Opponitur, ꝙ non debeat duplicari ĩteresse cõmune, sed ɔuentũ, ff. đ act. emp. l. Titius. Sol. Ibi speciale, vt interesse commune ñ possit peti vltra duplum ɔuẽtum, ne facto vẽditoris emptor min⁹ oneretur, arg. ff. de rei ven. l. in fundo. Pet. dicit, ꝙ illa l. Titius. idem dicit, qđ l. j. C. de sent. quæ pro eo, qđ inter. qđ est falsum: quia lex, Titius, loquitur de communi æstimatione, & eam taxat: hìc autem de singulari. Oppono ad idem ff. de euict. l. cùm fundus. Sol. Ibi de culpa ɔuentionali. hìc de legali. nam culpa ɔuẽtionalis refert se ad ꝑtium ɔuẽrum, non ad commune. Oppo. ꝙ pœna sine vlla moderatione possit peti, vt Inst. de inuti. stipula. §. alteri. Solue, vt ꝑ Dy. Insti. de act. §. omnis. Sed Iac. dicit, ꝙ petit, quãtacũq; sit, licet per nomina multiplicantia. Fallit in arrhis, C. de spon. l. fi. in stipulatione euictionis, vt l. si dictum. hoc sentit gl. Inst. de actio. §. omnis. ꝑ hoc l. Celsus. ff. arbi. tu. vt glos. arguendo de pactis ad legem, ff. de euict. l. si ita quis. Et est ratio differentiæ: qa per nomina multiplicantia terminus referens arctatur ad terminũ, ad quẽ fit relatio aliqua: sed in absoluta ꝓmissione cessat relatiua adiectio: qa ñ est ibi relatio aliqua, arg. ff. đ ɔtrah. emp. l. vẽditiõis. in rõe sui. Oppo. quòd interesse ñ veniat in lucro, vt l. si sterilis. §. cũ venditorem. đ ac. empti. ẽt si sit probabile, honestum, & certum. Solue, vt ibi per Doct. & in l. 2. ff. de eo, quod cert. lo. per Guliel. ¶Extrà scias ad l. Iulianus. Iac. de Ra. dicit, ꝙ venditor tenetur per verbum ad tradẽdum, & per aduerbium ad factum negatiuũ de culpa, qđ absit, ẽt leui, quæ venit ex natura contractus, quæ tacita obligatio per aduerbium, quia in facto. ideo ĩ solutũ ĩteresse petitur, secũdum Iac. quod reprobato: quia habet mutuam recompensationem, vt dixi superius. Vel dic cum Iac. quòd recompensatio relatiua respicit lucrum, non damnum: sed obligatio doli respicit etiam dolum, vt l. Iulianus. & hęc vera Bal. ¶Item scias quòd Pet. extra. opponit de l. liber. homo. §. fi. ff. de verb. obli. vbi petitur totũ interesse singulare, putà pœnæ incursæ, & venit etiã vltra duplũ. Sol. Ibi datio reputatur factum: nam datio in persona tua ñ est datio, quo ad me. sed factum, ff. đ sol. l. qui reo. §. qui Romæ. & sic ñ habet certam quantitatem, vel naturam, secundũ Bar. sed falsum est. ꝙ ipsa quantitas, cùm ex seipsa constet, habet certam naturã & mensuram. nam, vt concludendo dixerim, quantitas, pondus, mensura, species, genus & factum, quod habet mutuam pręstationem de aliquo predictorum generũ, dicitur certa quãtitas, quo ad hanc legem. Casus autem incerti dicuntur, vbi commune interesse non cadit, vel non constat deo eo: vel vbi est factum sine recompensatione, vel cũ pari recompẽsatione, vt facio vt facias. Et ideo ad l. liber homo. dic, quòd ibi res, quę debetur, non afferebat interesse commune agenti, & ideo non venit totum singulare. ibi enim non affert mihi solutio alteri fienda intrinsecam vtilitatem rei & dominium, licet afferat commodum liberationis. Bald. Prætendere interesse, est quoddam pati: & si est passio communis, id est, communiter considerata, est interesse commune: si singularis, est singulare. Et est simile, quòd, vbi non cadit interesse ĩtra rem, venit extra rem, ff. de in lit. iur. l. nummis. & de eden. l. argentarius. §. cùm autem. iuncta l. postquam. de pactis, nisi fictè, l. j. C. de donatio. l. locum. §. condemnatio. ff. de tab. exhib. Et no. quòd omne interesse finaliter in quantitate consistit, ff. de re iudic. l. si quis ab alio. §. final. & venit in contractibus innominatis, etiam do vt des, ff. de rerum permutat. l. j. in fin. & not. Insti. de actio. §. actionum. & C. de sent. quæ pro eo, quod inter. l. j. Cùm ergo diffinitur interesse, quod est damnum, expone, id est, quantitas damni: & sic de lucro verbalis expositio est. Bal. Et not. quòd aut merum factum debetur ex dispositione legali: & tunc præcisè debetur, siue debeatur ex dispositione prohibitoria, vt ff. đ noui operis nunciatione, l. stipulatio. §. siue. vel ex præcepto legis, arg. ff. de pollic. l. de pollicitationibus. Aut debetur ex contractu: & tunc aut facti executio continet publicam vtilitatem: & debetur

betur præcisè,ff.de no.ope.nun.l.stipulationi.§.siue.in glo.ordinaria:aut prætoris authoritate,& tunc considera,vtrùm prior cogitauerit de facto,an de interesse,id est,consideratur naturam stipulationis prætoriæ,ff.de præt.stip.l.sed & hæc.§.prętor.&l.non cogendum. §. Sabinus. Aut solam contrahentium voluntatem: & tunc aut est actum,quòd præcise debeatur:& præcisè debetur vt not.ff.de donat.l.hæreditas.aut non est actum, quòd præcisè: & tunc aut affertur interesse iustum verè & interpretatiuè:& sufficit,vt not.in l.j.ff.de act.empt.Aut non est iustum,saltem interpretatiuè,vt quia domino,cui permissa est restitutio,displicet:& tunc præcisè,vt ff.de rei vendic.l.is qui dolo.cum l.seq.Aut factū debetur ex vltima voluntate:& tunc aut eius impletio respicit pietatē,aut decus publicum:& præcisè debetur,vt ff.de leg.3.l.fideicommissa.§.si non opem.nam commutatio fieri non potest, ff. de vsufr.l.legatum.Si respicit priuatum interesse, idem, quod in contractibus.Bal.Et not.quòd licet commutetur interesse, non fit nouatio:quia venit ex dispositione legali,ex qua nouatio non fit:quia stipulatione,non lege nouatio peruenit,l.fina.C. de nouat.& probatur ex coniunctione duarum legum ff. de conditio. furt,l.si condicatur.& l.in re furtiua.de verb.ob.l.scire debemus. §.final.Sed in pœna dic.vt per Gulie.in §. si pactis.De interesse,vtrùm possit peti iure actionis:certum est,quòd sic,de interesse ꝯuento:sed de interesse communi & singulari dic, quòd aut petitur ratione morę,aut culpę,aut ratione euictionis.Si ratione morę,aut est factum merum,& peti potest iure tacitę conuentionis vt in d.§.Celsus.aut factum mixtum.& dic,vt ī l.j. de act.emp.aut datio:& tunc aut ex contractu nominato, aut ex innominato.primo casu præcisè est obligatio ad rem:secundo casu ē interesse in obligarione.Si ratione culpæ, dic, vt in l. eleganter. §. final.ff.de dolo, & in actione empti. l. Iulianus. qui est in obligatione, Idem, si ratione euictionis. Baldus. In his, quæ in se non continent publicam vtilitatem,attenditur interesse extra rem, secundum quosdam.Idem,si in se,sed ñ respectu creditoris,ff.de verb. oblig.l.liber.homo.§.fina.vel vbi fuerat cogitatum de illo extrinseco interesse.nam id,quod tacitè agitur attendi debet,vt not.in simili e.ti.l.eum qui certarum.in prin.& ff.quando dies leg.ced.l. Firmio.Bald.

ADDITIONES NOVAE.

50 De fructibus no.in l.fructus.ff.sol.ma.de multiplici fructu,Bal. in l.ancillæ.C.de fur.

An in eodem libello possim petere rem & fructus,not in l.fundi.& l.fundum.de exce.fac.Bal.in l.j.C.de fruc.& lit.expen.vbi q̄rit an fructus veniant sine petitione libellarij.

Casus in quibus possessor etiam cum titulo tenetur de fruc.percipien.not. in l.sed & partus.quod met.cau.& l.si fundum.de rei vendic.

De materia fructuum percipiendorum,& quādo sit vtilius petere fundum,& quanti plurimi valuit à tempore morę quam peteret fundum cum fructibus,& quæ & qualis,& in quibus sit differentia inter ista,& quæ differētia sit quo ad fructus inter actiones bonæ fidei & stricti iuris,Bart.in l.si filiusfam. §.si fundum.de verb.oblig.

Nota quòd in iudicio vniuersali quis citius & facilius obligatur ad fructus percipiendos,quia statim post motam controuersiam quam in iudicio singulari,vbi demum post litis contesta.vt nota. per Iac.Butr.in l.j.C.de peti.hered.& ibi ponitur ratio.

In l.cum quis persuasit.de dolo.nota quòd si aliquis turbat vel inquietat colonū meū,vel ipsum spoliat, vel īsultat ad domū,& possessionem meam,propter quòd colonus meus non audet stare nec laborare. quòd contra talem competit mihi domino actio de dolo ad interesse meum, quanto minus recolligam propter causam dictam,Inno.in c.dilectus filius.de appel.& hic.in fin. huius legis.

An ille qui est missus in possessionem ex aliqua causa faciat fructus suos:de hoc per Bart.in l.is cui. §. quæri potest. vt in possess. leg.& in aut.de exhibit.& introd.reo.§.si verò.sed pone quòd aliquis creditor petebat debitum à debitore. & quia non soluebat sibi fuit missus in possessionem bonorum.& data fuere sibi in solutum minus solenniter.hic creditor multo tempore tenuit dicta bona:postea debitor vult soluere debitum, & bona sua repetere, ac etiam fructus per dictum creditorem perceptos. creditor autem dicit quòd sunt bonæ fidei:not. in l.Paulus.de fideiuss.per dom.Argentinum. quòd non imputentur fructus. fac.l.fructus. ff.de vsur.In contrarium fac.gl.in l.j.C.de fide instr.& iur.hast.fisc. li.x. super ver.mala fide.Item fa.gl.in l.si fundum.C.de rei ven.in quarto casu fallentiæ.nam & hic potest dici emisse à fisco, qui ei in solutum dedit, præcipue per statuta Mediolani de datione in solutum minus solenniter facta.not.per Bart. in l.si non sortem. §.si centum.de cond.indeb.& ibi etiam per Bal.

An possint peti fructus plurium annorum,not.in l.diuortium. sol.mat.& de impen.in re.dota.fac.l.fi. fac. ad not.in l.j.C. de vsu. & fruct.leg.Bar.in l.sequitur.§.fructus.ff.de vsucap.

An possint peti fructus vel æstimatio eorum,Bartol.in dic.l.diuortio.§.ob donationem.so,ma.&l.cum de his.de his qui.vt ind.

Nota quòd illæ leges quæ dicunt quòd fructus ex re quos percepit bonæ fidei possessor tenetur restituere,debent intelligi nisi per triennium possederit.Cy.in l.ancillæ.de fur.Bar.in l.sequitur. §.fructus.de vsuc.Bar.& Bal.in §.ob donationes.

In l.apud Iulianum.de leg.j.nota ex hac l.quòd illud quod dicitur,quòd quis teneatur de fructibus perceptis,& qui percipi potuerunt,scilicet à petitore,not.in l.ex diuerso. & l. si nauis.de rei vendi.fac.c.grauis.de resti.spol.in fi.Bal.in l.domum.de rei vend. Ang.in l.ex diuerso.ff.eo.tit.

Nota quòd cum aliquis vult aliquem in fructibus condemnari,debet fructus ipsos liquidare:aliàs in sententiam non veniunt. & hoc per l.si secundo nupserit mulier l.j.ex quo dicitur,quòd licet in sententia dicatur, Condemnamus Titium ad fundum & fructus,quòd nisi sint liquidati fructus,non tenet sententia in eis & ita refert Cyn.& Bald. ibi in l. cum propria.C. si quis alteri vel sibi.

Nota quòd si ago ad rem, & in libello non peto fructus, vel si petij,& iudex de ipsis nihil dixit,vel pronunciauit,non possum agere ad ipsos fructus.vt c.grauis.de resti.spol.& ita dicit Bal. fore in damnis & interesse,per ea quæ not. in l.si quis iussum.§.iudex. de dam.infe.& hæc sunt vera,quando fructus petuntur vt accessorium,secus si vt principale,secundum Inno.ibi,& in c.sacro.de sen.excom.

Si volo petere interesse alicuius domus meæ destructe occasi. quomodo petere debeam,& quid probare habeam.Bar.in l.cum emptor.§.deducto.de dam.infec.

An in criminalibus veniat interesse, gloss.quòd sic in l.fideiussor.§.fina.qui satis.cog.gloss.contraria in l.si quis reum.de custo. reor.

Circa petitionem interesse vide Bar. in l.si mihi vsumfructum. de vsufruc.leg.& quomodo debeat peti interesse. Bart. in l.certi condictio.ff.si cer.pet.

Nota quòd interesse conuentum quod dicitur æstimatio non excedit nec minuitur,nec mutatur,l.si inter virum.de iur.dot. C. fallit in l.si ita stipulatio.de ope.lib.

Nota quòd interesse dicitur esse in obligatione alternatiuè.no. gloss.in l.hæredi.de donat. an autem interesse sit in obligatione, gloss.in l.si quis ab alio.ff.de re iudica. tenet quòd non.alia gloss. in l. stipulationes non diuiduntur. tenet contrarium. & illa approbatur.

Nota quòd vbi lucrum cum alterius iniuria venit,eius ratio haberi non debet,notat gl.in l.si quis vxori.§.si seruus surreptus.de fur.de hoc not.in dic.l.stipulationes non diuiduntur. & l.j. C. de senten.quæ pro eo quod interest.

Nota quòd interesse quod est in tempore iure actionis attendi non debet.ad hoc l.pater.in fin.de castrens.pecul. fac.l.quiuis, de ver.ob.

Nota quod non tantum interest prælatorum & dominorum amittere iura quæ habent in subditos, sed etiam subditorum,interest non mutare dominos,ideo possunt subditi defendere & assistere defensioni,& appellare.Inno.in c.auditis.de præscr.

In l.qui solidum.de leg.2.si reus obiicit exceptionem pro parte nisi petitor dicat se paratum partem aliam recipere,nō est in mora ille à quo petitur.vt hic & in l.in fideicōmisso.de vsur.& est ratio,quia si petis à me totum,non est verisimile quòd velis recipere à me partem: quia non cogeris recipere nisi soluam totum,l. Lucius.§.tutor. ff. de vsur.& ideo debes dicere,tu petitor da mihi partem de qua confiteris, ad hoc vt super toto committatur mora.quod not.

In l.3.§.in hac.commo.no.quòd si statutum dicit quòd damnū emendetur à rusticis,& quòd de æstimatione damni stetur sacramento damnum passorum, vsque ad certam quantitatem.nam cum interesse veniat hîc iure actionis,iudex debet deferre sacramentum.si diceret, iuro me tantum damnum passum esse ex tali facto,nisi se referat ad tempus damni dati.potest enim esse quòd plus interest quam tempore damni dati,quod non debet inspici, vt l.vbi autem.§.j.de eden.& l.id quod §.j.de consti.pec.vide Bar. in l.3.§.in hac.commo. Item ex hoc §. quæritur quando petitur executio instrumenti continentis debitum vini vel bladi vigore statuti,an habeatur ratio ęstimationisà tpe more, secundum opi. gloss. an non: quia officium iudicis exequentis se ad hoc non extendit,si super instrumento solum petitur executio, & tempore instrumenti facti videtur lata sententia. ergo, &c.sed secundum opinionem quam teneo,quòd etiam post sententiam crescat æstimatio

ſtimatio, tunc habetur ratio huius extimationis. & ita ſeruatur, quod indubitanter puto verum,ſecundum iura cano.Bar.

60 Nota quòd fructus non compenſantur cum quãtitate,niſi ſint conſumpti Bar.& Bal.in l.diuortio.§.ob donationem.ff. ſol.mat. nam ſicut non poſſunt ſolui pro quantitate, ita nec compenſari. & ſic limitantur illa iura quę dicunt quòd fructus extenuant ſortem:quia debet intelligi ſi ſunt conſumpti.

In l.fin.ff. de eo quod certo loco.Bar. quærit an ſorte ſoluta remaneat petitio pœnæ,vt l.ſi pro fure.de condi. fur. Item ſi creditor recipiendo ſortem proteſtetur eſſe ſaluum ius ſuum ſuper intereſſe,an per hãc proteſtationem ius ſuum ſibi reſeruauerit.hæc quæſtio reſidet in hoc,an recipiendo ſortem perdatur petitio intereſſe ratione tacitæ voluntatis,vel tacitæ remiſſionis, an ex alia iuris neceſſitate.Bar. dicit quòd ſi quidem recipiens expreſſe liberat ſoluentem à ſorte,proteſtãdo quòd ſibi remaneat ius ſaluum in petendo intereſſe,quòd non poſſit ſibi reſeruare: ſed ſi non liberaret ſed ſimpliciter ſortẽ reciperet cũ illa proteſtatione,tunc proteſtatio prodeſt in hoc quòd non videatur liberatus à ſorte, ſed remaneat petitio ſortis propter intereſſe hoc prob.in l. iiij. §. hoc autem.& §.item Iulianus.ſ.e.ti.poſſumus etiam dicere quòd quando liberauit à ſorte ſub proteſtatione quòd remaneat petitio intereſſe,quòd ſi quidem reus ſoluens cõſenſit,poſſit intereſſe peti non vigore officii iudicis vel actionis ſublatæ,ſed noua actione præſcriptis verbis,quæ oritur ex quodam ꝯtractu in nominato iure ſolutiõis celebrato.ſed ſi libero hoc pacto quòd habeam intereſſe, & ſic cum debitor liberatus ſit ſine cauſa poſſit agere ſine condictione ſine cauſa,vel vt ponat ſe in priſtinam obligationem ,vel poſſit petere intereſſe: verum quia iſtud intereſſe erat paruum petetur iſtud intereſſe principaliter omiſſo circuitu, vt l.ſi mulier.de condi.ob cauſam.& l.ſi quis accepto.e.tit.Bar.

In l.certi condictio.§.quoniam.ſi cer.pe.fac.ad quæſtionem,ſtatuto cauetur,quòd non poſſit probari debitum vltra li.xx. per teſtes pone quòd promiſiſti mihi reſarcire omne damnum quod paterer ex tali cauſa,& de hoc,apparet inſtrumentum:vnde cum paſſus fuerim damnum vſque ad centum illa peto, & promiſſionem probo per inſtrumentum , damnum & intereſſe probo per teſtes: an iſta probatio ſufficiat, domi.Iaco. determinat quòd ſic. nam ſtatutum dicit quòd non poſſit probari vltra xx.li.per teſtes. nota.ꝙ dt debitum non de ſumma debiti: debitum autem & creditum dicitur quando fidem ſequor alterius,l.j.eo.tit. nec dicitur ꝑꝑſententiam:iſtud autem quòd fidem alterius ſum ſecutus probatum eſt per inſtrumentum,ergo debitum eſt probatum per inſtrumentum.præterea ponamus quòd iſta duo conficiant vnum tantum,ſcilicet inſtrumenta & teſtes faciant vnam perfectam probationem,quia teſtes non ſufficerent ſine inſtrumẽto,nec inſtrumentum ſine teſtibus:ſine dubio verum eſt dicere. quòd iſta probatio non eſt facta per teſtes, ſed eſt facta per teſtes & inſtrumenta , & ſtatutum ſolum reſpicit probationes quæ fiunt per teſtes. pro hoc fac. l. hic poſita. nam licet tex. hic dicat quòd contrahitur re & verbis.glo.exponit verbis, tamen interueniente re.ita in quæſtione noſtra debitum probatur per inſtrumenta & per teſtes ad declarandum debitum.non enim teſtes probant debitum, ſed intereſſe, ex quo declaratur debitum. debitum autem probatur per inſtrumentum.Bar.Bal.de hoc.in l.j.de leg.ij.

In l.vinum ſi certum petat.Bal.dicit quòd gloſ.dicit quòd non petitur æſtimatio in libello , tamen iudex condemnat in cauſa, quia venit officio iudicis.Inno.dicit quòd ęſtimatio debet peti in libello,c.ſacro.de ſen.excom.glo.in l.ſi quis miſſum.§. fi. de dam. infec. dicit quòd intereſſe præteritum ante litis conteſtationem debet peti in libello, ſed poſt litem non debet peti. Alibi dicit gl. quòd forma ſententiæ ſit reſtringenda ad formam petitionis,l.in hac.de triti.& ideo eſt tutius petere in libello,non tanquam debitum,ſed officio iudicis mercenario.ſed ſecundum glo.quæ eſt in rub.de interrogato. actio. non eſt neceſſarius libel. pro eo quod veniat officio iudicis.ſed illa glo.loquitur quanpo officium iudicis non reſpicit condemnationem , ſed proceſſum cauſæ. Videamus qualiter debeat formari libellus,quid debeat probari, & qualiter debet formari ſententia.Circa primum aut fuit certus terminus aſſignatus ſolutioni, puta vindemiarum , & ſic concipitur libellus: Coram vobis domino Bartolo iudice narro ego contra Titium & contra quamlibet perſonam pro eo in iudicio legitime interuenientem,dicẽs,quòd ego mutuaui ſibi decem corbes frumenti boni & nitidi , quas promiſit mihi reddere in nundinis S.Laurentii Mediolani.dico inſuper quòd in dicto termino inde elapſo dictus Titius neglexit & omiſit mihi reddere decem corbes frumenti eiuſdem bonitatis:dico inſuper quòd in dictis nundinis corbis frumẽti eiuſdem bonitatis communiter valuit quinque: & ita communiter emptum & venditum fuit frumentum tempore dictarum nundinarũ:dico etiam quòd frumentum non valuit minus quam valuit tempore dictarum nundinarum , quo debuit fieri ſolutio:dico etiam quòd prædictus Titius denegat & recuſat mihi reddere dictum frumentum , & æſtimationem qua pluris fuit dicto tempore : quare peto eum condemnari debere per vos & veſtram ſententiam , ad dandum & reſtituendum mihi decem corbes frumenti æquè boni cum æſtimatione quanti plurimi valuit tempore prædicto , & cum æſtimatione quanti plurimi valuerit ſeu valere contingerit vſq; ad ſnĩam diffinitiuã ipmq́; ꝯdẽnatũ cogi & ꝯpelli ad ſoluendũ remediis opportunis, & peto in prædictis procedi contra eum & ꝯ omnem perſonam pro eo legitime interuenientem omni modo,iure,& forma, quibus melius poſſumus,ſaluo iure addendi,diminuendi, ſupplendi, interpretandi & corrigendi vſque ad finem cauſæ & nota quare tot verba pono.nam in primo allego libellum cõtra eum,& contra quamlibet perſonam pro eo legitime interuenientem: omni modo,iure & forma quibus melius poſſimus,hoc dico:quia ſi reus minor eſt, vt videatur in ius vocatus à perſona legitima , l. j. §. ſufficit.de admi.tuto.& l.j.de condi. fur. ſed in dubio ipſemet debet curare, vt legitimè compareat,alias contumax reputatur,l. ſi minor.de bon.auth.iu. poſ. ſed in maiore hoc addito, vt ſi perſona procuratoris compareat etiam in rem poſſit formari ſententia.de elec.c.querelam.&l.j.de ſenten.&inter.om.iu. idem tamen ſi hoc non eſſet ſpecificatũ in libello, quia in procuratorem transfertur inſtantia etiam vnius articuli ſi fiat ad vnum articulum. ff. de proc.l.in cauſæ §.ſi ex cauſa de curato.conſtat ff.de euic. l. ſi ideo. §. j. Secundò deduco in libello tempus ſolutionis : iſtud eſt de ſubſtantia opponere , quia oritur ius ex tempore. ſed in his in quibus non oritur ius ex tempore,vt l. 3 .de Iuſti.non oportet adiicere tempus,vt l.ob cauſam.§.j.de teſti. niſi in maleficiis, vt l.libellorum de accuſationibus : quia libellus in criminalibus debet eſſe certior, & magis coarctatus ad hoc vt reo ſit apertus imò ſecundum quoſdam etiam libellus citatorius debet eſſe certus in criminali,& debet factum,locum,& tempus continere,l.ij. de dila.& hoc rationabile ſaltem vbi contumax pro confeſſo habetur ex forma ſtatuti,nam ignorans non videtur conſentire nec fateri l.fin.C.plus valor.quod agi.& l.nec ignorans,de dona. & c. ij. de confe.lib.vj.Alii dicunt quòd ſufficit quòd citatio ſe referat ad libellum oblatum iudici:quod videtur verius,cum citatio poſſit fieri viua voce , & etiam per nuncium , & tamen nuncius neſciret dicere formam libelli ſpecifice,l.quotiens.in fin.de digni. lib. xii. & fac.C.de feriis.l.fin.quia eſt certum quòd citatio debet eſſe legitima,alias quicquid ſequeretur ex ea nõ valeret,vt l. neque. de verb.ſig.& l.i. de fer. Item facta à iudice competenti, vt C. ne de ſta defunc.l.ſi pater.& c. vt debitus. de app. Tertio deduco communem æſtimationem,quia commune intereſſe hic debet conſiderari,ideſt commune partium, vt l.pretia.ad l.Fal.& l.iij.§.fin.de eo quod certo loco. Item de duco negligentiam quæ præſumitur ex lapſu certi temporis,vt l. magnam. C. de contrah. & commit.ſtip. Item pono illud quanti plurimi, ideſt quantum plus eſt in æſtimatione,ſimul tamen cum frumento.nam in ſola æſtimatione principaliter fundari non poteſt libellus & iudicium.vt l.ſi in iudicio.de re iud.& l.fin.in fin.de condi.indeb.Item ideo dico peto frumentum æque bonum , vt non dicar petere frumentum quod non reperitur,l.quidam.§.fin. de vino, tri. & ole. leg. Item ideo dico peto compelli , vt non ſit neceſſaria in executione noua petitio, ſi per officium iudicis iam imploratum fiat: quia ſufficit ſemel eſſe petitum,l.iiij.§.hoc autem.de dam. infec. Item ideo peto procedi omni modo &c.vt non videar me aſtrinxiſſe ad certam legem: nam ſi peterem procedi ſecundum formam iuris ſimpliciter , dicunt quidam quòd intentaſſem viam ordinariam iuris communis,& nõ poſſet procedere ordine tradito à ſtatuto,quia ius ſimpliciter prolatum ſignificat ius Romanorum. Inſti. de iur. natu.§.iij.Dico quòd licet in actore ſit forma petendi,tamen forma procedendi ſuper petitis ſtat in iudice,& pertinet ad officium reſidens in iudice,& ſi habet plures vias,poteſt vti qua via & qua authoritate vult,ar. l.nec quicquam.§.de plano.de offi. procon. & leg.Inn.in c.cum ex officii.de præſcr. Item dico ſaluo &c. non quia poſſim derogare,l.edita.de eden.ſed vt nõ videar me adſtrinxiſſe,c.abbate ſane.de re iudi.lib.vj.Ius autem interpretandi competit vſque ad ſententiam,tamen interpretatio debet fieri ad exponẽdum,non ad perimendũ, c.cum dilecti.de acc.itẽ debet eſſe ꝯgrua & veriſimilis,no.Dy.in c.cum ſint partium de reg.iur.lib.6. ñ tñ conſidat obſcure loquens in iſta interpretatione,quia ſi ſuper obſcuro capitulo producit teſtes,nil ſibi prodeſſet poſtea interpretatio,quia culpa actoris non valet dictum obſcurum.extra de prob.c.in præſentia.

An ſola poſſeſſio ciuilis vel naturalis ſit ſufficiens ad acquiſitionem fructuum,Bal.in l.certum.C.de rei vendi.

Nota quòd ſi petitur fundus cum fructibus perceptis qualiter probetur perceptio,Bal.in l.certũ.C.de rei ven.aliàs l.ſi fundum.

Quid contineatur appellatione fructuum,Bald.in l. cohæredibus.C

bus.C.famil.erc.fac.l.fundi Trebatiani.C.de vsuf.leg. & l. defuncta.de vsuf.& l.si vrbana.de condi.indeb.& c.general, de elec. lib. vj.& l.frugem.ff de verb.sig.

50 An expensæ factæ ad perpetuam rei vtilitatem compensentur cum fructibus,Bal.in l.diuortio.§.impēdia.sol.mat.& ibi gl.quòd non.Contrarium not.in l.emptor.&in l.in fundo.ff.de rei vendi. dic quòd si habet causam ab agente fit compensatio: aliàs secus. etiam no.Bal.in l.insulam.§.fructus.eo.titu.

An fructus intelligantur de ductis expensis,Bal.in l.fructus.sol. matri.distinguit,& etiam dicit quid sit fructus, & l.si à domino. §. fin.de peti.hære.

Quid contineatur appellatione fructuum,Alb.in repe.in verb. fructus.

Fructus rei legatæ fiunt legatarii à tempore mortis testatoris. Bal.in l.legatis.C.de vsur.& fruc.lega.& not.§.

Creditor tenetur de fructibus perceptis, & quos percipere potuit,l.ij.C.de pigno.actio.facit decrescere,verbi gratia obtuli tibi equum tempore debito, qui tunc valebat decem, nunc valet xx. Iac.de Aret.dicit quòd mora creditoris non facit decrescere æstimationem.petrus tenet contra,quia contractus non debet claudicare,ita Alb.in l.vinum. si certum pet.fac. l. si hominem. in fin. ff.man.

An si bonę fidei possessor perdat boues dum laborat bona,aliàs non perditurus, recuperabit tanquam sumptus factos causa colendi.Bal.in l.j.de fruct.& lit.expen.

Quod malæ fidei possessor non tenetur de fructibus qui percipi potuerunt ex re possessa meliore facta,industria & artificio possessoris.Ange.in l.sin autem.§.fi.ff.de rei vend.aliàs l. certum e.ti.

Differentia est inter fructum ciuilem & naturalem,Albric. in l. diuortio.ff.solu.matri.Angel.in l.si nauis.ff.de rei vend.

De libello in quo petuntur res cum fructibus perceptis & percipiendis, debet intelligi vsque ad sententiam. Angel. in l. Iul. §. idem Iul.ff.de rei vendi.

Differētia est an verbum fructus proferatur ab homine in contractu.de quo per Ange.in l.si à domino.§.fin.ff.de peti.hære.

Nota quòd si quis possidet rem cum titulo qui sit nullus, an teneatur de fructibus qui percipi potuerunt,Ange.in l.sed & repertus.ff.quod met.cau.

Nota quòd iuramentum in litem,licet locum habeat contra tutorem & hæredem eius, non tamen contra fideiussorem tutoris: ratio quia primi tenentur ex contractu tutelæ,qui est bonæ fidei, fideiussor tenetur ex stipulatione quæ est stricti iuris,in qua non iuratur in litem gl.est no.in l.sine hærede.in prin. ff.de admi.tu.ex hoc sequi videtur quòd cum statutum Mediolani de damno & interesse interpretetur & seruetur tantum in contractibus bonæ fidei,quòd si soluta sit sors ex contractu bonæ fidei nō possit amplius peti interesse,quanquam sit in stipulatione deductum: quia ex contractu bonę fidei peti non potest,l.iiij.C.depositi.nec ex stipulatione quæ est stricti iuris,vbi non habet locum statutum nec ob.quòd stipulatio sequitur naturam contractus cui opponitur, l.si legati.de le.j.l.si stipulatus.de vsur.quia illud verum in primordiali natura,puta si cresceret per inficiationem: secus in ea quæ superuenit ex accidenti per eandem gl. sequi videtur quòd per dictum statutum non possit iurari interesse cōtra fideiussorem, cum ipse semper obligetur ex verborum obligatione,l.blanditus.C.de fideius.& l.quinta.§.pen.de verb.obl.quod no.

An interesse possit ab initio taxari, quia in hoc videntur varii varia dicere.ad concordiam omnium videtur sic posse distingui. Aut taxatio interesse respicit principalem rem promissam,aut debitam,aut respicit eam accessoriè:si primum,& potest taxari,puta si res vendita euincatur promittit venditor pretium conuentum vel plus vel minus,vel alio casu simili.ita potest intelligi l.fi.ff. de præto.stip.ita vult Bal.in l.j.C.de sum.tri.& fid.ca.post tres columnas ver.deinde pone hanc distinctionem. & ita vide etiam Raph. de ful.ita etiam glo.in c.dilecta.de fo.comp.in gl.mag.ibi,& ideo vtile est,cum allegant dic.l. fin.si vero respicit accessoriè rem debitam,tunc aut taxatur interesse,quia non fit,aut quia non datur, si primum,aut taxatur annuatim vel mensuatim,& non potest secundum Bar.in l.ita stipulatus.de ver.obl.aut taxatur pro vna prestatione tantum,& potest secundum Inno.in c. sacro.de sentent. excom super verbo ad interesse.lo grande. versi. nota quòd æstimatio siue interesse ibi,si verò non fecero quod promisi.fac. l. ij. in fi.cum l.sequenti.ff.de verb.ob.& Insti.de verb.obl.§.fin.& potest dari exemplum vbicunque in obligatione facti succedit obligatio ad interesse,l.stipulationes nō diuiduntur.§.Celsus.de ver. oblig.cum simi.Idem putarem vbi factum non esset in obligatione,sed in conditione:puta si tale quid non fecero,Dabo tantum. Si verò taxatur interesse,quia non datur sors,tunc aut sors est debita ex causa mutui veri vel presumpti,& tunc non potest taxari. ita potest intelligi Bar.in dic.l.j.de sum.tri.&fi.ca.supra alleg.non tam ea ratione quàm ipse dicit,quia futura præuideri nō possunt, quàm quia sapit vsuram, quæ in solo mutuo attenditur, secundum Inn.in c.in ciuitate.de vsur.hinc est quòd non puto posse taxari ab initio in contractibus qui frequentissime celebrantur in temporib⁹ hodiernis,puta ex causa bladi vel vini debiti,vel simil. quia cum frequentissime iste causæ apponantur,& tamē verè est mutuum,propter talem frequentiam haberetur presumptio mutui,arg.l.iusto.in prin.ff.de vsuca. aut sors ipsa debetur ex causa alia,quam veri mutui vel præsumpti & tunc puto regulariter posse taxari ab initio,sicut in contractu emptionis,vt in l. curabit. C. de actio.emp.cum sim.sicut in dote promissa marito,vt in c. salubriter.de vsur.sicut in specie debita,vt in dic.l.ita stipulat⁹. de ver. obli.& l.j.§.item si ita ff.ad l.Fal.& l.ij.ff.de penu,leg.&l.cum sine. & l.si penum.ff.quan.dies leg,ce. Idem puta si ipsa species non sit in dispositione,sed in conditione,vt in prę.leg.ad hanc materiam vide l.stipulatio ista.ff.de ope.lib.

Nota multos casus in quibus potest interesse peti & deberi sine periculo vsurarum.Bar.& Ang.in l.diuus.ff.ad leg.Fal.Bald.in l.fi. in fin.C.de peti.hæredi.& in l.ij.C.de vsur.rei iudi.& in l.hac edictali.§.his ita.de secun.nup.Albric.in rub.de vsur. C.vide c.per vestras.de dona.inter vir.& vxo.vide l.si vt certo.§.si de inoffi.commodati. vbi commodatur pecunia ad pompam vide Magistrutiam in ver.pignus.vide Hosti.in dic.c. salubriter. de vsur. vbi enumerat multos casus.

¶ De Pœna temerè litigantium[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Pœna temerè,seu calumniosè litigantis quę sit.*
2 *Temerè litiganti semper est pœna pecuniaria imponenda.*
3 *Temerarius circa propriam scripturam, vel numerationem sibi factam, si de mendacio conuincatur,in duplum est puniendus.*
4 *Consuetudo in diuersis curijs circa pœnas insligendas,est varia.*
5 *Calumniosè episcopum accusans qua pœna teneatur.*
6 *Quælibet ferè ciuitas sua statuta circa pœnarum inflictionem obseruat.*
7 *Statutum semper debet aliquid operari.*

DICTO de expensis & interesse,ad quę temerè litigantes teneātur,vtile est, vt de aliis eorum pœnis aliqua
1 annectamus.¶† Pœna igitur temerè, seu calumniosè litigantis est,quia quādoque fit infamis per sententiam:quandoque ipso iure,puta actione furti,vi bonorum raptorum & iniuriarum,de dolo,& sepulchro violato,& expilatæ hæreditatis, & in actione in factum, contra mulierem calumniosè missam in possessionem causa ventris.& in actione tutelę,mandati,depositi,& pro socio,quæ directè infamant,vt hæc omnia probantur Insti.de pœna tem.litig. §. ex quibusdam. vj. q. j. infames. & c.quicunque.C.de appe.à proconsulibus.xxii.q.v.si quis coniunctus.lxxxvij.dist.religiosum.& §.de delat.iur.ver. vt autem. &
2 meliùs in Repertorio nostro,in tit. de infamia. ¶†Item temerè litiganti semper imponitur pecuniaria pœna: putà si filius, vel libertus sine venia iudicis parentes,vel patronum in ius vocauerit punitur in quinquaginta aureis,vt Insti.de pœn.tem.litig. in fi. & si soluendo non sit,verberibus castigatur,ff.de in ius voc.l.pen.& fi.ij.q.i.prohibentur.xij.q.ij.qui manumittuntur. 4 q.iij. ver.item lex Iul.Item in actione legis Aquiliæ, & in actione legatorum vi retentorum punitur pœna dupli,Insti.eo. §. aduersus. & xiij. q.ij. oblatę.& c.clerici.Item negans per mendacium se possidere,perdit possessionem,ff.de rei vend l.pe.Item in noxali,si negat se possidere seruum,vel animal,quod dedit noxam,per illud[b],ff.de no-
3 xa.si seruus depositus §.si negauerit. ¶† Item temerè litigans circa propriam scripturam,vel circa numerationem sibi factā,si conuincatur de mendacio per testes, vel per instrumenta, punitur in duplum.Si autem conuincatur per sacramentum sibi delatum,punitur tantùm in expensis,vt in auth.de trien. & semis. §. studium. Item

ADDITIONES.

a Vide,quod dixi suprà de expensis: quod Ioan.de Deo ibi recepo rat de Summa Azo.Inst.de pœn.tem.litig.hîc ponit auctor,omittens etiam,quod Ioan,omiserat.dixerat enim Azo,quòd in genere tradi poterant tres pœnæ, scilicet corporalis, pecuniaria, & famæ: quod de prima dixerat Azo, omiserunt isti clerici & prælati. Sed Innocentius eis maior,id non curauit,qui de illa posuit in decretali,qualiter & quando.ij.de accus.in gl.magna,quæ incipit, dicit Innoc.

b Perdit illud. ¶Posuit Ioan. de Deo : sed dicere debuit cum Azo. perdit arbitrium deditionis noxæ: & sic dicit lex. Non poterit ergo illud dare pro noxa actori inuito:quod priùs poterat.

Item vocans alium temerè in ius, punitur circa viatica & sumptus litis, ff. de iudic. eum quem. extra. de pœnis, calumniam. C. de
4 fruct. & lit. expen. l. i. & ij. de quo dic, vt s. de expens. ¶ † Breuiter [a]
a circa pœnas huiusmod inferendas te referas ad varias consuetudines, quæ in diuersis curiis obseruantur, lxxvj. dist. vtinam. extra. de eo, qui mit. in pos. causa rei seruan. c. cùm venissent. Quædam tamen personæ sunt, quæ non tenentur ad hanc iuris acerbitatem, C. de episc. aud. tam dementis. de hoc vide suprà de actio. seu
5 petit. §. sequitur. ¶ † Item qui calumniosè accusat episcopum, etiam coram iudice competenti, punitur in xxx. pondo auri, vt C. de
6 epis. & cle. si qua per calumniam. in prin. ¶ † Sed quæritur, vtrùm leges maleficia punientes locum habeant hodie, cùm ferè quælibet ciuitas sua statuta habeat super quolibet maleficio, præsertim in Italia? Quidam dicunt, quòd statutum municipale tollit leges de hoc tractantes, arg. ff. de iud. cùm prætor. ff. de pœnis, hodie. C.
7 de infamibus, & si seuerior. ¶ † Statutum enim debet aliquid operari: & facit ff. de pœnis, l. j. & l. interpretationem. Alii cõtrà, quòd iudex, siue Potestas possit imponere pœnam legis, si sit maior: quia sic iurat, in auth. iusiurandum, quod præst. extr. de iureiur. venientes. Item si condemnat in maiori: ergo & in minori, ff. de arb.
b diem. de hoc s. tit. proximo. §. j. ver. primo [b].

ADDITIONES.

a Breuiter. ¶ Secundum Ioan. de Deo, vbi suprà: quia finita sunt verba Azonis, quæ ponere voluit auctor. hoc dico propter id, quod dixi suprà: & quia dabat etiam Azo casum legis, cùm de indebito. quem ponit decretalis vltima de solu. subdebat etiam Azo, quòd isti sunt legales tramites contra calumniantium inquitates, de quibus loquitur procemium Institutionum in prin. vbi de hoc.
b Ver. Primo. ¶ Vber. de Bo. recitabat super l. tutoris. C. ad l. Iul. de vi pub. & pri. hanc quæstionem fuisse Ianuæ: & hoc habito consilio peritorum diuersarum ciuitatum, fuit lege municipali obtentum super maleficio: & si exprèssè non tollat legem communem tamen tacitè illam tollere, & solam municipalem debere seruari. & facit, quod not. Instit. de off. iud. in prin. & fertur Albe. Papi. simpliciter hoc dictum tenuisse: cui aliqui assentiunt, si apparet mens statuti volentis suam pœnam subrogare pœnę legali, ar. ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarum. facit de baptis. maiores. post prin. aliàs secus, secundum ipsos. Ipse tamen Vber. in Cauil. vbi de agente criminaliter, in charta vj. Io. de Deo in lib. ij. sub eo. tit. consuluit, accusationem fieri vtraque lege, vt iudex vtraque, vel altera punire possit, prout volet: sed si cogatur, eligere statutum, quia posterius, ff. de iure codici. l. diuus. Gui. de Suz. in l. iiij. C. de sepulchro violato, tenet, quòd ambabus pœnis puniri non debet: quia non debet quis fieri duabus legibus reus, ff. accus. senatus. in fin. sed quantum plus est in vna, quàm in reliqua, ff. vi bonor. raptor. l. j. de actio. & oblig. cùm ex vno. & lege, qui seruum. & l. quoties. §. j. & l. plura. vnde consuluit illam maiorem legalem imponendam quæ includit minorem, quam imponit statutum: & sic satisfiet vtrique. vide quod in d. l. iiij. notauit Cyn. in vlt. quæst. & quod dicit Iac. de Bel. in q. quam posuit C. de requir. re. in iij. membro q. qui tenet, legem municipalem derogare iuri communi in loco, &c. ADDE, an per pœnam statuti sit sublata pœna legis, Bal. consi. ccxx. iij. lib.

¶ Bald. de Pœna temerè litigantium.

AN pœna statuti tollat pœnam iuris communis, ver. si. per G. C. de sepulchro viol. l. qui sepulchra. per Cyn. vide s. de accusat. §. ij. Statutum si sit legi contrarium, derogat legi, quia posterius est, j. tit. j. in prin. G.

Finis Libri Secundi.

Excusit Antonius blanc.


colorchecker CLASSIC





























calibrite

mm